image not available

Digitized by Google

COLLECTIO

LATINORVM SCRIPTORVM

CVM NOTIS.

TAVRINI

MDCCCXXVII

PER IOSEPHVM POMBA.

BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
Racc.
de Marinis
C
36
NAPOLI

Rare Ok Marvin C. 36

C. PLINII SECVNDI

HISTORIA NATVRALIS

LIBRI XXXVII

Digitized by Google

Digitized by Google

R. D. M. 2

CAII

PLINII SECVNDI

HISTORIAE NATVRALIS

EX RECENSIONE I. HARDVINI

ET

RECENTIORVM ADNOTATIONIBVS

TOMVS NONVS.

AVGVSTAE TAVRINORVM
EX TYPIS IOSEPHI POMBA
ANNO MDCCCXXXIII.

Digitized by Google

PARS SEXTA

CONTINENS

MINERALOGIAM

CVRANTE DELAFOSSE

IN NORMALI SCHOLA NATURALIS HISTORIAE
PROFESSORE.

Digitized by Google

Digitized by Google

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XXXIII.

I.

Metalla nunc, ipsaeque opes, et rerum pretia dicentur, tellurem intus exquirente cura multiplici modo: quippe alibi divitiis foditur, quaerente vita aurum, argentum, electrum, aes: alibi deliciis gemmas et parietum digitorumque pigmenta: alibi temeritati ferrum, auro etiam gratius inter bella caedesque. Persequimur omnes eius fibras, vivimusque super excavatam, mirantes dehiscere aliquando aut intremiscere illam: ceu vero non hoc etiam indignatione sacrae parentis exprimi possit. Imus in

1. *Argentum electrum, aes.* Argenti genera, usus et experimenta, Noster indicabit infr. cap. 34 sqq. Quod autem electrum statim mox appellat, non est e succinorum generibus, quae fusissime demonstrabuntur lib. XXXVII, cap. 11; sed metallum naturale, immo et arte factum, si auro quinta argenti portio addatur; conf. inf. cap. 23. Aeris metalla peculiariter dicentur libro XXXIV, cap. 1-5. Ed. P.

Et parietum, etc. Parietum quidem, aurum: nam, ut dicetur libri huius cap. 49: *iam et ipsi tamquam vasa inaurantur*. Digitorum, gemmae: quo pertinet scitum illud libri II, cap. 63. § 5: *Gemmas etiam et quosdam parvulos quaerimus lapides, scrobibus in profundum actis. Viscera eius extrahimus, ut digito gestetur gemma quam petimus. Quot manus atteruntur, ut unus niteat articulus!*

Exprimi. Explicari. Hard.

viscera eius, et in sede Manium opes quaerimus, tamquam parum benigna fertilique, quaqua secatur. Et inter haec minimum remediorum gratia scrutamur: quoto enim cuique fodiendi causa medicina est? Quanquam et haec summa sui parte tribuit, ut minime parca, facilisque in omnibus quaecumque prosunt. Illa nos premunt, illa nos ad inferos agunt, quae occultavit atque demersit, illa quae non nascuntur repente. Mens ad inane evolans reputet quae

Quaqua secatur, etc. Hoc est, foditur. Sic Reg. 2 codex, et Pintiani. Recte, quum sequatur statim indignatio, quod admodum paucis fodiendi causa medicina sit. Editi hactenus libri, *quaqua calcatur*, male. Hard.

Quanquam et haec summa sui parte tribuit, ut minime parca. Locus insanabiliter corruptus, egregie, ut puto, curatus est, restitutusque in pristinum statum: in eodem nostro exemplari, non *minime parca* legitur, sed *fugre si archa*: scribo, *fingi si-tarcha*. Pint. — *Vt minime parca.* Ex vestigiis veteris scripturae, Gronovius coniiciebat legi commodius posse, *ut suggerens large*: eadem sententia. Hard.

Illa nos premunt, etc. Pari elegantia in eodem argumento Seneca versatus, epist. xciv, p. 419: *Aurum quidem et argentum*, inquit, *et propter ista numquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem, propter quae pugnaremus, extulimus... nec erubescimus summa apud nos habere, quae fuerant ima terrarum.* Hard.

Quae occultavit. Horatii scitum illud huc pertinet: *Aurum irrepertum, et sic melius situm Quum terra celat*, etc. Od. lib. III, 3, vers. 49. Hard.

Vt repente mens ad inane evolans. Superfluit prima vox ex vet. cod. Pint. — *Illa quae non nascuntur repente.* Quae tam lente natura gignit, ut illa aegre, non sponte parere videatur. Hard. — *Illa quae non nascuntur repente. Mens ad inane evolans reputet quae deinde futura sit finis... exhauriendi eam: quousque penetratura avaritia.* Sic locum hunc refinximus ductu codicis Reg. 2, et eius quem Pintianus habuit, totidem plane syllabis apicibusque litterarum integra fide repraesentatis: interpunctione ita servata, ut sua rationi sententia, neque, ut prius, impedita constaret. Sic enim typi interpolati habent: *Illa quae non nascuntur: ut repente mens... quousque penetret avaritia.* H.

Mens. Mens in caelum se paulisper efferens secum reputet, quis sit finis futurus umquam exhauriendi tellurem: et quousque penetratura sit avaritia. H. — *Mens ad inane.* Inane pro caelo, aëre, familiare praesertim poëtis, ac Plinio: *Per inania, magnum inane*, Maro: Lucretius; *profundum inane*, saepe dixere. H.

deinde futura sit finis saeculis omnibus exhauriendi eam: quousque penetratura avaritia. Quam innocens, quam beata, immo vero et delicata esset vita, si nihil aliunde, quam supra terras, concupisceret; breviterque, nisi quod secum est!

II. Eruitur aurum, et chrysocolla iuxta, ut pretiosior videatur, non natura. Parum erat unam vitae invenisse pestem, nisi in pretio esset auri etiam sanies. Quaerebat argentum avaritia: boni consuluit interim invenisse minium, rubentisque terrae excogitavit usum. Heu prodigiosa ingenia! quot modis auximus pretia rerum? Accessit ars picturae ad aurum et argentum, quae caelando cariora fecimus. Didicit homo naturam provocare. Auxere et artem vitiorum irritamenta. In poculis libidines caelare

Breviterque, nisi quod secum est. Reg. 2 et Colb. 3, *haberetque non nisi quod secum est*, forte elegantius. H. — Sic quoque Broterius scribendum censuit. Ed. P.

II. *Vt pretiosior videatur, non*, etc. In Reg. 2, *ut pretiosior videatur nomen natura.* Colb. 3, *videatur non natura.* Sane sincerius: ut sit sententia, pretiosiorem videri chrysocollam vicinitate auri, quam natura sua, quum nihil aliud sit quam auri sanies. Libri hactenus editi, « ut pretiosior videatur nomen ex auro custodiens. » At illa, « ex auro custodiens, » nulli MSS. habent. H. — *Eruitur aurum*, etc. Quod nos hodieque *Aurum nativum* appellamus, ab omni aevo notum; neque est quod in eo diutius immoremur. Ed. P.

Vitae invenisse pestem. Aurum. Mox auri saniem chrysocollam vocat, ut est. Hard. — De chrysocolla fusius Noster agit infra, cap. 26. Ed. Par.

Auri etiam sanies. Nam chrysocolla fit e limoso succo per auri venam fluente, et illic densato in pumleis duritiem Dal. — *Heu prodigiosa ingenia!* Brot. ex Reg. 3, et edit. princ. *O prodiga* etc. et paulo post, « et aurum argentumque caelando cariora fuerit. » Ed. P.

In poculis libidines. Iuvenalis, Satyr. II, vers. 95: « Vitreo bibit ille Priapo. » Elegans in primis in eadem sententiam est Oenomai epigramma, lib. IV Anthologiae, 18, de Cupidine sculpto in caucalio: Ἐν κυάθῳ τὸν ἔρωτα; τίνος χάριν; ἀρκετὸν οἶνῳ Αἴθεσθαι κραδίην· μὴ πυρὶ πῦρ ἔπεγε. « In cyatho cur sculpsis Amor? vino ardeat ut cor. Est satis: ignem igni quis furor adiicere est? » Lampridius in Elagabalo pag. 107: « Vasa deinde centenaria argentea sculpta, et nonnulla sche-

invit, ac per obscenitates bibere. Abiecta deinde sunt haec, et sordere caepere: et auri argentique nimium fuit. Murrhina et crystallina ex eadem terra effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas. Hoc argumentum opum, haec vera luxuriae gloria existimata est, habere quod posset statim totum perire. Nec hoc fuit satis: turba gemmarum potamus, et smaragdis teximus calices: ac temulentiae causa tenere Indiam iuvat: et aurum iam accessio est.

III. (1.) Vtinamque posset e vita in totum abdicari, sacrum fame, ut celeberrimi auctores dixere, pro-

matibus libidinosissimis inquinata. » Hard.

Murrhina et crystallina ex eadem terra effodimus. Produnt haec verba perspicue murrhina vasa e pretioso olim facta lapide, quum effodi ex aequo cum crystallinis mouet. Sic crystallina simul ac murrhina iungit Mart. Ep. LXXXII, lib. III; Iulius Capitol. in M. Antonino, pag. 29, aliique. Myrrhina et onychina, Aelius Lamprid. in Elagabalo, pag. 112. Vnde intelligas e fossili materia murrhina fuisse; non fictilia ea quae *porcellanea* nostra aetas vocat, ut visum Cardano, Scaligeroque in Cardan. Exercit. 92, pag. 327; non e concharum genere aliquo, ut Bellonio: non ex indurata myrrha, coloribusque picta, ut Mercator, quem laudat auctor Annalium Ecclesiasticorum, ad annum Christi 34, num. 98; non ipsum esse onychem, ut Agricolae, de Natura fossil. lib. VI, pag. 296. Sed de his opportunius, lib. XXXVII, cap. 8. Hard.

Turba gemmarum. Poculis quae sint onusta gemmis. Huc illud Iuvenalis spectat, Satyr. V, vers. 42: « Nam Virro, ut multi, gemmas ad pocula transfert A digitis. » H.

Et smaragdis teximus calices. Χρυσένδετα vasa intelligit, aureis scalpturis, crustis, imaginibus, anulis ornata. Dal.

Accessio est. Id est, quod iuris consultus ait, leg. 19, § penult. nonnumquam aurum gemmis ac margaritis cedere. Cuiacius, Observ. lib. X, cap. 18. Dal. — *Et aurum iam accessio est.* Praecipua iam, inquit, irritamenta luxuriae sunt gemmae: accessoria tantum aurum argentumque, quae nunc sordent. Hard.

III. *Aurum, sacra fames.* Probabilior lectio, « auri sacra fames » ut alludat ad notum Virgilii carmen. Pint. — *Sacrum fame.* Sic Reg. 2, eleganter: non, ut editi, a aurum, sacra fames. « Nam vox ea *aurum* abest et a Chiffl. cod. et ex antecedente capite subintelligenda est. H. — *Sacrum fame.* Brot. ex MS. Reg. 3 et ed. principe, *abdicari auri sacra fames*: et mox, addita vocula, ex eodem exemplari, *proscissum est conviciis*, etc. Ed. P.

scissum convicii ab optimis quibusque, et ad perniciem vitae repertum: quantum feliciore aevo, quum res ipsae permutabantur inter se, sicut et Troianis temporibus factitatum Homero credi convenit. Ita enim, ut opinor, commercia victus gratia invecta. Alios coriis boum, alios ferro captivisque rebus mutasse tradit: quanquam et ipse mirator auri, aestimationes rerum ita fecit, ut centum boum arma aurea permutasse Glaucum diceret cum Diomedis armis novem boum. Ex qua consuetudine multa legum antiquarum pecore constat, etiam Romae.

IV. Pessimum vitae scelus fecit, qui id primus

Quum res ipsae. Paulus, Dig. lib. XVIII, tit. de contrahenda emptione: « Ergo emendi vendendique a permutationibus coepit, etc. » H.

Homero. Iliad. H, v. 472: Ενθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Αχαιοὶ, Αλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ, Αλλοι δὲ ῥινοῖς, αλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν, Αλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι· τίθεντο δὲ δαῖτα θαλεῖαν. H.

Quanquam et ipse miratus aurum (sic prius). « Quanquam et ipse mirator auri, » in vetusto exemplari. Pint. — *Et ipse mirator auri.* Ita Reg. 2, aliique MSS. non *miratus aurum*, ut editi. Plin. de Seneca, lib. IV, cap. 5, « Non utique miratore inanium. » Et Seneca epist. quadam, *mirator auri* dixit. H.

Vt centum boum arma aurea. Bovem quidam Athenis numum fuisse interpretantur, imagine bovis signatum, quem et didrachmum vocabant. Dal. — *Vt centum boum arma aurea permut. Glaucum.* etc. Iliad. Z, vers. 234: Ενθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς, Ος πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεῦχε' ἄμειβε, Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων. Hard.

Multa legum antiquarum pecore constat, e. Romae. Festus, verbo *Ovibus.* « Ovibus duabus, *inquit*, multabantur apud antiquos in minoribus criminibus: in maioribus autem, bubus: nec extra hunc numerum excedebat multatio: quae, postquam aere signato uti civitas coepit, pecoraque multatitia incuria corrumpebantur, unde etiam peculatus crimen usurpari coeptum est: facta est aestimatio pecoralis multae, et bovea centenis assibus, oves denis aestimatae. Inde suprema multa, id est, maxima, appellatur tria millia aeris. » His adde ea quae diximus lib. XVIII, cap. 3. H.

IV. *Qui id primus.* Aurum videlicet, facto ex eo anulo. H. — *Pessimum vitae scelus fecit, qui id primus induit digitis.* Sic Reg. 2, aliique. Interpolatores in libris vulgatis sic edidere, *qui anulum primus.* Satis incaute id quidem, vel sic abrupta orationis serie: nam cur ab auro, de quo agebatur proxime, ad anulum

induit digitis. Nec hoc quis fecerit traditur. Nam de Prometheo omnia fabulosa arbitror, quanquam illi quoque ferreum annulum dedit antiquitas: vinculumque id, non gestamen, intelligi voluit. Midae quidem anulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur? Manus et prorsus sinistrae maximam auctoritatem conciliavere auro, non quidem romanae, quarum mere ferreum id erat, ut virtutis bellicae, insigne. De regibus romanis non facile dixerim. Nullum habet Romuli in Capitolio statua, nec praeter Numae Serviique Tullii alia, ac ne Lucii quidem Bruti. Hoc in Tarquiniis maxime miror, quorum e Graecia fuit origo, unde hic anulorum usus venit, quanquam etiam nunc Lacedaemone ferreo utuntur. Sed et a Prisco Tarquinio omnium primo filium, quum in praetextae annis occidisset

oratio transiliat, non apparet: nisi materia ipsa designetur: hoc est, aurum, cuius admonitu et anulorum quoque tota ratio pertractatur. H.

Nam de Prometheo. Quem Caucaso alligatum fabulae prodiderunt: iterum haec repetita inferius, lib. XXXVII, cap. 1. H.

Midae quidem. Gygae caeteri id adscribunt, non Midae. Tullius, de Offic. lib. III, num. 38: a Hinc inde Gyges inducitur a Platone ..: Is quum palam eius anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, quum in lucem anulum inverterat. a H.

Sinistrae. Infelices. Sic omen sinistrum dicimus. Etsi manum quidem laevam intelligit, tamen in verbo ludit: ut et infelicis id auspicii fuisse admoneat. H. — *Quarum mere ferreum id erat.* Broter. ex MSS. Regg. 2, 3, et ed. pr. *quar. in more f. id e.* Frustra in recentioribus emendatum, *q. mere f.* Ed. P.

Nullum habet... statua. Statuas anulo ornari solitas, testatur etiam Cicero ad Attic. lib. IV, epist. 1, ubi ex statu, imagine, amicti, anulo, colligit eiusdem Scipionis Africani statuam esse et quae ad Opis, et quae ad Pollucis aedem posita esset. Hard.

Quorum e Graecia fuit origo. Tarquinii Prisci pater Demaratus Corinthius fuit. Dal. — *Quorum e Graecia.* Fuit enim Tarquinius Priscus Demarati Corinthii filius, eius qui in Etruriam commigravit. Aurel. Victor, lib. de Viris illustr. cap. 6; Plinius ipse, lib. XXXV, cap. 5. H.

Sed et a Prisco Tarquinio. Haec totidem verbis Macrobius, Saturn. lib. I, cap. 6, pag. 208. H.

In praetextae annis. Ante annum

hostem, bulla aurea donatum constat: unde mos bullae duravit, ut eorum qui equo meruissent filii, insigne id haberent, caeteri lorum. Et ideo miror Tarquinii eius statuam sine anulo esse. Quanquam et de nomine ipso ambigi video: Graeci a digitis appellavere, apud nos prisci ungulum vocabant: postea et Graeci, et nostri symbolum. Longo certe tempore ne senatum quidem Romanorum habuisse aureos manifestum est. Siquidem his tantum qui legati ad exteras gentes ituri essent, anuli publice dabantur: credo, quoniam ita exterorum honoratissimi intelligebantur. Neque aliis uti mos fuit, quam qui ex ea causa publice accepissent: vulgoque sic triumphabant.

aetatis quintum decimum. Vide quae de toga pura et praetexta diximus lib. VIII, cap. 74. H. — *In praetextae annis.* Ante annum quintum decimum; anno enim quarto decimo completo, bulla suspendebatur Laribus. Brot.

Bulla aurea. Festus: » Bulla aurea insigne erat puerorum praetextatorum, quae dependebat eis a pectore, etc. » Asconius Pedianus: » Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis, scortea, etc. » Bulla cordis effigiem referebat. H.

Eorum qui equo meruissent. Merere equo, merere pedibus, est in militia alterutro modo stipendia facere. Hard.

Insigne id haberent. Quod iam puberes facti, solemni festo laribus suspendebant, ut puellae nubiles puppas suas Veneri. Rhodig lib. V, cap. 18. Dalec.

Caeteri lorum. Sine bulla. Ita Macrobius, loc. cit. Vel, ut Pedianus, cum bulla tantum scortea, hoc est, e pellibus facta. Id apposite Iuvenalis espressit, Satyra V, vs. 164: » Etruscum puero si contigit aurum, Vel nodus tantum, et signum de pauperis loro. » Lorum intellige id ligamentum, cum nodo, ex quo bulla pendebat: quale nunc gestant e serico equites Melitenses, unde crus pendet. Hard.

Graeci a digitis appellavere. Δακτύλιον, ἀπὸ τοῦ δακτύλου, a digito. Hard.

Ungulum. » Ungulus, *inquit Festus*, Oscorum lingua, anulus: » idque gemino Pacuvii testimonio comprobat. Hard.

Symbolum. Credo id nomen anulis praesertim signatoriis attributum, quod indicium signumque imprimerent ejus qui signabat. Plautus in Pseud. » Ea causa miles hic reliquit symbolum, Expressam in cera ex anulo suam imaginem. » H.

Ne senatum quidem Romanorum habuisse aur. manifestum. Post mutatis moribus, senatorii equestrisque ordinis hominibus concessum, ut aureos ferrent: caeteris, etiam inge-

Et quum corona ex auro Etrusca sustineretur a tergo, anulus tamen in digito ferreus erat, aeque triumphantis, et servi fortasse coronam sustinentis. Sic triumphavit de Iugurtha C. Marius: aureumque non ante tertium consulatum sumpsisse traditur. Hi quoque, qui ob legationem acceperant aureos, in publico tantum utebantur his: intra domos vero, ferreis. Quo argumento etiam nunc sponsae muneri ferreus anulus mittitur, isque sine gemma. Equidem nec Iliacis temporibus ullos fuisse anulos video: nusquam certe Homerus dicit, quum et codicillos mis-

nuis, vetitum. Dio, lib. XLVIII, pag. 385. Hard.

Etrusca. Tertull. lib. de Corona milit. « Praeferuntur etiam illis Etruscae. Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis et foliis ex auro quercinis ob Iovem insignes ad deducendas tensas cum palmatis togis sumunt. » Dalec. — *Corona ex auro Etrusca.* Vide quae diximus lib. XXI, cap. 4. Hard.

Et servi fortasse. Et coronam sustinentis, qui non ingenuus, sed fortasse servus erat. Ita servus, quo nihil esse aut dici abiectius potest, et triumphans, quo nihil gloriosius, pari in anulis conditione erant. Nam de servis quidem id constat. Papinius, Silvar. III, 3, vers. 144: « Mitavitque genus, laevaeque ignobile ferrum Exuit. » Hard. — *Aeque triumphantis et servi fortasse coronam sustinentis.* Brot. ex Reg. cod. 3, et editione principe, « sequa fortuna triumphantis et servi coronam sustinentis. » Rectius: Ed. P.

Aureumque non ante. Mira sane Marii modestia fuit. Nam ante illius aetatem, quum Scipio Carthaginem obsideret, tribunos romanos, quos sepeliri Asdrubal voluit, ex aureis anulis discrevit a militum vulgo, qui ferreos tantum gestabant, ut quidem auctor est Appianus, in Punic. pag. 63. Hard. — *Non ante tertium consulatum.* Marius autem tertium fuit consul anno Vrbis conditae 654. Bs.

Ferreus anulus mittitur. Anulus pronubus is Septimio Florenti dicitur. Dal.

Sine gemma. Απειρος et ἀπείρων Graecis, ἄλιθος Polluci, aliis λιτός, levis Ulpiano. Καὶ γὰρ, inquit Arist. III, φυσικῆς ἀκροάσεως, δακτυλίους ἀπείρους φασὶ τοὺς μὴ ἔχοντας σφενδόνην. Huic contrarius est geminatus Livio. Vide Rhodig. lib. VI, cap. 12; Alexand. ab Alexand. lib. II, cap. 5. Dal. — *Nec Iliacis temporibus.* Multo ante Iliaca tempora, Hebraei anulos habuere. Cf. Genes. XXXVIII, 18 et 25. In picturis Herculanensibus anulum habet Theseus. Vid. *Pitt. ant. d'Ercolano*, t. I, tab. 5, et t. III, tab. 14, n. 6. Brot.

Quum et codicillos missitatos. Iliad. Z, de Bellerophonte et Proeto: ... πόρεν δ' ὅγ σήματα λυγρὰ, Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά. Dalec. — *Quum et codicillos.* Vide

sitatos epistolarum gratia indicet, et conditas arcis vestes, ac vasa aurea argenteaque, et ea colligata nodi, non anuli, nota. Sortiri quoque contra provocationem duces non anulis tradit. Fabricam etiam Deum fibulas, et alia muliebris cultus, sicut inaures, in primordio factitasse, sine mentione anulorum. Et quisquis primus instituit, cunctanter id fecit, laevis-

quae diximus lib. XIII, cap. 21. H.

Et conditas arcis. Odyss Θ, vers. 424: Δεῦρο γύναι, φέρε χηλὸν ἀριπρεπέ' ἥτις ἀρίστη. Ἐν δ' αὐτῇ θὲς φᾶρος εὐπλυνὲς, ἠδὲ χιτῶνα. H.

Ac vasa aurea argenteaque. Vasa quidem colligata fuisse Homerus non ait. nec vestes, sed arcam, in qua erant posita, colligatam firmissimo nodo, ne quid ex eo surriperetur. Ulyssem igitur sic Arete compellat, Αὐτὸς νῦν ἕδε πῶμα, θοῶς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἴηλον Μή τις τοι καθ' ὁδὸν δηλήσεται. Cui mox obsecutus Ulysses, Αὐτίκ' ἐπήρτυε πῶμα, θοῶς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἴηλε Ποικίλον, ὅν ποτέ μιν δέδαε φρεσὶ πότνια Κίρκη. Cuiacius lib. XII, cap. 37. Dalec. — *Ac vasa aurea.* Eodem libro, vers. 443 et 447. Haro.

Sortiri quoque contra provocationem. Iliad. H, provocat Hector proceres Graecioe ad singulare certamen: illi iactis sortibus in galeam, deligunt quem opponant: Ὡς ἔφαθ'· οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος. Ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο. Idem fit et in duello Paridis, Iliad. D. Sortes autem οἱ κλῆροι, calculi fuerunt, aut ex terra ficti globuli, nota quadam signati, qua suum quisque agnosceret. Sophocles in Aiace, κλῆρον ἐς μέσον καθεὶς, ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον. Sortes eae licet signatae forent, non tamen anulo signabantur, quum eo tempore anulus prorsus in usu non esset, oedem signatorius. Fuerunt et sortis indicia, concha, ascia, ac saeplus lignum proprio quodam signo notatum, unde κλῆρον dictum vult Herodianus ἀπὸ τοῦ καλοῦ, ut et πάλλον, quod sortes conlectas moverent antea quam proferrentur: quanquam alii dictum malunt a κλῶ, quod καλεῖν significat. Hadrian. Iun. lib. I, cap. 5. Dal. — *Sortiri quoque.* Proceres Graecioe, iactis in galeam sortibus, deligunt quem opponant Hectori ipsos provocanti ad singulare certamen: oeque dicuntur eae sortes anulis fuisse signatae. Iliad. H, vers. 175. Post usus obtinuit, ut eae sortes, globulive, anulis signarentur, quo suum quisque dignosceret. Et arca, qua asservabantur eae, anulo obsignata. Testis Suet. in Tiberio, cap. LXIII: «Vicina Vrbi oracula etiam disiicere conatus est: sed maiestate Praenestinarum sortium territus, destitit: quum obsignatas devectasque Romam non reperisset in arca, nisi relata rursus ad templum.» Haro.

Fabricam. Vulcani officinam. Iliad. Σ, vers. 400, Vulcano Thetidem allôquente: Τῇσι παρ' εἰνάετες χάλκευον δαίδαλα πολλὰ Πόρπας τε, γναμπάς θ' ἕλικας, κάλυκάς τε καὶ ὅρμους, etc. Haro.

Laevisque manibus. Silius Ital. lib.

que manibus, latentibusque induit: quum, si honos securus fuisset, dextra fuerit ostentandus. Quod si impedimentum potuit in eo aliquod intelligi, etiam serioris usus argumentum est, maius in laeva fuisse,

XII, de equitibus romanis ad Cannas caesis, quibus detracti fuere anuli: « Testes hi stragis, quos signum illustre superbis Mos laeva gestare viris: tum funditur ante Ora admirantum praefulgens anulus auro, etc. » Hard.

Latentibusque. Sub toga » quasi eunctanter ac verecunde id faceret: nam si ornatus et honoris accessionem ea re quaesisset, nec veritus esset reprehensionem proborum hominum, dextra potius ostentasset. H.

Quod si impedimentum. Quod si obiiciat aliquis futuram fuisse impeditiorem ad armorum usum dexteram manum, si anulo oneraretur: seriore adhuc aetate, » hoc est, multo post Troiana tempora, » laevae quoque insertum anulum esse, argumento est, quod in laeva manu maius impedimentum fuerit, qua nempe scutum capitur. Haan. — *Quod si impedimentum.* Aliam causam affert Atteius Capito, apud Macrob. Saturn. l. VII, cap. 13, pag. 625: » Veteres, *inquit*, non ornatus, sed signandi causa anulum secum circumferebant: unde nec plus habere quam unum licebat, nec cuiquam nisi libero: quos solos fides discerneret, quae signaculo continetur. Ideo ius anulorum famuli non habebant. Imprimebatur autem sculptura materiae anuli, sive ex ferro, sive ex auro foret: et gestabatur, ut quisque vellet, quacumque manu, quolibet digito. Postea usus luxuriantis aetatis signaturas pretiosis gemmis coepit insculpere ... Hinc factum est ut usus anulorum exemptus dexterae, quae multum negotium gerit, in laevam relegaretur, quae otiosior est: ne crebro motu et officio manus dextrae pretiosi lapides frangerentur. » Hard.

Etiam serioris usus. Olim editum: *consertoris usu.* Legi potest, » cum sartoris usu: » verum in antiquo codice legitur, *sartoris usus.* Turneb. Advers. lib. VI, cap. 2; Rhod. vero lib. X, cap. 4, legit, *insertorii:* idque esse interpretatur lorum anulo simile, inter quod et scutum brachium inseritur, Graecorum τελαμῶνα. Ego legò, *consertorio*, id est, militis pugnacis ac bellatoris, qui fortiter et alacriter pugnae et conflictus tempore cum hoste manus conserit. Dal. — *Etiam s. usus.* Gravis error irrepsit hic in contextum Plinianum. Legebatur enim ante nos: » Quod si impedimentum potuit in eo al. intelligi, etiam consertoris usu argumentum est, maius in laeva fuisse, qua scutum capitur. » Ex Hermolai Barbari officina prodiit istud *consertoris usu.* Reg. 2 codex, Lugdunensis, Chiffl. quoque, et alii probatioris notae, » etiam sertoris usus » planissime exhibent. Parmensis editio, cum Rhodigino, repetita prioris vocis postrema littera, » etiam insertorii usu, » legit. Turnebo, Advers. lib. VI, cap. 2, et Kirchmanno, lib. de Anulis, placuit » etiam sartoris usus: » quum vox *sartoris*, pro eo qui vestes suit, sit priscis ignota: nec, si recepta ea foret, constet adhuc sententia. Gronovius, qui *sertoris usus* etiam in gemino suo codice legit

qua scutum capitur. Est quidem apud eumdem Homerum virorum crinibus aurum implexum: ideo nescio an prior usus a feminis coeperit.

V. Romae ne fuit quidem aurum nisi admodum exiguum, longo tempore. Certe quum a Gallis capta Vrbe pax emeretur, non plus quam mille pondo potuere. Nec ignoro duo millia pondo auri perisse Pom-

Acad. et Vossiano, nihilominus *armorum usui* reponebat. Irrito omnes conatu, audaci certe veterum exemplarium neglectu. Nos, quibus religio est ab eorum vestigiis discedere, litterula unica immutata, *serioris usus* legi iussimus, ac scriptoris sensum interpretatione nostra primi patefecimus. Nam quum prius dixisset, Iliacis temporibus anulos fuisse nullos, eosque ab eo qui primus invenit, manui primum laevae insertos, forte quod dextra fuisset ad munia sua obeunda impeditior, inde colligit seriorem usum anulorum fuisse, hoc est, post Iliaca tempora modo coepisse, quod tum in laeva maius impedimentum foret, qua scutum caperetur. Nihil planius. Subiicit porro id quod interpretationem nostram confirmat: « Est quidem apud eumdem Homerum virorum crinibus aurum implexum: ideo nescio an prior usus a feminis coeperit. » Priorem usum seriori opponit. H.

Est quidem apud eumdem Homerum. Iliad. P, vers. 52: Πλόκαμοί θ', οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐστρέφοντο. « Et crines rutilique auro, argentoque reviucti. » H.

V. *Non plus quam mille pondo potuere.* Subintellige, emere. Nam quod libri vulgati adiiciunt *effici*, ex interpolatorum officina est, non ex Plinii stylo, aut codicum MSS. fide. Plutarch. in Camillo, pag. 143: Ὡμολογήθη τοὺς μὲν Ῥωμαίους χιλίας λίτρας καταβαλεῖν χρυσοῦ. « Transactum est ut Romani mille pondo auri darent. » Florus, lib. I, c. 13, pag. 29: « Novissime, quum iam obsidio sua barbaros (Gallos) fatigasset, mille pondo auri recessum suum venditantes, idque ipsum per insolentiam, etc. » Livius, lib. V, cap. 48: « Inter Q. Sulpicium tribunum militum, et Brennum regulum Gallorum colloquio transacta res est, et mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum... iam ante in eo religio civitatis apparuerat, quod, quum in publico deesset aurum, ex quo summa pactae mercedis Gallis confieret, a matronis collatum acceperant, ut sacro auro abstineretur. » H.

Nec ignoro duo millia pondo auri perisse; Pompeii tertio consulatu. Hic variant codices, sed vitiati, ut apparet, amanuensium aut eruditorum interpolatione. Propius abest a genuina lectione Reg. 2 codex, in quo legitur, « Nec ignoro duo millia pondo auri reperisse Pompeii Illto consulatu. » At consulatum Pompeius quartum numquam gessit: *reperisse* pro *rapuisse* proclivi amanuensium lapsu confictum, ex repetitione postremae syllabae vocis praecedentis, *auri*. Colb. 3, et romana

peii tertio consulatu, e Capitolini Iovis solio, a Camillo ibi condita, et ideo a plerisque existimari duo millia pondo collata. Sed quod accessit, Gallorum praeda fuit, detractumque ab his in parte captae Vrbis delubris. Gallos autem cum auro pugnare solitos, Torquatus indicio est. Apparet ergo Gallorum templorumque tantumdem, nec amplius fuisse: quod quidem in augurio intellectum est, quum Capitolinus duplum reddidisset. Illud quoque obiter indicare

anni 1470, ac Parmens. edit. » Nec ignoro M. Crassum duo millia pondo auri rapuisse suo et Pompeii tertio consulatu. » Error in re chronographica utrobique haud levis: neque enim tertius, sed secundus Pompeii consulatus in Fastis, cum M. Crassi consulatu altero iungitur. Tertium Pompeius gessit triennio post cum Q. Caecilio Metello. Quartum ut diximus, nullum vidit. Natus error ex praepostera repetitione posteriorum litterarum vocis *POMPEII*, quas esse numerales librarii falso existimaverint. H. — *Duo millia pondo auri periisse Pompeii tertio consulatu.* Broter. ea MSS. Reg. edit. prine. etc. » Nec ignoro M. Crassum d. mill. pondo auri rapuisse suo et Pompeii secundo consulatu, » hoc est, anno Vrb. 699. Eo. P.

Iovis solio. Livius, lib. V, p. 103: » Sed diique et homines prohibuere redemptos vivere Romanos: nam sorte quadam, priusquam infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenso, dictator intervenit: auferrique aurum de medio, et Gallos summoveri iubet. » Ac paulo post: » Aurum quod Gallis ereptum erat, quodque ex aliis templis inter trepidationem in Iovis cellam collatum, quum in quae referri oporteret, confusa memoria esset, sacrum omne iudicatum, et sub Iovis cella poni iussum. » H.

Et ideo... existimari. Quoniam quantum erat Gallis appensum, tantumdem erat ibi conditum, ut ex Livio discimus. H.

Sed quod accessit. Quod autem accessit » ad milla pondo, quibus empta pax, » Gallis ablatum est, *qui id praedati fuerant*, detraxerantque templis in ea parte Vrbis quam ceperant. H.

Torquatus. Qui torquem aureum Gallo detraxit: unde Manlio Torquato nomen, Livius l. VII, pag. 124. Adde Virgilium de Gallis canentem Aeneid. VIII, v. 657: » Galli per dumos aderant, arcemque tenebant: Aurea caesaries illis, atque aurea vestis, Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla Auro innectuntur. » Et Silium Ital. lib. IV: » Colla viri fulvo radiabant lactea torque, Auro virgatae vestes: manicaeque rigebant Ex auro, et simili vibrabat crista metallo. » H.

Apparet. Perspicuum est et quod Gallis appensum ultro, et quod templis detractum, non amplius quam duo millia pondo fuisse.

Quod quidem in augurio. Sic libri omnes, etiam MSS. Atque hoc qui-

convenit, quoniam de anulis sermonem repetimus; aedituum custodiae eius comprehensum, fracta in ore anuli gemma statim exspirasse, et indicium ita exstinctum. Ergo ut maxime duo tantum millia pondo, quum capta est Roma anno CCCLXIV, fuere, quum iam capitum liberorum censa essent CLII millia, quingenti LXXIII. In eadem post annos CCCVII, quod ex Capitolinae aedis incendio caeterisque omnibus delubris C. Marius filius Praeneste detulerat, tredecim millia pondo: quae sub eo titulo in triumpho transtulit Sylla, et argenti VI millia. Idem ex reliqua omni victoria pridie transtulerat auri pondo XV millia, argenti pondo centum et quindecim millia.

dem, inquit, augurari atque intelligere vel ex eo licuit, quod in solio Capitolini Iovis duplum eius summae, quis pax emebatur, inventum est: nempe bis mille pondo. H. — Duo millia pondo auri sunt monetae nostrae lib. 1,890,000. Bror.

Statim exspirasse. Veneno epoto, quod anulo includebatur. Sic Hannibal, « ne Romanis traderetur, hausto quod sub anuli gemma habebat, veneno absumptus est. » Testis Aurel. Victor. lib. de Viris illustr. cap. 42. H.

Et indicium. Et sic exstinctum qui indicare certo potuisset, « quis rapuisset illa duo millia pondo auri, Pompeii altero consulatu: quum Crassum esse fama ferret. » H.

Anno trecentesimo LXIV. Livius, lib. V, in oratione Camilli, Romam captam fuisse anno ab Urbe condita scribit trecentesimo sexagesimo quinto. Dat. — *Anno CCCLXIV.* Camillus in oratione quam recitat Livius loc. supr. laud. Gallis Urbe pulsis: « Trecentesimus sexagesimus quintus annus Urbis, Quirites, agitur, etc. » H.

Quod ex Capitolinae. Syllanis temporibus, bello civili Iovis Capitolini aedes conflagravit, anno Urbis 672. Sylla deinde restituit, Catulus Sylla mortuo dedicavit. A Vitellianis (ut id obiter dicamus) deinde iterum deflagravit. Excitavit rursum Vespasianus, et dedicavit. Rursumque post eius obitum igni consumpta, a Domitiano exstructa dedicataque est. Plutarchus, in Poplic. pag. 101. Appianus, de Bell. civil. lib. I, pag. 402. Testatur Capitolium restitutum nummus Domitiani Aug. consulatu eius octavo cusus, inscriptusque, CAPIT. RESTIT. *Capitolium restitutum.* H.

C. Marius. C. Marium iunjorem vocant, senioris qui septies consul fuit, filium. Gessit post obitum patris consulatum ipse, quum esset annorum tantum quinque et viginti, Cn. Papirio Carbone tertium collega, anno Urbis 672. Non aurum modo, sed et signa e Capitolio Praeneste detulerat: nam apud P. Victorem, in

VI. Frequentior autem usus anulorum non ante Cn. Flavium Annii filium deprehenditur. Hic namque publicatis diebus fastis, quos populus a paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis ade-

descriptione Romae, regione octava, legitur, « Signum Iovis imperatoris a Praeneste devectum. » H.

VI. *Frequentior autem usus anulorum.* Veteres Hebraeos anulis usos fuisse Iosephus auctor est lib. III Antiquitatum. De anulis plura vide apud Alex. ab Alex. lib. II, cap. 19. DAL.

F. Annii fil. Ita et MSS. (Brot. ex MSS. *Cn. Fulvium* habet. Eb. P.) Gellius quoque, lib. VI, cap. 9. At Livius *Cneii filium* vocat, in fine libri IX, sed mendose. Fuere patriciae nobilesque gentes duae, Flavia et Annia. Flavia, ex qua Vespasianus Augustus: Annia, ex qua Annia Faustina Antonini Aug. Pii coniux. Quum igitur Flavius Anuii filius dicitur, innuitur is patre libertino et libertina matre genitus, Annio patre, matre Flavia: Flavii nomine, quippe tunc nobiliore, de more posito priore loco. Servus quum manumitteretur, hoc est, quum donaretur libertate, libertus propterea: et quem filium procrearet, is libertinus dicebatur. Nomen etiam patroni sui, a quo manumittebatur, libertus assumebat, suoque nomini adiungebat: sed inter plebeias tamen familias censebatur. Neque alias arbitramur, quam istius generis, fuisse familias plebeias apud Romanos, patriciis gentibus cognomines. E patricia gente Flavia fuit is, quem Plinius appellat, libro XIX, cap. 1. Fuit et is, cuius nummi inscribuntur. C. FLAV. HEMIS. PROPR. Flavii autem huius, quem Plinius Annii libertini filium vocat, hoc genus fuit:

A Flavio Patricio, Ab Annio Patricio,

Flavius libertus. Annius libertus.

Flavia libertina. Annius libertinus.
Ex Flavia, et Annio.

Flavius Annii filius.

Hic namque. Narrant hanc rem scriptores quamplurimi. Cic. pro Murena, num. 25, et ad Att. lib. VI, epist. 1; Livius in fine libri IX; Gellius, aliique, e quibus duos sedigo: Valer. Max. lib. II, cap. 5, p. 400. « Ius civile per multa saecula inter sacra cerimoniasque deorum immortalium, solisque pontificibus notum, Cn. Flavius libertino patre genitus, et scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione, factus aedilis curulis vulgavit, ac fastos paene toto foro exposuit etc. » Macrobium, Saturn. lib. I, cap. 15, pag. 259: « Priscis, inquit, temporibus antequam Fasti à Cn. Flavio scriba invitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori haec provincia delegabatur, ut novae lunae primum observaret aspectum, visamque regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio a rege et minore pontifice celebrato, idem pontifex kalata, id est, vocata in Capitolium plebe... quot numero dies a kalendis ad nonas superesseut, pronuntiabat, etc. » H.

Fastis. Fasti dies dicti sunt; quibus sine piaculo praetoribus licebat tria verba fari, *do*, *dico*, *addico*. Nefasti, quibus non licebat fari. Fastorum libri erant, in quibus causae

ptus est (alioqui libertino patre genitus, et ipse Appii Caeci scriba, cuius hortatu exceperat eos dies, consultando assidue sagaci ingenio, promulgaveratque), ut aedilis curulis crearetur cum Q. Anicio Praenestino, qui paucis ante annis hostis fuisset, praeteritis C. Poetelio et Domitio, quorum patres consules fuerant. Additum Flavio, ut simul et tribunus plebis esset. Quo facto tanta senatus indignatione exarsit, ut anulos ab eo abiectos fuisse in antiquissimis reperiatur annalibus. Fallit plerosque, quod tum et equestrem ordinem id fecisse arbitrantur. Etenim adiectum hoc quoque « sed et phalera posita, » propterea que nomen equitum adiectum est. Anulos quoque depositos a nobilitate, in Annales relatum est, non a Senatu

festivitatum explicabantur. Proposuit fastos in albo Flavius scriba, ut quando lege agi posset, sciretur. Hard.

Appii Caeci. Eius qui viam suo nomine munivit, et aquam in Vrbem duxit: censura inclytus, et iuris doctrina. Livius, lib. IX. H.

Hostis fuisset. Eo bello, opinor, quo Etruscorum duodecim populi in excidium romani nominis incitati, anno Vrbis conditae 442, a consule Fabio, anno 444, ingenti praelio devicti sunt. Livius, lib. IX. Hard.

Quorum patres consules. C. Poetelius Libo in Fastis consul legitur, cum L. Papirio Cursore, ann. Vrbis 428; Cn. Domitius Calvinus, cum Corn. Cosso Arvina, an. 432. H.

Additum Flavio. « Vt et tribunus plebis, et senator, et aedilis, curulis esset » inquit Pomponius, in Dig. I, tit. 2 de iur. § 7, de iure civili Flaviano. At senatorem dicere non debuit. Hard.

Vt anulos ab eo abiectos. In publico luctu anuli ponebantur ad nuntium Caudinae pacis *anulos aureos positos* narrat Livius, l. IX. De funere Augusti Suetonius, cap. 100: « Alii exsequiarum die ponendos aureos anulos, ferreosque sumendos censuerunt » Hard.

Etenim adiectum hoc quoque. Adiectum quidem, inquit, equitum nomen pariter cum senatu: sed propter haec verba id adiectum est, quae in Annalibus simul leguntur, *sed et phalera posita*, quibus verbis insigne equitum et ordo intelligitur. Secutus plane eos Annales Livius videtur: sic enim ille in fine libri IX: « Tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium anulos aureos, et phaleras deponerent. » Hard.

Propterea que. Sic Colb. 3, recte: prius mendose, *propter quae*. H.

Non a senatu. Et ita sane Livius loco proxime allato. Patuisse credunt

universo. Hoc actum P. Sempronio Longo, L. Sulpicio consulibus. Flavius vovit aedem Concordiae, si populo reconciliasset ordines. Et quum ad id pecunia publica non decerneretur, ex multatitia feneratoribus condemnatis aediculam aeream fecit in Graecostasi, quae tunc supra Comitium erat. Inciditque in tabella aerea eam aedem, trecentis quatuor annis post Capitolinam, dedicatam. Ita CCCCXLVIII a condita Vrbe gestum est: et primum anulorum vestigium exstat: promiscui autem usus alterum secundo Punico bello: neque enim aliter potuissent trimodia illa anulorum Carthaginem ab Hannibale mitti.

senatum non patriciis modo, sed et plebeis Livius paulo ante: « Flavium dixerat aedilem forensis factio, Appii Claudii censura vires nacta, qui senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat. » Haan.

P. Sempronio. Anno Vrbis conditae 449, ut mox dicetur. H.

— *Hoc actum P. Sempronio Longo, L. Sulpicio cons.* Ita libri MSS. probatissimi, et editiones vetustissimae. Quamobrem nihil mutamus; tametsi Sempronio Sophus cognomen apud Livium, lib. IX, pag. 169, et in Fastis, non *Longus* est; et Sulpicium, quem Lucium Plinius appellat, Publium vocant Livius loco cit. et Diodor. Sic H. — Brot. ex Reg. 2 to *Longo* delet. Ed. P.

In Graecostasi. Quid esset Graecostasis, diximus lib. VII. Loco postea mutatam esse Graecostasim Plinius significat, quum adiicit, « quae tunc erat super comitium. »

Trecentis quatuor annis post Capitolinam, dedicatam. In libris recentius editis, *centum quatuor.* In MSS. Reg. 2, et Chiffl. et in vetustis editionibus *CCC quatuor.* Sic paulo post, « Ita CCCCXLVIII a condita Vrbe, » iidem libri habent. Itaque quidquam immutare religio fuit, tametsi Fastis sic reposcentibus. Haro. — Brot. *dugentis quatuor*, aut *trecentis.* Ed. P.

Post Capitolinam. Hoc est, post Capitolinam aedem dedicatam, id quod proinde factum fuisse anno urbis Romae 144, ac proinde sub Tarquinio Priseo, Plinius hoc loco prodit. Confer cum Dionys. Halic. libro V, cap. 304. In Fastis: M. HORATIVS. PVBILLVS. EX. LEGE. TEMPLVM. IOVIS. CAPITOLINI. DEDICAVIT. De aede vero Concordiae pariter Livius, loc. citato: « a C. Flavius Cn. filius scriba ... civile ius repositum in penetralibus pontificum evulgavit, fastosque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset, sciretur. Aedem Concordiae in area Vulcani summa invidia nobilium dedicavit, etc. » Haan. — *CCCXLVIII.* Brot. ex. MSS. et Fastis, *CCCXLIX.* Ed P.

Promiscui autem usus alterum. Subintellige, vestigium. Haan. — *Trimodia illa*, etc. Duos tantum modios narrat Florus, lib. II, c. 16, pag. 62: « Modii duo anulorum Carthaginem

Inter Caepionem quoque et Drusum ex anulo in auctione venali, inimicitiae coepere: unde origo socialis belli, et exitia rerum. Ne tum quidem omnes senatores habuerunt: utpote quum memoria avorum multi praetura quoque functi, in ferro consenuerint, sicut Calpurnium et Manilium, qui legatus Caii Marii fuerat Iugurthino bello, Fenestella tradit: et multi L. Fufidium illum, ad quem Scaurus de vita sua scripsit: in Quintiorum vero familia aurum, ne feminas quidem, habere mos fuerit: nullosque omnino anulos maior pars gentium hominumque, etiam

missi, dignitasque equestris taxata mensura. « Tres August. de Civitate Dei, lib. III, cap. 19: « De Cannensi autem malo quid dicam? . . . unde Hannibal tres modios anulorum aureorum Carthaginem misit: quo intelligerent tantam in illo praelio dignitatem cecidisse romanam, ut facilius eam caperet mensura, quam numerus.» Livius, lib. XXIII, famam esse veriorem affirmat de unico modio. Vt est, sequitur, equites, tum gessisse anulos, aureos scilicet: quum prius id senatui tantum liceret. Et hunc promiscuum Pliuius usum vocat. Hard.

Inter caepionem. Fuit is Quintus Servilius Caepio, bello sociali legatus Rutilii consulis, anno Vrbis 664, qui circumventus insidiis fuso exercitu cecidit. Epitome Livii, lib. LXXXI: « M. Livius Drusus tribunus plebis socialis belli auctor creditur, incertum a quo, domi occisus est. » Invidia caedis apud Caepionem fuit, inquit Aurelius Victor, lib. de Viris illustribus cap. 66. De utriusque inimicitiis dictum antea, libro XXVII, cap. 41. Hard.

Socialis belli. Sive Marsici, de quo Livius in Epitome l. LXXI, LXXII et LXXIII, nos quoque superius ad librum II, cap. 85. Hard.

— *In ferro consenuerint.* Brot. ex codicibus Regg. et editione principe, *in ferreo consenuerint*, anulo videlicet. Ed. P.

Calpurnium. M. Calpurnium Flammam, de quo nos egimus lib. XXII, cap. 6. Hard.

Et Manilium. Sic etiam MSS. Ab Orosio A. Manlium Marii legatum appellari audio. Hard.

L. Fufidium. Sic MSS. Reg. 2, et Chiffl. non *Fusidium*. Sic pariter inscriptiones variae apud Gruterum. Cicero quoque in Bruto. II. — *De vita sua scripsit.* Codices Regg. et editio princeps, *scribit*. De Scauri vita satis dixi ad Tacit. Vit. Agricol. c. 1. Brot.

In Quintiorum. Quintiorum familia Romae clara, et patricia fuit, in qua Cincionati, Capitolini, Crispini, Flaminini, diversis temporibus floruerunt. Hard.—*Quintiorum* Brot. *Quinctiorum.* Ed. P.

qui sub imperio nostro degunt, hodieque habeat. Non signat Oriens aut Aegyptus etiam nunc, litteris contenta solis. Multis hoc modis, ut caetera omnia, luxuria variavit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuque opimo digitos onerando, sicut dicemus in gemmarum volumine: mox et effigies varias caelando, ut alibi ars, alibi materia esset in pretio. Alias deinde gemmas violari nefas putavit: ac ne quis signandi causam in anulis esse intelligeret, solidas induit. Quasdam vero neque ab ea parte quae digito occultatur, auro clusit, aurumque millibus lapillorum vilius fecit. Contra vero multi nullas admittunt gemmas, auroque ipso signant: id Claudii Caesaris principatu repertum. Nec non et servitia

Litt. contenta. At in sacris paginis, Gen. 41, dicitur Pharao «tulisse anulum de manu sua, et dedisse eum in manu Ioseph.» Sigillaritium anulum hunc fuisse (sic enim Vopiscus appellat) docet Iosephus, Antiq. Iud. lib. II, cap. 3., σφραγίδα. Non credo. H. — *Litteris contenta solis.* Viget adhuc mos ille in Constantinopoli, et in toto Oriente. Non caelatis figuris, sed litteris signant. Brot.

Digitos onerando. Atque unicum etiam articulum. Plinius, libro II, c. 63, loco iam citato supra 1, not. 2: «Quot manus atteruntur, ut unus niteat articulus?» Martialis, libro V, Epigram. XI: «Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas uno Portat in articulo Stella, Severe, meus.» Hard.

Auro clusit. Hoc est, inclusit auro. Sic in nummo Neronis vulgatissimo legitur, PACE P. R TERRA MARIQ. PARTA. IANVM CLVSIT. Hoc est, inclusit: non autem, ut vulgo creditur, clausit. Aeque enim insulse Ianum dixeris, quam Iovem, claudi. Nec *Ianum* ibi ipsum, pro Iano seu Iani fano est: quum armamentarium effigies in area nummi depicta exhibeat. Sed sub istis quinque litteris totidem voces hae latent: *Imperii, Armamentarium Narbone Vrbis Muris* CLVSIT, hoc est, inclusit. Percussum enim Narbone nummum hunc fuisse, ut alios plurimos, cogit fabrica confiteri, praeter alia argumenta. Sic antea Tarraco in nummis suis scripserat, DIVVS AVGVSTVTTAEI. Hoc est, DIVVS AVGVSTVS *Voluit Turritum Tarraconem Armamentarium Esse Imperii.* Plinius mox paulo iterum: «Sub gemmis venena eludunt,» hoc est, includunt. Mox *millibus lapillorum.* MSS. *milibus.* Mallem, *micis*, ut infra cap. 21, *marmorum micas* dicit. H.

Nec non et servitia, etc. Servis in usu etiam fuisse ahenos anulos et viriolas, ostendit hic locus ex Truculento Plauti, «... dic quod te rogo, Mancupio unde accepisti quos gestas ahenos anulos?» ST. Dignis dant. AST.

iam ferrum auro cingunt: alia per sese mero auro decorant: cuius licentiae origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat. Singulis primo digitis geri mos fuerat, qui sunt minimis proximi: sic in Numae et Servii Tullii statuis videmus. Postea pollici proximo induere, etiam deorum simulacris: dein iuvit et minimo dare. Galliae Britanniaeque

Lavernlae hae sunt quas habes viriolae. » Apuleius de Asino, lib. X, ferreum servianulum his verbis memorat: « Donec iussu magistratuum ministeria publica contrectatis, nequissimi servi manibus, anulum famuli deprehensum cum signo secculi conferunt. » Dal. — *Nec non et servitia.* Nec non etiam, inquit, servi ferreum anuli capitulum cingunt auro, sic ut ferrum vix emineat; addito alii circulo ex auro mero, et capitulo ferreo decus addunt. Servitia dicta pro servis, ut ministeria pro ministris, alibi monuimus. His ferreum modo gestare anulum per leges moresque romanos licuit, ut supra diximus. Sed in tegendo, decorandove ferro, mirae artes. Petronius in Satyr. p. 104: « Habebat in minimo digito sinistrae manus anulum grandem subauratum: extremo vero articulo digiti sequentis minorem, ut mihi videbatur, totum aureum, sed plane ferreis veluti stellis ferruminatum. » Hard.

Iam ferro auro cingunt. Id est, ut ferrum pro gemma sit: alias anulum totum ferreum inaurant. E mero ferro Lucretius factos ait hoc versu: « Exsultare etiam Samothracia ferrea vidi » Isidorus Samothracium aureum esse, sed ferreo capitulo tradit, ut Thynicum, nimirum Bithynicum, aureum totum. Turneb. lib. XX, c. 2. Samothracios hos anulos ἀλεξέφθονον vim habere credidit antiquitas, ut et Graecorum φυσικοὺς δακτυλίους, intus pervios et cassos, quemadmodum scribit Artemidorus. In caerimoniis flaminis dialis scriptum fuit, « Anulo nisi pervio cassoque ne utitor. » Dal.

In Samotrhace. Insula, de qua libro IV, cap. 23. Hinc enim Samothracius anulus appellatus: qui, ut Isidorus ait, lib. XIX, cap. 3, aureus ipse, sed ferreo tamen capitulo fuit, qua parte allici a magnete Lucretius vidit eo versu sup. laud. « Exsultare etiam Samothracia ferrea, etc. » Hard.

Singulis primo. Causam huiusce moris affert Atteius Capito, apud Macrob. Saturnal. lib. VII, cap. 13, prolixa oratione, quam tu consule, Atteio subscribit Apion grammaticus, In libris Aegyptiacis, ex quibus similia plane recitat Gellius, lib. X, cap. 10, p. 519. Vbi vide quae habent illi, ex anatomicorum libris de nervo quodam qui e corde natum prorsum pergat usque ad digitum manus sinistrae minimo proximum. H.

Minimo dare. Eum qui minimo geritur, ob parvitatem ἀκαρῆ: qui indice, κορίκμον vocari ex Polluce tradit Rhodig. lib. VI, c. 12. In digito, qui minimo proximus est, anulus gestabatur, praesertim pronubus,

in medio dicuntur usae. Hic nunc solus excipitur: caeteri omnes onerantur, atque etiam privatim articuli minoribus aliis. Sunt qui tres uni minimo congerant: alii vero et huic unum tantum, quo signantem signent. Conditus ille, ut res rara, et iniuria usus indigna, velut e sacrario promitur: et unum in minimo digito habuisse, pretiosioris in recondito supellectilis ostentatio est. Iam alii pondera eorum ostentant. Aliis plures quam unum gestare labor est. Alii bracteas infarcire leviore materia, propter casum, tutius gemmarum sollicitudini putant. Alii sub gemmis venena eludunt, sicut Demosthenes summus

quod in eo venam esse crederet rudis antiquitas ad cor usque pertingentem. Alesand. ab Alex. lib. II, cap. 19, et lib. IV, cap. ult. quo loco apud Pollucem legit, pro ἀκαρής, ἀχάτης: pro κορίαμος, κορίαννος. Dal. — *Galliae... in medio*, etc. Brot. ex edit. princ. et Cl. Durand. « Galliae... medio dic usae.» Ed. P.

Quo signantem. Quo, digitum signent qui obsignare consuevit: et a caeteris distinguant, qui pluribus onerantur. Hard.

Conditus ille. In arca. H.

Et iniuria. Et quasi sit iniuria, quod non ornatui tantum, sed et usui destinatus sit, vilior iam tum habetur. Hard.

Iam alii. Profusiores. Vt ille, de quo Martialis lib. V, Epigr. xi, cuius disticho priori allato, hunc plenissimum adulationis versum deinde subiungit: « Multas in digitis, plures in carmine gemmas invenies, etc. » H.

Aliis plures quam unum gestare labor est. Alii aestate graviores, vel etiam molis amplioris gemmas. Iuvenalis Satyr. I: « Ventilet aestivum digitis sudantibus aurum. Nec suf-

ferre queat maioris pondera gemmae.» Dal. — *Aliis plures.* Delicatioribus. Hard.

Bracteas infarcire. Orbis anulorum intus cavi et esculpti. Dal. — *Alii Bracteas.* Bractea tenuissima auri lamina est, ducta in circulum, qua gemma anuli continetur. Hanc circum infarcire lana similive materia studium fuit iis, qui sollicite curabant, ne pondere fortasse graviore decidentibus anulis gemmae casu frangerentur. Hard.

Tutius gemmarum sollicitudini putant. Ne decidentibus prae nimio pondere anulis vel auri vel gemmae, gemma amittatur. Dal.

Alii sub gemmis. Vt Hannibal, de quo paulo ante diximus sup. cap. Hard.

Eludunt sicut Demosthenes. Sicut et Hannibal, et aedituus Capitolii supra hoc ipso capite. Dalecampius. — *Eludunt sicut Demosthenes.* Hoc est, includunt. Refert hoc quoque Plutarchus in Demosthene, p. 860, ex Eratosthene. Pausanias in Atticis, lib. I, p. 14. Hard.

Graeciae orator, anulosque mortis gratia habent. Denique ut plurimum opum scelera anulis fiunt. Quae fuit illa priscorum vita, qualis innocentia, in qua nihil signabatur? At nunc cibi quoque ac potus anulo vindicantur a rapina. Hoc profecere mancipiorum legiones, et in domo turba externa, ac servorum quoque causa nomenclator adhibendus. Aliter apud antiquos, singuli Marcipores Luciporesve dominorum gentiles, omnem victum in promiscuo habebant: nec ulla domi custodia a domesticis opus erat. Nunc

Denique ut plur. opum scelera anulis fiunt. Quae propter opes scelera committuntur, anulorum occasione patrari ea videntur.

At nunc cibi quoque ac potus anulo vindicantur. Plautus, in Cas. act. I, sc. 2: « Obsignate cellas: referte anulum ad me. » Cicero ad Tiron. lib. XVI., ep. 26: « Sicut olim, inquit, matrem nostram facere memini, quae lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exsiccatae. » Horatius, lib. II, Epistola ult. laudat eum, « Caetera qui vitae servaret munia recto More, bonus sane vicinus, amabilis hospes, Comis in uxorem, posset qui ignoscere servis. Et signo laeso non insanire lagenae, etc. » Martialis, l. IX, Epigr. LXXXIX: « Nunc signat meus anulus lagenam. » HARD.

Nomenclator. Qui nomina servorum indicet: adeo magnus est in familia una servorum numerus, ut singulos appellare nominatim, labor sit. Exercitum credas esse, non familiam. Ad viginti millia servorum et amplius in una domo fuisse refert Athenaeus, lib VI, p. 272: Μαρίους καὶ δεσμωρίους (οἰκέτας) καὶ ἔτι πλείους δὲ πάμπολλοι κέκτηνται, etc. Vide quae de Demetrio Pompeii liberto dicturi sumus lib. XXXV, cap. 58. De voce *nomenclator*, multa Voss. in Etymol. Apud Reinesium, pag. 871, vetus inscriptio, PRAETORIVS. NOMENCLATOR. Item apud Gruterum, pagina 630. HARD.

Marcipores. Marci pueri, Μάρκου παῖδες. DAL. — *Marcipores.* Singuli, inquit, heri singulos pueros habebant, qui ab hero nomen sortiebantur: a Marco Marcipor dicebatur: a Licin Lucipor. Priscianus, lib. VI, p. 700: « A puero composita, Publipor, Publiporis: Marcipor, Marciporis. » Sic Probus: « Ita enim antiqui pro Publii puer et Marci puer dicebant. » Festus: « Quintipor, inquit, servile nomen, frequens apud antiquos erat, a praenomine dominii ductum, ut Marcipor. » Quintilianus, lib. I. c. 4, pag. 36: « In servis, inquit, iam intercidit illud genus quod ducebatur a domino: unde Marcipores, Publiporesque. » Sic et ROAI pro PVERA, in vetere inscriptione, apud Reinesium pag. 865. Servos per ὑφημισμόν, seu blandiloquentiam, dictos esse pueros iam olim servus adnotavit, ad illud

rapiendae comparantur epulae, pariterque qui rapiant eas, et claves quoque ipsas signasse non est satis: gravatis somno aut morientibus anuli detrahuntur: maiorque vitae ratio circa hoc instrumentum esse coepit, incertum a quo tempore. Videmur tamen posse in externis auctoritatem eius rei intelligere, circa Polycratem Sami tyrannum, cui dilectus ille anulus in mare abiectus capto relatus est pisce, ipso circiter CCXXX annum Vrbis nostrae interfecto. Celebratior quidem usus cum fenore coepisse debet: argumento est consuetudo vulgi, ad

Meronis, «Claudite iam rivos, pueri.» Hard.

Gravatis somno aut morientibus anuli detrahuntur. Lethargicis, aut deficientibus. Exemplum in Tiberio apud Tranquill. c. LXXIII, ubi de genere ejus obitus: «Sunt qui putent, inquit, pulvinum ei iniectum, quum extractum sibi deficienti anulum mox resipiscens requisisset.» Mortuis tamen redditos Propertius indicat, Eleg. IV, 7, 9. Sunt aliquid: «Et solitum digito beryllon adederat ignis.» Hard.

Circa Polycratem Sami tyrannum. Valerius lib. VI, cap. ult. et posthac lib. XXXVII, cap. 1; Herodotus libro III, Cicero, de Finibus, V. Is ab Oronte Persarum satrape in crucem actus et interfectus est. Vide Strabonem lib. XIV. Dalec. — *Anulus in mare abiectus capto relatus est pisce.* Referunt hanc historiam, Cicero, de Finib. lib. V, p. 284; Herodot. Thalia, lib. III, num. 40, p. 178. Elegantius quam ceteri, Valer. Max. libro VI, cap. 9, p. 329: «Semel Polycrati dumtaxat vultum fortuna mutavit, perquam brevi tristitiae salebra succussum: tunc, quum admodum gratum sibi anulum de industria in profundum, ne omnis incommodi expers esset, abiecit: quem tamen continuo recuperavit, capto pisce qui eum devoraverat. Sed hunc felicitatis semper plenis velis cursum tenere non potuit. Comprehensum enim Orontes (scribe *Oroetes*, Ὀροίτης Herodoto saepius, in Thalia, lib. III, pag. 240 et 244. Irrepsit hic error et in Tullii contextum). Darii regis praefectus, in excelsissimo Mycalensis montis vertice cruci affixit. E quo putres eius artus, et tabido cruore manantia membra, atque illam laevam, cui Neptunus anulum piscatoris manu restituerat, situ marcidam Sames amara servitute aliquandiu pressa, liberis ac laetis oculis aspexit.» Vide et Tzetzen, Chiliad. VII, v. 205, et Galen. in Suasoria, tom. II, c. 4, p. 5. Hard.

Consuetudo vulgi. Qua nempe pro arrha dabatur anulus in emptione, quousque pretium solveretur, quum non esset arrha alia promptior ad manum. Quem Romani morem, opinor, hausere ab Hebraeis, cuius haud obscura vestigia in monumentis sacri Mosis animadverto, quale est il-

sponsiones etiamnum anulo exsiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior; ut plane affirmare possimus, nummos ante apud nos, mox coepisse anulos. De nummis paulo post dicetur.

VII. Anuli distinxere alterum ordinem a plebe, ut semel coeperant esse celebres; sicut tunica ab anulis senatum tantum: quanquam et hoc sero: vulgoque purpura latiore tunicae usos invenimus etiam praecones, sicut patrem Lucii Aelii Stilonis, Praeconini ob id cognominati. Sed anuli plane medium ordinem, tertiumque, plebi et patribus inseruere: quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pe-

lud in Genesi, cap. XXXVIII, vs. 18. »Quid tibi vis pro arrhabone dari? » Respondit, » anulum tuum, et armillam, etc.» Meminit quoque moris huius Vlpianus in Digestis, lib. XIX, tom. 5, de Praescriptis verbis, § Si gratuitam tibi: » Si quis, inquit, sponsionis causa anulos acceperit.» Hard.

Nummos ante. Igitur et ante Numam: non tamen signatos: nam signare Servius coepit, ut dicetur cap. 13. At in Numae Serviique statuis anulos fuisse ipse paulo ante admonuit, hoc capite. Hard.

De nummis paulo post dicetur. Cap. 13. Hard.

VII. *Anuli distinxere alterum ordinem.* Equestrem. Hard.

Sicut tunica. Tunica scilicet laticlavia, de qua nos abunde disputavimus in notis ad lib. IX, num. 407. H.

Ab anulis. Ab equite, cui ius anuli concessum, negatum plebi. Hard. — *Sicut tunica ab anulis senatum tantum.* Posteriorem vocem ex Regg. codicibus post Clariss. Durand. Broterius delevit. Ed. P.

Purpura latiore tunicae. Leg. *purpura latiore tunicae*, id est, assutis tunicae fasciis purpurae latioribus: quod Plinii saeculo tantum concessum fuit senatoribus. Praecones magistratuum iussa populo denuntiabant: auctionibus praeerant: theatris silentium et audientiam imperabant. Dal.

Aelii Stilonis, Praeconini ob id cognominati. Vide quae diximus in auctorum Indice, verbo *Aelius Stilo.* Hard.

Tertiumque. Qui licet dignitate ac censu medius inter senatum ac plebem, tamen in actis publicis tertius ordine nominabatur, in hunc modum: SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS. ET. EQVESTER. ORDO: ut dicetur cap. seq. Hard.

Quod antea militares, etc. Vt antea militares equi nomen equitibus fecerant, *quia equo merebant*, ita nunc ut equites judices appellentur, pecuniae faciunt, » quae debent esse sestertium quadringentorum ei qui eques appellari velit, » Hard.

cuniae iudices tribuunt. Nec pridem id factum divo Augusto decurias ordinante, maior pars iudicum in ferreo anulo fuit: iique non equites, sed iudices vocabantur. Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. Iudicum quoque non nisi quatuor decuriae fuere primo: vixque singula millia in decuriis inventa sunt, nondum provinciis ad hoc munus admissis: servatumque in hodiernum est, ne

Nec pridem id factum. Vt aureo scilicet anulo equester ordo secerneretur a plebe. Hard.

Divo Augusto decurias ordinante. Augustus ad tres iudicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quae ducenariorum vocaretur, iudicaretque de levioribus summis. Suetonius in August. cap. xxxii. Hdr. — *Decurias ordinante.* Iudicum videlicet, non equitum, ut visum est nonnemini. Iudicum vero decuriae plures fuere, eaedemque variis discretae nominibus, ut mox dicetur. Decuria in hoc loquendi genere non est δεκάς. Nam singulae decuriae singula minimum millia continebant, ipso teste Plinio. Hard.

Sed iudices vocabantur. Ex equestri tamen ordine omnes allecti. H.

Iudicum quoque non nisi quatuor decuriae primo fuere. E singulis quaeque millibus constitae, ut mox dicetur. Ex his quartam Augustus instituit, quum essent antea tres tantum, quam ducenariorum vocavit, ex inferiore censu allectam, quae iudicaret de levioribus summis, ut quidem prodit in eius vita Tranquillus, cap. xxxii. Hic velut ὀδοῦ πάρεργον fas sit geminum de iudicibus epigramma describere, et utrumque acutum, ex libro Anthologiae, ut ceae, lit. 13. Prius est Palladae, his verbis: Οὐδεὶς καὶ καθαρὸς καὶ μείλιχος ἤλυθεν ἄρχων Ἐν γὰρ ἑνὸς δοκεῖ δόγματος ἀντίπαλον. Τὸ γλυκὺ, τοῦ κλέπτοντος ὑπερφιάλου δέ, τὸ ἁγνὸν. Ὀργανα τῆς ἀρετῆς ταῦτα δύ' ἐστὶ πάθη. Alterum eiusdem istud est: Μήποτε δουλεύτασα γυνὴ, δέσποινα γένοιτο, Ἔστι παροιμιῶδες τῷ δ' ἴδ' ἄμοιον ἐρῶ: Μήτε δίκην δικάσειν ἀνὴρ γεγονὼς δικολέκτης, Μηδ' ἂν Ἰσοκράτους ῥητορικώτερος ᾖ. Πᾶς γὰρ ὁ μισθαρνεῖν εἰθισμένος, οὐδ' ἐν ἑτέρῳ Σεμνότερον δικάσαι, μὴ ῥυπαρῶς δύναται. Vtrumque sic Grotius reddidit satis feliciter: prius quidem: « Nemo simul facilis populum sanctusque guberoat: Altera natura res perit alterius. Qui capiunt, faciles: renuunt qui dona, superbi: Haec duo nam virtus per mala semper agit. » Posterius autem sic: « Ne quae serva fuit, fiat matrona, cavete: Hoc vetus est dictum; nunc ego dico novum. Qui causas dixit, cauvis ne iudicet unquam; Eloquio quamvis sit prior Isocrate. Nam solitus causas vendi dicere lingua, Non et iudicium vendere non poterit. » H.

Servatumque in hodiernum est, ne quis e novis civibus. E peregrinis, qui ius civitatis nuper essent adepti. Paulo ante quidam libri, *in hodiernum diem* habere dicuntur. H.

quis e novis civibus in iis iudicaret. (11)Decuriae quoque ipsae pluribus discretae nominibus fuere, tribunorum aeris, et selectorum, et iudicum. Praeter hos etiamnum nongenti vocabantur, ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis. Et divisus hic quoque ordo erat superba usurpatione nominum; quum alius se nongentum, alius selectum, alius tribunum appellaret.

Decuriae quoque ipsae pluribus discretae nominibus. In singulis, inquit, decuriis erant ordines diversi tres, nempe tribunorum aeris, selectorum, iudicum: et, qui erant selecti ex omnibus, nongentorum. H.

Tribunorum aeris. Alex. ab Alex. lib. II, cap. 24, et lib. V, cap. 2. Hos Iulius Caesar sustulit. Sueton. in Iulio, cap. XLI. DALEC. — *Tribunorum aeris.* VI senatores, et equites romani, ac tribuni aerarii simul iudicarent, legem tulerat Aurelius Cotta, teste Asconio Ped. in Divinat. pag. 47. Qui pecuniam quae a populo imperata erat, tributim a singulis pro portione census exigebant, ac militi dabant, iudicabantque de litibus eo spectantibus, tribuni aerarii vocabantur. Hos Caesar dictator sustulit. Suetonius, cap. XLI: « Iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestris ordinis ac senatorii: tribunos aerarios, quod erat tertium, sustulit. » Et hi ex equestri ordine assumpti. HARD.

Selectorum. Vide Raevardum, c. XI Protribunalium, et de tota hac iudicorum ratione, cap. 19 et 20; vide et Turn. lib XXIX, c. 16. DAL. — *Et selectorum.* Non fuit hoc statim ordinis nomen, sed sortis. Nam e iudicibus praetores urbani subsortitione facta optimum quemque in selectos iudices referebant, ut testatur Cicero pro Cluentio. Postea tamen ordinis nomen fuit, Augusti, ut videtur, principatu. Meminit huius ordinis Seneca, de Benef. lib. III, c. 7, in fine: « Vbi id, de quo sola sapientia deceroit, in controversiam incidit, non potest ad hoc sumi iudex ex turba selectorum, quem census in album, et equestris hereditas misit. » Fuere et hi ex equitibus. Horatius, Satyr. IV, v. 123: « Vnum ex iudicibus selectis obiiciebat. » Meminit et Ovidius, Trist. lib. II, vers. 131: « Nec mea decreto damnasti facta senatus: Nec mea selecti iudice iussa fuga est. » Apud Rejnesium vetus inscriptio, pag. 452, L. MAMILIO... SELECTO. ET. DECVRIONI. HARD.

Nongenti vocabantur. Ministri comitiorum olim fuerunt diribitores, sive distributores, qui tabellas populo per centurias ministrabant: rogatores, qui cistas per tribus deferebant colligendis suffragiis: et cistarum custodes, quos hic nominat Plinius. Grucchius lib. de Comitiis. DALEC.

Ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffragiorum. Sorte, ut quidem ferunt. Horatius, Sat. IV, lib. I, v. 123. HARD.

Alius se nongentum. Communi appellatione contentus, quum alii se

VIII. Tiberii demum principatus nono anno in unitatem venit equester ordo: anulorumque auctoritati forma constituta est, C. Asinio Pollione; C. Antistio Vetere coss. anno Vrbis conditae DCCLXXV, quod miremur, fûtili paene de causa, quum C. Sulpicius Galba, dum iuvenalem famam apud principem popinarum poenis aucupatur, questus esset in Senatu, vulgo institores eius culpae defendi anulis. Hac de causa constitutum, ne cui ius id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri avoque paterno sestertia CCCC census

selectos dicerent, quod e selectis essent: alii tribunos, quod e tribunis. Apud Gruter. pag. 436, INSCR. DE SELECT. *de selectis*. HARD.

VIII. *Equester ordo*. Quae fuerit equitum prima institutio, quae dignitas, quod ornamentum, multis explicat Alex. ab Alex. lib. II, c. 29. DAL.

Forma. Census constitutus est, cui ius esset anuli ferendi. HARD.

C. Asinio. Iam anno ante, C. Sulpicio, D. Haterio coss. id sategisse Tiberium auctor est Tacitus, Annal. lib. III, cap. 86. Hoc anno perfecisse Plinius significare videtur. HARD. — *Anno Vrbis conditae DCCLXXV*. Verrianos calculos et hic, ut paulo supra, Plinius sequitur. BROT.

Iuvenalem famam. Sic etiam MSS. omnes, non *iuvenilem*. Suetonius a Caio Caligula adiectum ait Saturnalibus diem iuvenalem, cap. XVII, et in Nerone, cap. XI, *iuvenalibus*, etc. Iuvenalis fama vel digna strenuo iuvene est, vel ex coercitis iuvenum ganeis collecta. HARD.

Popinarum poenis aucupatur, etc. Poenas nempe exigendo ab iis qui popinas ganeasve exercerent. Suetonius in Tiberio, cap. XXXIV, dedisse eum aedilibus negotium ait, « popinas ganeasque inhibendi, » ut aedilem tum fuisse C. Sulpicium Galbam intelligas. Fuit is Galbae imp. frater. Vide Sueton. in Galba, cap. III. Cave igitur hic *coenis* pro *poenis* rescribi velis. HARD.

Defendi anulis. Reiicere iudicium Sulpicii, vel eo solo nomine, quod de iis, qui ius haberent anuli gerendi, iudicare eum nefas esset. Sic auctor praefationis ad Titum: « Quanto nos causatius ab aliquo iudice defendimus? » HARD.

Sestertia CCCC. Sestertia quadringenta, sive, quod idem est, sestertium quadringenta millia, monetae gallicae efficiunt libras, ut vocant, 40000. Martialis, lib. IV, Epigr. LXVII: « Praetorem pauper centum sestertia Gaurus Orabat, nota carus amicitia, Dicebatque suis haec tantum deesse trecentis, Vt posset domino plaudere iustus eques. » Et lib. V, Epigr. XXVI, de Chaerestrato expulso ex quatuordecim subselliis, propter paupertatem: « Quadringenta tibi non sunt, Chaerestrate, surge: Lectius ecce venit: sta, fuge, curre, late. » Sed omnino festive ludit in Calliodorum quemdam, quem negat

fuisset, et lege Iulia theatrali in XIV ordinibus sedendi. Postea gregatim insigne id appeti coeptum: propterque haec discrimina Caius princeps decuriam quintam adiecit: tantumque natum est fastus, ut quae sub divo Augusto impleri non potuerant decuriae, non capiant eum ordinem, passimque ad ornamenta ea etiam servitute liberati transiliant: quod antea

esse equitem, bonis cum fratre divisis, lib. V, Epigr. XXXVII: « Calliodorus habet censum, quis nescit? equestrem, Sexte: sed et fratrem Calliodorus habet. Quadringenta secat, qui dicit σῦκα μέριζε. Vno credis equo posse sedere duos? Quid cum fratre tibi? quid cum Polluce molesto? Non esset Pollux si tibi, Castor eras. Vnus, quum sitis, duo, Calliodore, sedetis. Surge, soloecismum, Calliodore, facis. Aut imitare genus Ledae: aut cum fratre sedere Non potes: alternis, Calliodore, sede. » Ea porro quadringenta sestertia idem valere ac quadringenta sestertium millia, Plinius Iunior admonet, lib. I, epist. 19: « Esse autem tibi centum millium censum satis indicat, quod apud nos decurio es: igitur ut te non decurione solum, verum etiam equite Romano perfruamur, affero tibi ad implendas equitis facultates, trecenta millia nummum. » H. — Quadringenta sestertium millis nostrae sunt monetae l. 77,813. Ed. P.

Et lege Iulia. De lege Roscia, qua statuebatur qui ius haberent in quatuordecim ordinibus sedendi, diximus abunde lib. VII, cap. 31. Lege Iulii Caesaris, ut quidem remur, poena statuta iis qui contra auderent. Poena theatralis haec appellata apud Tranquillum in Augusto, cap. XL. H. — *Lege Iulia.* De hac lege et in quatuor ordinibus sedendi iure multa diximus ad Tac. Annal XV, 32. Brot.

In XIV ordinibus. L. Roscius trib. pleb. legam tulit, ut equitibus romanis in theatro quatuordecim gradus primi assignarentur. Dal.

Caius. Quem Caligulam vulgo vocant: de quo Suetou. c. XVI: « Vt levior labor iudicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. » Vetus inscriptio apud Reinesium, pag. 406, IVDIC. EX V. DEC. Et apud Gruterum, pag. 459, IVDICI. SELECTO. EX. V. DEC. H. e. « ex quinta decuria. » H.

Tantumque natum est fastus. Aliter in Reg. 2. cod. et Chiffl. et sincerius ut arbitror: « tantumque enatum est fortis, » hoc est, fortunae ac felicitatis. Hinc veteres inscriptiones, FORTVNAE FORTIS. H.

Non capiant eum ordinem. « Nonc capiant eum ordine, » In vetusto codice. Pint.

Ad ornamenta ea. Ad anulos aureos, quibus liberti donabantur simul cum equestri dignitate. Tacitus, Historiarum libro primo: « Nec minor gratia Iulio Galbae liberto, quem anulis donatum equestri nomine Martianum vocitabant. » Idem Historiarum secundo, Asiaticum Vitellii libertum, sit donatum anulis, quod antea dixerat, *equestri dignitate.* Harc.

numquam erat factum, quoniam in ferreo anulo equites iudicesque intelligebantur: adeoque promiscuum id esse coepit, ut apud Claudium Caesarem, in censura eius, unus ex equitibus Flavius Proculus, quadringentos ex ea causa reos postularet. Ita dum separatur ordo ab ingenuis, communicatus est cum servitiis.

Iudicum autem appellatione separari eum ordinem, primi omnium instituere Gracchi, discordi popularitate in contumeliam senatus: mox ea debellata, auctoritas nominis vario seditionum eventu circa publicanos substitit: et aliquamdiu tertiae vires publicani fuere. Marcus Cicero demum stabilivit equestre nomen in consulatu suo, Catilinanis rebus, ex eo se ordine profectum esse celebrans, eiusque vires peculiari popularitate quaerens. Ab illo tempore plane hoc tertium corpus in republica factum est, coepitque adiici senatui populoque romano, et equester

In censura eius. Quam eum L. Vitellio gessit, principatus sui anno octavo, lustrumque fecit LXXIV.

Ex ea causa reos. Quod quum servi essent, aut liberti, insigne equitum gestarent. HARD.

Ab ingenuis. A senatu et populo romano. HARD.

Gracchi. Asconius Pedianus, in Divin. pag. 47: « Ti. Gracchus, *inquit*, legem tulerat, ut equites romani iudicarent: iudicaverunt per annos XX sine infamia. Post victor Sylla leges tulerat, ut senatorius ordo iudicaret, et iudicavit per annos decem turpiter, etc. » HARD. — *Primi omnium instituere Gracchi.* Regg. codd. veteresque nummi non *Gracchii*, sed *Gracci* praeferunt. ED. PAR.

Tertiae vires. Tertius locus, tertia dignitas. Fuit quum legendum suspicarer, *tertiae vices.* HARD.

Ei senatum concilians. Vetus exemplar longe aliter: *contilianis rebus*: ut forte scribendum sit, *Cartilionis rebus.* PINT. — *Catilinanis rebus.* Vestigia codicis probatissimi Reg. 2, integra fide secuti loco huic curationem adhibuimus: nam in eo vidimus quod et in suo Pintianus vidit, *Contiliunis rebus.* Plinius ipse, lib. II, cap. 52, pag. 100, « in Catilinanis prodigiis » dixit. Hic vero editi ad hunc diem libri, « senatum ei concilians » expuncta voce *rebus*, adiecta altera deinde *senatum*; reliquis omnino corruptis. H.

ordo. Qua de causa et nunc post populum scribitur, quia novissime coeptus est adiici.

IX. Equitum quidem etiam nomen ipsum saepe variatum est, in his quoque qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo regibusq. appellati sunt: deinde flexumines: postea trossuli, quum oppidum in Tuscis citra Volsinios passuum IX M sine ullo peditum adiumento cepissent eius vocabuli: idque du-

Post populum scribitur. Tamen in nummo Augusti a Museo nostro, CONSENSV. SENAT. ET. EQ. VSQVE. P. Q. R. a consensu senatus, et equestris ordinis, populique romani. a Sed est equester hic ordo equitum romanorum Narbone, non eorum qui in Vrbe. Apud Patinum, in Familiis, pag. 171, num. 3, 4, 5, 6, 7, 8, legitur, C. MARIVS TROMPIVS. Hoc est, aCaius Marius Trium Reipublicae Ordinum Triumvir. a Orator procuratos negotiis senatus populique romani et equestris ordinis. In eo nummo tris sunt capita virorum veluti ordine sinistrorsum incedentium: primum nudum senile, populi romani: medium, virile, diadematum, senatus: postremum, iuvenile, nudum, equestris ordinis. Mirum profecto non esse hunc magistratum romanae historiae scriptoribus cognitum. In eo nummo, qui quartus est apud Patinum, scriptum est; C. MARIVS. C. F. TROMPIVS. Duo viri togati sinistrorsum incedunt; sinistra tenent codicillos: ad pedes sua cuique arcula, ut videtur, apposita est, in qua chartas sive instrumenta publica reponeret. Caius Marius pater est cum Caio filio, qui functus eo magistratu cum patre, ei postea in eodem gerendo successit. Nam in nummis antiquis quum Caius Caii F. scribitur, ut aliud simile praenomen, eodem ambos munere functos esse significatur. Augusti Caesaris vultum et nomen hi nummi exhibent parte antica. HASE.

IX. *Quinetiam ipsum equitum nomen.* In vet. cod. a qui tum quidem etiam nomen ipsum: a lego, aequitum quidem etiam nomen ipsum. a PINT.

Celeres sub Romulo regibusque appellati. Festus: aCeleres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo iis praepositus fuit, qui primitus electi fuerunt ex singulis decuriis deni: ideoque omnino treceoti fuere: a Sic etiam Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. libro II, pag. 86, et Plutarchus in Romulo, p. 23. De Celere Romuli comite, vide Nasonem Fastorum libro IV, vers. 837. Deducunt alii vocem eam a graeca κέλης, quae equitem sonat. HASE.

Deinde flexumines. In Reg. 2, et Chiff. *flexumentes.* An a flectendis graviter habenis?

Trossuli. Varro in Sesculysse apud Festum: a Itaque tum equum mordacem et calcitronem horridus miles virque vitabat: nunc emunt trossuli, nardo nitidi, vulgo Attico talento equum. a Marcellus *trossulos* dictos vult, quasi torosulos. DAL. — *Tros-*

ravit ultra C. Gracchum. Iunius certe, qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis: « Quod ad equestrem ordinem attinet, antea trossulos vocabant, nunc equites vocant: ideoque quia non intelligunt trossulos nomen quid valeat, multos pudet trossulos vocari. »

X. Sunt adhuc aliquae non omittendae in auro differentiae. Auxilia quippe et externos torquibus aureis donavere, at cives non nisi argenteis. Praeterque, armillas civibus dedere, quas non habent externi.

suli, quum oppidum in Tuscis citra, etc. Festus: « Trossuli equites dicti, quod oppidum Tuscorum Trossulum sine opera peditum ceperint. » Manent etiamnum loci vestigia, vulgo *Trosso*, vicinaque fossa, *il vado di Trosso*, duobus passuum millibus a *monte Fiascone*. Harn.

Iunius certe... scriptum reliquit his verbis, etc. Forte in libris quos inscripsit, *de Potestatibus*, quorum septimum laudat Vlpianus, in Dig. lib. de Offic. Quaest. De Iunio Gracchano iam supra egimus in auctorum Indice. Harn.

Multos pudet. Propter ambiguitatem vocis, quae Persium minime latuit, dum caneret Satyr. I, vers. 96: « Trossulus exsultat tibi per subsellia laevis. » Neque enim solum equitem significat ab oppido, ut dictum est: sed et delicatum ac mollem, forsan a graeca voce τρυσσός. Quo sensu vox ea est accepta a Seneca, epist. 76, p. 733: « Quid ergo? Idem faciam quod trossuli isti ac iuvenes? » Et ab Hieronymo, lib. de vitando suspecto Contubernio. Adde his ea quae Vossius affert in Etymol. verbo *Trossuli*. Harn.

X. *Auxilia*. Auxilia (sic enim MSS. omnes, ut servitia pro servis dici monuimus saepe) sive auxiliares cohortes dicuntur in bello socii Romanorum externarum nationum, inquit Festus. Cur vero externis aurei torques darentur, argentei tantum civibus, illud nimirum est, quod in illis pretium spectabatur: in his solus honor et gloria rei gestae. Coronam ex auro datam externis non legimus. Haec vero de militari torque, hoc est, qui in bello datus ab imperatore fuerit, ceu praemium fortitudinis, accipienda sunt: non de quovis alio. Nam in ludicro certamine Augustum in Circo scimus torque aureo donasse Nonium Asprenatem: sed nihil istud ad propositum Plinianum. Quod autem Siccio Dentato torques aureos datos esse scribit Dionys. Halic. idcirco dictum ab eo remur, quod nonnisi aureos nosset. Caeteri certe scriptores, quos retulimus lib. VII, cap. 29, aureos non appellant. Harn.

Externos torquibus aureis donavere. Apud Livium libro III, Decad. V, duobus fratribus Gallorum regulis senatus munera mittit torques duos factos ex auri pondo quinque. Dat.

XI. Iidem (quod magis miremur) coronas ex auro dedere civibus. Quis primus donatus sit ea, non inveni: sed quis primum donaverit, a L. Pisone traditur A. Postumius dictator: apud lacum Regillum castris Latinorum expugnatis, ei cuius maxime opera capta essent, hanc coronam ex praeda is dedit. Item L. Lentulus cos. Servio Cornelio Merendae, Samnitum oppido capto: sed huic quinque librarum. Piso

XI. *A. Postumius.* Gessisse dictaturam anno Vrbis 323, auctor est Gellius, lib. XVII, cap. 21, p. 992. De eius victoria ad lacum Regillum, fuse Livius, lib. II, p. 28. Hard. — *Sed quis primum donaverit.* Brot. ex MSS. Regg. 2, 3, et Voss. *equidem quis primum*; et paulo supra ex ed. pr. *Quis primum donatus* non *primus.* En. P.

Regillum. In Tusculano agro, ad quartumdecimum ferme lapidem viae Lavicanae, ad sinistram Roma Lavicum euntibus, quod oppidum hodie *la Colonna.* Sub eo oppido lacus est Regillus, ut contra Cluverium probat Holstenius, ex Strabone. Hard.

Hanc coronam ex praeda dedit. Adde pronomen *is*, ex antiquo exemplari, a hanc coronam ex praeda is dedit » Pint.

Item L. Lentulus. Cum Manio Curio Dentato tertium, is consul fuit, anno Vrbis 479. Ipse Servius Cornelius Merenda anno sequente cum eodem Curio quartum. Harduinus. — *Item L. Lentulus cos. Servio Cornelio Merendae, Samnitum oppido capto: sed huic quinque librarum. Piso Frugi filium ex privata pecunia donavit: eamque coronam testamento ei praelegavit.* In Reg. 2 cod *expraelegavit:* caetera totidem syllabis apicibusque litterarum fide religiosissima repraesentamus, quae sunt in libris hactenus editis sic foede interpolata: » Item L. Lentulus cos. Serg. Cornelio Merendae, Samnitum oppido capto. Sed quinque librarum corona Piso Frugi filium ex privata pecunia donavit: eamque coronam testamento reipublicae legavit. « Sergii vox non praenominis vice fuit unquam apud Romanos, sed nominis. Corona quinque librarum non Pisonis filium, sed Cornelium Merendam esse donatum, vel ex Valerio Maximo coniicere possumus, qui a Pisone Frugi *trium* tantum » librarum, corona decoratum filium « scribit. *Reipublicae* vero aut, ut Pintianus malebat, *populo romano*, legatam hanc coronam, nec Valerius, nec codices MSS. agnoscunt. Amanuensium illa vel semieruditorum coniectura est, ex his vocibus ei *praelegavit*, efficientium, *reip. legavit.* Denique extritam temere voculam *huic*, insertam alteram, *corona*, libris omnibus inveitis, iure conquerimur. Hard.

Piso Frugi. Cui ob insigni frugalitate cognomen. Valer. Max. lib. IV, cap. 3, num. 10: »Fabiorum et Ogolnii continentiae Calpurnium Pisonem in consimili genere laudis aemulum fuisse res ipsa documento est: consul gravi fugitivorum bello a se liberata Sicilia, eos, quorum praecipua opera

Frugi filium ex privata pecunia donavit: eamque coronam testamento ei praelegavit.

XII. (III.) Deorum vero honori in sacris nihil aliud excogitatum est, quam ut auratis cornibus hostiae, maiores dumtaxat, immolarentur. Sed in militia quoque in tantum adolevit haec luxuria, ut M. Bruti in Philippicis campis epistolae reperiantur frementes, fibulas tribunicias ex auro geri. Ita hercules: idem enim tu, Brute, mulierum pedibus aurum gestari

usus fuerat, imperatorio more donis prosequebatur: inter quos filium suum locis aliquot praeliatum fortissime, titulo trium librarum aureae coronae decoravit: praefatus non oportere a magistratu e publica pecunia erogari, quod in ipsius domum rediturum esset: tantumque ponderis se testamento adolescenti legaturum promisit, ut honorem a duce, pretium a patre privatim acciperet.» Hard.

Eamque coronam testamento reiplegavit. In eodem, ideamque coronam ex testamento populo romano legavit, a postposita praepositione. Pint. —*Praelegavit.* Ante omnia, et priore loco legavit: vel, privatim legavit. Vsus hac voce Paulus, Dig. libro XXXI, tit. 1. De legatis, Leg. II, 87, Hard.

XII. *Maiores dumtaxat.* E bubulo genere. Tibullus, lib. IV, Carm. I, p. 388: «Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.» Tertull. lib. de Corona, c. XII: «Tibi, Iupiter, bove cornibus auro decoratis vovemus esse futurum.» Vetus inscriptio Fratrum Arvalium, apud Grut. BOVA. AVRATO. VOVERVNT. ESSE. FVTVRVM. Virgilius: «Et statuam ante aras aurata fronte iuvencum.» Prudentius, hymn. in S. Romanum, vers. 1021: «Huc taurus ingens, fronte torva et hispida, Sertis revinctus aut per armos floreis, Aut impeditis cornibus deducitur: Nec non et auro frons coruscat hostiae, setasque fulgor bractealis infieit.» Minores hostiae erant tantum coronatae illius Dei fronde, cui sacrum fiebat. Hard.

Vt M. Bruti in Philippicis campis epistolae reperiantur frementes fibulas tribunicias, etc. *Philippis*, non *Philippicis*, in apographo nostro, et aptiorem lectionem ducimus *frementis* quam *frementes*: ut referatur ad Brutum. Pint. — *Fibulas tribunicias.* Sagum, sive clamydem, seu quocumque nomine alio vestimentum militare appellari lubet, fibula in humeris nectebat: vulgo *agraffam* dicimus. Non illud quidem aut nobilitatis insigne, aut tribunatus, ut quibusdam visum est, sed necessitate quaesitum: ornatus gratia, ut ea argento foret, vel auro. Paludamenti sive sagi iconem cum fibula vide apud Ferrar. de Re Vest. parte II, lib. II, cap. 8, p. 110. Hard.

At hercules idem tu, Brute. In eodem, «Ita Hercules: idem enim tu, Brute.» Pint.

Mulierum pedibus. Periscelia intelligit et aureum crurum vincula, de quibus iterum Inferios cap. 54, ubi compedes scite appellantur: quoniam

tacuisti. Et nos sceleris arguimus illum, qui primus auro dignitatem per anulos fecit, ut habeant in lacertis iam pridem et viri, quod e Dardanis venit, itaque et Dardanum vocabatur. Viriolae Celticae dicuntur: viriae Celtibericae. Habeant feminae in armillis digitisque totis, collo, auribus, spiris; discurrant catenae circa latera, et inserta marga-

ubi compedes esse solent, immo perli induuntur, qua cruri adnectitur. Vide Ferrarium in Analectis de Re Vest. cap. XXI, pag. 71. HARD.

Pedibus aurum gestare tacuisti. Quod urbanos calciamenta clavibus aureis suffigerentur, Brissonius, libro II, cap. 5. Auro abundanti uti Romanos feminis permisisse scribit Valerius de Instit. Antiq. lib. II, cap. 2; Livius Belli Macedonic. lib. IV. DALEC.

Caius sceleris nos coarguimus illum primum qui, etc. Scribe, « et nos sceleris arguimus illum qui primus auro, etc. » ex antiquo codice. PINT.

Itaque Dardanium vocabatur. Dardanium, vel, ut alii legunt, *Dardanum*, aureum brachiorum ornamentum, *viria* ornamentum colli aureum, virieulis caelatum ac sculptum, gemmis per intervalla dispositis. Lego, « itaque et Dardanium vocatur, sicut et viriae Celticae dicuntur et viriolae Celtibericae. Habent, etc. » Ornamentum id Isidorus viris et feminis commune *dextras* vocat, vulgo *brasselets*; atque ante manicam portari et ibi clavo iungi. Idem armillas victoriae et virilis fortitudinis causa datas virilitas quondam vocatas ait, ut hic legi possit, « Viriae Celticae dicuntur, viriliae Celtibericae. » DAL. — *Dardanum.* Brachiorum ornamentum aureum. H.

Viriolae... viriae. Sic MSS. Reg. 2, Chiffl. caeterique: non, ut editi hactenus libri, « Viriae Celticae dicuntur, viriles Celtibericae. » Sunt autem viriae et viriolae « armillae virorum propriae, » inquit Isidorus Orig. lib. XIX, cap. 30, « collatae militibus victoriae causa ob armorum virtutem: unde et quondam dicebantur viriliae: » lege *viriolae.* Glossae: *viriolae*, περιχέρια. Inter ornamenta muliebria viriolas censent Ulpianus, lib. XXV, § 10, ff. de auro et argento legato: Scaevola item, aliique. Ambrosius, in lib. I. de Abraham, exponens caput Gen. 34, ubi caeteri interpretes armillas vertunt, virias reddidit: « Has virias, *inquit*, quae manum non materiali auro ornarent, etc. » Vide etiam alia apud Vossium in Etymol. H.

Habeant feminae. Et viri habuere, sed effeminati moribus: Caius, qui « manucatus et armillatus in publicum processit, » teste Tranquillo; Carus deinde, et alii. H.

Discurrant catenae. Cingula: ex auro intelligit. H.

Et inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant, ut in somno quoque unionum conscientia adsit. In Reg. 2 cod. *ut in somno*, unius litterulae discrimine, sed errore minime obscuro. Alii, « ut in somno quoque, etc. » Et prius, « inserta margaritarum pondera, » habent MSS. omnes et vetustae editiones; non, ut codex Pintiani inter-

ritarum pondera e collo dominarum auro pendeant, ut in somno quoque unionum conscientia adsit: etiamne pedibus induitur, atque inter stolam plebemque hunc medium feminarum equestrem ordinem facit? Honestius viri paedagogiis id damus: balineasque dives puerorum forma convertit. Iam

polatus habet, « in secreto margaritarum sacculi; a quae postrema vox glossema est, loco vocis primigeniae, *pondera* H. — *Et inserta margaritarum pondera.* Brot. ex MSS. Regg. 2, 3, et ed. principe, « et in secreto margaritarum sacculi, » hoc est, in secretioribus aedibus dormitoriisque: et statim mox, » in collo dominarum aureo. » Ed. P.

Vt in somno quoque. Vt vel per somnum occurrant animo margaritae quas gestant. H.

Etiamne pedibus. Soccis, qui circulis ex auro vincti. H.

Atque inter stolam. Quemadmodum in viris aurum in anulis distinguebat a curia et a plebeio ordine equites, atque medium ordinem faciebat: ita in mulieribus aurum compede gestatum distinguebat libertinas tum a stola, id est, matronis honestis, tum a plebe inope: itaque medium quemdam et veluti equestrem feminarum ordinem faciebat. Cave calceorum ornatum hinc colligas in feminis equestris ordinis hunc fuisse: non ea Plinii sententia est: nam equestris ordinis matronae et ipsae longa veste, hoc est, stola matronali usae. At libertinae, quibusque Venus non impermissa, quum altius tunicas succingerent, ut ex Ovidio et aliis scriptoribus liquet, pedes circulis aureis cultos ostentabant. Ita egregie Ferrarius, de Re Vest. lib. III, cap. 17, p 227. H.

Paedagogiis. Puerorum educationi: qui bullas aureas e collo suspensas gestabant. *Paedagogia* pueri dicuntur, qui in deliciis habentur, vel puerorum multitudo. Dat. — *Paedagogiis.* Vt periscelia, caeteraque pedum et crurum vincula habeant aurea, pedagogiis relinquimus. Paedagogium coetum sonat puerorum, qui in deliciis habentur. Hinc deminuta voce pueri nobilium ministri *pagii* apud nos appellantur, *les pages.* De his inferius iterum cap. 54. H.

Balineasque, etc. Sic MSS. omnes. Balineas a balineo differre Varro admonet, quod illae sint publicae, privatum istud. Elegans autem puerorum forma, inquit Plinius, balineas decorat, et honestat. *Convertere balineas* dictum per metaphoram arbitramur, pro *ostentare*; ut *convertere exercitum* latine dicimus, quod Barbari *facere monstram* aiunt. Vel *convertere balineas* est earum speciem sic immutare, ut vix balineae esse credantur, ac non principum virorum potius domus ac comitatus. De paedagogiani pueri cultu Ammianus lib. XXVI, p. 320: « A calca ad pubem in paedagogiani pueri speciem purpureis opertus tegminibus pedum. » Pueros credimus unguentarios, qui in balneis erant, a Plinio nunc designari. Qualis ille ad quem Horatius, lib. III, Od. 14, « I, pete unguentum, puer. » H.

vero etiam Harpocratem, statuasque Aegyptiorum numinum, in digitis viri quoque portare incipiunt. Fuit et alia Claudii principatu differentia in solis his, quibus admissionem liberti eius dedissent, imaginem principis ex auro in anulo gerendi, magna criminum occasione: quae omnia salutaris exortus Vespasiani imperatoris abolevit, aequaliter publicando princi-

Harpocratem. Vide Suidam in dictione ἁρπόκρατος. Politian. Miscell. c. LXXVIII. DAL. — *Harpocratem.* Silentii deum, inter Aegyptiorum numina Ovidius, Metamorph. vers. 692, Aegyptiorum deos enumerans, hunc signat tacito nomine: « Quique premit vocem, digitoque silentia suadet. » HASO.

Quibus admissionem. Usus ea voce. Tranquillus in Vespasiano, cap. XIV: « Trepidum eum interdicta aulae sub Nerone, quaerentemque quidnam ageret, aut quo abiret, quidam ex officio admissionis simul expellens, abire Morboniam iusserat. » Plinius item Iunior in Panegyr. Traiani, num. 47: « An quisquam studia humanitatis professus, non quum omnia tum, tum vel in primis laudibus ferat admissionum tuarum facilitatem? » Nempe *ab admissionibus* vel *admissionales*, ut habet Lampridius in Alexandro Severo: dicebantur ii, servi libertive, qui ad salutandum principem ex officio eos admittebant, quibus eo conventu opus erat. His qui praeerat, *magister admissionum*, Ammiano teste, dictus, qui honoratiores ad principem introducebat. Id Palatinum officium Claudii ac Neronis temporibus, ut ex dictis liquet, institutum est. Recte Seneca, de Clem. lib. I, cap. 10, « cohortem interioris admissionis » dixit: nam admissionales alii intra principis cubiculum, alii ad fores fuere. H. — *In solis his*, etc. Brot. ex ed. pr. *insolens his.* Ed. P.

Liberti eius dedissent. Cave eum Lipsio credas orationis structuram poscere sibi, « liberti, et ius dedissent, etc. » Senteotia est, admissionum libertos scrutari solitos fuisse eos qui ad principem accederent, criminique dedisse, si quem principis imaginem in anulo gerentem offendissent. H. — *Quibus admissionem liberti.* Quibus ius ingrediendi cubiculum principis liberti eios dedissent, etc. H.

Magna criminum. Quum rei peragerentur ii, qui non impetrata hac venia, principis imaginem in anulo ex auro gestarent. Qua cautione principis imago tum tractanda foret, vide apud Suetoo. in Tiberio, cap. LVIII. Vide et Gothofred. in Cod. Theod. lib. IX, t. 21 de falsa Moneta, lib. IX, p. 179. H. — *Magna criminum occasione.* Tum adversus eos qui principis imaginem, non dato iure ferrent, tum, vel dato iure, qui ferrent sine debita principi reverentia. In recensendis his criminibus frequens est Tacitus. BROT.

Aequaliter publicando principem. Data ex aequo omnibus publice venia gerendi principis imaginem, et ipsum adeundi. HASD.

pem. De anulis aureis eorumque usu hactenus dictum sit.

XIII. Proximum scelus fecit, qui primus ex auro denarium signavit: quod et ipsum latet auctore incerto. Populus romanus ne argento quidem signato, ante Pyrrhum regem devictum usus est. Librales (unde etiam nunc libella dicitur, et dupon-

XIII. *Proximum.* « Pessimum vitae scelus fecit, ut ipse admonuit cap. 4, qui primus aurum digitis induit: » nunc *proximum* ab eo *scelus fecisse* arguitur, » qui primus denarium ex auro signavit. » Hard.

Ex auro denarium. Nummi ex auro denarii quoque appellati. Petron. Satyr. pag. 106: « Pro calculis albis ac nigris aureos argenteosque habebat denarios. » Et pag. 160: » Non habemus aedilem trium caunearum... plus in die nummorum accipit, quam alter patrimonium habet. Jam scio acceperit denarios mille aureos. » Didymus: Τὰ δὲ χίλια σεστέρτια ποιεῖ διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ· δίκα δὲ χρυσᾶ, ὅπερ νούμμους φασί. « Mille sestertii efficiunt ccl denarios argenteos, sive decem denarios aureos, quod et mille nummos vocant. » Plinius ipse denique lib. XXXIV, c. 17, Lysippum ait solitum pro manipretio cuiusque signi, quod ipse conflabat, seponere singulos denarios aureos. Et lib. XXXVII, cap. 3, « sex denariis aureis. » Hard.

Quod et ips. latet. Primus cudendae ex auro monetae quia auctor extiterit, etiam apud exteros, latet. Aureum argenteumque nummum Lydos primum conflavisse, auctor est Herodot. Clio, lib. I, num. 94. H.

Ante Pyrrhum ... devictum. Est autem devictus anno Vrbis 479, ut diximus lib. VIII, cap 6. H.

Librales. Vsque ad Pyrrhum devictum, inquit, immo et post illud tempus aliquanto, as fuit librali pondere, ex aere, sive duodecim unciarum: atque adeo semissis, sex unciarum: triens, quatuor: quadrans trium: sextans, cuius mentio inferius cap. 48, duarum. Assee libriles appellat Volusius Maecianus, pag. 881. Schol. Persii ad Satyr. II: « Fuit autem assis libralis, et dupondius; quod hodie in usu remanet. » Dionys. Halic. assem interpretatur, χάλκεον νόμισμα βάρος λιτρεῖον. Haen.

Libella dicitur. A librali assis pondere, inquit, hodieque ipse as, seu res integre quaecumque, quam asseem nuncupamus, etiam libella ex eo vocatur. Sic Tullius ad Atticum, lib. VII, epist. 11: « Fecit palam te ex libella, me ex teruncio: » subintelligo, heredem: hoc est, te omnium bonorum scripsit heredem (nam libra nomine significatur omnis hereditas: teruncius, quarta pars est libra, atque adeo et bonorum), ma ex quarta parte, quam tu mihi dares. Sed et nummulus argenteus, postea libellae nomine venit: non quod libram penderet, sed quod libra aereae pretio atque aestimatione responderet. Varro, de Ling. Lat. lib. IV, p. 41: « Nummi denarii decuma libella, quod libram pondo as velebat, et erat ex argento parva. » Libellem argenti Plautus appellat, in captiv. act. V,

dius), appendebantur asses. Quare aeris gravis poena dicta. Et adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, et dependere. Quin et militum stipendia; hoc est, stipis pondera, dispensatores, libripendes

sc. 41, v. 27: Quam minimam pecuniolam significare volebant, assem et libellam dicebant. Exempla apud Plautum et Ciceronem obvia. Meminit tamen et sembellae Varro, loc. cit. quae libellae dimidium foret et teruncii, pariter ex argento, quae dimidiata sembella: sed non fuere ea omnia diuturni usus. Nec de libella argentea Plinius hoc loco agit. H.

Et dupondius. Ita MSS. non *dipondius.* Varro, loc. cit. p. 40: « Dupondius a duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium dicebatur: id ideo quod as erat libræ pondus. » Sestertii ex aere Plinius hoc loco non meminit, quod non haberet is nomen a pondere, ut as libralis, et dupondius: sed a pretio. De dupondio, l. XXXIV, cap. 2. Ante nos legebatur, « et dupondius appendebatur assis. » H.

Quare aeris gravis. Livius, lib. V: « Denis millibus aeris gravis nos condemnat: » Festus: « Pendere poenas, solvere significat: eo quod aere gravi quum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant: unde etiam pensiones dictae. » Significat autem Plinius aeris gravis poenam esse dictam, usque ad signatum ex argento nummum; atque adeo usque ad illud tempus, quo imminutum primo pondus aeris: ut intelligas non rude modo, quale Numae temporibus fuit, sed et signatum a Servio caeterisque deinceps, grave aes fuisse a pondera nuncupatum. Festus: « Grave aes dictum est a pondere: quia deni asses, singuli pondo libræ, efficiebant denarium ab hoc ipso numero dictum. » Et alibi: « Stipem (quam ad aes grave pertinere Plinius hoc loco admonet) esse nummum signatum testimonio est, etc. » Hand.

Et adhuc. Hoc est, etiamnum durant moris huiusce vestigia. Ita enim MSS. Varro, loc. cit. pag. 41: « Ab eodem aere impendendo, dispensator: et in tabulis scribimus expensum... Usura, quod in sortem accedebat, impendium appellatum. » Vide Cassiodorum, Var. lib. VII, ep. 32, cuius lemma est: « Formula, qua moneta committitur. » H.

Quin et militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandae. Stipendia, non *stipendiorum*, in vetusto codice. Proinde certior lectio mihi videtur, « Quin et militum stipendia, et stipis ponderandae, etc. » Plin. — *Hoc est, stipis.* Stipendia innuit, quasi stipis pondera, esse appellata. Varro, de Ling. Lat. lib. IV, pag. 42: « Stipendium a stipe dictum est, quod aes quoque stipem dicebant. Nam quod asses libræ pondo erant, qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est, componebant, quo minus loci occuparet: a stipando stipem dicere coeperunt. » Codicem Reg. 2 secuti sumus: prius hic legebatur: « Quin et militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandae pensatores, etc. » At qui unquam usquam pensatores auditi? Hand.

Dispensatores. Festus: « Dispensatores dicti sunt, qui aes pensantes expendebant, non annumerabant

dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus, quae mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur: Servius rex primus signavit aes. Antea rudi usos Romae Timaeus tradit. Signatum est nota pecudum: unde

Hinc deducuntur aapensa, sive dispensata, vel compensata: item compendium, dispendium, assipondium, dupondium. a Inscriptio vetus apud Reinesium, p. 586, AVG. DISPENSATOR. AD. CENSVS. PROVINCIAE. LVGDVNENSIS. *Augusti dispensator ad census prov.* etc. HARD.

Libripendes. Graecis ζυγοστάται, ut in glossis exponitur, quia nempe ζυγῷ ἱστάσι, hoc est, *libra pendunt.* Priscianus extremo libro sexto ex Caii primo Institutionum citat, » Qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens. » HARD.

Qua consuetudine. Raevardus cap. 16 in Leg. XII Tabul. Brisson. lib. I, cap. 7. DAL.

Quae mancipii sunt. Quibus a legitima, ac solemni ritu nobis res mancipatur, asseritur. » H —*Qua mancipii.* In omni solutione pecuniae, quae quidem ritu Quiritium fieret, ac praesertim in mancipatione, adhibebatur libripens, qui aera pendaret, cum quinque testibus: eaqua formula retenta est, etiam re mutata, hoc est, etiam tum quum non appenderetur, sed numeraretur pecunia. Quam consuetudinem Boëtius in Topica Ciceronis, ex lib. I Institut. Caii, de nexu faciendo, his verbis exposuit: » Is qui mancipio accipit, aes tenens ita dicit: Hunc ago hominem ex iure Quiritium meum esse aio: isque mihi emptus est hoc aere aenaaque libra. Deinde aere percutit libram, indeque aes dat ei e quo mancipit, quasi pretii loco. » Hinc illud Horatii, » Si proprium est quod quis libra mercatur, et aera, Quaedam, si credis consultis, mancipat usus. » Apud Scholiastam Horatii est, » Libra et aere comparare. » H.

Servius rex primus. Septimius Florens Apolog. tradit Saturnum primum omnium nummum signasse, ac ideo creditum aerarii praesidem. Charisius Grammatic. 1, ex annali Varronis tradit nummum argenteum conflatum primo a Servio Tullio quatuor scriptulis maiorem quam nummum. Victorius lib. V, cap. 13. DAL. — *Servius rex.* Cassiodorus, Var. lib. VII, form. 32: » Servius rex monetam in aere primum impressisse perhibetur. » A Saturno antea signatum tradidit Isidorus, Orig. lib. XVI, c. 17. Sed eos auctores secutus est qui miscent omnia. HARD.

Antea rudi. Gentes quaedam et plumbo. Leontinorum a Sicilia plumbeum nummum indubitatae antiquitatis in Museo nostro servamus. Et plumbeum nummum Plautus in trinummo habet. HARD.

Timaeus tradit. Raddit auctorem, ut solet, quum fidem obstringere propriam non audet. Et longe ante a Jano signatum fuisse auctor est Macrob. Saturn. lib. I, cap. 7, pag. 247. A Numa Plinius ipse, lib. XXXIV, cap. 1. Est autem is Timaeus, qui de metallica disciplina scripsisse in huius libri Indice dicitur. Hoc loco Rag. 2, *Temeos*, Chiffl. et Parmens. editio recte *Timaeus*. Editi dainceps libri, *Remeus*, inepte. H.

Signatum est nota pecudum. Alex. ab Alex. lib. IV, c. 15, varia nummi

et pecunia appellata. Maximus census CX M. assium fuit illo rege: et ideo haec prima classis. Argentum signatum est anno Vrbis CCCCLXXXV, Q. Fabio con-

apud plerasque gentes κόμματα, et eiusdem cap. 24, et quando et a quibus primum signatum ees, aurum, argentum, multis explicat. DAL. — *Signatum est.* Bove, vel sue: Βοῦν, ἢ πρόβατον, ἢ σῦν ἐπεχάραττον τῶν νομισμάτων τοῖς παλαιοτάτοις, inquit Plutarch. in Poplicola, pag. 103, et in Quaestion. Rom. pag. 274. Varro, de Re rust. lib. II, cap. 1, p. 85: « Et quod aes antiquissimum quod est flatum, pecore est notatum. » Et lib. I de vita populi romani: « Aut bovem, aut ovem, aut vervecem, habet signum. » HARD.

Unde et pecunia. Special huc quadamtenus quod ait Columella, in praef. lib. VII: « Nomina pecuniae et peculii tracta videntur a pecore, quod non solum Veteres possederunt, sed adhuc apud quasdam gentes unum usurpatur divitiarum genus. » His adde ea quae diximus lib. XVIII, cap. 3. Pecuniem idcirco fortassis pro aereo tantum nummo Veteres dixere. Lampridius in Alexandro Severo: « Scenicis numquam eurum, numquam argentum, vix pecuniam donavit. » HARD.

Maximus census. Livius, lib. I, p. 16, primae classis censum eit fuisse, Servio rege sic statuente, centum millium aeris. Festus, CXX. Gellius, lib. VII, cap. 13, pag. 125, ait fuisse centum et XXV millium aeris. HARD. — Quum librales tunc essent asses, centum decem millia assium efficiunt gallicae nostratis monetae libras 57,750. BROT.

Prima classis. VI classes centuriasque ex censu descripserit Servius Tullius rex Romanorum, disce ex Livio, lib. I, post medium. Festus: « Infra classem significatur, qui minore summa quam centum et viginti millium aeris censi sunt. » H.

Argentum signatum est anno Vrbis CCCCLXXXV, Q. Fabio consule, quinque annis ante primum bellum Punicum. Ita libri omnes, nullo addito collega, consuli Fabio. In Reg. 2 eod. legitur, *Q. O. C. Fabio.* Vide Canterus, Antiq. Lect. lib. II, cap. 111, legendum hic putat, *Q. Ogulnio, C. Fabio coss.* Verum haud credibile est librarium voluisse sola littera *O Ogulnium* intelligi. Itaque nihil mutandum in ea scriptura censemus, quam omnes libri veteres exhibent. Triumviri monetalis ex gente Fabia hodieque nummus exstat in Museo Parisiensi nostro, cuius ectypum Patinus exhibet, in gente Fabia, pag. 107, cum hac epigraphe ex aversa parte, EX. A. PV. hoc est, *ex argento puro*, seu potius *publico*; ex adversa sunt bigae, cum ciconia, quod Fabiae gentis insigne, subscribiturque, C. FABI. C. F. Sed et annum refinximus, quo consulatum ambo gessisse dicuntur, nempe *CCCCLXXXV*, quum centenario integro codices tum MSS. tum editi discrepent; in quibus legitur, *CCCCCLXXXV*, centenarii nota videlicet ebundante. Eo certe anno, quem edidimus, consules fuisse Q. Ogulnium Gallum, et C. Fabium Pictorem Fasti tradunt: nec quintus ante Punicum bellum primum anous alius esse potest, ab eo quem diximus. Certe in Chiffl. cod. si credimus Cl. Chifflettio, lib. de Antiq. num.

sule, quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarium pro decem libris aeris, quinarium pro quinque, sestertium pro dupondio ac se-

cap. 7, pag. 55, diserte legitur, *CCCCLXXXV*. Hard. — Brot. *Q. Oguln. C. Fabio coss.* Ed. P.

Quinque annis. Sive, quod eodem ferme recidit, ut Livius sit in Epitome libri XV: « Victis Tarentinis... tunc primum populus romanus argento uti coepit. » Varro tamen apud Charis. Annal. lib. I, sic scripsit: « Nummum argenteum conflatum primum a Ser. Tullio dicunt. » Sed hac loquendi forma obscuros esse fumae illius auctores significat. Scio T. Minucii Augustini nummum proferri, sed eius esse nego, qui consul fuit ante fere XL quam coeptum sit Punicum bellum: cuius sit tamen nummus ille, obscurum. H.

Et placuit denarium. Subintellige, ut infra, permutari. Sic enim MSS Reg. 2, et alii, non *denarius quinariusve*, ut editi: quorum vel ex eo error detegitur, quod statim *sestertium* vel ipsi quoque legant. Porro denarius argenteus (cuiusmodi sunt consulares plerique), si cum moneta nostra probatissima ex argento componatur, legitima aestimatione valere dicendus est asses aereos omnino octo: quinarius, quatuor: sestertius, binos. Scio ab erudito viro, in Mastigoph. 11, pag. 31, et a Gassendo, in appendice ad III tom. Philos. Epicuri, minoris aestimari: taxari enim assibus tantum septenis, vis cum semisse: a Gronovio de Sestert. lib. III, cap. 9, pag. 381, sex assibus Hollandicis, hoc est, e nostris, septem assibus, et asse dimidio integro. Sed ad pondera monetarum et pretia haud attendisse satis mihi videntur. Iudex libra esto. H. — Denarius fuit monetae nostratis assium 15 1/2 et paulo amplius. Brot.

Quinarium. Quinarium in Bibliotheca Regia argenteum vidi, pondere granorum, ut loquimur, XL, cui nota quoque subscripta Q. quinarium esse designabat, quanquam vel solo pondere satis admonente. Nota tamen quinarii usitatior, V, quemadmodum denarii, X. Vnum eiuscemodi et alterum in Museo nostro Parisiensi asservamus. Hard.

Sestertium pro dupondio ac semisse. Hoc est, pro assibus binis cum asse dimidio. Varro, lib. IV, de Ling. Lat. pag. 41: « In argento nummi... Denarii, quod denos aeris valebant: Quinarii, quod quinos: Sestertius, quod semis tertius. Dupondius enim et semis, antiquus sestertius est. » Sestertium porro hoc Plinii loco intellige, qui sit in quarto casu, ut vocant, a recto *sestertius*, non a neutro *sestertium*. Quum enim sestertia audis neutro genere afferri, singula scito mille nummis, sive, quod idem est, mille sestertiis aestimari, hoc est, monetae gallicae libris centum: ut ex Plutarcho intelligimus, in Fabio Maximo, pag. 176, et ex Plinio ipso superius cap. 8, equitum censum taxante sestertiis CCCC. Et ut semel omnia dicamus, quum decies, vicies, quadragies, centiesve, audis, centena millia sestertium masculini generis subintelligi scito oportere: hic enim Romanis loquendi mos. Sestertium unum argenteum in Cimelio nostro habemus sane rarissimum, cum nota sestertii, HS. H. — Sestertius fuit mo-

misse. Librale autem pondus aeris imminutum bello Punico primo, quum impensis respublica non sufficeret: constitutumque ut asses sextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factae lucri, dissolutumque aes alienum. Nota aeris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum navis: in triente

netae nostratis assium 3 3/4 et paulo amplius. Brot.

Librale autem. Ita Pintianus: et Reg. 2, *librare.* Editi. *librae.* Hoc est, assis, qui libralis pondo erat, pondus est imminutum: non ipsius librae pondus, ut visum quibusdam alias eruditis. Priscianus ita locutus: a Denarius, inquit, decem librarum nummis, » hoc est, decem assium. H.

Bello Punico primo. Egregie Festus hallucinatur, qui verbo *Sextantarii*, id accidisse bello secundo Punico asseverat. a Sextantarii, inquit, asses in usu esse coeperunt, ea eo tempore, quod propter bellum Punicum secundum decreverunt Patres, ut ea assibus qui tum erant librarii, fierent sextantarii, etc. a Coeptum porro bellum Punicum primum anno urbis 490. Hasd.

Sextantario pondere. Hoc est, ut singuli essent sextantis pondera, sive sluarum unciarum: sic enim e libra una aeni asses conflabantur, quorum singuli sexta pars prioris assis, seu librae forent. Festus, verbo *Grave aes:* » Bello Punico populus romanus pressus aere alieno ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tantumdem valerent. » Alciati commentum Plinii verba sic immutantis, ut » dextantari o pondera, » et mox, » quinta parte facta lucri » legat, non codicum modo conspirans consensus, sed et allatum modo testimonium refellit. Hasd.

Ita quinque partes. Interdicta vetere pecunia, ex aerario publico, in quo aeris copia ingens fuit, assea cusi de novo, ita ut in singulas aeris libras seni conflarentur, quum prius singuli integrae librae pondo forent. Sic quinque asses in libras, sive quinque partes librae respublica lucri fecit. Nihil planius. Hasd.

Nota aeris. In asse nimirum recens euso, mutata priore illa nota, quam aeri Servius impresserat. Mutato aeris pondere, et notae mutatae. Vide Plutarchum, in libro quem inscripsit, de Quaest. Rom. pag. 274. H.

Ianus geminus. Bifrons. Est et in Hadriani Aug. nummo trifrona, ex aere mediocri, apud Du-Choul, pag. 20. Sic prudentia principis commendatur, qui praeterita recolat, praesentia consideret, futura prospiciat. Hasd.

Rostrum navis. Ovidius, l. 1, Fastor. vers. 229: » Multa quidem didici; sed cur navalis in aere Altera signata est, altera forma biceps, etc. At bona posteritas puppim formavit in aere Hospitis adventum testificata Dei. » Saturni in Italiam adventum intelligit, et Iani hospitium. Venit hic in mentem mihi cuiusdam puerilis instituti, cuius Macrobius meminit, Saturn. lib. 1, cap. 7, pag. 247: » Aes ita fuisse signatum hodieque intelligitur, inquit, in aleae lusu, quum pueri denarios in sublime iactantes, capita aut navim, lusu teste vetusta-

vero et quadrante, rates. Quadrans antea teruncius vocatus a tribus unciis. Postea Hannibale urgente, Q. Fabio Maximo dictatore, asses unciales facti: placuitque denarium sedecim assibus permutari: quinarium octonis, sestertium quaternis. Ita respublica

tis, exclamant. » Quod fere ludi genus a nostris hodieque pueris frequentatum cernimus. In eo vero Macrobii loco cave denarios pro argenteis nummis accipias: sed pro asse ex aere. Quin et minutior moneta ex aere, ut quae apud Marcum, cap. XII, λεπτὰ δύο dicuntur, » duo denarii, » δύο δηνάρια Lucae X, Ambrosio, » duo aera » appellantur, ap. nos *deux deniers*. H.

In triente. Festus: » Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo, et trienta, ratis fuerit effigies: ut navis, in asse. » Trians est, auctore Varrone, lib. IV, de Ling. Lat. pag. 40, assis pars tertia, ut quadrans quarta. Harn.

Et quadrante rates. Inde Lucilius » quadrantes ratitos, » id est, ratis figura notatos et signatos vocat Turn. Advers. XX, 30. Dalec.

Postea Hannibale urgente. In Reg. 2, » urgente marcumque Fabio. » Sed vox ea *marcum* nihili videtur esse, qua MSS. omnes caeteri, librique typis impressi carent, a primo ad ultimum: ab editione Romana anni 1470, et Parmensi anni 1476, et Italica translatione eiusdem anni, usque ad editionem novissimam. Et hic alter interim Festi lapsus notandus, qui septennio tantum sextantarios asses durasse scribit: quum Punicum bellum alterum, quo conflari unciales coepti sunt, post annos amplius 20, a prioris fine sit subsecutum. H. — Brot. *urgente M. Minucium* Ed. P.

Unciales. Pondere unciae: sic duodecim in singulas libras percussi. H.

Placuitque denarium. Vitruvius, lib. III, cap. 1. Volusius Maecianus, pag. 877, qui sub Antonino Pio vixit: » Denarius primo asses decem valebat, unde et nomen traxit: Quinarius, dimidium eius, id est, quinque asses: unde et ipse vocatur. Sestertius, duos asses et semissem, quasi semis tertius... Nunc denarius sedecim: Victoriatus et Quinarius octo: sestertius, quatuor asses valet. » Exhibet Patinus in gente Titinia nummum, pag. 279, et in Valeria alterum, pag. 284, in quibus nota XVI, pretium denarii, eo quo sunt cusi illi tempore, indicant, nempe asses sedecim, ut priores nota X, decem signabant. Vidisse se quoque quinarium sit Anton. Augustinus, Dialog. I, nota VIII insignitum: in sestertiis vero III numquam: quin nec illam notarum varietatem diu durasse: sed veteres notas statim revocatas. Harn. — *Placuitque denarium sedecim assibus*. Eius rei argumentum apparet in quodam C. Titinii denario, capiti Romae, quod in altera parte signatum est, adiecta hac nota, XVI, ut in aliis multis X, nempe quia feriundae pecuniae is praefectus fuerit, quum assibus sexdecim permutatus est denarius, qui pro decem antea dabatur. Vasin.

Ita respublica dimidium. Haec lucri ratio fuit. Antiquata vetere pecunia ex aere, argenteque, assibusque

dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus. Nota ar-

sextantariis interdictis, unciales cusi sunt, hoc est, in singulas libras duodeni: quum prius seni tantum ferirentur. Confluente deinde ad aerarium publicum plebe, ut pro sextantibus novos asses acciperet, nihil damni plebs capiebat, quum eiusdem pretii, quanquam ponderis diversi asses referret: respublica, sive aerarium, dimidium lucrabatur. Rursum confluente eadem, ut aeream monetam acciperet pro argentea vetere, quae tum erat, edicto antiquata, pro denariis singulis asses sedecim domum referebat: nullo ipsius damno, immo sex assium facto, ut apparet, lucro: nam decem tantum assibus denarius olim taxabatur: tunc vero, sedecim. Minoris hi quidem asses, ut diximus, qui recens conflati, fuere ponderis: at pretii omnino cum prioribus paris. Verum reipublicae et aerarii majos lucrum fuit. Nam e sextantariis assibus decem, qui denario argenteo prius permutabantur uno, quum viginti conflavit asses unciales, deditque pro argenteo dumtaxat sedecim, quatuor interim lucri fecit; deinde aucto argentei nummi pretio ad sedecim asses, itecum senos: igitur denos omnino; hoc est, quod Plinius ait, in singulos denarios dimidium, sive denarium unum. Tantumdem et in quinarios singulos, sestertiosque lucri. Expedire hunc nodum nequivere Anton. August. lib. II Emend. cap. 7; Budaeus, lib. V, de asse, pag. 173; minimeque omnium Alciatus, lib. de Pond. et Mens. tom. VI Operum, fol. 279, ubi despondens animum, lustata haec omnia, suisque mota sedibus esse, frustra conqueritur. Haro.

Pro decem. Militibus tamen, ut libentius diutiusque mererent in exercitu, spe mercedis allecti, denarius argenteus, non sedecim, sed, ut olim, decem tantum assibus aestimatus est: hoc diurnum stipendium, asses deni scilicet, non aere, sed argenteo nummo in singulos dies persolvit. Hinc illa Pannonii militis apud Tacitum expostulatio, Annal. lib. I, pag. 17, cur decem aereos asses reciperet, non denarium, ut olim argenteum, quem sedecim deinde assibus aereis permutaret, ut sic senos asses posset lucrari. Vide Budaeum, lib. V, de asse, et Hotoman. pag. 63. Haro.

Nota argenti. Nempe quae tum jussu senatus est impressa pecuniae novae. Festus: «Nummi quadrigati, et bigati, a figura caelaturae dicti.» Recte: neque enim ponderis fuere a prioribus, sed caelaturae ac pretii disparis. De bigatis et quadrigatis crebra apud Livium mentio, LXXII, pag. 225, lib. XXXIV, pag. 407, etc. Ita serrati nummi, quorum idem Livius meminit, quales Museum nostrum asservat, in familia Aucelia, Claudia, Cornelia, in nummo cui epigraphe, L. SCIPIO ASIAG. Maria, Memmia, Nevia, Pomponia, Postumia, Procilia, Sulpicia: non diversi sunt generis pretiive nummi: sed ab incisis in serrae modum nummi marginibus, serrati denarii appellati. Sed et postea praeter bigas, quadrigasque, impressae sunt et Castorum in nummis imagines, mos et familiarum insignia, aliaque. H.

genti fuere bigae atque quadrigae: et inde bigati quadrigatique dicti. Mox lege Papiriana semunciales asses facti. Livius Drusus in tribunatu plebis octavam partem aeris argento miscuit. Qui nunc Victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic

— Brot. *notae argenti fuere*, etc. Ed. P.

Mox lege Papiriana. Sic editi omnes, cum Reg. 2 cod. aliisque, usque ad Dalecamplum, qui *Papiria* scripsit. Nomina in *ius* desinentia apud Romanos, primariae sunt stirpis nomina; ut Iulius, Pompeius, Antonius. At desinentia in *ianus* sunt ab uxore primum petita, quae quum esset heres ex asse in sua familia, marito magnas opes, liberis opimam hereditatem afferret cum nomine. Sic Vespasianus a Vespasia coniuge, et filius natu maior, cui addicta ea hereditas fuerat, Titus Vespasianus. Sic Domitianus a coniuge Domitia: a Seia Seianus; a Valeria Valerianus, Aurelianus ab Aurelia Severina; et sic alii omnes in nummis antiquis. Quamobrem interest hoc loco Papirianum, legis Papirianae auctorem, a Papirio distinguere. Quis iste Papirianus fuerit tribunus plebis, qui legem tulerit, adhuc incompertum. Ad Papirium Turdum, qui tribunatum gessit anno Vrbis 586, referre Pighius videtur, in Annal. ad an. 575, pag. 343. Hand. — *Papiriana.* Brot. *Papiria.* Ed. P.

Semunciales. Sic dupondii unciales tum fuere. Nec leviores ad Plinii usque tempora, multoque etiam postea, asses fuerunt. Hand.

Livius Drusus. Anno post Vrbem conditam 663, L. Marcio Philippo, Sex. Iulio coss. tribunatum plebis gessit Drusus: medio ferme temporis intervallo, quod intercedit sextum inter et septimum Marii consulatum, a quo aes optimum, quod argento Drusus immiscuit, Mariani aeris nomen accepit. Vide Gothofr. in Cod. Theod. lib. IX, tit. 24, de falsa moneta, pag. 477. Sic monetae argenteae minimae, quae nunc cernuntur apud nos, aestimanturque assibus aereis tribus cum semisse, octavam habent aeris partem admixtam. Sed acta Drusi mox deinde senatusconsulto abrogata fuisse Cicero dicit, lib. II de Leg. Hand.

Victoriatus. Volusius Maecianus, p. 877: « Victoriatus nunc tantumdem valet, quantum quinarius olim: ac peregrinus nummus loco mercis, ut nunc tetradrachmum, et drachma habebatur. » Exstat in nostro Cimelio nummus C. EGNATVLEI. C. F. cum signo Victoriae, unde Victoriati numen, et littera Q. quinarium designante: epigraphe, ROMA. Sed et denarios habemus eadem Victoriae nota, in primis vero M. Catonis propraetoris, eius qui Censorii nepos fuit: quo in denario Victoriae sedentis simulacrum, cum subscriptione VICTRIX. Ectypum Patinus exhibet in familia Porcia, p. 228. H.

Lege Clodia. Is est Clodius tribunus plebis, quem Milo occidit. Clodia gens diligenter a Claudia secernenda est. Illa plebeia fuit, unde iste Clodius tribunus plebis: haec patricia, ex qua Appius Claudius Caecus, et postea Tiberius Claudius, aliique.

Digitized by Google

nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoria, et inde nomen. Aureus nummus post annum LXII percussus est, quam argenteus, ita ut scrupulum valeret sestertiis vicenis:

Clodius graece in nummis Clodii Albini August. ΚΛΩΔΙΟΣ: *Claudius*, ΚΛΑΥΔΙΟΣ scribitur. Est et Clodii Albini Caesaris nummus es aere magno, in Museo D. Abbatis de Fontenu, sic inscriptus in priore pagina: ΚΛΩΔΙΟC ΑΛΒΕΙΝΟΣ ΚΑΙCΑΡ: capite nudo: » Clodius Albinus Caesar.» In altera: ΕΠΙ CΤΡ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥC: » Sub praetore Claudio Aristophane. » Hic gens Clodia diligenter discriminatur a Claudia. Infra, CMYPNAIΩN. Stant numina duo, quorum alteri in dextra sistrum, alteri in sinistra tympanum est; symbolum ludorum pro Caesare editorum. Ad pedes, gryphus, ut vocant, amphoram dextro pede tenet; argumento agri vitiferi, et vino abundantis. Hard.

Mercis loco habebatur. Dig. ad Corn. de Fals. lib. 9, § 2, prohibetur ne quis nummos stanneos, plumbeos, emere, vendere, dolo malo vellet: quod, ut ait Volus. Metianus lib. de asse, peregrinus nummus, puta Darcus, Philippicus, Siclus, Tetradrachmon Atticum mercis loco esset. Brisson. lib. I, cap. 8. — Vbi tamen notandum, aut a Brisson. aut a librario errasum; dum id quod veterum principum solidos quoque mercis loco fuisse ex l. 1, C. de vet. numis. pot. astruere conatur. Ea namque nil aliud cautum, quum ut venditor pretii loco veterum quoque principum nummos recipere cogatur. Illud autem aperte evincitur non in veterum tantum, sed quorumvis solidis ex l. un. C. Theod. l. 9, tit. 21, et lib. 2, tit. 7, lib. 12. Quibus in locis solidorum tam sperta mentio, ut satis demirari nequeam, quid hominibus quibusdam hodierus die in mentem veniat, uti aliud summis quoque principibus persuadere, eaque re viris bonis periculum creare conentur. Rectius utique facturi, si aut ipsi haec diligentius investigarent aut eumderent eos, quibus haec nota, antiquarios. In Collybo certe semper hoc ipsum necessarium esse, qui neget, Anticyras ablegandus. Dalec.

Post annum LXII. Hoc est, anno post Vrb. conditam 547, qui tertiusdecimus fuit belli Punici secundi, quum impensis fieri maximas ei bello gerendo oporteret. Consulatum fuere M. Livius Salinator secundum, C. Claudius Nero. Hard.

Ita ut scrupulum. Sive, ut MSS. habent, *scripulum*, quod nihil interest. Libra porro scripula continet 288. Aurei cuiusvis nummi scrupulum aestimabatur vicenis argenti sestertiis, sive, quod idem est, denariis quinque. Luculentum huius rei testimonium praebent nummi aurei duo, quos vidimus, tum in Bibliotheca Regis, tum in Museo S. Genovefae: alter nummulus est unius scrupuli pondere, hoc est, granorum, ut loquimur, unius et vicenum: epigraphe ROMA: pretium geminata littera XX planissime signatum: quod enim aliud ea nota velit, quam vicenis sestertiis, ut ait Plinius, aestimatum? Alter maiusculus pondere omnino triplo maiore

quod effecit in libras, ratione sestertiorum, qui tunc

hoc est, trium scrupulorum, seu granorum sexaginta trium: igitur sexagenos sestertios valere necesse est, sive, quod idem est, denarios quindecim: et tantumdem valere sane clamant litterae XV ibidem insculptae. Harn.

Sestertiis vicenis. Quum sestertios in somma aliqua designanda audis, denariosve, cave alios intelligas apud latinos scriptores, quam quos antiqua taxatio, et nominis originatio ipsa declarat, nisi ipsi auctores aliter accipiendas eas voces admoneant, quod est admodum infrequens. Itaque sestertium pro dupondio ac semisse: denarium accipe, pro assibus denis: quae antiqua est earum vocum acceptio, et retenta semper a romanis scriptoribus, in pretio aliquo summave signanda. Vide Anton. Aug. Dial. I veterum nummismatum. H.

Quod effecit. Effecit, inquit, haec maior auri aestimatio, ut in libras auri singulas respublica lucri faceret sestertios nongentos, eorum scilicet sestertiorum qui tunc erant, hoc est, anno 537, quique iam ab anno, ut diximus, 537, quaternis assibus permutabantur. Quod si nongentos sestertios eiuscemodi, qui tunc erant, lucrata respublica est, igitur sestertios 1440, lucratam esse necesse est, eorum sestertiorum qui prius erant, hoc est, qui duobus assibus et semisse aestimabantur. Continentur enim hi 1440, in nongentis illis, ita ut ne unus quidem aut desit, aut superet. Quare quod nunc vicenis sestertiis vulgaribus (assium scilicet duorum cum semisse, qui solent in quovis pretio indicando usurpari, ut diximus), permutatum dicitur auri scripulum, quindonis ante necesse est fuisse taxatum: ut in singula scripula lucrata respublica sit quinque sestertios, in libras, quae scripula 288 continent, sestertios 1440. Quod autem Plinius, lib. IX, c. 4, scripulum auri, ut lini quondam byssini, permutatum ait denariis quaternis, qui sestertios sedecim efficiunt: sua et priorum Caesarum tempora respicit, quo imminutum auri pretium fuit, quum esset maior auri copia, nec angustum esset, ut olim, aerarium. H. — *Aureus nummus post annum LXII pertinax est, quam argenteus, ita ut scrupulum valeret sestertius vicenis: quod effecit in libras, ratione sestertiorum, qui tunc erant, sestertios DCCCC.* Torsit hic locus, si quisquam alius in toto Pliniano opere, summorum virorum ingenia, eorum praesertim qui de asse, ac de re nummaria volumina isto et anteriore saeculo ediderunt. In eo sese exercuere omnes, irrito ad hunc diem conatu. Nulla est propemodum in hac sententia syllaba, quam labis expertem putarint, quam non varie corruperint, ut corrigerent. Nos ea intacta plane omnia (praeterquam quod ex Reg. 2 cod. alteroque Marcelli Cervini, qui Romae servatur, a quod effecit, « scripsimus, quum prius « quod efficit « legeretur, quod tamen ferme perinde est, ac per se leve) sed caeteris integris, legitimam, ut remur, neque omnino invendibilem interpretationem dedimus. Ac primum quidem nec Glareano, lib. de asse, cap. 17, nec Hotomano, pag. 332, legi placet, « post annum LXII. « *post XII* multo malent. Budaeus lib. III, fol. 71, non « sestertiis vicenis « legit, sed *bisvenis*. Panciroius, « vicenis quinis. « Mox Villalpandus, « quod efficit in senos, «

erant, sestertios DCCCC. Post haec placuit X. XL signari

non a in libras a Post Agricola, lib. IV, pag. 98, et pag. 276, non a sestertios DCCCC, » sed « sestertios VDCCLX, hoc est, 5760, legi iubet: sed pareant quibus ille iusserit, ut Snellius paruit, lib. de Re numm. pag. 30. Leonardus Porcius, lib. de Sestertio, fol. 13, et Budaeus, loc. cit. « denarios DCCCC. » Hotomanus, p. 330, « sestertios MMMMCCCCLXIV. » Ios. Scaliger. lib. de Re nummaria, pag. 50, « denarios MCCCXL, » vel certe MCCCC, neglectis ad rotundum absolutumque numerum, denariis XL. His omnibus, ut dixi, et codices adversantur, et nummi. Sed quod haud paullo lepidius est, his verbis, « sestertiorum qui tunc erant » Savotus existimat, cap. 7, pag. 155, signari sestertios septulo graviores, quam fuerint vulgares: quod commentum merito Gronovio risum movit, lib. III, de Sestert. pag. 393, et reliquae eruditorum turbae. Praeiverat Savoto Agricola, qui ut hunc nodum solveret, triplex denariorum genus commentus est, de Monetis, lib. II, pag. 279. Dalecampius in notis Pliniaois, Salmasius in vegrandi mole Exercitationum ad Solinum, Lipsius in opere postumo de Re nummaria, Gronovius opere mox laudato, caeterique, locum eum intactum, tamquam foveam, praetergressi sunt. Omnes ad haec verba, tamquam ad scopulum, adhaeserunt, « quod effecit in libras, etc. » rati nimirum nunc a Plinio colligi, si scrupulum auri unicum sestertiis vicenis valeret, quot sestertiis, libra integra aestimanda foret: perinde ac si non id cuivis numerandi artem callenti vel mediocriter, in promptu esset efficere. Aliud sane reconditius voluit indicare: quanta scilicet, ut diximus, lucri accessio foret, quantum reipublicae proficeret aerarium, quum maior esset auri aestimatio, taxareturque vicenis sestertiis, quod antea minoris multo aestimaretur: nempe ut colligere cuivis proclive est subducta ratione lucri, sestertiis tantum quindenis. Nam praeter planam perspicuamque sententiam, quae sua se luce tuetur, id maxime persuadet, quod in caeteris pecuniae generibus, aere videlicet, argentoque, pari diligentia quantum lucri respublica fecisset, ipse aperuit. « Ita quinque partes factae lucri, inquit, dissolutumque aes alienum. » Et mox, in aestimatione argenti maiore; « Ita resp. dimidium lucrata est. » Quid similius veri, quam simile reipublicae lucrum in auro signare Plinium voluisse his verbis, « quod effecit in libras... sestertios DCCCC? » H.

Erant. Intellige, in libras singulas auri infecti, quod in aerario servabatur, quodque interdum distrahebatur ad vasa, operaque publica ac privata. Nulli dum enim tum nummi erant aurei, nisi fortassis peregrini et externi. Quare apud Livium, anno Vrbis 543, iussere Patres deferri ad triumviros mensarios aurum, argentum, et aes omne, sed caelatum: signatumve apud exteros: nempe ut illud in belli sumptus impenderent. HARD.

Post haec placuit X. XL signari. Hoc est, denarios XL. Et sane denarios ex auro diei initio huius capitis monuimus. *Post haec* autem interpretor, confecto bello Punico secundo, atque adeo, si placet ita, et tertio: post redditam reipublicae pacem, devicta Carthagine. H. — *Post haec placuit X XL signari ex auri libris, paula-*

ex auri libris: paulatimque principes imminuere pondus: minutissime Nero ad XLV.

timque principes imminuere pondus: minutissime Nero, ad XLV. Ita Reg. 2 cod. et alter Marcelli Cervini, itemque Platiani, « Post haec placuit x. xl signari. » In caeteris, quos vidimus, et in Vaticanis codd. 1952, 1953 et 1954, quorum ad nos apographa missa sunt, haec tantum, « Post haec placuit xl signari, » nempe aureos. Sed excidere librariis potuit denarii nota prior: quod quum geminam videretur xx praefigi litterae l. quid hoc sibi vellet, non caperent. D. de Bouteroue, libro de Monetis Rom. p. 95, appendisse se ait aureos nummos Ices, primum quarti Caesaris consulatus, alterum quinti, tertium Syllae dictatoris: quorum quadrageni auri libram omnino aequarent. Agnoscit legitimam scripturam, *XL signari*, et Petr. Gassendi, tom. III Philos. Epicuri. Itaque Snellium nihil moror, aut Agricolam, qui xlii ex coniectura rescribunt, nec Budaeum, qui l, nec Scaligerum, qui *XL minus*: nec Ciaconium, aut Alciatum, qui mox *ad XLVIII* reponunt, libris invitis: quanquam, si fides Ioan. Graevio, in opere anglico de Denario, pag. 98, in Vaticano et Florentinae Bibl. codd. legitur, « minutissime Nero ad XLVIII. » Sed risu dignum quod in quibusdam MSS. et in omnibus ad hunc diem editis libris legitur, « xl millia, et ad xlv millia. » In codicibus Plinii scilicet id animadversum a nobis crebro est: ut, quum vetustioris aevi librarii millia passuum signarent, in intervallis locorum indicandis, solam numeri notam apponerent, exempli gratia, xl, neglectis vocibus iis, « millia passuum: » atque hoc eis ubique solemne est. Recentiores vero amanuenses, qui substitui voces eas operae pretium putaverunt, etiam saepe numero obtrusere, ubi minime omnium oportuit. Sic libro V, capc 1, quum vetustiore manu scriptum viderent, « a Cl. Caesare, » neoterici transcriptores, non solum has litteras CL numerorum notas esse ceosuerunt, sed et *milla* addiderunt, teste Vossio in Melam, p. 198, « a centum quinquaginta millia Caesare. » Simile exemplum attulimus, lib. VI. Caeterum, ut huic loco finem imponam: habent libri editi, « minutissimus vero ad xlv. » Quorsum autem referatur vox ea, « minutissimus? » In Reg. 2 cod. aliisque, « imminuisse Nero: » nos, « minutissime Nero, » cum Budaeo, lib. III, de Asse, fol. 60. H.

Principes. Imperatores, quos principes ea tum appellabat aetas: quorum postremus, qui pecuniam auream ante Plinii excessum mutarit, Nero fuit: Stante republica, nihil detractum de legitimo nummorum pondere: Imminuere principes: omnium maxime Nero. Hardo.

Imminuere pondus. Non librae, ut Scaliger existimat, nam id semper aequale fuit: sed nummorum, qui leviores. Porro, ut id corollarii vice addam, aureus nummus unus Augustorum aevo denariis argenteis vicenis quinis permutabatur olim, ut ex Dione constat, et Zonara: huius haec verba sunt: Παρὰ Ῥωμαίοις αἱ εἴκοσι καὶ πέντε δραχμαὶ χρυσοῦν νόμισμα ἦν. Probat hoc pluribus Snellius, libro de Re Num. pag. 29. Adde Di-

XIV, Sed a nummo prima origo avaritiae, fenore excogitata, quaestuosaque segnitia. Haec paulatim exarsit rabie quadam, non iam avaritia, sed fames auri: utpote quum Septimuleius Caii Gracchi familiaris, auro rependendum caput eius excisum ad Opimium tulerit, plumboque in os addito parricidio suo rempublicam etiam circumscripserit: nec iam Quiritium aliquo, sed universo nomine romano infami, rex Mitridates Aquilio duci capto aurum in os infudit: haec parit habendi cupido. Pudet intuentem tantum nomina ista, quae subinde nova graeco sermone excogitantur, expresso argenteis vasis auro aut

dymum laudatum a nobis initio huius cap. Hard.

XIV. *Sed a nummo prima est origo avaritiae excogitata, foenore quaestuosa segnitia.* Scribe, » sed ab nummo prima origo avaritiae, foenore excogitata, quaestuosaque segnitia, « ex antiquo codice. Pint.—*Haec.* Brot. *nec paulatim.* Ed. P.

Quum Septimuleius. Opimii amicum, φίλον Ὀπιμίου, Σεπτιμουλήϊον vocat Plutarch. in Gracchis, p. 842. Caput ipsum ait, cerebro exempto, infusoque plumbo, fuisse xvii pondo cum hesse, ἑπτακαίδεκα λίτρας καὶ ἥμισυ. L. Vitellium male appellat, pro Septimuleio, Diodorus in Excerptis, pag. 378. De Opimii consulatu diximus l. XIV, c. 16. De hac nece Gracchi iussu Opimii illata, Cicero in Catil. Orat I. Hard.

Parricidio suo. Quum familiarem suum Gracchum interfecit. H.

Rempublicam. Universo tum populo romano conflavit invidiam avaritiae, famam existimationemque detraxit, et quasi rempublicam ipsam damnavit. Vsus hac voce Tullius, tum alibi, tum Phil. xiii, 9: » Senatus in Capitolium; parata da circumscribendo adolescente sententia consularis, « hoc est, ut Budaeus ait, de eliciendo magistratura ignominiose Octavio, et imperio ei abrogando. Occisum esse, postquam senatus decrevisset, consul ut videret, ne quid detrimenti respublica caperet, Cicero refert, loc. cit. nam in tribunatu seditiosis legibus rempublicam perturbarat. Hard.

Aquilio duci. Sic Appianus in Mithrid. pag. 184: Τοῦ στόματος αὐτοῦ κατεχώνευσε χρυσίον. Ibi enim Μάνιον Ἀκύλιον vocat. Vide et Plutarchum in Mario; Valer. Max. lib. IX, cap. 13, aliosque. Hard.

Expresso. Tum exstante foris in vasis argenteis auro, tum intus incluso. Hard.

Expresso argenteis. Expressum Tullius dixit pro eminente, exstante lib. I de Nat. Deor. » Nihil soliti, nihil expressi, nihil eminentis. « Χρυσένδετα haud dubie vasa intelligit, nempe auro circumvincta: de quibus Martialis, lib. XIV, epigr. xcvii, cuius lemma, » Lances chrysendetae: Grandia he viola parvo chrysendeta

incluso: quibus deliciis veneunt tam inaurata quam aurea: quum sciamus interdixisse castris suis Spartacum, ne quis aurum haberet, aut argentum. Tanto fuit plus animi fugitivis nostris. Messala orator prodidit, Antonium triumvirum aureis usum in omnibus obscenis desideriis, pudendo crimine, etiam Cleopatrae. Summae apud exteros licentiae fuerat, poculo aureo pulvinis subdito, Philippum regem dormire solitum: Agnonem Teium Alexandri Magni praefe-

mullo: Vt minimum libras debet habere duas. » Et lib. II, Epigr. XLIII: « Immodici libi flava tegunt chrysendeta mulli. » Haan.

Deliciis. In quam delicatos *ac viles* usus. Haan.

Quibus deliciis veneunt tam aurea quam aurata (sic prius). Lego: « quibus deliciis veneunt tam inaurata quam aurea, » ex vet. cod.

Spartacum. Eo abstinentiae nomine Spartacum commendat etiam Appianus, de bellis Civil. lib. I, p. 424, lato in Thurinis montibus edicto, ne quis negotiator aurum argentumve in castra inveheret: ne cui suorum habere haec liceret: solum aes ferrumque emereut, etc. Haan.

Fugitivis, nostris. Subintellige, quam civibus. Anno Vrbis 681, Spartacus aliique gladiatores, effracto Capuae ludo Lantuli, ac perditorum haud exigua collecta manu, Romanos non semel fuderunt exercitus: ac tandem a Crasso praetore, et Pompeio profligati sunt, anno 683. Hoc servile bellum et fugitivorum appellatum est: cuius totam rationem Florus expedit, lib. III, cap. 20. H.

Antonium triumvirum. Ciceronis hostem. Haan.

Aureis usum. Subintellige *vasis*, ex antecedentibus. H. — Brot. ex ed. pr. *aureis usum vasis.* Eo. P.

In omnibus obscenis desideriis. Ad omnes naturae necessitates, quod pudendum in Cleopatra femina foret, quanto magis in viro?

Pudendo crimine. Quod et ille fecit, ad quem Martial. lib. I, Epi. LXXVIII: « Ventria onus misero, nec te pudet, excipis auro, etc. » H.

Cleopatrae. Etiam in femina pudendum crimen. Dignum hominem, in quem conficiatur illud Martial. lib. XI, Epigr. XII: « Te potare decet gemma, qui Mentora frangis; In scaphium moechae, Sardanapale, tuae. » Hoc est, qui pocula Mentorea nobilitata manu, ut alibi ait, diffringis, ut inde conficiatur moechae tuae matula. Haan.

Agnonem. Ὅστις Ἀγνωνα τὸν Τήϊον ἀργυροῦς ἐν ταῖς χρηπῖσιν ἥλους φορεῖν. Plutarchus in Alexandro, p. 688. Sic etiam Clemens Alexand. Paedag. lib. II. Simile est, quod de Antiochi exercitu narrant historici: qui quidem « magna ex parte (verba sunt Valerii Maximi) aureos clavos crepidis subiectos habuit. » Simile est, quod de Ephesio Theotimo Plautus in Bacchid. act. II, sc. 3, vers. 98: « Qui auro habebat soccis subpactum solum. »

ctum aureis clavis suffigere crepidas. Antonius apud nos in contumeliam naturae vilitatem auro fecit, proscriptione dignum, sed Spartaci.

XV. Equidem miror populum romanum victis gentibus in tributo semper argentum imperitasse, non aurum: sicut Carthagini cum Hannibale victae argenti

Forte « aureum solum, » hoc est, auream calceamenti soleam. Festo, « clavata dicuntur calciamenta clavis confixa : » et fuere caligae militares clavis suffixae, sed ut hodie rusticorum, ferreis. Hard.

Opus proscriptione dignum. Sed praeter alia equidem, etc. (sic prius). In vet. cod. « opus proscriptione dignum, sed Spartaci. Equidem miror populum, etc. » Pint. — *Proscriptione dignum*. Rem proscriptione dignam. Hard.

Sed Spartaci. Dignus, inquit, Antonius qui ob hoc proscriberetur, non a Sylla, aliove consimili, sed a Spartaco gladiatore ac fugitivo, qui castris suis interdixit, ne quis aurum haberet aut argentum. Hard. — *Proscriptione dignum, sed Spartaci. Equidem miror*, etc. In libris vulgatis, « opus proscriptione dignum. Sed praeter alia equidem miror, » pessumdata, ut apparet, sententiae omni elegantia, quae Spartaci illa proscriptione continetur, ut interpretatione nostra prioribus notis ostendimus. Habent has voces, *sed Spartaci*, codices probatissimi, Reg. 2, caeterique, et quos vidimus, et quos tractarunt Pintianus ac Barbarus. Hard.

XV. *Sicut Carthagini*. Appianus in Punic. pag. 30, victo ait in Africa Hannibale, a P. Corn. Scipione, bello Punico secundo, imperatum Carthaginiensibus inter caeteras conditiones pacis, ut singulis annis ducenta talenta Euboica per annos quinquaginta In Vrbem afferrent : Καὶ ἐς Ῥώμην ἑκάστου ἔτους ἀναφέρειν Εὐβοεικὰ τάλαντα διακόσια, ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτούς, Sic et Livius. Massinissa ipse, Poenos devictos argenti quinque millibus pondo multavit, teste eodem Appiano, p. 41. Apud Liv. XXXVIII, quod Aetoli redimere argento pacem aut nollent, aut non valerent, iniqua imposita conditio, « ut si aurum dare mallent, » facerent sane : « dum pro argenteis decem aureus unus valeret : » quum iustum esset aureum unum argenteis multo pluribus aestimari. H. — *Sicut Carthagini cum Hannibale victae argenti pondo annua in quinquaginta annos*. Ita libri omnes fere tum MSS. tum editi. Nullus certe quantus ille argenti numerus fuerit, docet. Is, quum ducentorum fuisse annuorum talentorum in quinquaginta annos prioribus notis ex Appiano docuerimus, Livioque, haud dubie annua duodecim pondo millia esse oportuisse perspicuum est. Hard.

Argenti pondo. Vt quidem Appianus Liviusque dixere, ducenta talenta, ut paulo supra monuimus. Tale Antiocho tributum similiter imperatum, teste Livio, lib. XXXVIII. Frustra « sedecim pondo » rescribere nititur Budaeus, lib. III, fol. 73. H. — Brot. ex Emend. Gronovii, *XII millia pondo*, etc. Gallicae nimirum nostratis monetae librae 784,350. Eo. P.

XII M. pondo annua in quinquaginta annos, nihil auri. Nec potest videri penuria mundi id evenisse. Nam Midas et Croesus infinitum possederant. Iam Cyrus devicta Asia pondo XXXIV millia invenerat, praeter vasa aurea, aurumque factum, et in eo folia ac platanum, vitemque. Qua victoria argenti quingenta millia talentorum reportavit, et craterem Semiramidis, cuius pondus quindecim talenta colligebat. Talentum autem Aegyptium pondo LXXX patere Varro tradit. Iam regnaverat in Colchis Salauces et Esubo-

Pondo annua in quinquaginta. Polybius et Eutropius scribunt, foedere, quod ictum est, classe punica cum Amilcare duce a C. Lutatio cos. ad Aegates superata, ut in 20 annos Poeni duo millia et ducenta talenta penderent, inter caeteras patis leges imperatum fuisse. Livius et Appianus tradunt, victo in Africa Annibale a P. Corn. Scipione pacem datam Carthaginiensibus, conditionibus quidem multis, sed ea praecipue, ut in annos 50 decem millia talentum argenti aequis pensionibus descripta solverent. Id autem efficiebat aestimato talento lib. sexaginta 600,000, pondo argenti: et in annos singulos pondo. DALEC.

Nam Midas, etc. De Mida, Cicero, de Divinat. lib. I, pag. 189. De Croesi operibus, Herod. lib. I, Clio, n. 50, pag. 19. H. — *XXXIV millia.* Sunt gallicae monetae librae 32,130,000. BROT.

Aurumque factum. Factum dicitur, quod non est rude, quod elaboratum, ea quo aliquid confectum est. HARD.

Et in eo folia. Sic etiam MSS. *Solia* legi multo mallem. De simili vite ac platano ea auro, vide Herod. lib. VII, Polymn. num. 27, p. 395. HARD.

Craterem Semiramidis. De quo Diodorus Sicul. Biblioth. lib. II, p. 98. HARD.

Talentum autem .... pondo LXXX. Romana haec talenti aestimatio fuit. Livius, lib. XXXVIII, de foedere Antiochi: «Argenti probi Attica talenta duodecim millia dato intra duodecim annos, pensionibus aequis: talentum ne minus pondo LXXX romanis ponderibus pendat. a Porro octoginta pondo sunt denariorum sex millia, ac viginti supra septingentos: nam in libram imputantur denarii quatuor et octoginta, ut dicetur inferius, cap. 46, monetae Gallicae, librae 33, et asses 12. Igitur talentum unum efficit monetae nostrae libras, ut vocant, omnino 2,688. Alia est Attici talenti aestimatio, alia Euboici, Alexandrini alia. Sed de his alii consulendi. Nos de Attico dicemus lib. XXXV, cap. 10. HARD.

Patere Varro tradit. Ita MSS. Reg. 2, et alii; non, ut editi, *capere.* Vox est ea Senecae quoque familiaris. HARD.

Salauces et Esubopes. Sic libri omnes, etiam MSS. Est qui nihilomi-

pes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti aurique ernisse dicitur in Suanorum gente, et alioqui velleribus aureis inclyto regno. Sed et illius aureae camerae, et argenteae trabes narrantur, et columnae, atque parastaticae, victo Sesostre Aegypti rege, tam superbo, ut prodatur annis quibusque sorte reges singulos e subiectis iungere ad currum solitus, atque ita triumphare.

XVI. Et nos fecimus, quae posteri fabulosa arbi-

nus hoc loco coniicit legi commodius, a Salauces Aetae soboles, a quod minus sane nobis arridet. H.

Terram virginem. Quae et γῆ παρθένος a Philone Byzantio dicitur, lib. de Septem Orbis Miraculis, cap. de horto pensili. Ea virgo terra nuncupatur, ad quam quum altissime foderis, devenitur, nec fossuram ipsa sensit olim. Clemens Alexand. Strom. lib. I, pag. 274: Ἐν γοῦν τοῖς νόμοις ὁ ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος Πλάτων κελεύει τοὺς γεωργοὺς μὴ ἐπαρδεύσαι, μηδὲ λαμβάνειν ὕδωρ παρ' ἑτέρων, ἐὰν μὴ πρότερον ὀρύξαντες παρ' αὐτῶν ἄχρι τῆς παρθενίου καλουμένης, ἄνυδρον εὕρωσι τὴν γῆν. » In legibus itaque Plato, qui est ex Hebraeis Philosophus, iubet agricolas non irrigare, neque aquam ab aliis sumere, nisi quum prius apud se foderint usque ad terram, quae VIRGINALIS dicitur, terram aridam, et aquae expertem invenerint. » Alio sensu apud Gruterum, pag. 1139, 12, legas, EMIT ET COMPARAVIT LOCVM VIRGINEM, hoc est, intactum. H. — Talam terram virginem nuper repererce Hispani in America. Campos leucarum 14 auriferos in America, provincia *Sonora*, invenerunt anno 1771. Brot.

In Suanorum. Ita Reg. 2, aliique; non, ut editi, *Samnorum.* De Suanis, lib. VI, cap. 4. Harp.

Velleribus aureis inclyto regno. Phryxeo vellere nihil notius. Hoc Suidas et Palaephatus libros seu membranas auri conficiendi rationem docentes, totiusque artis chymicae arcana continentes, fuse interpretantur. Multus est in eius explicanda fabula Had. lun. 15, lib. V. Dal.

Atque parastaticae. Sic Reg. 2, Colb. 3, aliique; non *parastatae*, ut editi. Sunt autem pilae quadratae, aut lapides pilarum modo adstantes columnarum lateribus, vulgo dicti *pilastres*. In notis quae Tironi adscribuntur, inter partes et materias aedificiorum, p. 163: a Camera. Concameratio. Columna. Parastratica (lege Parastatica). Marm. Mosivum. a Vetus inscriptio apud Alexand. Donat. Soc. Iesu, lib. III, cap. 13, pag. 250: IMP. CAES. NERVAE TRAIANI OPTIMI PRINC. GERM. DAC. IMAGINES. ARGENT. PARASTATICAS. CVM. AVIS. ORNAMENTIS. ET. REGVLIS ... ET CONCAMERATIONE. FERRER. C. IVLIVS ... DEDIT. etc. Harp. — *Sesostre.* Broter. ex MSS. Regg. et edit. principe, *Sesostri.* Ed. P. — *Vt prodatur annis quibusque.* Ita Diodor. Sicul. Bibl. l. I, p. 53. Harp.

trentur. Caesar, qui postea dictator fuit, primus in aedilitate munere patris funebri, omni apparatu arenae argenteo usus est: ferasque argenteis vasis incessivere tum primum noxii, quod etiam in municipiis aemulantur. C. Antonius ludos scena argentea fecit. Item L. Muraena, et Caius princeps in Circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo CXXIV. Claudius successor eius, quum de Britannia triumpharet, inter

XVI. *Omni apparatu arenae.* Amphitheatri. Arenam pro amphitheatro dici tralatitium esse alibi monuimus. De *Munere*, vide dicta a nobis, libro III, cap. 11. Harn.

Ferasque argenteis vasis incessere tum primum visum. Mox quod etiam, etc. Scribe, » ferasque argenteis vasis incessi, vere tum primum noxiis quod etiam, etc. » elegantissima lectione. Noxios enim homines feris obiici solitos notissimum. Pint. — *Feras .... argenteis vasis.* Sic MSS. quos vidimus. Forta *gesis*: est enim gesum, telum gallicum. Harn. — *Ferasque argenteis vasis incessivere tum primum noxii*, etc. Omnia pessumdant libri vulgati, interpunctione neglecta, verbisque aliis mutatis, et adiectis aliis: sic enim habent: » Ferasque argenteis vasis incessere tum primum visum est. Mox quod etiam in municipiis, etc. » Pintianus e suo, » incessi, vere tum primum noxiis, quod etiam, etc. » Nos Regiis 2 codicis integerrimi fidem secuti sumus: etsi pro *vasis*, ut diximus, forsan rectius *gesis* scribatur: quod genus est teli gallici, maxime quum sequatur, et municipia quoque hoc ludorum genus aemulari. Dalecampius e vetere lectione nescio qua, *hastis* reponebat. H. — Brot. quoque cum Gron. *hastis*. Ed. P.

Noxii. Bestiarii, ad feras damnati. Cyprianus, ep. 103, de spectac. » Ad poenam hominis fera rabida nutritur in deliciis, ut sub spectantium oculis crudelius insaniat. » Hoc in numero habiti sunt Christiani sub imperatoribus. Multa in eam rem congessit erudite Iulius Bulengerus, lib. de Venat. Circi, cap. 30 et 31. H.

Scena argentea. Scena frons theatri, seu locus actorum, obstructus aulaeis et siparis, unde in proscenium prodibant histriones acturi, ut ait Cassiodorus. *La face du théâtre, la direction du théâtre.* Inscriptio vetus apud Gruterum, pag. 583: T. AELIVS AVGVSTORVM. LIB. ARGENTO. SCAENIC. Falsa. Harn.

Et Caius. Quem Caligulam vocant. Vide Tranquillum in Caio, c. XVIII. Harn.

Pegma duxit. Pegma contabulatio fuit, quae sponte sensim surgebat, et subsidebat. Seneca, ep. 88: » Hic annumeres machinatores, qui pegmata ex se surgentia excogitant, et tabulata tacite in sublime crescentia, et alias ex inopinato varietates: aut dehiscentibus quae cohaerebant, aut quae distabant sua sponte cohaerentibus, aut iis quae eminebant paulatim in se residentibus. » Harn. — *Pondo CXXIV.* Brot. *CXXIV M. pondo*; et statim mox, *VII M. pondo.*

coronas aureas, VII pondo habere, quam contulisset Hispania citerior, IX quam Gallia Comata, titulis indicavit. Huius deinde successor Nero, Pompeii theatrum operuit auro in unum diem, quod Tiridati regi Armeniae ostenderet. Et quota pars ea fuit aureae domus ambientis Vrbem?

XVII. Auri in aerario populi romani fuere, Sex. Iulio, L. Aurelio coss. septem annis ante bellum Punicum tertium, pondo XVI DCCCX, argenti XXII LXX,

et paulo inf. *IX C quam Gallia*, etc. Ed. P.

Inter coronas aureas. Coronarum ex auro exempla plura vide apud Iul. Buleng. l. de Triumpho, cap. 29, de triumpho sociorum. Haav.

Quam Gallia Comata: sicut titulus indicavit. Nostrum apographum »quam Gallia comata titulis indicavit.» Puto totum locum legendum sic, »quam contulisse Hispaniam citeriorem; alteram IX, quam Galliam Comatam titulis indicavit.»

In unum diem. Qui dies propterea est aureus appellatus, inquit Dio, lib. LXIII, » quo haec pariter narrantur. H. — *Quod Tirid. regi Arm. ostenderet.* In Reg 2, »quo Tiridati.» An »quo Tiridatem regem Armeniae ostenderet?» Favet sane Tranquillus in Nerone, c. XIII: »Non immerito inter spectacula ab eo edita, et Tiridatis in Vrbem introitum retulerim. Quem Armeniae regem magnis pollicitationibus sollicitatum, quum destinato per edictum die ostensurus populo propter nubilum distulisset, produxit, qua opportunissime potuit ... et primo per devexum pulpitum subeuntem admisit ad genua, allevatumque dextra osculatus est: deinde precanti tiara deducta, diadema imposuit, etc.» Haav.

Aureae domus. De qua iterum lib. XXXVI, cap. 24, num. 5. H.

XVII. *Sex. Iulio.* A. V. 597. Sed inter eos consules, et eos sub quibus coeptum esse dicitur bellum Punicum tertium, Marcium nempe Censorinum, et M. Manilium Nepotem, septem alii consulatus intercedunt integri. Haav.

Ante bellum Punicum tertium pondo CCXXVII argenti (sic prius). Vossianus: »pag. XVI DCCCX, argenti XXII LXX, et in numerato LXII LXXV CCCC,» i. e. pondo sedecim millia octoginta decem, argenti viginti duo millia septuaginta, et in numerato sexagies bis centena octoginta quinque millia quadringenti. Habet eundem numerum Pintiani codex, nisi quod DCCX. Gron.

Pondo. Hoc est, auri infecti pondo sedecim millia octingenta decem: quae auri scrupulo sestertiis viceni taxato, ut supra, efficiunt gall. monetae lib. 9,682,500 (noste monetae lib. 15,885,450. Ba.), Argenti, viginti duo millia et septuaginta: monetae nostrae libras sunt, 741,552 (lib. 1,442,550. Bov.). Et in numerata signataque pecunia, sexagies bis centena octoginta quinque millia, et quadringenti (Lineola anim priori numero superposita, ut saepe dixi-

et in numerato LXII LXXXV CCCC. Item Sex. Iulio, L. Marcio coss. hoc est, belli socialis initio, auri XVI XX DCCCXXIX. C. Caesar primo introitu urbis in civili bello, suo ex aerario protulit laterum aureorum XXVI M. ar-

mus, centena millia subintelligi admonet. De sestertiis autem accipienda haec sunt, more scriptorum omnium latinorum.). Efficit haec summa numeratae signataeque pecuniae libras, ut vocant, 628,540 (libras efficit 4,222,896. Brot.). — *Pondo.* Hisce numeris quae vis subesset, quum minime intelligerent, qui Plinium transcripsere, sic interpolarunt: »Pondo CCXXVII argenti nonaginta duo millia, et extra numerum CCC et XXXX M. Item Sex. Iulio, L. Marcio coss. hoc est belli socialis initio, DCCC XXVI auri pondo.» Quam insigni, ut apparet, licentia. Nos Regium 2, ut solemus, codicem sequimur: cuius fidem et is tuetur planissime, quem Budaeus visum a se testatur, de Asse, II, f. 49. Hard.

Belli socialis initio. Seu Marsici, de quo II, 85. Hard.

Auri XVI XX DCCCXXIX. Hoc est, auri infecti pondo sedecies centena viginti millia, et octoginta, ac viginti novem. Sic Reg. 2. Aestimatione gall. monetae, l. ea efficiunt, ut vulgo dicimus, 933,597,504, hoc est, fere nongentos et XXXIV millionès. Hard. — Monetae nostrae libras 4,512,783,405. Brot.

C. Caesar. Dictator. Quod si dives adeo fuit, cur igitur Tranquillus in Iulio, c. LIV: »In primo consulatu tria millia pondo auri furatus e Capitolio, tantumdem inaurati aeris reposuit.» Vide et Plutarch. in Caes. pag. 725, et in Apophth. pag. 206, et Appian. de Bell. civ. II, pag. 453. H.

Laterum aureorum XXVI M. et in numerato pondo CCC. Voss »laterum aureorum XXXV, et in numero U-S. CCC.» Recte, modo facias *numerato.* Triginta quinque millia laterum vult et numeratum sestertium trecenties. Budaeus ex nescio quo codice aureorum quindecim, argenteorum 36,000 facit et in numerato quadringenties. Gron. — *Laterum.* Lateres aureos argenteosque pariter Varro vocat, de Vita Populi R. III, apud Nonium: πλίνθους χρυσοῦς. Herodotus, ubi de Croeso: argentum videlicet, aurumque infectum, necdum in vasa monetamque conflatum. Nos vernaculo sermone appellamus, *Lingots d'or, ou d'argent.* — *Laterum.* Sic totidem plane apicibus syllabisque Reg 2, et quos Budaeus inspexit, ipso prodente, III de Asse, f. 86. Editi hoc loco mutili et interpolati: »laterum aureorum XXVI M. et in numerato pondo CCC.» Sic paulo post, ubi ex eiusdem exemplaris fide scripsimus, »Perseo rege victo, e Macedonica praeda U-S. MM. CCC» illi, »Persen rege Macedonico devicto praedam pondo trium millium.» Budaeus, II, f. 49, partim e libris, partim e coniectura legebat, »e Macedonica praeda, sestertium ter millies:» nos cum Regio, ut diximus, codice, »bis millies trecentiies:» dissentientibus licet aliis quibusdam scriptoribus; ut sit in re non satis explorata: nam apud Livium, XLV, pag. 585: »summam omnis captivi auri argentique translati U-S. millies ducenties fuisse Valerius An-

genteorum XXXV, et in numerato, H-S. CCCC. Nec fuit aliis temporibus respublica locupletior. Intulit Aemilius Paulus, Perseo victo e Macedonica praeda H-S. MM CCC, a quo tempore populus romanus tributum pendere desiit.

tias tradit. s Velleius, I, pag. 4, bis millies centies sestertium aerario contulisse scribit. H. — *Aureorum XXV*. Brot. ex Regg. et edit. pr. *aur. XV M.* et mox, *XXXV M.* Ed. P.

H-S. CCCC, hoc est, quadringenties centena millia sestertium. Gallicae monetae nostratis 7,782,010. Baut.

Intulit. Est nummus argenteus in Museo nostro, et apud Patin. in Famil. pag. 7, n. 6, caput Concordiae valatum: inscriptio, PAVLVS. CEPIOVS. Vbi Spanhemius falso putat, *Paulum* esse praenomen, t. II, pag. 35. Princeps senatus *Paulus* ex patre, ex matre *Lepidus*, hic notatur; ac proinde utroque genere ex gente Aemilia, Augusti temporibus, ut nummi alii docent, ac proinde Augusti vice. Concordia hic significatur senatus populique R.)(Trophaeum, quod dextra manu tangit Aemilius Paullus, sinistro nummi latere, quippe nobiliore, stans: statura praegrandi. E regione stat Perseus rex paulo minor, manibus post tergum revinctis, ac trophaeum suspicit; adstant inter ipsum et trophaeum adolescentes duo praetextati, qui sunt duo Persei liberi: natu maior alter, qui patri vicinior, iunior alter. Supra trophaeum, TER: In imo nummi margine, PAVLLVS. Ille nimirum Aemilius Paullus, altaripa qui in priore nummi pagina nominatur, stavus, de quo Plinius hoc loco, et IV, 17. Litterae, TER, trophaeo superpositae, occasionem dedere confingendi ter Paulum triumphasse: quum tamen hic unicum pingatur trophaeum de Perseo, sive de Macedonia capta. Lego, s Tribus eiectis regibus, s Perseo rege nimirum, cum duobus liberis in nummo depictis. Haab.

Perseo rege Macedonico devicto praedam populo trium millium (sic prius). Scribe: s Intulit et Aemilius Paullus, Perseo rege victo, Macedonicae praedae sestertium bis millies trecenties. s Eumdem numerum Pintiani codex. Hinc ergo potius reformandi Livius et Velleius. Gron. — Brot. ex MSS. Regg. et edit. princ. *Perseo rege victo*. Ed. P.

H-S. MM. CCC. Hoc est, sestertium bis millies et trecenties centena millia. Efficiunt ea libras monetae gallicae nostratis circiter 44,746,557. Baut.

Tributum. Stipendium militare in antiqua republica ex tributo fuit: tributum pro portione census exigebatur: belli praeda interim ad difficillima reipublicae tempora reservata: qui mos ad Aemilium usque Paulum duravit, Perseumque regem devictum, A. V. 585. Renovatum Hirtio et Pansa coss. auctor est Plutarch. s Privato sumptu se aluisse milites romanos paene ad id tempus, quo Roma capta est a Gallis, s auctor est Festus; post Livium, IV. Quod vero de tributo Plinius refert, id a Valerio Maximo similiter proditum est, IV, 3, pag. 210: s At Perseo rege devicto, inquit, Paulus quum Macedonicis

XVIII. Laquearia, quae nunc et in privatis domibus auro teguntur, post Carthaginem eversam primo inaurata sunt in Capitolio, censura L. Mummii. Inde

opibus veterem atque haereditariam Vrbis nostrae paupertatem eo usque satiasset, ut illo tempore primum populus R. tributi praestandi onere se liberaret, etc. » At vice tributi, aut praeter illud, fuit in provinciis » honorarium aureum, » munus principibus dari solitum, et imperatum. Huius mentio in nummis post tempora Constantini saepe occurrit: ingeniose semper: exempli gratia; in triente aureo Theodeberti, quem delineari fecit Bouteruvius, p. 277, ex Cimelio illustr. Harlaei. THEODEBERTUS. » Theodebertus Imperator Augustus. » Cave enim legas *Theodeberti* in genitivo casu: quum neque in nummis latinis nomina principum in alio umquam casu, quam in recto scribantur: et alia Theodeberti numismata integrum nomen THEODEBERTVS exhibeant: et in THEODEBERTI PP. AVG. aeque legi *Imperator* debeat, atque in nummis aequalis ipsius IVSTINIANI. PP. AVG. Capite cincto gemmis.)(. Crux: in ambitu: IOANNES. Monetarii nomen id esse non potest, quum opificis praenomen tantum possit esse; nec scribi proinde solum in nummis debeat. Totidem vocum primae sunt eae litteras, hac sententia: » Imperatori Obtulere Honorarium Aureum Negotiatores Narbonenses Edicto Senatus. » Honorarium aureum certus fuisse significatur numerus aureorum, cuiusmodi est iste, qui » Theodeberti Imperatoris Augusti » nomen praeferi. Certamen ingeniorum fuit illo aevo, et consequentibus saeculis, quis felicius sub nominibus etiam virorum, saepissime postea et civitatum, ut prius aliis latinis vocabulis, sententias exhiberent, et principi, cuius esset in nummo vultus impressus, apte convenientes, et pictorae partis adversae, si qua esset: ita ut vel rem gestam a principe, vel delatum ei honorem a subiectis esse significarent. Sic in Placidi Valentiniani nummo BONIFATIVS significat: » Bono Orae Narbonensis Insulanis Fugatis, Arelatenses Triumphum Insignem Valentiniano Struxerunt. » Sic sunt alia exempla prope innumera, quae in numismatis saeculi Theodosiani et Iustinianaei, ac regum Francorum exponimus. Insignia ac perrarus in eo genere triens aureus est, apud D. DE CERSVS in hac civitate, Theodeberti Aug. honori percussus, cum mentione tributi, quod subinde Edui Augustis regibusque solverent. Hinc principis caput cinctum gemmis exhibet, cum litteris, METALS: quarum sententia est: » Mercatores Edui Theodeberto Augusto L. quinquagesimam Solverunt. » Gallice disimus, *le cinquantième denier*. Pars altera cum cruce in medio, habet has in ambitu litteras: TEVD BTSILVS: hoc sensu: » Theodeberto Edui Tributum Sexagesimae Invicto Liberatori Vrbis Solverunt. » HARD.

XVIII. *L. Mummii.* L. Mummius Achaicus appellatus, Corinthum Achaiae caput incendit, an. V. 608, quo anno capta et incensa Carthago est a P. Corn. Scipione: ambo deinde censuram simul gessere, ann. V. C. 612, lustrumque fecere 57. HARD.

Inde transiere in cameras: in parietes quoque. VOSS. » in cameras quoque

Digitized by Google

transiere in cameras quoque et parietes, qui iam et ipsi tamquam vasa inaurantur: quum sua aetas varia de Catulo existimaverit, quod tegulas aereas Capitolii inaurasset primus.

XIX. Inventores auri, sicut metallorum fere omnium septimo volumine diximus. Praecipuam gratiam huic materiae fuisse arbitror, non colore, qui in argento clarior est, magisque diei similis, et ideo militaribus signis familiarior, quoniam is longius fulget: manifesto errore eorum, qui colorem siderum placuisse in auro arbitrantur, quum in gemmis aliisque rebus non sit praecipuus. Nec pondere, aut facilitate materiae praelatum est caeteris metallis, quum cedat per utrumque plumbo. Sed quia rerum uni nihil igne deperit, tuto etiam in incendiis rogisque. Quinimo quo saepius arsit, proficit ad bonitatem, aurique experimentum ignis est, ut simili colore rubeat, ignescatque: id ipsum obrussam vocant. Pri-

et parietes, qui iam et ipsi tanquam vasa inaurantur. « Vt et liber Pintiani. Gron.

De Catulo. Eo qui Capitolium dedicavit, ut diximus, XIX, 6. Hoc illius factum sua aetate alii in aliam partem accipiebant: quum non deessent, qui fusiore sumptu coli deos negarent oportere. Hard.

XIX. *Septimo.* L. VII, 57. H.

Cedat. Haec incogitanter Plinius. Aurum nec pondere, nec facilitate materiae plumbo cedit: pes cubicus pendet libras 1,326; plumbi vero libras 828. De facilitate materiae satis compertum est, et mox dicetur; immo Plinius ipse paulo inf. ait auro nihil laxius dilatari. Brot. — Recentioribus experimentis auri specificum, ut vocant, pondus est 19,257; plumbi, 11,352. Ed. P.

Tuto etiam in incendiis rogisque durante materia. Duo postrema verba desiderantur in nostro apographo, et ipsa per se satis ostendunt falso adiecta esse. Pint.

Id. Illud videlicet experimentum aurifices obrussam vocant. Sic Reg. 2. aliique. *Obrussa* vox usurpata Sen. in ep. et Nat. Quaest. Tranquillo quoque in Nerone, normam significat, ad quam exigitur aurum. Inde obryzum, coctione crebra ita purgatum, nihil ut habeat alterius metalli admixtum. Schol. Thuc. in l. I: χρυσίον ἄπεφθον interpretatur πολλάκις ἑψηθὲν, ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον. H.

Obryzum vocant. Igne purgatissimum, purum putum. Apud Suetonium Nerone, cap. XLIV: Nero « ingenti fastigio et acerbitate exegit nummum asperum (usu non detritum,

mum autem bonitatis argumentum est, quam difficillime accendi. Praetera mirum, prunae violentissimae igni indomitum, palea citissime ardescere: atque ut purgetur, cum plumbo coqui. Altera causa pretii maior, quam minimum usu deteri, quum argento, aere, plumbo, lineae producantur, manusque sordescant decidua materia. Nec aliud laxius dilatatur, aut numerosius dividitur, utpote cuius unciae in septingenas et quinquagenas, pluresque bracteas, quaternum utroque digitorum, spargantur. Crassissimae ex his Praenestinae vocantur, etiamnum retinentes nomen, Fortunae inaurato ibi fidelissime simulacro. Proxima bractea quaestoria appellatur. Hispania strigiles vocat auri parvulas massas, quod super omnia solum in massa aut ramento capitur. Quum caetera in metallis reperta igni perficiantur, hoc

recenter cusum) argentum pustulatum (tam diu coctum, ut in pustulas attollatur, quod perfectae cocturae ac purgationis indicium est) et aurum obryzum. » Dalec.

Prunae. Rag. 2, et Pintiani cod. « prunae violentissimi ligni. » Strabo, III, 146: Διὰ τοῦτο καὶ ἀχύρῳ τήκεται μᾶλλον ὁ χρυσός; etc. Causam is deinde affert, cur palea citius, quam carbone, liquefiat. Locum consule. Hard.

Palea citissime ardescere. L. XVIII, cap. 19, acerem, non paleam, ad aurificum usus decuti scribit. Dal.

Lineae. Non tingit corpora quae tangit: argentum tingit parum; caetera tingunt multum, inquit Alb. M. de Min. IV, 7, p. 275. Plinius infra, 31: « Lineas ex argento nigras produci plerique mirantur. » Hard.

Bracteas. Feuilles d'or, laminae tenues, sponteque plicabiles, atque adeo vel minima aura halituve oris. Harum opifices inauratores bractearii appellati. Vetus inscriptio apud Gruter. p. 1074; collegi Bracteariorvm Inavratorvm. Falsa. Hard. — *Bracteas.* Nostri bractearii inauratores adhuc exercitatiores unam auri unciam in in 2,750 bracteas spargunt; et si in longitudinem extendant, filum argenteum inaurant longum pedes 1,440,000. Brot. — Intmo tanta bractearum tenuitas, ut vix 0,00009 millig. aequet. Ed. P.

Quaternum utroque digitorum. Mallem legeres *utrinque*, aut certe *utraque*, quam *utroque*. Pint. — *Vtroque.* In longitudinem, et latitudinem. H.

Metallis. In fodinis metallicis. H.

Hoc. Auri purissimi grana, ceu arenae, in fodinis reperiuntur. « Granum inventum esse 100 marcarum simul » auctor est Albertus M. l. c. Hard. — Auri nativi grana (*pepites*)

statim aurum est, consummatamque materiam protinus habet, quum ita invenitur. Haec enim inventio eius naturalis est: alia quam dicemus, coacta. Super caetera non rubigo ulla, non aerugo, non aliud ex ipso quod consumat bonitatem, minuatve pondus. Iam contra salis et aceti succos domitores rerum, constantia: superque omnia netur, ac texitur lanae modo, et sine lana. Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius docet. Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, edente eo navalis praelii spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento, auro textili sine alia materie. Attalicis vero iampridem intexitur, invento regum Asiae.

XX. Marmori et iis quae candefieri non possunt, ovi candido illinitur: ligno, glutini ratione composita: leucophoron vocant. Quid sit hoc, aut quemadmodum fiat, suo loco docebimus. Aes inaurari argento vivo, aut certe hydrargyro, legitimum erat, de quibus, ut dicemus, illorum naturam reddentes,

esiamnunc servantur apud nos, quae libras fere tricenas binas pendant. Ed. P.

Super. Etiam aqua, terrave arpultum, vel pluribus saeculis, rubiginem nullam contrahit. Hard.

Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius tradit (sic olim). Voss. *Verrius docet.* Gaor.

Agrippinam. Nempe coniugem Neronis matrem. Describit hos ludos Dio; LX, p. 687: Ἐν τοῖς δὲ λίμνῃ ναυμαχίαν ὁ Κλαύδιος ἐπιθύμησε ποιῆσαι... ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος, ὅ τε Νέρων στρατιωτικὴν ἐστάλησαν, ἥτε Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρυσίῳ ἐκοσμεῖτο. «In palude quadam exhibere navale certamen Claudius cupiebat... vestitum suo quisque arbitrio, militarem Claudius et Nero gestabant, Agrippina chlamydem seu paludamentum auro textum.»

Auro. Filo tenui deducebatur aurum, eoque vestes texebantur. Sidon. Apollin. carm. 22, v. 199: «Vel stamine fulvo Praegnantes fusi mollitum nesse metallum.» De Elagabalo Lampridius: Indutus est omni aurea tunica (hoc est, tota aurea ut Maro: unde omnis Troia videri, pro tota dixit): usus et purpurea, et de gemmis Persica, ita ut gravari se diceret.» H.

Attalicis. De his dictum VIII, 71. Erant e lana auro intertexto. H.

XX. *Suo.* L. XXXV, 17. H.

Ut dicemus. Cap. 31 et 41 libri huius. Hard.

excogitata fraus est. Namque aes cruciatur in primis; accensumque restinguitur sale, aceto, alumine. Postea exarenatur, an satis recoctum sit, splendore deprehendente: iterumque exhalatur igni, ut possit edomitum, mixtis pumice, alumine, argento vivo, inductas accipere bracteas. Alumen in purgando vim habet talem, qualem esse diximus plumbo.

XXI. (iv.) Aurum invenitur in nostro orbe: ut omittamus Indicum, a formicis, aut apud Scythas gryphis erutum. Apud nos tribus modis: fluminum ramentis, ut in Tago Hispaniae, Pado Italiae, Hebro Thraciae, Pactolo Asiae, Gange Indiae. Nec ullum absolutius aurum est, ut cursu ipso trituque per-

Cruciatur. Accenditur, tunditurque. Hard.

Exarenatur. Desquamatur, arenae tollunturque. Hard.

Argento vivo. Argentum vivum purum et nativum, in metallorum venis repertum, quum aquae stillantes nimium rigant, et, ut idem hic scriptor ait, vomica liquoris aeterni: hydrargyros autem factitum, quod e minio fit. Dalec.

Bracteas. Tenues auri laminas, quibus aes inauratur. Hard.

Talem qualem. Cap. proxima superiore. Hard. — Broter. *talem* omisit. Ed. P.

XXI. *Ut omittamus Indicum atque a formicis aut gryphibus*, etc. (sic prius). Dele coniunctionem *atque*, et lege hoc ordine: « ut omittamus Indicum a formicis, aut apud Scythas gryphis erutum, » ex scripto codice. Pist.

A formicis. Vt dictum est, XI, 36. De gryphibus vero aurum effodientibus, abripientibusve apud Arimaspos Scythiae populos, vide Herodot. Thalia, III, n. 116, pag. 207, et Melpom. IV, n. 13, p. 229; Plininmque ipsum, VII, 2.

Aut gryphibus apud Scythas erutum. Voss. et Pintiani liber: « aut apud Scythas grypis erutum. » Videtur *grypos* dixissa, quod alii *gryphes*, Graeci γρῦπας. Nec dubito quin et sic scripserit lib. VII, 2: « Produntur Arimaspi, quos diximus, uno oculo in fronte media insignes, quibus assidue bellum esse circa metalla cum grypis. » Lib. X, 49: « Pegasos equino capita volucres et grypos. » Gaon. — *Gryphis.* Ita MSS. non *gryphibus.* Sic Plinius iterum loc. cit. Hard.

Tago. Plinius ipse, IV, 17: « Tagus auriferis arenis celebratur. » Ovid. de Phaethontis incendio Metam. II, v. 251: « Quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum. » Iam desiisse arenas eae dicuntur. H.

Nec ullum absolutius aurum est, cursu ipso. Voss. « est, ni cursu ipso trituque perpolitum. » Habent et Acad. Men. Gudianusque particulam; ut et Pintianus: « sed praeterea eius liber *attritumque*, Gaon.

Digitized by Google

politum. Alio modo puteorum scrobibus effoditur, aut in ruina montium. Quare utraque ratio dicetur. Aurum qui quaerunt, ante omnia segullum tollunt: ita vocatur indicium. Alveus hic est: arenaeque lavantur, atque ex eo quod resedit, coniectura capitur. Invenitur aliquando in summa tellure protinus, rara felicitate: et nuper in Dalmatia principatu Neronis, singulis diebus etiam quinquagenas libras fundens. Gummi inventum est in summo cespite, alutatium

Alio. Putei fossae sunt, per quas ad cuniculos iter est, meatusque subterraneos quibus ad metalli venam pervenitur. Haan.

Segullum. Nos *matrnam* vocamus terram eam, quae subesse seu latere aurum indicat. Haan. — Hispanis adhuc est *seguillo*. Ed. P.

Et nuper. Et inde simile veri est olim esse Romam transductum, quidquid auri signatum in monetis fuit. Vide Gothofr. in Cod. Th. X, t. 13, de metallis, pag. 492. Nec minima pars accessit e praeda Macedonica, similibusque victoriis. Cassiodorus in Chronico scribit sub an. V. C. 596, M. Aemilio Lepido, C. Popilio Laenate cos. metalla in Macedonia instituta. Livius, XLV: Metalli Macedonici ingens vectigal. E Dacia similiter persolutum auro argentoque tributum, quod fodinis abundarat, auctor est Caesar B. G. V; atsi nondum in formam provinciae redacta foret. Adde dona sociorum exterarumque gentium. Adde fodinas Galliarum, e Cemeno monte, e Tarbellis; ex Alpibus in Salassis, de quibus Strabo, III et IV, et Cod. Theod. l. c. lege 9, Asturiae, Gallaeciae, Lusitaniaeque, unde commercio primum, mox belli iure Romanorum armis subactae, ac tributi nomine plus vicena millia pondo singulis annis praestitisse, mox dicuntur hoc cap. Haan.

Quum iam inventum in summo. Hermolaus observat antiquam lectionem esse non *quum iam*, sed *gummi* quasi hoc sensu, terram illam gummi similem, cui subsit aurum, in summo cespite reperiam vocari *alutationem*. Et sic mecum faciunt MSS. Scribe: ut nuper in Dalmatia principatu Neronis, singulis diebus etiam quinquagenas libras fundens quum minimum inventum est in summo cespite. Nisi et malis *ad quinquagenas*. Nam plerique *et quinquagenas*. Gron. — *Gummi inventum est.* Brot. conieciebat vocalem unam excidisse, ita ut legendum esset: si gummi inventum est, etc. Per gummi autem intelligendum ipsam telluris concretae crustam, metalli nuntiam; nobis *gangue*. Ed. P.

Alutationem vocant si et auro ea tellus subest. Caeterum (sic prius). Voss: alutatium vocat si et auro montes, ate. De prima autem voce decernere non est. *Balucaccum* veniebat in mentem a *balace* vel *balaci*, apud Iustinum, nostrum, Martialem. Item, *Alutatium*, ex lib. XXXIV, 46: in aurariis metallis, quae alutia vocant. Sit igitur, donec certius

si et auro ea tellus subest. Caetero, montes Hispaniae aridi sterilesque, et in quibus nihil aliud gignatur, huic bono coguntur fertiles esse: quod puteis foditur, canaliciium vocant, alii canaliense; marmoris glareae inhaerens, non illo modo, quo in Oriente sapphiro atque Thebaico, aliisque in gem-

quid sit et melius, » Alutiatum vocant, si ei auro et tellus subest. Caetera montes Hispaniarum aridi sterilesque, et in quibus nihil aliud gignatur, huic bono fertiles esse coguntur: » hoc enim postremo ordine in Vossiano. Geor. — *Alutatium.* Subintellige, appellatum ita, si auro, quod tellus ea occultet, idem telluris genus gumminosum subest. — *Alveus.* Scriptura haec est sincerissimi cod. Reg. 2, caeteris anteponenda non libris modo, sed et coniecturis eruditorum. In vulgatis hactenus exemplaribus sic legunt: » alveus, ubi id est, arenaeque lavantur... » Alveum lavari, ridiculum est. » Coniecta capitur, ut aliquando inveniatur in summa tellure protinus. » Quid ergo? defossis ad summam altitudinem puteis, inventoque alveo, conlectum ea eo capitur, num in summa tellure sit aurum? » Quinquagenas libras fundens, quum iam inventum in summo cespite. Alutationem vocant, etc. » Cimmeriae tenebrae. Alutatium quidem quid sit, aut cur ita nuncupetur, decernere haud facile est: at alutationem explanare, num expeditioris operae? L. XXXIV, 47, Plinius, » in aurariis metallis, quae alutia vocant, inveniri plumbum ait: alutatium, quod MSS. prae se ferunt, inde derivari haud temere suspicari licet. Et legit quidam Hermolaus pariter, » Gummi inv. in a. cespite, alutationem vocant. » Haan.

Puteis. Rotundi putei, *les puits*, a Romanis effossi visuntur adhuc in multis Hispaniae locis, ut *Riotinto*, etc. Cf. Bowles, *Introd. à l'hist. natur. d'Espagne*, p. 37. Ed. P.

Marmoris glareae inhaerens. Id aurum marmoris arenae adhaereat non quemadmodum sapphiro ac Thebaico lapidi; sed arenas marmoris amplectitur, quibus sordescit. H.

Modo. Sapphirus, ut dicetur XXXVII, 39, aureis punctis colluceat: Thebaicus lapis XXXVI, 43, aureis guttis interstinctus. Hic arena marmoris auro inseritur. — Hunc locum sic habent libri editi et MSS. in primis Reg. 2. Salmasio tamen ea lectio non satisfacit. Sic emendat in Solin pag. 1075: » Marmoris (quodnam autem? nam de marmore adhuc nihil hactenus vel leviter delibatum): » glareae inhaerens, » (cui vero? marmoreaene marmor inhaeret?) » non illo modo quo in Oriente sapphiro, atque Thebaico, aliisque in gemmis scintillat » (bene habet; scintillat marmor in gemmis: nam id verbum referri ad nomen quod proxime in recto est, et Plinii stylum sapit, at ars ipsa poscit, hoc est, grammatica): » sed micans amplexu marmoris; » lepidum et istud: malleni amplexu auri marmor micare, quod verius est. Haan.

Atque Thebaico. Tale marmor auro scintillans videre est in regiis aedibus Luparae, *le Louvre*. Auri nativi venas in iis rupibus, quas *quarzeuses*

mis scintillat, sed micas amplexum marmoris. Vagantur hi venarum canales per latera puteorum, et huc illuc, inde nomine invento, tellusque ligneis columnis suspenditur. Quod effossum est, tunditur, lavatur, uritur, molitur in farinam, ac pilis cudunt. Vocant argentum, quod exit a fornace: sudorisque, qui e camino iactatur, spurcitia, in omni metallo

granitiques, vel *schisteuses* vocant, reperiri notum est, et alios lapides auri grenulis interstinctos micare. Ed. P.

Hi venarum can. per marmor vagantur et latera puteorum. Aliter in nostro apographo, « vagantur hi venarum canales per latera puteorum. » Pint.

Inde. Auri canalicii. H.

Suspenditur. Ne fossores casu obruat. Hard.

Quod effossum est, tunditur, etc. Legend. « Quod effossum est, tunditur, levetur, uritur, molitur ut farina, ac pilis cuditur: vocant argentum quod exit a fornace. » H. e. ὑπέροις σιδηροῖς πτίσσεται. Salm. — *Ac pilis.* Pilum hoc loco instrumentum est, quo quid in pila seu mortario tunditur, pinsiturve. His aurum in farinam subigunt. Vt primum pistillis molatur, deinde lavetur, ac postremum uratur, disce ex Agatarchide, apud Photium in Bibl. cod. CCL, pag. 1341. Reg. 2 codicis in primis verba syllabasque integre fide repræsentamus. Quantum a vulgatis discrepent exemplaribus, quam sint haec vix nauci facienda, arbitrii legentium esto: sic enim exhibent: « Quod effossum est ... molitur in farinam. Nam quod ed pilas cudunt, apilascudem vocant. » Promptum unicuique est animadvertere has voces, « ad pilas cudunt, epilascudem, » ex ingrate repetitione eiusdem sententiae, « ac pilis cudunt, » nata conflataque esse. Sequitur: « argentum, quod exit a fornacis sudore. Quae a catino iactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria. » At *caminum* hic omnes MSS. praeferunt: etsi *catinum* quoque scribi haud aegre ferendum est. « Haec in auro coquitur iterum ac tunditur. » Immo prius tunditur, quam coquitur: nam ideo tunditur, ut in ramenta comminuatur, quo facilius coquatur, ut in auro ipso fit. Salmasii in Solin. pag. 1079 (ne quid praetermittam) haec emendatio est. « Vocant argentum quod exit e fornace, sed auri. At quae e camino iactatur spurcitia, etc. » H. — *Pilis cudunt.* Brot. ex Reg. cod. 3, post Salmas. *pilis cuditur.* Ed. P.

Vocant argentum, quod exit e fornace. Aurum fuit argento mixtum: nam, ut mox subiicitur, iterum tundebatur, coquebaturque, ut aurum inde scilicet purum elicerent. Sed nimirum, ut dicitur, cap. 23: « Omni auro inest argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octava parte. » Hard. — *Vocant argentum*, etc. Nam omni auro permixtum argentum est plus minus: hoc autem, dum aurum prima violentissima liquescit, extra fornacis ardore a catino eilcitur. Dal.

scoria appellatur. Haec in auro tunditur, iterumque coquitur. Catini fiunt ex tasconio. Hoc est terra alba similis argillae. Neque enim alia afflatum, ignemque et ardentem materiam tolerat. Tertia ratio opera vicerit Gigantum. Cuniculis per magna spatia actis cavantur montes ad lucernarum lumina. Eadem mensura vigiliarum est: multisque mensibus non cernitur dies. Arrugias id genus vocant: siduntque rimae subito, et opprimunt operatos: ut iam minus temerarium videatur e profundo maris petere margaritas: tanto nocentiores fecimus terras. Relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis. Occursant in utroque genere silices. Hos igni et aceto

Haec. Strabo videtur III, id ἤλεκτρον vocare. Hard.

Catini fiunt, etc. Sic legend. «Catini fiunt ex tasconio; hoc est, terra alba similis argillae: neque enim alia flatum ignemque et ardentem materiam tolerat.» Et quod praecedit ita legend. «Haec in auro tunditur, iterum, iterumque coquitur.» Salmas. — *Catini fiunt*, etc. Catinus vas est, in quo materia coquitur. Nunc fossam et concham vocant. H. — *Tasconio.* Manet etiamnunc Hispanis nomen *tasco*, expurgatio; nobis *creuset*, *couperelle*. Ed. P.

Hoc est terra alba similis argillae. In apographo nostro, «haec est terra alba similis argillae,» et paulo post *operatos*, non *operarios*: neutro modo legendum reor, sed *operas*, ut non multo post: «hic voce ictuve evocari iubet operas.» Pint. — *Alia afflatum.* Br. ex MSS. Regg. et ed. pr. *alia flatum.* Ed. P.

Eadem. Quamdiu labor is durat, tamdiu nox est. Hard.

Arrugias id genus vocant. Id genus cuniculorum, «unde aurum effoditur,» arrugias vocant. Et vox ea Plauto nota Aulularia scena postrema: «Numquam dabo aurum, nisi fodiam noviter arrugiam.» Hard. — *Arrugias.* Broterius auctor est etiamnunc id nomen in Hispania servari, ubi *arrugia* dicitur metallica fodina profundissima. Ed. P.

Et opprimunt operarios. Voss. cod. *operatos*: sed duabus supra litterulis pictis posterior manus ostendit maluisse *operantes*, ut est in quibusdam MSS. Frustra: tenamus enim vetus, quippe sensus eiusdem, propria quadam huius verbi ratione: lib. XXVI, 6: «Sedere namque in scholis operatos gratius quam ire per solitudines.» Neque aliter in II Aeneid. «sicco subductae littore puppes. Connubiis arvisque novis operata iuventus.» Horatius, lib. I, Epist. 2: «In culta curanda plus aequo operata iuventus;» id est, operans, in praesens occupata. *Operatos* et liber Pintiani, quod ille frustra mutat in *operas*. Gron.

Hos igni et aceto rumpunt. Vide quae in eam rem diximus XXIII, 27. Hard.

rumpunt. Saepius vero, quoniam in cuniculis vapor et fumus strangulat, caedunt fracturis CL libras fere agentibus: egeruntque humeris noctibus ac diebus, per tenebras proximis tradentes: lucem novissimi cernunt. Si longior videtur silex, latus sequitur fossa, ambitque. Tamen in silice facilior existimatur opera. Est namque terra ex quodam argillae genere, glareae mixta (candidam vocant) prope inexpugnabilis.

Caedunt fracturis CL libras ferri terram agentibus (sic prius). *Fractariis*, non *fracturis*, in scripto codice, et verbum *terram* non legitur ibidem. Videtur autem *fractarium* esse genus mallei praegrandis, quo saxa montium rupesque rumpantur ac frangantur. Hispani *almadana* appellant. Esse autem *fractarium* genus mallei ipse non multo infra monstrat dicens, *iisdem malleis*. Pint. — *Caedant.* « Non igni rumpunt, sed caedunt potius: fractaeque silicis moles fere sunt librarum CL pondo. Fecimus huic loco medicinam, partim doctu veterum exemplarium; partim ex coniectura. In libris hactenus editis: « Saepius vero ... caedunt fracturis CL libras ferri terram agentibus, » obscura admodum, vel potius nulla sententia. Abest vox ea *terram*, et « Reg. 2 cod. et ab eo quem Pintianus vidit. In Colb. 3, mutilus locus, « fracturis terram agentibus » tantum repraesentat. Nos levi mutatione syllabae *ferri* in alteram affinem *fere*, orationi alias perobscurae lucem, ut remur, attulimus. Nam quod *fractariis* in suo exemplo legisse se Pintianus contestatur, malleique genus id putat esse, commentum est, neque illud quidem ad sententiae explanationem utile. Nec vero minus suspecta Pintiani fides in altero huius capitis loco, vitiato sane ad hunc diem maxime, cui et nos primi fecimus medicinam. Quum enim libri editi prae se ferant: « Si longior videtur siles, latus sequitur. Fossam ambit quiete. Tamen in silice, etc. » Neque editi modo, sed et Reg. 2 cod. aliique: ipse in suo exemplari legisse se contestatur, *latus caeditur*: legique deinde iubet ex coniectura, *fossa ambente*. At legi scribique verius est certe quidem, propiusque ad vestigia veteris scripturae, uti edidimus, e latus sequitur fossa, ambitque: » quum et sua tum ei loco constet sententia, et illud *quiete* ex priore syllaba vocis subsequentis *tamen*, natum videatur: et *fossam* pro *fossa* ex vocabulo *ambitque*. Sic Agatharchides apud Photium cod. 250, pag. 1340, ubi de Aegyptiis aurifodinis agit, cuniculos agi monet, non rectos illos quidem, sed modo sursum, modo deorsum, nunc ad sinistrum latus, nunc in obliquum transversumque: Καὶ τέμνουσι, φησὶ, τὰς πέτρας ὑπονόμους πλαγίους οὐκ εὐθύς, ἄλλοτε μὲν ἄνω, ποτὲ δὲ κατωτέρω· πάλιν δὲ εἰς εὐθυνομον κλίσιν, ἐνίοτε δὲ σκολιὰν καὶ διεστραμμένην, etc. H.

Latus sequitur fossa. A latere deinde fossa fit, ambitque fossa silicem, » et evitat, quia longior est et caedi difficilior. » Hand.

Cuneis eam ferreis aggrediuntur, et iisdem malleis: nihilque durius putant, nisi quod inter omnia auri fames durissima est. Peracto opere, cervices fornicum ab ultimo caedunt. Dat signum ruina, eamque solus intelligit in cacumine montis eius pervigil. Hic voce ictuve evocari iubet operas, pariterque ipse devolat. Mons fractus cadit ab sese longe, fragore qui concipi humana mente non possit, et flatu incredibili. Spectant victores ruinam naturae. Nec tamen adhuc aurum est: nec sciere esse, quum fodere. Tantaque ad pericula et impendia satis fuit causae, sperare quod cuperent. Alius par labor, ac vel maioris impendii, flumina ad lavandam hanc ruinam iugis montium ducere obiter a centesimo plerumque lapide. Corrugos vocant, a corrivatione, credo: ni-

Et iisdem malleis. Quibus caedunt silices, ut antea dictum est. H.

Cervices fornicum. Terrena fornicum fulcra, seu fulcimenta, summa ipsorum parte, qua fornices proxime attingunt, ac sustinent, ibi caedunt: ut fulcris deficientibus mons subsidat. Haan.

Dat signum ruina, eamque solus int. in cacumine, etc. Libri ante Hard. editi, *dantque signum ruinae*, etc. Gronov. Ita legendum censebat: » Peracto opere cervices fornicum ab ultimo caedunt: id signum ruinae, quod solus intelligit, etc. » Ed. P.

Hic voce ictuve repente operarios revocari iubet (sic prius). Brevius in vet. apographo: » Hic voce ictuve evocari iubet operas. » Pint. — *Voce ctuve.* Forte etiam *voce thuitave.* Gron. — *Hic voce ictuve evocari iubet*, etc. In Reg. cod. 2, » hic voce neve evocari iubet operas: » corrupte. Forte, » hic voce nutuve. » In editis, *operarios*, minus probe. H.

Mons fractus cadit a sese longo fragore (sic lib. ante Hard. editi). Scribe, » Mons fractus cadit a sese longe, fragore qui, etc. » ex nostro apographo. Pint.

Et impendia. Ita nos ex coniectura: in Reg. 2, et Colb. 3, *et incendia*: in editis; *evincenda.* H. — Ex suis codicibus praeiverat emendationi Gronov. Ed. P.

Alius par est labor vel hoc maioris impendii (sic olim). Lege: » alius par labor ac vel maioris impendii, etc. » Sic enim iubet membrana castissima. Pintianusque ex vet. suo cod. » ac vel maioris impendii. » Ge.

Corrugos vocant. Lego, *corrigos* a corrigando: vel, ut Plinius legisse videtur, *corrivos.* Dal. — *Corrugos.* Et eodem fere modo nunc lavatur arena aurifera. Ed. P.

mirum et hic labor est. Praecepisse libramentum oportet, ut furat in qua influat: itaque altissimis partibus ducitur. Convallis et intervalla substructis canalibus iunguntur. Alibi rupes inviae caeduntur, sedemque trabibus cavatae praebere coguntur. Is, qui caedit, funibus pendet, ut procul intuentibus species ne ferarum quidem, sed alitum fiat. Pendentes maiore ex parte librant, et lineas itineri praeducunt.

Nimirum et hic labor est. Ita Colb. 3. At Reg. 2; « ni mille et hic labores. » Coniiciebat Pintianus, « in mille et hic labores. » An potius scribendum, « nae mille et hic labores. » Hard.

Praecepisse. Aute cepisse libramentum aquae par est, ut rapido cursu feratur, quacumque fluat: eam ob causam ex altissimis locis ducitur. De hoc libramento diximus XXXI, 31. Praecipere eo sensu accipi, tralatitium est. Lucret. VI: « Carbonumque gravis vis, atque odor insinuatur. Quam facile in cerebrum, nisi aquam praecepimus ante. » Hoc est, nisi ante aquam hausimus. Sic et *praesumere*. Plinius, XXX, 51: « Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo praesumptus. » Hard.

Ut fruaris quando influat. Locus est corruptissimus, sed quoad malius inveniatur, lego sic: « ut fiat ei qua influat. » Pitt. — *Ut.* In libris editis, « ut fruaris quando influat. » In Reg. 2, « ut fruaris qua influat. » Forte, « et fieri rivus qua influat. » Sed magis arrisit, « ut furat is, » nempe corrugus, de quo supra: quod et similior veri sit ea lectio, et vestigiis MSS. codicum propior. Deinde, *qua influat*, ut libri conditivi habent: quemadmodum XXXI, 20: « Qua cadit rivus. » Hard.

Substructis canalibus iunguntur. Per canales structiles, ut diximus XXXI, 3. Hard.

Trabibus. Canalibus, alveisque, qui fiunt e trabibus ligneis. Hard. — *Sedemque trabibus cavatae praebere coguntur.* Similiter etiamnunc rupes cavantur, sive ut corriventur aquae, sive ut seri via in fodinis facilior fiat, celeriusve dissipentur per runiculos nonii vapores (*gas*), aut, ut Noster dixit, « fumus qui strangulat. » Ed. P.

Is qui caedit. Is qui rupem sublimem caedit. Hard.

Ut procul inventibus species nefaria quidem, sed alitum fiat. Scribe ex antiquo exemplari: « ut procul intuenti species, ne ferarum quidem, sed alitum fiat. » Pitt. — *Species.* Procul intuens, non feras, sed alites ibi pendere putes. In Reg. 2, *nefarium*. Sed vidit Pintianus in suo, ut edidimus, « ne ferarum quidem, sed alitum fiat, » quod et Plinii orationem sapit, et hic necesse est legi. Hard.

Et lineas itineri praefigunt. Voss. *praedicunt.* Quasi velit *praeducunt*. Sic cap. 6: « Lineas ex argento praeduci fierique mirantur. » Sic enim eximius liber non *produci*. Lib. XXXV, 48: « Est et utilissima (creta) qua circum praeducere ad victoriae notam instituerunt maiores. » Colloquia

Itaque insistentis vestigiis hominis locus non est. Manus trahunt omne vitium in sportis. Id genus terrae urium vocant. Ergo per silices calculosve ducuntur,

Scholastica: Παραγράφειν οὐκ οἶδα· οὐ ἐμοὶ παράγραψον, ὡς οἶδας. »Praeducere nescio: tu mihi praeduc, quomodo acis.» Gaox. — *Lineas itineri praeducunt.* Et ductis lineis praesignant iter, »qua caedenda rupes est, qua corrivandus amnis.» H.

Itaque insistentis vestigiis hominis locus non est. Quia pendent funibus in aëre, corbibus suspensi.

Manus trahunt omne vitium in sportis. Non fungunturl, inquit, pedes officio suo: manus funguntur: trahunt enim vitiosam terram omnem in sportis, quam urion vocant. Locus hactenus affectus in paucis, et propemodum desperatus. In libris hactenus editis: »Manes trahuntur ad homines, ut vitium importent.» Quibus etsi probabilis sententia subesse posse videatur, magis alieno tamen efferri loco non potest: quum hic iuga montium caedantur, non radices fodiantur, quibus iter ad manes. In Colbert. 3, »manus ad om vitium importent:» quae sane plus habent similitudinis veri: nam quum pedes ante officio fungi hic posse negavit, quae manuum deinde sint partes in hac opera, indicare haud dubie voluit. Lineola posteriori litterae vocis *om* superposita, *omenne* an *omnie* signet, in dubio linquit. Dalecampius ex vetusto codice MS. »manus trahuntur ad omen.» Sensumque ait esse pendentes operarios obviam terram manibus trahere, ad omen et iudicium, an firma sit ad sustinendas trabes, an vitiosa et tenerior. Perinde quasi id manuum vel oculorum, ac non ferramenti, hoc est, fossorii potius instrumenti iudicium sit: aut latinae ferre possint aures, »manus trahi ad omen,» ubi terram manibus extrahi sententia sit: aut denique vel Oedipus ipse capere possit, quid sit »trahi manus, ut vitium importent.» Adde audacioris esse coniecturae, quae voculam *ut* adiiciat, caeterasque loco permutet: »ut terrae vitium importent. Id genus, etc.» quum »vitium in porte,» vel »importent. Id genus terrae» libri omnes exhibeant. Reg. 3, et Lugd. »manus trahuntur ad homines, vitium in porte.» Perpensis rite singulis, nihil vendibilius nobis occurrit, quam quod proposuimus. Vitium enim hic designari necesse est illud ipsum, de quo statim subiicitur: *Id genus terrae.* Vitiosam igitur terram ac teneriorem necesse est subintelligi, quae extrahatur manibus operarum, ingeraturque in sportas, quas per manus proximis tradant, ut egerant. Hard. — *Manus trahunt*, etc. Ita hunc locum desperatissimum emendavit eruditus Harduinus, nec infeliciter. Mallem tamen *manu trahunt*; nam quum per funes eundem sit, et plenis sportis graves ascendant, manibus superiora funium apprehendunt, et se suaque onera trahunt. In MSS. Regiis et edit. principe, *manes.* Brot.

Urium vocant. Sic MSS. omnes, non ἀραιόν, ut volunt: quanquam istud fortassis Hispani, quorum fodinae metallicae nunc explicantur, eodem significatu acceperint, quo Graeci ἀραιόν, ut ea voce terram laxam, bibulamque signarent. H.

et urium evitant. Ad capita deiectus in superciliis montium piscinae cavantur: ducentos pedes in quasque partes, et in altitudinem denos. Emissaria in his quina pedum quadratorum ternum fere linquuntur, et repleto stagno, excussis obturamentis erumpit torrens tanta vi, ut saxa provolvat. Alius etiamnum in plano labor. Fossae per quas profluat, cavantur: agogas vocant: eae sternuntur gradatim ulice. Frutex est roris marini similis, asper, aurumque retinens. Latera cludiuntur tabulis, ac per praerupta suspenduntur, canali ita profluente de terra in mare. His de causis iam promovit Hispania. In priore genere, quae exhauriuntur immenso labore, ne occupent puteos: in hoc rigantur. Aurum arrugia quaesitum

Ad capita deiectus, sic. Ad locum, unde aqua primum deiici incipit in convallem. Hard.

Emissaria. Aditus per quos aqua e stagno piscinave emittitur; nos vernacula dicimus *l'ouverture d'une écluse par où se décharge un étang.* Sueton. in Claud. cap. xx: *Emissarium Fucini lacus.* Harn.

Excussis obturamentis. Sublatis molibus, quae aquam cohibebant. Nos pro obturamentis cataracta utimur, qua adducta, omnis aqua effluit: *lever la bonde d'un étang.* H.

Vt saxa pervolat (sic prius). Scrib. ex codd. *provolvat.* Terentius Andria: «ism ego hunc in mediam viam Provolvam, teque ibidem pervolvam in luto.» Gron.

Per quas. Gron. et al. ante Hard. *in quas.* Ed. P.

Agogas vocant. MSS. *agangas.* Neque vero hic graeca quaeruntur vocabula, ut Salmasius putat, in Soliu. p. 1076, sed barbara et Hispana. H. — *Agogas vocant.* Brot. ex Regg. codd. et edit. princ. *agangas.* Ed. P.

Eae sternuntur gradatim. Frutex est ulex (sic olim). Lege ex Voss. cod. «eae sternuntur gradatim ulice. Frutex est roris marini similis.» Quod et a suo suggessit Pintianus. Gron. — *Frutex.* Caeteris auctoribus ignotos. Hard. — Frutex quidam nobis dicitur *Vlex Europaeus*, asper quidam, nequaquam vero rori marino similis. Ed. P.

Suspenduntur. Canteriis, aliisque ligneis machinis canales per loca praerupta suspenduntur in aëre. H.

Promovit. Propius mari admovit «puteos suos fossas et canales.» H.

In priore genere. Quum aqua per canales a vertice montium deducta fluit. Dal. — *In priore.* Hoc est, quod puteis foditur: id enim primum auri inveniendi genus, superius est ab auctore explanatum, cap. 21. H.

Aurum arrugia quaesitum, etc. Hoc est, cuniculis per magna spatia actis, quibus montes cavantur: hos enim

non coquitur, sed statim suum est. Inveniuntur ita massae. Nec non in puteis etiam denas excedentes libras. Palacras Hispani, alii palacranas: iidem quod minutum est, balucem vocant. Vlex siccatus uritur, et cinis eius lavatur substrato cespite herboso, ut sidat aurum. Vicena millia pondo ad hunc modum annis singulis. Asturiam atque Gallaeciam et Lusitaniam praestare quidam prodiderunt, ita ut plurimum Asturia gignat. Neque in alia parte terrarum tot saeculis haec fertilitas. Italiae parci vetere interdicto pa-

cuniculos arrugias vocant, ut dictum est antea. Hard.

Suum. Sui quasi iuris, iam purum, integrum: quod ignem non desiderat. Hard.

Inveniuntur ita massae. Etiam centum *marcarum*, ut ea Alberto Magno supra diximus. Hard.

Palacras. Reg. 2, »Palacas, alii palacurnas.« Has voces, palacras, ballucem, caeterasque, ortas e graecis fontibus eredi Salmasius iubet, in Solin. p. 1076. Credant, quibus ille iusserit. Nos interim Hispanicas fuisse adseveramus, et peregrini oris. Ballucae mentio in cod. Theod. lib. X, tit. 19, de Metallis; lib. III, »de auri eruendi ex metallis potestate.« Est autem balluca, sive balluce, ut Plinius innuit, arena aurosa, seu minuta ramenta nondum excocta, quae πολλὴν μείωσιν ἔχει, ut Graeci notarunt. Philoxenus in Glossis: *balluca*, ἀχώνευτος γῆ ἡ χρυσώδης. Alibi: Χρύσαμμος, *Balluca*. Iustinus, lib. XLIV, cap. 1; ubi de amnibus Hispaniae: »Plerique etiam divites auro, quod in balucibus vehunt.« Hesychio, Βάλλιξ, ψῆφος est, minutus calculus: quoniam balluca aurum est in ramentis, minutisque ψήγμασιν. Alteram autem vocem *palacras*, vel *palacas*, pariter esse vernaculam, Hispanique oris ac soni, Strabo ipse haud obscure significat, apud quem haec vox diminuta occurrit, lib. III, pag. 146: Ἐν δὲ τοῖς ψήγμασι τοῦ χρυσίου φασὶν εὑρίσκεσθαί ποτε καὶ ἡμιλιτριαίας βώλους, ἃς καλοῦσι πάλας, μιαρὰς καθάρσεως δεομένας. Φασὶ δὲ καὶ λίθων σχιζομένων εὑρίσκεια βωλάρια θηλαῖς ὅμοια. »Caeterum inter auri ramenta aiunt inventas aliquando selibres glebas, quas ipsi palas nominant, exigua purgatione indigentes. Ferunt etiam lapidibus fissis inveniri glebulas uberibus similes.« H. — *Palacras Hispani, alii palacranas.* Broter. ex Reg. cod. 2 et 3, »Palacas Hispani vocat, alii palacurnas.« Ed. P.

Vicena millia pondo. Auri vicena millia pondo efficiunt gallicae monetae libras 18,900,000, ut auctor est Broterius, nunc vero pecuniae summa paulo maior est. Mox *pensitare*, non *praestare*, legi iubet Pintianus, sed repugnant MSS. nec commodior, ut eidem videtur, illa lectio. Gron. et al. ante Hard. *tradiderunt*, non *prodiderunt*; Plinio certe utraque familiarissima locutio. Ed. P.

Italiae parcitum est (sic prius). Pau-

trum, diximus: alioqui nulla fecundior metallorum quoque erat tellus. Extat lex censoria Ictimulorum aurifodinae, Vercellensi agro, qua cavebatur, ne plus quinque millibus hominum in opere publicani haberent.

XXII. Aurum faciendi est etiamnum una ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus, in summa tellure, auri colore, sed fragili, lapidum specularium modo: invitaveratque spes Caium principem avidissimum auri: quamobrem iussit excoqui magnum pondus: et plane fecit aurum excellens, sed ita parvi ponderis, ut detrimentum sentiret, illud propter avaritiam expertus; quanquam auripigmenti librae x, IV permutarentur: nec postea tentatum ab ullo est.

cioribus verbis et emendatius in nostro apographo, « Italiae parci vetere interdicto patrum diximus, ut qui *parcitum* supinum a *parco* deducunt et ad confirmationem sententiae suae hunc Plinii locum afferunt, nihil dicant. Pett.

Diximus. Lib. III, sub finem, cap. 24. De Salassorum forte metallis id senatusconsultum latum est, quae capta sunt ab Appio Claudio Pulchro cos. an. V. 611; teste Strabone, IV, pag. 205; et Epitome Livii, XXXV. Hard.

Ictimulorum aurifodinae, etc. Strabo, V, pag. 218: Καὶ ἐν Οἰκτιμουλίοις χρυσωρύχιον ἦν. Κώμη δ' ἐστὶ πλησίον Ἰκτιμουλίων, καὶ ταύτης κώμης ἦν Ἐπὶ τοῦ Βερκέλλου αὐριφόδινα: est autem is vicus prope Ictimulos, qui et ipse vicus est. « Videtur a multis Ictimulis insignem, ibi stabilitis, loco nomen haesisse, quasi ad *Ictimulos*. H.

Ne plus quinque millibus hominum, etc. Ne forte publicani una conditione totum aucum provinciae vel fodinae exhaurirent. Atque ideirco fortassis in Sardiniam, quae metallariis praesertim argenteis abondavit, metalla transfretare vetit, leg. 6, tit. 19, lib. X, cod. Theod. *Si qua navis*. H.

XXII. *Est etiam una* (sic olim). Voss. et al. *est etiam nunc una*. Plinianus *etiamnum*. Gron.

Ex auripigmento. Sive arsenico, de quo lib. sq. c. 56. In Ponto quoque effodi scribit Vitruvius VII, 7, pag. 139; Diosc. V, 121, et in Mysia Hellesponti. Hard. — *Ex auripigmento.* Auripigmentum recentioribus dicitur *Arsenic sulfuré*, *Sulfure jaune d'arsenic*, etc. nostris vulgo *orpin*, *orpiment*; infectoribus etiamnunc et pictoribus maxime in usu est. Ed. P.

Caium. Quem Caligulam vocant. De huius aviditate pecuniae cf. Suet. XXXII. Hard.

Auripigmenti libras X. IV permutarentur. Hoc est, denariis quatuor. Prius *Libras XIV* legebatur, nullo sensu. H. — Nempe gallicae monetae

XXIII. Omni auro inest argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octava parte. In uno tantum Galliae metallo, quod vocant Albicratense, trigesima sexta portio invenitur: ideo caeteris praeest. Vbicumque quinta argenti portio est, electrum vocatur. Scrobes eae reperiuntur in Canaliensi. Fit et cura electrum argento addito. Quod si quintam portionem excessit, incudibus non resistit. Et electro auctoritas, Homero teste, qui Menelai regiam auro,

nostrae librae tres cum aliquot assibus. Brot.

XXIII. *Galliae metallo.* Auro. Albicratense vero appellari suspicamur ab Albioecis, sive Alebece Reiorum Apollinarium, de qua diximus in lib. V. Fuisse et in Cemeno Galliae monte auri fodinas, auctor est Strabo lib. III, pag. 146; et in Tarbellis quidem eximias lib. IV, p. 190. H. *Albicratense.* Brot. ex Reg. cod. 2 et edit. principe, *Albucrarense*; et hoc quidem aurum cum eo quod in Tarbellis quaerebatur, idem esse existimat. Fuere autem Cemeni montis aurifodinae, ubi confluunt Isara ac Rhodanus. Ed. P.

Vbicumque quinta argenti portio. Fuisse huiusmodi aurum, quod edicto Ludovici XII, Galliarum regis, ab aurificibus in signa, vasa, caeteraque opera adhiberi posset impune, ac sine fraude; scribit Savotus de Nummis, P. II. cap. 9, p. 84. H.

Electrum. Gallis, *de l'or bas*, quasi aurum deterioris notae, propter admixtam argenti quintam portionem. Isidor. XVI, 23: « Electri tria sunt genera: unum, quod succinum dicitur. Alterum metallum, quod naturaliter invenitur, et in pretio habetur. Tertium, quod fit de tribus partibus auri, et argenti una: quas partes, etiam si naturam resolvas, invenies. Vnde et nihil interest, natum sit an factum: et utrumque enim eiusdem naturae est. » Servius quarta modo argenti portione admixta electrum fieri ait. Vide et Strab. loc. cit. Hinc nummi electrei apud Lamprid. in Alex. Sev. pag. 122: « Alexandri habitu nummos plurimos figuravit: et quidem electros aliquantos: sed plurimos tamen aureos. » Et electrina patera, apud Pollionem Trebellium in Quieto, pag. 192: « Pateram electrinam, quae in medio Alexandri vultum haberet. » H. — *Electrum vocatur.* Tale electrum, Broterio teste, multis in nummis videre est, praesertim Carthaginiensibus. Ed. P.

Scrobes. Scrobes, quae id electri, seu auri genus, contineant, in canaliensi auro inveniuntur. De canaliensi auro supra dictum est; cap. 21. H.

Fit et cura. Ex arte et industria. Plin. IX, 65: « Iuvat argentum auro confundere, ut electra fiant. » H.

Homero teste. Odyss. Δ, vers. 71: Φράζεο Νεστορίδη τῷ μῷ κεχαρισμένε θυμῷ, Χαλκοῦ τε στεροπὴν καὶ δώματα ἠχήεντα, Χρυσοῦ τ', ἠλέκτρου τε, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος. H.

Electri natura est; etc. Isidorus hunc locum transcripsit Origg. XVI, 3. Hard.

electro, argento, ebore fulgere tradit. Minervae templum habet Lindos, insulae Rhodiorum, in quo Helena sacravit calycem ex electro. Adiicit historia, mammae suae mensura. Electri natura est, ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Quod est nativum, et venena deprehendit. Namque discurrunt in calycibus arcus, caelestibus similes, cum igneo stridore; et gemina ratione praedicunt.

XXIV. Aurea statua prima omnium nulla inanitate, et antequam ex aere aliqua illo modo fieret, quam vocant holosphyraton, in templo Anaitidis posita dicitur (quo sit situ terrarum nomen hoc significavimus) numine gentibus illis sacratissimo. Direpta est Antonii Parthicis rebus: scitumque narratur dictum

Quod est nativum. Isid. l. c. Plin. Valer. III, 53, ad verbum. Q. Serenus, cap. LXII, de venenis prohibendis, pag. 162: « Produnt electri varianta pocula virus. » H.

Discurrunt in calycibus arcus, etc. Totidem verbis Isid. et Plin. Val. ll. cc. Hard.

Gemina ratione praedicunt. Caelestibus videlicet arcubus et igneo stridore. Brot.

XXIV. *Holosphyraton.* Ὀλόσφυρος et ὁλοσφύρατος apud Hesych. concretus, plenus, non conflatus, sed ductus malleo, στερεός, ναστός, καὶ οὐδαμοῦ διάκενος. H.

In templo Anaitidis. Nusquam huius templi in Geographia meminit, sed lib. V, cap. 24, Anaeliae regionis Armeniae, quam praeterfluens Euphrates a Cappadocia excludit. Strabo lib. XII, templum id in Zela oppido fuisse tradit, a Semiramide constructo super aggere, colique id religiosissime ab Armeniis. Anaitin Dianam fuisse multi tradunt: a Strabo sub finem l. XI, Venerem potius fuisse monstrat, quoniam virgines dicatae in eius templo prostituebantur. Vide Gyraldi Historiam deorum. Anaitidis Dianae in Lydia praecipuo honore cultae meminit praeter Herodotum Pausanias in Laconicis. Dal. — *Quod in situ*, etc. (sic prius). Videtur monstrare: « quo sit in situ terrarum numen hoc signavimus nomine, gentibus illis sacratissimo. » Frustra igitur Plinium arguit Dalecampius, quod nusquam huius tempi, meminerit in geographumenis. Non enim dixerat hic se alibi meminisse, sed nunc ipsum, ubi sit, signasse et denotasse nomine. Nimirum Aeneae, vel apud Anaitas. Gron.

Significavimus. Lib. V, 20. H

Direpta. Nempe ea statua deae Anaitidis. Sic etiam MSS. De expeditione infelici Antonii contra Parthos, vide Dionem et Plutarchum. H. — Anno Vrbis conditae 718. Ed. P.

unius veteranorum Bononiae, hospitali divi Augusti coena, quum interrogaretur, essetne verum, eum qui primus violasset hoc numen, oculis membrisque captum expirasse? Respondit enim, tum maxime Augustum de crure eius coenare, seque illum esse, totumque sibi censum ex ea rapina. Hominum primus et auream statuam et solidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit, LXX circiter Olympiade. Tantus erat docendae oratoriae artis quaestus!

XXV. Aurum plurimis modis pollet in remediis; vulneratisque, et infantibus applicatur, ut minus noceant, quae inferantur, veneficia. Est et ipsi super-

De crure eius coenare. Vt intelligamus in direptione fractae statuae, erus huic veterano militi, qui Augustum excipiebat hospitio, obtigisse, cuius partem in hospitalem coenam insumeret. Ita Gelenius recte. H.

Gorgias Leontinus: Is apud Athenienses ob eloquentiae vim in tanto pretio habitus est, ut dies quibus orabat, ἑορτὰς vocarent; orationes vero λαμπάδας. Rhodig. lib. XI, cap. 25. Male vero Plinius, *sibi posuit*: non enim ipse sibi, sed ipsi Graecia auream statuam posuit. Pausanias positam quidem ab universa Graecia, sed tantum inauratam scribit. Athenaeus lib. XI, ex Hermippo narrat: Gorgiae Delphis Athenas reverso Platonem obvium dixisse: » Ecce formosum aureumque Gorgiam: » illumque eius vocis aculeo stimulatum respondisse, ἦ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν. Victorius, lib. V, cap. 9. Dal. — *Gorgias.* Non sibi ipsum, sed totam ipsi Graeciam posuisse id aureae statuae decus, caeteri scribunt. Forte gemina fuit. Val. Max. VIII, cap. ult. » Gorgiae vero Leontini studiis litterarum aetatis suae cunctos praestantis, adeo ut primus in conventu poscere, qua de re quisque audire vellet, susus sit; universa Graecia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit: quum caeterorum ad id tempus auratas collocasset. » Sic et Plato in Gorgia, et Cicero de Orat. III. Cognomen habet a natali solo, Leontinis; Siciliae oppido. Hard.

LXX circiter Olympiade. Circiter ann. V. 242. Hard.

XXV. *Vt minus noceant quae inferantur veneficia. Inveterantur*, non *inferantur*, in scripto codice. Sunt enim et recentia venena, et inveterata, ut infra capite 6: » efficax et contra recentia venena. » Pint.

Est et ipsi superlato vis malefica, etc. Si superferatur, si supra caput tollatur. Sic libri omnes, etiam MSS. non, ut Gronovius emendat, *superlito; et inlitum.* Plinius ea voce et alias usus: XXXII, 46: » Sed si castoreum fibrumve supergrediatur gravida, abortum facere dicitur: et periclitari partus: si superferatur, » hoc est, si sursum feratur, ac supra caput. Vide indicem. Val. Max. VIII, 6:

lato vis malefica, gallinarum quoque et pecorum feturis. Remedium est abluere illatum; et spargere eos, quibus mederi velis. Torretur et cum salis gemino pondere triplici miseos, et rursum cum duabus salis portionibus, et una lapidis, quem schiston vocant: ita virus tradit rebus una crematis in fictili vase, ipsum purum et incorruptum. Reliquus cinis servatus in fictili, et ex aqua illitus, lichenas in facie sanat. Lomento eum convenit ablui. Fistulas etiam sanat, et quae vocantur haemorrhoides. Quod si tritus pumex adiiciatur, putria hulcera et tetri odoris emendat. Ex melle vero decoctum cum melanthio, et illitum umbilico, leniter solvit alvum. Auro verrucas curari M. Varro auctor est.

XXVI (v.) Chrysocolla humor est in puteis, quos diximus, per venam auri defluens, crassescente limo rigoribus hibernis usque in duritiam pumicis. Lauda-

a C. autem Marius, ad auxilium servorum pileo superlato confugit: a sed sunt qui legant ibi, *ablato*. H.

Torretur et cum salis gemino pondere triplici miseos, etc. Et paulo post: a quod si tritus pumex adiiciatur. a Sic Reg. 2 cod. totidem litteris et Pintianus e suo. Prius inepte typi sic exhibebant: a Torretur et cum salis grumo pondere triplici misso, etc. » Et mox, » Quod si trito spuma adiiciatur. » Dalecampius coniiciebat, » Quod si nitri spuma. » At pumicem tritum seu farinam pumicis per se explere hulcera et ad cicatricem perducere Dioscor. auctor est, V, 125: Δύναμιν ἔχει... ἑλκῶν τε πληρωτικὴν καὶ κατουλωτικήν. Harn.

Lomento. Farina fabacea. H.

Fistulas, etc. Auri usus in medicina veteribus Graecis fuit incognitus. Arabes praecipue eius virtutes commendavere, multis tamen dissentientibus, et eo magis quod effectus promissis non responderent. Vade non sine ratione in dubium venit an aurum umquam in medicos usus iure trahi possit. Conf. Geoffr. Mat. med. tom. I, pag. 315 sq. Eo. P.

XXVI. *Quos diximus*. Cap. 21. H. — *Per vena auri defluens*, etc. Chrysocolla illa Pliniii, ut et priscorum, multum differt a nostra chrysocolla, *le borax (soude boratée, sous-borate de soude)*. Pliniana species est apathi viridis, *le spath vert, vert de montagne (Cuivre carbonaté, Hydro-carbonates de cuivre, vert et bleu)*, quod in auri, aeris praecipuo aliorumque etiam metallorum fodinis reperitur. Eo. P.

Crassescente limo rigoribus, etc. Coacto humore eo vi frigoris, et in pumicis duritiam rigescente. H.

Laudatiorem. Habet haec pariter

tiorem eamdem in aerariis metallis, et proximam in argentariis fieri compertum est. Invenitur et in plumbariis, vilior etiam auraria. In omnibus autem iis metallis fit et cura, multum infra naturalem illam: immissis in venam aquis leviter hiemo tota, usque in unium mensem: dein siccatis in iunio et iulio: ut plane intelligatur nihil aliud chrysocolla, quam vena putris. Nativa duritia maxime distat; luteam vocant. Et tamen illa quoque herba, quam lutum appellant, tingitur. Natura est, quae lino lanaeve, ad succum bibendum. Tunditur in pila, deinde tenui cribro

Isidor. Origg. XIX, 17. Quid quod chrysocolla fit et ex aere tantum? Quare si in metallis aurariis argentariisve oritur, venas eas cum latente aere permixtas esse necesse est. Auraria porro metalla, et *aurariae* appellantur: unde vetus inscriptio apud Grut. p. 4: SVBPROC. AVRARIAR. *sub procurator aurariarum*. Et pag. 594: PROC. AVRARIARVM. HARD.

Nativa. Nativa factitiam istam chrysocollam duritia superat. H.

Et tamen. Et nihilominus, quum lutea appelletur, herba tamen quae lutum nuncupatur, ipsa tingitur. Vt lutum (sic enim MSS. omnes habent) seu herbam luteam eamdem esse negem, atque isatin, sive nitrum, de quo XXII, 2, illud in primis in causa est, quod luteo colore illa inficit, isatis caeruleo. Quare caerulo mixta herba lutum, viridem maxime colorem efficit. Testis Vitruvius: » Qui non possunt chrysocolla propter caritatem uti, herba quae lutum appellatur, caerulum inficiunt, et utuntur viridissimo colore. « Vide egregiam super eo argumento Ruellii concertationem, de Nat. stirp. II, p. 434. H. — *Illa herba, quam lutum appellant*. Lutum nobis est *Reseda luteola* (*Dodecand. trigyn.* gen. 1188 Pers. *Capparid. affin.* Juss.), de qua iam alias egimus. ED. P.

Illa quoque herba, quam luteam appellant, etc. Voss. *quam lutum*. VI et infra: » Luteam putant a luto herba dictam. « Vbi praecepit Salmasius ad Solin. pag. 255. Et tamen libri veteres, quibus intensius, *lotam* aut *loton*: hic noster plane *luto*. Statim, » Natura est, quae lino lanaeve ad succum bibendum. « Voss. *succum*. Voluit, opinor, *fucum*, id est, colorem. GRON.

Natura. Chrysocollae. H.

Tunditur. Pilam alibi nominat esse vas concavum, in quo quid pinsitur, tunditurque. Nunc *mortarium* vocant. Similem fere parandae probandaeque chrysocollae modum affert Diosc. V, 104. HARD.

Dein tenui cribro secernitur. Voss. et Pintiani liber *cribro cernitur*. Lib. XVIII, 11: » Posteaque gypsi pars quarta inspergitur, atque, ut cohaesit, farinam cribro subcernunt. Quae in eo remansit, excepticia appellatur, et grandissima est. Rursus quae transiit, arctiore cernitur et secundaria

cernitur: postea molitur, ac deinde tenuius cribratur. Quidquid non transmeat, repetitur in pila, dein molitur. Pulvis semper in catinos digeritur, et ex aceto maceratur, ut omnis duritia solvatur: ac rursus tunditur, dein lavatur in conchis, siccaturque. Tunc tingitur alumine schisto, et herba supra dicta, pingiturque, antequam pingat. Refert quam bibula docilisque sit. Nam nisi rapuit colorem, adduntur scytanum atque turbystum: ita vocant medicamentum sorbere cogentia.

XXVII. Quum tinxere pictores, orobitin vocant, eiusque duo genere faciunt: luteam, quae servatur in lomentum: et liquidam, globulis sudore resolutis. Haec utraque genera in Cypro fiunt. Laudatissima in Armenia, secunda in Macedonia, largissima in Hispania. Summa commendationis, colorem in herba

vocatur. a Lib. XXXV, 6, de Indico: « quum cernitur, nigrum; at in diluendo mixturam purpurae caeruleique mirabilem reddit. » Sic bene Salmasius, quum et in Voss. ait *cernatur*. Gron.

Ac deinde tenuius sic cribratur. Detrahe particulam *sic* ex antiquo codice, et paulo post, *lomento* non *lomentum*, ibidem. Fint.

Repetitur. Iterum in pila tunditur. Hard.

In conchis. Concha vasis genus est concavum, ac superius patulum a concharum similitudine nominatum. Cato de Re Rust. 13: « In cellam oleariam haec opus sunt: dolia olearia... conchas maiores duas, et minores duas. » Infra Plinius, 41, *ferream concham* vocat. Hard. — *Tingitur alumine schisto, et herba supra dicta.* De alumine schisto (*Alumine sulfato, sulfato d'alumine*) fusius agetur XXXV, 52; de tinctoria herba, *Reseda lutcola*, paulo supra dictum. Ed. P.

Scytanum atque turbystum. In vet. cod. *schytanum*; quae fuerint ea medicamenta non satis constat. Ed. P.

Sorbere. Colorem bibere. H.

XXVI. *Orobitin vocant.* Quod in grana formarent ὀρόβου, hoc est, ervi similitudine. Haec grana Plin. globulos statim vocat. Hard.

In lomentum. In pulverem seu farinam. Hard.

Laudatissima. Sic Diosc. V, 104, et Isidor. Origg. XIX, 17. Nunc in Hungaria, Bohemia, Silesia, Misnia, alibique effoditur. Vide Museum Wor. I, 3, cap. 10. Hard.

Summa commendationis est, ut colorem herbae, etc. (sic prius). Caret optimus τοῖς *est ut*, dein praefert *colore in herba*. Scrib. « colorem in herba. » Noster lib. XVIII, cap. 5: « Frumenta hieme in herba sunt,

segetis laete virentis quam simillime reddat: visumque iam est Neronis principis spectaculis arenam Circi chrysocolla sterni, quum ipse concolori panno aurigaturus esset. Indocta opificum turba tribus eam generibus distinguit: asperam, quae taxatur in libras denariis VII: mediam, quae denariis quinis: attritam, quam et herbaceam vocant, quae X. III. Sublinunt autem arenosam, priusquam inducant,

verno tempore fastigantur in stipulam. » Ovidius Metam. lib. V, » primis segetes moriuntur in herbis; » lib. VIII: » segetes proculcat in herba. » Et in epistola Paridis: » et adhuc tua messis in herba est. » Grox. — *Summa.* Maxime commendatur ea, quae, etc. Dioscor. loc. cit. τῇ χρόᾳ κατακόρως πραϊζουσαν, » quae porri laeta virentis colorem quam simillime reddat, » probat in primis. Sic etiam Isidor. loc. cit. Fuit olim in pretio apud pictores haec chrysocolla porracea; nunc obsolevit: et in locum eius irrepsit Azurium ultramarinum, *l'outremer*, quod e transmarinis locis affertur, plerumque e Cypro. Hard. — *Colorem in herba segetis.* Talem colorem egregie reddit orobitis Sinensis; ut videre est in pictura quae penes me est. Hunc colorem dicimus, *le vert d'émeraude.* Brot.

Neronis. Etiam et Caligulae principatu, minio et chrysocolla Circum coostratum fuisse, Tranquillus est auctor in eius vita, cap. XVIII. Hard. — *Chrysocolla sterni.* Iuxta Cl. Targion. Tozzetti, *Viaggi*, tom. II, p. 39, illa chrysocolla est, *le tale couleur d'or.* Brot. — Vna forsan ex iis quas *silicates composés* nostrates vocant, nempe *mica*; vulgo, *or de chat.* Ed. P.

Introducta opificum turba (sic prius). Quod ibi negotium fuerit opificibus introductis, videndum. Ex veteribus libris haud dubie scrib. puto: » Indocta o. turba tribus eam generibus distinguit. » Etsi haud ignorem eleganter quoque dici posse, *turba distinguunt.* Sed praevalet Voss. libri auctoritas. Idem fere voluit Pintianus. Grox. *Indocta.* Totidem plane apicibus syllabisque Reg. 2 cod. In editis corruptissime: » quum ipse concolori panno aurigaturus esset, introducta opificum turba. Tribus eam, etc. » Monet Dalecamp. in suo vetusto codice legi *inducta*: atque ita sane Colbert. 3. At ille Reg. 2, *indocta.* Nosque verbis iis a superiore sententia divulsis, cum sequente ea conneximus: ut putamus, apte. Sic enim pari forma loquendi Plinius antea usus XXXI, extremo cap. ult. ubi de spongiis: » Medici inscitia ad duo nomina ess redegere, etc. » H.

Denariis VII. Sic Reg. 2, sine ullis notarum compendiis. In libris hactenus editis praetermissa vox ea *denariis* est. Sunt porro denarii septem monetae gallicae, assés aerei sex et quinquageni. Denarii quinque, asses quadraginta. Hard. — Denarius fuit monetae gallicae assium 15 1/2 et paulo amplius. Brot.

Quae X. III. Hoc est, denariis tribus. Gallicae monetae, assibus quatuor et vicenis. Hard.

atramento, et paraetonio. Haec sunt tenacia eius et colori blanda. Paraetonium, quoniam est natura pinguissimum, et propter laevorem tenacissimum, atramento aspergitur, ne paraetonii candor pallorem chrysocollae afferat. Luteam putant a luto herba dictam, quam ipsam caeruleo subtritam, pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atque fallacissimo.

XXVIII. Vsus chysocollae et in medicina est ad purganda vulnera cum cera et oleo. Eadem per se arida siccat et contrahit. Datur et in angina, orthopnoeave, lingenda cum melle. Concitat vomitiones: miscetur et collyriis ad cicatrices oculorum: ac viridibus emplastris, ad dolores mitigandos et cicatrices trahendas. Hanc chrysocollam Medici acesin appellant, quae non est orobitis.

Haec. Haec facilius chrysocollae arenosae illigantur. Haan.

Paraetonium, quoniam est natura pinguissimum. « Paraetonium, inquit idem lib. XXXV, cap. 6, spumam maris esse dicunt solidatam cum limo, et ideo conchas minutas inveniri cum eo » Haec ille. Sed si ita foret, spumae marinae natura siccissimae et aridissimae, nea tenax esse paraetonium, nec pingua sinerei. Ac sic existimandum, paraetonium cretam esse littoralem, candidissimam, glutinosam, et pinguem, quae tamen effodi non possit absque limo, spuma, et conchulis a mari invectis, quod in causa fuit, ut limum cum spuma mixtum esse putarent Dal. — *Paraetonium.* Sic dictum a Paraetonio urbe porticuque Marmaricae, ubi reperiebatur. Nobis, *blanc d'Egypte, craie (chaux carbonatée)*; de eo fusius Noster XXXV, 12 et 18. Ed. P.

Luteam putant à lutea herba. A luto herba dictum. Turn. Adv. libro VI, cap. 17. Virgilius, Ecl. IV, v. 44: « ...croceo mutabit vellera luto. » Dal. — *Luteam.* Sic Reg. 2, non *lutea.* De ea paulo ante egimus. H.

Quam ipsam, etc. Sic Vitruvius quoque proxime antea laudatus a nobis, cap. 26. Haan.

XXVIII. *Ad purganda vulnera.* Sic Diosc. V, 104. Hard.

Lingenda. Sic post Pintianum Harduin. *miscenda* Gronovius et alii. Ed. Par.

Concitat. Diosc. loc. cit. Εστι δὲ καὶ τῶν ἔμετον κινούντων, καὶ ἀναιρεῖν δυναμένων. « Est vero ex eorum genere quae vomitiones concitant, et necem inferre possunt. » H.

Cicatrices. Exterendas. Diosc. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ χρυσοκόλλα σμηκτικὴν οὐλῶν, etc. H.

Acesin appellant. Vel quae ad medicinam tantum usurpetur: vel ἄκαστον, ἄπονον, inelaboratam, rudem, nulla industria curatam. Vide num legendum *Acesiam.* Acesium Apolli-

XXIX. Chrysocollam et aurifices sibi vindicant agglutinando auro: et inde omnes appellatam similiter utentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria aerugine, et pueri impubis urina, addito nitro. Teritur Cyprio aere in Cypriis mortariis: santernam vocant nostri. Ita ferruminatur aurum, quod argentosum vocant: signumque est, si addita santerna nitescit. E diverso aerosum contrahit se, hebetaturque, et difficulter ferruminatur. Ad id glutinum fit, auro et septima parte argenti ad supradicta additis, unaque contritis.

nem memorat Pausanias in Eliacis. Dalec.

Quae non est orobitis. Orobitis diluta est et liquida: acesis autem arida. Ακεσις curatio est, ab ἀκεομαι, *curo*. Hard.

XXIX. *Chrysocollam et aurifices sibi vindicant*, etc. Alterum hoc est chrysocollae genus, nempe fictitium. Creditur haec vulgo *borax* officinarum: falso. Caret enim istud aerugine, quam chrysocolla Veterum requirit. Diosc. V, 92: Εστι δέ τις καὶ ὑπὸ τῶν χρυσοχόων γένομενος ἰὸς διὰ θυέας καὶ δοίδυκος Κυπρίου χαλκοῦ, ἔτι δὲ οὔρου παιδίου, ᾧ τὸ χρυσίον κολλῶσιν. » Fit et ab aurificibus aerugo quaedam qua aurum ferruminant, ducta scilicet urina pueri impuberis in mortario cupreo pistilli ope ex eadem materia confecti. » Haec Plinii chrysocolla est. Nitrum nec Dioscorides addit, nec Galenus: sed Plinianam santernam nitro addito potiorem esse vel eo nomine, Fallopius animadvertit, V, 31. Hard. — *Agglutinando auro.* Loco chrysocollae ferruminando auro nunc adhibetur *borax*, et priscorum chrysocolla melius agglutinat. Brot.

Et inde omnes oppellatam, etc. Mallem *omnem* legi. Vt sit sententia, ab eo effectu chrysocollam omnem traxisse nomen videri iis, qui similem in usum omni chrysocolla utuntur. Hard. — *Cyp. aerugine. Cypria aerugo*, nobis *oxide de cuivre*; vulgo, *verdet*, *vert de gris*: de ea alias agemus. Galenus nitrum, vulgo *natron (sous-carbonate de soude)* omittit monet tantum santernam aestivo tempore praeparari, urinam in mortario Cyprio per plures dies terendo, donec mellis crassitiem adepta sit. Santerna in aeruginum numero reponitur a Diosc. loc. sup. laud. Ed. P.

Cyprio aere. Sic Reg. 2, et alii: non, *Cyprio in aere.* Pistillum ex Cyprio aere intelligit. H.

Quod argentosum, etc. Argento mixtum. Sic marmorosum infra, cap. 56. Aerosum, XXXIV, 2, et mox hoc ipso loco. Hard.

E diverso. Admixtum aeri. H.

Ad supradicta additis. Ad aeruginem cypriam, urinamque pueri impubis, adiecto nitro, ut dictum est initio cap. Hard.

XXX. Contexi par est reliqua circa hoc, ut universa naturae contingat admiratio. Auri glutinum est tale. Argilla ferro, cadmia aeris massis, alumen laminis, resina plumbo et marmori: sed plumbum nigrum albo iungitur, ipsumque album sibi oleo. Item stannum aeramentis; stanno argentum. Pineis optime lignis aes ferrumque funditur: sed et Aegyptia papyro: paleis aurum. Calx aqua accenditur, et Thracius lapis: idemque oleo restinguitur. Ignis autem aceto maxime et visco et ovo. Terra minime flagrat. Carboni maior vis exusto, iterumque flagranti.

XXXI. (VI.) Ab his argenti metalla dicantur, quae sequens insania est. Nonnisi in puteis reperitur, nullaque sui spe nascitur: nullis, ut in auro lucentibus scintillis. Terra est alia rufa, alia cineracea. Excoqui non potest, nisi cum plumbo nigro, aut cum vena plumbi. Galenam vocant, quae iuxta ar-

XXX. *Auri.* Quale nimirum dictum est sup. 7. At ferrum argilla glutinatur, aeris massae cadmia, laminae alumine, etc. « Sed et alios plures modos, inquit Brassavolus in examine terrarum, pag. 482, ferruminandi metalla scimus, ab his quos Plinius commemorat, arte inventis semper addente. » Locum consule. Harp.

Sed plumbum nigrum. De plumbo nigro, candidoque et stanno, cf. lib. XXXIV, capp. 47, 48 et 49. En. P.

Et Thraciuslapis. Nicander in Ther. pag. 3, inter ea quae suffitu abigunt serpentes: Η σύγε Θρήϊσσαν ἐνὶ φλέξας πυρὶ λᾶαν, Η θ' ὕδατι βρεχθεῖσα σελάσσεται, ἔσβεσε δ' αὐτὴν Τυτθὸν, ὅτ' ὀδμήσηταϊ ἐπιῤῥαντένθος ἐλαίου. Quae Gorraeus sic reddidit: « Threicium pariter Vulcano trade lapillum, Qui lymphis madidus flamma colluceet: at idem Protinus affuso flammam restinguit olivo. » De Thracio lapide refert eadem auctor libri de Simpl. med. ad Patern. Opp. Galeni t. XIII, pag. 994; Diosc. item, V, 147; Galenus ipse de Facult. Simpl. med. IX, 2, pag. 257, ex Nicandro. H.

XXXI. *Sequens.* Altera, post auri insaniam. H. — *Argenti metalla*, etc. Argentum eruitur a terra, nunc purum paene ac sincerum, quod *nativum* vocant; nunc cum mineralibus ac metallis aliis permistum: v. gr. cum arsenico, stibio, etc. (*argent arsenifère, arseniure d'argent*); cum sulfure et stibio (*argent antimonié sulfuré, sulfure d'antimoine et argent*), quae Nostro terra est *rufa*; cum sulfure (*argent sulfuré, sulfure d'argent*), quae terra est cineracea, etc. Saepissime quoque auri, stanni, plumbi, etc. mineris coniunctum maiori

genti venas plerumque reperitur. Et eodem opere ignium descendit pars in plumbum, argentum autem superne innatat, ut oleum aquis. Reperitur in omnibus paene provinciis, sed in Hispania pulcherrimum: id quoque in sterili solo, atque etiam montibus: et ubicumque una inventa vena est, non procul invenitur alia. Hoc quidem et in omni fere materia: unde metalla Graeci videntur dixisse. Mirum, adhuc per Hispanias ab Hannibale inchoatos puteos durare, sua ab inventoribus nomina habentes. Ex queis Bebulo appellatur hodieque, qui ccc pondo Hannibali subministravit in dies, ad mille quingentos iam passus cavato monte, per quod spatium Aquitani stantes diebus noctibusque egerunt aquas lucernarum mensura, amnemque faciunt. Argenti vena, quae in summo reperta est, crudaria appellatur. Finis antiquis fodiendi solebat esse alumen inventum: ultra

vel minori copia reperiri solet. Ed. P. — *Excoqui*. Lib. XXXIV, 47, sub finem. — *Galenam*. Ad excoquendum argentum plumbo etiamnunc utimur. Conf. Lib. XXXIV, 53: » Est et molybdaena, quam alibi galenam vocavimus, plumbi et argenti vena communis, etc. « Nobis quoque *galène*. Ed. P.

Vnde metalla. Quod μετ' ἄλλων, alia simul cum aliis, aut μετ' ἄλλα post alia inveniantur. Hard.

Bebulo appellatur. Quum Hannibal uxorem duxisset Castulone, nunc *Cazlona*, haud procul urbe *Linares*, videntur ibi fuisse Hannibalis putei. Quam multi vero ibi fuerint aperti vide apud Cl. Bowles, *Introduction à l'Histoire naturelle d'Espagne*, pag. 414. Argenti ccc pondo sunt nostrae monetae librae 19,608; ergo puteus ille subministrabat in annum l. 7,156,920. Brot.

Aquitani, etc. Sic libri omnes etiam MSS. Verum quum de Hispaniae, non de Galliae argenti fodinis sermo sit, haud dubie *Acoitani* legi satius fuerit, quae colonia conventus Carthaginiensis memorata superius, III, 5. Hard.

Lucernarum mensura. Vt quamdiu accensae olei certo modo lucernae ardeant, in eo labore sint: quum lucernae deficiunt, recentes ac integri succedant, qui eumdem laborem obeant. Dal.

Finis. Etiam hodieque fossores in eruendo argento provehunt operam, donec aluminis minerám inveniant: reperioque hoc succo concreto, venae argenti finem ibi esse intelligunt.

nihil quaerebatur. Nuper inventa aeris vena infra alumen alba, finem spei fecit. Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus; sed maxime canibus. Aurum argentumque quo mollius, eo pulchrius. Lineas ex argento nigras produci plerique mirantur.

XXXII. Est et lapis in his venis, cuius vomica liquoris aeterni argentum vivum appellatur; venenum rerum omnium. Exest ac perrumpit vasa per-

Kircher. Mund. subt. X, 4, pag. 204. Hard.

Nullum finem spei fecit. Desideratur primum verbum in codice antiquo. Pint.

Odor ex argenti fodinis inimicus. etc. Testis Lucretius apud Festum: « Scaptesula, locus ubi argentum effoditur, in Macedonia, dictus a fodiendo: namque graece σκάπτειν effodere dicunt. Lucretius: Quales expiret scaptesyla subter odores. » A σκάπτειν et ὕλη, quae voces in unam conflatae, materiam fossilem sonant, fit Σκαπτησύλη, de qua Stephanus. H. — *Odor... inimicus.* Vere quidam ob arsenicum, *l'arsenic.* Brot.

Lineas. Isidor. XVI, 18. Plinius ipse supra 19: « Quum argento, aere, plumbo, lineas producantur. » H.

XXXII. *Cuius vomica liquoris aeterni.* Qui fudit ac vomit ex se liquorem numquam concrescentem, sed perpetuo fluidum. Hard.

Argentum vivum appellatur. Argentum vivum (Aristot. da Anima, lib. I, ἄργυρος χυτός) duplex: alterum nativum, alterum factitium. Nativum quoque duplex: alterum Dioscoridi per se in metallis reperitur. Plinio vomica est liquoris aeterni, fluentis e lapide in venis auri et argenti: Vitruvio ad plagas ferramentorum, dum anthrax foditur, emittitur guttis crebris: alterum in tecto fodinarum argenti stillatim concrescit Dioscoridi. Factitium, unicum tantum: hydrargyron peculiari nomine id auctor vocat. Conficitur id ex minio Dioscoridi, lapide argenteis arenis permixto: ex anthrace, Vitruvio, venis ferrei aut rubrum coloris, quae circa se rubrum pulverem habet. Est autem et ea quoque minii genus. Suus porro modus conficiendi est Vitruvio, suus Dioscoridi; sed simili fere industria nempe minio calfacto. Dal. — *Arg. vivum.* Nobis, *Mercure natif.* De hydrargyro Noster agit inf. cap. 41. Ed. Par.

Venenum. Argentum vivum appellatur, quum sit venenum: nec vitam, sed necem afferat. Dioscor. V, 110: « Sunt et qui argentum vivum, inquit, per sese in metallis inveniri affirment. » H. — *Venenum.* Argentum vivum per se venenum non est, quippe quod impune sumi intus possit; sed calefacti metalli vapores inimicissimi, sicut et substantiae, quas *oxides, sublimés*, etc. hydrargyri chimicas vel periliores appellant. Ed. P.

Exest. Isid. Origg. lib. XVI, cap. 18, de argento vivo: « Servatur autem melius in vitreis vasis: nam caeterus materias perforat. » In argenteis

manans tabe dira. Omnia ei innatant, praeter aurum: id unum ad se trahit. Ideo et optime purgat, caeteras eius sordes exspuens crebro iactatu fictilibus in vasis, vestibus iniectis. Sed ut ipsum ab auro discedat, in pelles subactas effunditur, per quas sudoris vice defluens, purum relinquit aurum. Ergo et quum aera inaurantur, sublitum bracteis pertinacissime retinet. Verum pallore detegit simplices aut praetenues bracteas. Quapropter id furtum quaerentes, ovi liquore candido usum eum adulteravere:

quoque ac plumbeis, stanneisque asservari tuto auctor est Diosc. loc. cit. Hard.

Omnia. Vitruv. lib. VII, cap. 8, p. 141, de argento vivo: « Quum in aliquo vase est confusum, inquit, si supra id lapidis centenarii pondus imponatur, natat in summo: neque eum liquorem potest eo onere suo premere, neque elidere, nec dissipare centenario sublato, si ibi auri scrupulum imponatur, non natabit, sed ad imum per se deprimetur. Ita non amplitudine ponderis, sed genere singularum rerum gravitatem esse, non est negandum. » Vitruvium totidem verbis Isidor. capressit, Origg. XVI, 18.

Vestibus. A vestibus, inquit, iniectis in vasa fictilia, et ibi crematis, auri sordes separat argentum vivum iis immixtum. H. — *Ideo.* Ex coniectura nos primi *vestibus iniectis* edidimus. In libris ad hunc diem vulgatis. « ita vitiis abiectis, ut ipsum ab auro discedat. In pelles subactas, etc. » non unico aut interpunctionis, aut interpolationis vitio. In Colbert. 3, « fictilibus in vasis, ita iniectis. Sed ut ipsum, etc. » Reg. 2, « Fictilibus in vasis avitis iniectis. Sed ut ipsum. » Sic et Pintiani codex. Vt *vestibus iniectis* scriberemus, Vitruvius persuasit, qui rem eamdem, ni fallimur, naplanat dilucida magis, VII, 8, 141: « quumque in veste, inquit, intextum est aurum, eaque vestis contrita, propter vetustatem, usum non habet honestum: panni in fictilibus vasis impositi supra ignem comburuntur. Is cinis coniicitur in aquam, additur ei argentum vivum: id autem omnes micas auri corripit in se, et cogit, secum coire: aqua defusa, quum id in pannum infunditur, et ibi manibus premitur, argentum per panni raritates propter liquorem extra labitur, aurum compressione coactum intra purum invenitur. » H.—*Vestibus iniectis.* Harduini emendationem paulo audaciorem habet Broterius, qui post Pintianum rescripsit, *alutis iniectis*; cui emendationi favere videtur Reg MS. 5, *ita vitiis iniectis.* Aluta autem illa, seu talutia, de quibus iam supra dictum est cap. 24, sunt auri sordes. Ed. P.

Retinet. Alligat aeri bracteas aureas. Hard.

Quapropter. Quaerentes furtum tegere, sc. simplices pro genuinis, vel tenuiores pro crassioribus bracteis in aere inaurando adhibentes, pro argento vivo nativo ac fossili, hydrar-

mox et hydrargyro, de quo suo dicemus loco. Et alias argentum vivum non largum inventum est.

XXXIII. In iisdem argenti metallis invenitur, ut proprie dicamus, spumae lapis candidae nitentisque, non tamen translucentis, stimmi appellant, alii stibium, alii alabastrum, alii larbason. Duo eius genera, mas et femina. Magis probant feminam: horridior est mas, scabriorque, et minus ponderosus, minusque radians et arenosior: femina contra nitet, friabilis, fissurisque, non globis, dehiscens.

XXXIV. Vis eius adstringere et refrigerare; principalis autem circa oculos: namque ideo etiam plerique platyophthalmon id appellavere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos. Et fluxiones

gyrum sublinunt, aut candidum ovi. Hard.

Suo. Infra cap. 41. Hard.

XXXIII. *In iisdem.* Stibii fodinas in Senensi agro, comitatu S. Florae, et in Germania pluribus locis, etiamnum reperiri testantur Brasavolus, Matthiolus, Fallopius, aliique, quos laudat Caesius de Miner. II, 4, cap. 10, p. 215. Sed frequentius illud, quod factitium; nunc *antimonium* vocant: cuius usum Veteribus incognitum medici peritiores aiunt. H. — Stibio utebantur Veteres praecipue ad oculares medicinas, quae collyria sicca dicebantur, ut testantur Dioscorid. Galenus, etc. vim vero stibii emeticam, aut etiam catharticam omnino videntur ignorasse. Ed. P.

Spumae. Lapis spumae concretae similis. Hard.

Stimmi. Diosc. V, pag. 99: Τοῦτο οἱ μὲν στίβι, οἱ δὲ πλατυόφθαλμον, οἱ δὲ λάρβασον, οἱ δὲ στίμμι ἐκάλεσαν. H. — Plures novimus stibii species: *nativum* scilicet, quod raro reperitur, crudum (*antimoine sulfuré, sulfure d'antimoine*), quod priori multo frequentius est, etc. Ed. P.

Duo. Sic auctores sup. citati.

Femina. Et hoc genus in primis a Diosc. commendatur, l. c. Hard.

XXXIV. *Vis.* Haec totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Platyophthalmum id appellavere. Pulchriores olim feminas putaverunt, quibus latiores essent oculi, et, ut apud Homerum legitur, βοώπιδες: quum autem rasa supercilia colore stibii nigro inunguntur, quod passim fit a mulieribus graecis formae studio deditis, oculi latiores videntur. Inde *platyophthalmon* stibium est dictum. Ion, Omphales reginae Lydiae dum ascititia formae ornamenta persequitur, recenset μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον. Eo fuco utuntur mulierculae, quas vere et eleganter dixerunt Veteres, προσωπεῖα ἔχειν καὶ οὐ πρόσωπα. Dal.

In calliblepharis mulierum, etc. Cal-

inhibet oculorum, exhulcerationesque, farina eius ac thuris, gummi admixto. Sistit et sanguinem e cerebro defluentem. Efficacior et contra recentia vulnera: et contra veteres canum morsus inspersus farina: et contra ambusta igni, cum adipe, ac spuma argenti, cerussaque, et cera. Vritur autem offis bubuli fimi circumlitum in clibanis: dein restinguitur mulierum lacte, teriturque in mortariis, admixta aqua pluvia. Ac subinde turbidum transfunditur in aereum vas, et mundatur nitro. Faex eius intelligitur plumbosissima, quaeque subsedit in mortario abiiciturque. Dein vas, in quo turbida transfusa sunt, opertum linteo per

liblephari eppellatione fucus palpebrarum intelligitur. Geor.

Dilatet. Stibium nigro tingit colore: idcirco id mulieres ciliis illinunt: qua de causa et γυναικεῖον a Dioscor. in Nothis vocantur. H. — Stibium Arabibue nunc dicitur *al Ka-hol.* Feminae adhuc eo pingunt oculos; qui mos entiquissimus est, teste Ieremia, IV, 30. Cl. Shaw vidit pulverem illum stibii et laevem arundinem qua utebentur prisci, ut inter papillam oculi et palpebras stibium inducerent, et sic oculos dilatarent, reperta in sepulcris deserti: quod Arabes vocant *Sakara.* Shew, *Voyag.* tom. I, pag. 382. Beot.

Sistit. Diosc. l. e. Hard.

Efficacior et contra recentia vulnera. Scribe, e efficax et contra recentia venena, » ex scripto codice: sunt enim recentia et inveterate venena, ut supra notatum est. Pint.

Et contra ambusta igni. Plinio dicam scribit (not. seq) Delec. quod quum graecus auctor a quo hausisse haec videtur, dixerit στέαρ, ipse verterit adipem, quum farinam aqua subactam ea voce intelligi multo aequius fuerit. At Dioscoridis ipsius haec verba sunt, V, 99: Ἰδίως δὲ τὰ κατακαύματα οὐκ ἐᾷ ἐσχαροῦσθαι, σὺν στέατι καταχρισθὲν νεαρῷ, etc. e Privatim ambuste igni in crustulas erumpere non patitur, cum recenti adipe illitum, etc. » Certe aptior ad illinendum adeps, quam farinae massa subactae: nec de ea νεαρὸς στέαρ dici legere me memini, nec credo posse: de adipe recenti legitime dicitur. Denique non Plinius modo, sed et Serapio quoque adipe stibium circumlini pariter solitum scribit: et e recentioribus Fallopius de Net. fossil. V, 29. H.

Cum adipe ac spuma argenti. Vertendum ex Dioscoride, sed massa farinae aqua subactae, τῷ στέατι. Vide lepsum eumdem Plinii animadversum supra lib. XX, c. 9. Dal. — Vid. not. sup.

Vritur. Hunc fere urendi modum docet Oribas. XIII, p. 231. H.

Dein restinguitur. Diosc. similiter, V, 99: ἐξαιρεθὲν δὲ σβέννυται γάλακτι ἀῤῥενοτόκου γυναικός, ἢ οἴνῳ παλαιῷ. e Exemptum restinguitur

noctem relinquitur, et postero die quod innatat, effunditur, spongiaque tollitur. Quod ibi subsedit, flos intelligitur, ac linteolo interposito in sole siccatur, non ut perarescat: iterumque in mortario teritur, et in pastillos dividitur. Ante omnia autem urendi modus necessarius est, ne plumbum fiat. Quidam non fimo utuntur coquentes, sed adipe. Alii tritum in aqua triplici linteo saccant, faecemque abiiciunt, idque quod defluxit, transfundunt, quidquid subsidat colligentes: emplastris quoque et collyriis miscent.

XXXV. Scoriam in argento Graeci vocant helcysma. Vis eius adstringere et refrigerare corpora. Additur emplastris, ut molybdaena, de qua dicemus in

lacta mulieris, quae marem peperit, aut vino vetere. s Hard.

Ante omnia autem urendi modus. Hoc seculo cum artificum chrysocolla excoctum, et, ut aiunt, calcinatum, pituitam et atrami bilem purgat violentissime. Dal. — *Ante.* Dioscor. l. c. Κάεται δὲ ἐπ' ἀνθράκων ἐπιτιθεὶς καὶ ἐμφυσηθεὶς ἄχρι πυρώσεως. Ἐὰν γὰρ ἐπιπλέον καῇ, μολιβδοῦται. s Vritur vero prunis impositum, sufflatumque, quoad ignescat: si enim amplius uratur, plumbi instar cliquescit. s Parum feliciter vertisse videtur Plinius τὸ μολιβδοῦται, *ne plumbum fiat.* Quis enim non statim existimet, stibium diutius ustum, in plumbum degenerare? Hard.

Sed adipe. Hic vero Plinium, homonymia vocis delusum, στέαρ apud scriptorem graecum, a quo haec mutuatus est, pro adipe perperam accepisse, quum pro massa farinae aqua subactae accipi oportuerit, paene persuasum habeo. Dioscor. enim, V, 99: Ὀπτᾶται δὲ στέατι περιπλασθεὶς, καὶ ἐγκρυβεὶς εἰς ἄνθρακας, ἄχρις ἂν ἀνθρακωθῇ τὸ στέαρ. s Torrentur autem farina subacta circumlitum, et carbonibus obrutum donec crusta carbunculetur. s Quibus postremis verbis apparet vocem στέαρ hoc loco non adipem, sed farinam subactam significare: nam crustam ea induit coquendo, quae carbunculatur, quum torretur igni. Felicius certe interpres Oribasii, XIII, p. 231: s Crematur stibium crusta ex farina circumlitum, et carbonibus obrutum, donec crusta in carbones abeat: ab igne emotum lacte mulieris, quae marem peperit, aut vetere vino restinguitur. s Hard.

XXXV. *Scoriam in argento Graeci vocant.* Dioscor. V, 101: Η δὲ τοῦ ἀργύρου σκωρία καλεῖται ἕλκυσμα, nempe quoniam id recrementum adeo lentum est, ut instar visci trahatur, quum eximitur a catinis, ab ἕλκω, *traho.* Hard.

Vis eius adstringere, etc. Dioscor. l. c. Hard.

Additur emplastris. Totidem verbis Dioscor. l. c. Hard.

plumbo, cicatricibus maxime glutinandis, et contra tenesmos dysenteriasque, infusa clysteribus cum myrteo oleo. Addunt et in medicamenta, quae vocant liparas, ad excrescentia hulcerum, aut ex attritu facta, aut in capite manantia. Fit in iisdem metallis et quae vocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima quam chrysitin vocant: secunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin, et plerumque omnes hi colores in iisdem tubulis inveniuntur. Probatissima est attica, proxima Hispaniensis. Chrysitis ex vena

De qua dicemus in plumbo. De molybdaena, seu galena, cont quae dicturi sumus infra lib. XXXIV, cap. 53. Ed. P.

Quae vocant liparas. De his egimus XXIII, 81. Hard.

Ad excrescentia hulcerum. Ad carnes in hulceribus excrescentes, ad hulcera ex attritu facta, etc. H. —

Spuma. Αἰθάργυρος Dioscorid. V, 102. Nostris, *litharge* H. — *Spuma argenti.* Fit ea spuma ex solo plumbo, quod cum aliis metallis, ac praecipue cum argento, ad faciliorem fusionem purificationemque miscetur. Fervente mixtura, plumbum violentia ignis extenuatum levitatem acquirit, argento supernatat, et fit spuma. Baor. — Lithargyros nihil aliud est quam quod chimici *oxide de plomb*, vel *plomb oxidé* vocant. Huic quandoque aureus splendor, et est *chrysitis*; argenteus, et est *argyritis*, etc. Fit plumbi colliquati cum hac aëris parte, quam *oxigène* appellant, mixtura. Ed. P.

Quam chrysitin. A colore aureo, seu flavo, quum argenti venae plurimum aeris admixtum est.

In iisdem tubulis. Reg. 2, et Colb. 3, *in iisdem tabulis.* Male. Fusores hodie panes vocant, seu massas, offasque; tubulos antiqui. Vide formam tubulorum expressam in icone apud Agricolam de Re met. X, pag. 384. Hard.

Probatissima est attica. Sic Diosc. V, 102. Hard.

Chrysitis. In his rebus distinguendis Plinius fallitur. Chrysitis ab auro minime dicta est, sed quia maiorem ignium vim passa, colorem fulvum contraxit: vel quia fit ex mixtura plumbi et auri, vel ex mixtura aeris. Lithargyrus fit ex arena plumbaria, 1.° ex lapide plumbario, 2.° ex plumbeis laminis, 3.° ex mixtura plumbi et argenti, 4.° ex mixtura horum trium. Agricola. — *Chrysitis.* Ex ipsa argenti vena seu terra arenave, unde argentum extrahitur, coctura. Excoqui enim terra haec non potest, ut dictum cap. 34, nisi cum plumbo nigro, aut cum vena plumbi, quae iuxta argenti venas plerumque repetitur; unde terra ea molybdaena nominatur. Oribas. XIII, f. 228. Lithargyros, hoc est, argenti spuma, quaedam ex arena fit, quae molybditis nominatur, in fornace usque dum tota in ignem penitus transierit, excocta: quaedam vero ex

ipsa fit, argyritis ex argento, molybditis plumbi ipsius fusura, quae fit Puteolis, et inde habet nomen. Omnis autem fit excocta sua materia ex superiori catino defluens in inferiorem, et ex eo sublata veruculis ferreis, atque in ipsa flamma convoluta, ut sit modici ponderis. Est autem, ut ex nomine ipso intelligi potest, fervescentis materiae spuma. Distat a scoria, quo potest spuma a faece distare. Alterum purgantis se materiae, alterum purgatae vitium est. Quidam duo genera faciunt spumae, quae vocant sterelytida et peumenem: tertium molybdaenam, in plumbo dicendam. Spuma ut sit utilis, iterum coquitur, confractis tubulis ad magnitudinem anulo-

argento, quaedam ex plumbo ... Appellatur vero, quae flavo colore est et splendet, chrysitis, quae est etiam potior: livida vero, argyritis, etc. » Diosc. V, 102: Αἰθάργυρος, ἡ μέν τις ἐκ τῆς μολιβδίτιδος καλουμένης ἄμμου γεννᾶται, χωνευμένης ἄχρι τελείας ἐκπυρώσεως· ἡ δὲ ἐξ ἀργύρου· ἡ δὲ ἐκ μολίβδου. » Spuma argenti quaedam fit ex arena, quam molybditin vocant, in fornacibus conflata, donec perfecte igni incandescat: altera ex argento, tertia ex plumbo. » Hard.

Et inde habet nomen. Vt Puteolana nominetur. Hard.

Veruculis. Id quomodo fiat, et quae sit forma veruculi, quo ignescens spuma convolvitur, vel ex icone intelliges, quam Agricola exhibet, de Re met. X, p 384. H.

Vt ex nomine ipso. Nam si spuma est, e fervescente materia exire necesse est. In editis legebatur, *fervescentis et futurae*: sed has voces, *et futurae*, nec Reg. 2, nec Colb. 3, repraesentant: et superfluunt eae scilicet. Hard.

Alterum. Spuma purgantis sese materiae est; faex, purgatae: ut in vino probe intelligitur. Hard.

Sterelytida. Stereotida, quod solida massa sit: et pneomenen, quod flatu in tubulos dilatetur. Agricola de Nat. Fossil. lib. IX. — *Sterelytida.* In his nominibus variant codices. Salmas. in Solino, p. 1082, legit, *cerchnitida et pegnymenen.* Κερχνῖτις ut sit ea spuma argenti, quae soluta instar pulveris, quam Pollux κονιορτὸν vocet: Πηγνυμένη, quae concreta fixaque sit, non in pulverem putris. Hard.

In plumbo, etc. Lib. XXXIV, cap. 53. Hard.

Anulorum. Ita etiam MSS. Avellanarum nucum magnitudine dixit Dioscorid. V, 102, de spuma argenti: Καύσεις δὲ αὐτὴν αὔτω κατακόψας εἰς καρύων μεγέθη, καὶ ἐπιθεὶς ἐπ' ἄνθρακας, ἐκριπίσας τε ἄχρι πυρώσεως, καὶ περιμάξας τὴν περικειμένην ἀκα-

rum: ita accensa follibus, ad separandos carbones cineremque, abluitur aceto aut vino, simulque restinguitur. Quod si sit argyritis, ut candor ei detur, magnitudine fabae confracta, in fictili coqui iubetur ex aqua, addito in linteolis tritico et hordeo novis, donec ea purgentur. Postea sex diebus terunt in mortariis; ter die abluentes aqua frigida: et quum desinant, calida, addito sale fossili, in libram spumae obolo. Novissimo die condunt in plumbeo vase. Alii cum faba candida ac ptisana coquunt, et in sole siccant. Alii in lana candida cum faba, donec lanam non denigrent. Tunc salem fossilem adiiciunt, subinde aqua mutata, siccantque diebus XL calidissimis aestatis. Nec non in ventre suillo in aqua coquunt, exemptamque nitro fricant, et ut supra terunt in mortariis cum sale. Sunt qui non coquant, sed cum sale terant, et adiecta aqua abluant. Vsus eius ad collyria, et litu

βαρσίαν ἀποτίθεσο. » Vres porro argenti spumam in hunc modum: ipsum in frusta dividito, quae iuglandium magnitudinem aequent: haec pruuis imponito, et ita follibus accendito, ut conflagrent: tum abstersa quae insidet spurcitia, recondito. » Hard.

Quod si sit argyritis. Totidem verbis haec Diosc. loc. cit. et Orib. XIII, f 228, b. Harn.

Donec ea purgentur. Dioscor. Ἕως δὲ ἕως ἂν βαγῶσιν αἱ κριθαί. » Coquito, donec rumpatur hordeum. » Oribas. » donec disrumpatur. » Sed *purgari* hoc loco idem est, quod disrumpi et dehiscere hordeum, hoc est, a sua divelli tunicula. Sic XV, 25, purgabiles nuces appellat, quae suo exui echino seu calyce facile possunt. Hard.

Postea sex diebus, etc. Dioscor. et Orib. ll. cc. Harn.

Obolo Dioscor. loc. cit. ad libram argenti spumae quinas salis fossilis uncias adhibet. Oribasius, ad libram spumae salis, tantumdem, hoc est, libram. Hard.

Non denigrent. Forsan rectius, *denigret.* Dioscor. loc. citat. ἕως τὸ ἔριον μήκετι βάπτηται. H. — *Denigrent.* Brot. ex Reg. 3 et edit. principe, *denigret.* Ed. P.

Vsus. Diosc. loc. cit. Ἁρμόζει εἰς τὰ ὀφθαλμικά, καὶ οὐλὰς ἀπριπεῖς, καὶ ἐρραχωμένα πρόσωπα, καὶ σπίλων ἔμπλεα. » Confert et ad oculorum medicamenta, et ad cicatricum foeditates tollendas, itemque ad facies rugosas et maculosas. » Et ad denigrandum praeterea capillum, ex Theodoro Prisc. I, f. Hard.

ad muliebrium cicatricum foeditates tollendas, maculasque, et abluendum capillum. Vis autem siccare, mollire, refrigerare, temperare, purgare, explere hulcera, tumores lenire: talibusque emplastris supra dictis ignes etiam sacros tollit cum ruta, myrtoque, et aceto: itemque perniones cum myrtis et cera.

XXXVI. (VII.) Invenitur in argentariis metallis minium quoque, et nunc inter pigmenta magnae auctoritatis, et quondam apud Romanos non solum

Vis autem siccare, etc. Dioscor. et Oribas. loc. cit. totidem fere verbis. Hard. — Lithargyri externa adhibiti frequens usus in medicina. Exsiccat moderata, abstergit cum modica adstrictione, cava explet, hulcera ad cicatricem perducit, etc. inde in omnibus fere emplastris usurpatur. Conf. Geoff. Mat. med. tom. I, pag. 277. Ed. P.

Talibus. Nempe, quas liparas vocant, de quibus cap. sup. diximus. Hard.

Ignes etiam sacros tollit. Ad medendum huic morbo spumam argenti cum succo porrorum betarumque adhibet Th. Prisc. I, 21.

Cum myrtis. Vetus Dal. codex, *cum myrto*, hoc est; *cum oleo myrteo*: quae nobis sincerior multo scriptura videtur: quod Cels. V, 19, in lenibus hisce emplastris myrteum pariter oleum adsciscit. « Lenia quoque quaedam, inquit, emplastra sunt, quas λιπαρὰς fere Graeci nominant, etc. » Et mox: « Alia compositio generis eiusdem: cerae, spumae argenti, plumbi recrementi ... cicini olei et myrti, singulorum heminae. » Iterumque: « emplastra eiusdem generis ad leniendum apta...: Cerati ex oleo myrteo facti ... aut spumae argenti, etc. » Vt nardum pro nardino oleo, aliaque similia crebro usurpari alias admonuimus: sic et myrtus usu venit pro myrteo. Hard.

XXXVI. *Invenitur in arg. metallis minium*. Mihi duas species Noster distinguit; unam, de qua nunc agit, quae vulgo nobis dicitur *cinabre* (*Mercure sulfuré*, *sulfure de mercure*); alteram, quam inf. paulo tractabit, nobis *minium natif* (*Plomb oxidé rouge*), quae multo vilior est. Conf. c. 40. Ed. P. — *Iovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio*, etc. Virgilio, Eclog. X, v. 27, Pan sanguineis ebuli baccis ac minio rubet. Pausaniae in Achaicis, τὸ τοῦ Διονύσου ἄγαλμα ὑπὸ κινναβάρεως ἐπηνθισμένον ἐστίν. Plutarchus, ἐν Ῥωμαϊκοῖς· ταχὺ γὰρ ἐξάνθει τὸ μίλτιον, ᾧ τὰ παλαιὰ τῶν ἀγαλμάτων ἔχρωζον. Diod. l. III, cap. 13. — Alex. ab Alex. lib. I, cap. 20, scribit, Aethiopas pugnantes dimidiam partem corporis minio, dimidiam gypso fingere solitos. Dal. — *Iovis*. Plinius idem, XXXV, 45, affigiem Iovis oil in Capitolio dicatam a Prisco Tarquinio fictilem fuisse, et ideo miniari solitam. De caeteris diis Arnobius, contra gentes VI: « Inter deos videmus vestros, leonis torvissimam faciem, mero ubilitam minio, et nomine Frugiferi nuncupari. » Hard.

maximae, sed etiam sacrae. Enumerat auctores Verrius, quibus credere sit necesse, Iovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantumque corpora: sic Camillum triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in unguenta coenae triumphalis, et a censoribus in primis Iovem miniandum locari. Cuius rei causam equidem miror: quanquam et hodie id expeti constat Aethiopum populis, totosque eo tingi proceres, huncque ibique deorum simulacris colorem esse. Quapropter diligentius persequemur omnia de eo.

XXXVII. Theophrastus xc annis ante Praxibulum Atheniensium magistratum (quod tempus exit in urbis nostrae ccxlix annum) tradit inventum minium a Callia Atheniense, initio sperante aurum posse excoqui arena rubente in metallis argenti: hanc fuisse originem eius. Reperiri autem iam tum in Hispania, sed durum et arenosum: item apud Colchos in rupe

Triumphantum. Ioh. Tzetzes Chil. XIII, Hist. 561, vers. 44: Οπως τὸν θριαμβεύσοντα χρίσαντες κινναβάρι, Ἢ καὶ σινωπιδίῳ δὲ ἐρ' ἁρματος ἱστῶσι. a Quomodo triumphaturum illinentes minio, vel sinopida, in currum imponant.» Hard.

Aethiopum. Simile est quod de Gothis refert Isidor. Origg. XIX, 23: a Nonnullae etiam gentes non solum in vestibus, sed et in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vindicant, ut videmus cirros Germanorum, granos et cinnabar Gothorum.» H.

XXXVII. *Theophrastus*. Haec Theophrast. lib. περὶ λίθων, p. 12, quae hoc capite 37 toto continentur totidem verbis. Hard.

Ante Praxibulum Atheniensium. Praxibulo Athenis rempubl. administrante. Dal. — *Magistratum*. Archonta Atheniensium. H.

CCXLIX. In libris editis atque adeo manu exaratis, legitur duntaxat *CCXLIX*. Itaque mutare quidquam aut Plinium, libris eius invitis, falsi coarguere in ratione temporum non audemus. Hunc locum praepostere emendat Casaub. in Theophr. Char. pag. 47. H. — *CCXLIX*. Sic ed. princeps. Brot. post Barbarum emendat, *CCCXLIX*. Ed. P.

Reperiri autem iam tum in Hispania. Theophr. loc. cit. Αὐτόρυξις μὲν τὸ περὶ Ἰβηρίαν σκληρὸν σφόδρα καὶ λιθῶδες. Quod de Iberia Colchica Dalecampius perperam accipit. — *Reperiri*, etc. Sic etiam libri MSS. Quid si porro legas, a Reperiri autem nativum in Hispania? » Theophr. enim

quadam inaccessa, ex qua iaculantes decuterent: id esse adulterum: optimum vero supra Ephesum Cilbianis agris. Arenam cocci colorem habere: hanc teri, dein lavari farinam, et quod subsidat, iterum lavari. Differentiam artis esse, quod alii minium faciunt prima lotura: apud alios id esse dilutius, sequentis autem loturae optimum.

XXXVIII. Auctoritatem colori fuisse non miror. Iam enim Troianis temporibus rubrica in honore erat, Homero teste, qui naves ea commendat, alias circa picturas pigmentaque rarus. Milton vocant Graeci: minium quidam, cinnabari. Vnde natus er-

περὶ λίθων, Αὐτοφυὲς, inquit, etc. Hard.

Cilbianis. Dictum de his V., 81. Vitruv. VII, 8, p. 140: « Ingrediar nunc minii rationes explicare. » Id autem « agris Ephesiorum Cilbianis primum memoratur esse inventum: cuius et rea et ratio satis magnas habet admirationes. Foditur enim gleba quae ἄνθραξ dicitur, antequam tractationibus ad minium perveniat, vena, uti ferreo magis, subrufo colore, habens circa se rubrum pulverem. Quum id foditur, ex plagis ferramentorum crebras emittit lacrymas argenti vivi, etc. » Hoc porro metallicum minium, expetitum olim a pictoribus propter floridum colorem, nunc perrarum est: sed quod lethalius est, officinae substituunt suum, ut vocant aliqui, cinnabarim: hoc a chymistis paratur ignis artificio, constatque argento vivo et sulphure ustulatis: vulgo, *vermillon, cinnabre artificiel.* Hard.

Hanc teri, dein lavari farinam. Vitruv. loc. cit. « Revertar nunc ad minii temperaturam. Ipsae enim glebae, quum sunt aridae, pilis ferreis contundunlur, et moluntur: et lotionibus, et cocturis crebris efficitur, ut adveniant colores, etc. » H.

Differentiam. Haec paulo aliter Theophr. l. c. Hard.

XXXVIII. *Homero teste.* Iliad. B, v. 637: Τῷ δ' ἅμα νῆες ἕποντο δυώδεκα μιλτοπάρῃοι. Vbi Scholiast. adnotat μιλτοπαρῄους dici, quod μίλτῳ, hoc est, rubrica pictas haberent proras, τὰς πρώρας βεβαμμένας. H.

Milton vocant Graeci: minium quidam, etc. Milton Graecorum non est minium, *le cinabre*; sed est Ochra rubra, *l'ocre rouge.* Vid. Clar. Hill, *Traité de Théophraste sur les pierres* pag. 177, Brot.— Rubrica, seu Ochra rubra, terra est argillacea, e silice et alumine compacta (*silicate alumineux*), ferroque (*oxide de fer*) colorata; cinnabaris ex hydrargyro fit et sulphure ustis; nisi ipsa hydrargyri venae arena (*Mercure sulfuré, cinabre natif*), donec cinnabaris fiat, excoquatur. Ed. P.

Quidam. Quod indicum cinnabari colore referret. Hard.

Vnde natus error. Scilicet medicorum, qui pro cinnabari indica in

ror, indico cinnabaris nomine. Sic enim appellant illi saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere, permixto utriusque animalis sanguine, ut diximus. Neque alius est color, qui in picturis proprie sanguinem reddat. Illa cinnabaris antidotis medicamentisque utilissima est. At hercule medici, quia cinnabarin vocant, pro ea utuntur hoc minio, quod venenum esse paulo mox docebimus.

XXXIX. Cinnabari veteres, quae etiam nunc vo-

medicamentis minium addebant, inscitia nominis, ut Plinius sit, XXIX, 8, quum minium sit venenum. H.

Cinnabaris nomine. Fallitur Plinius. Cinnabari verum, est noster sanguis dracoois, arboris in Fortunatis insulis nascentis, quas Canarias vocant. Dal.

Sic enim appellant illi. Iam priscorum temporibus Arrianus in Periplo novit cinnabari lacrymam esse arboris: γίνεται δ' ἐν αὐτῇ καὶ κιννάβαρι τὸ λεγόμενον, ἐνδιδόν, ἀπὸ τῶν δένδρων, ὡς δάκρυ συναγόμενον. Brod. lib. III, cap. 1. Cadamustus cap. 4 suae navigationis, fructum eius arboris similem esse tradit ceraso, coloris caerulei: arbores certo anni tempore incidi: anno vero proxime sequenti fluere lacrymam. Insulae, quae arbores eas fert, incolae *silvam draconum* vocant, et advenas eam adeuntes per iocum tali nomine deterrent. Dal. — *Saniem.* De cinnabari, quae sit sanguis draconis, mera fabula est, ut Scaliger. recte monet Exerc. 127, et Constant. in Lex. verbo Κιννάβαρι. Neque enim est hoc κιννάβαρι sanguis draconis, ut Plinio affirmanti Solinus credidit cap. xxv, pag. 47, et Isid. XIX, 16: sed lacryma arboris In officinis nunc quoque sanguis draconis vocatur, ex colore nimirum, et cinnabrium. Vnde haec de draconis elisi sanguine fabula orta sit, Caesius docet, de Miner. II, 4, c. 3, pag. 191, qui auctores sententiae a nobis allatae de lacryma arboris, quae cinnabaris sit, laudat quamplurimos, Agricolam, etc. H. — Sanguis draconis ex variis arborum speciebus, succum rubrum stillantibus, obtinetur, quae nondum omnes notae sunt. Linnaeo est lacryma *Pterocarpi Draconis* (*Diadelph. decand.* gen. 1669 Pers. *Leguminosae* Juss.), vel etiam *Pterocarpi Santalini*; alius succus *Dracaenae Draconis* (*Hexand. monogyn.* gen. 813 Pers. *Asparag.* Juss.), etc. Conf. Geoffr. Mat. med. tom. II, p. 559 sqq. Linn. Mat. med. p. 200 sq. ed. Schreber. Ed. P.

Diximus. Lib. VIII, 12. H.

Illa cinnabaris antidotis medicamentisque utilissima est. Mirum Plinium credidisse draconis bestiae maxime venenatae cruorem salubrem esse. Dal. — Et nos utimur cinnabari indica, quum inter praestantissima sit remedia, quae extrinsecus et intus adstringant. Bauer.

At hercule medici, etc. Id supra dictum, XXIX, 8. Errorem hunc pariter Diosc. arguit V, 109.

Paulo mox. Cap. 41. H.

XXXIX. *Cinnabari.* Hae picturae

cant monocromata, pingebant. Pinxerunt et Ephesio minio, quod derelictum est, quia curatio magni operis erat. Praeterea utrumque nimis acre existimatur. Ideo transiere ad rubricam, et sinopidem, de quibus suis locis dicam. Cinnabaris adulteratur sanguine caprino, aut sorbis tritis. Pretium sincerae, nummi quinquaginta.

XL. Iuba minium nasci et in Carmania tradit: Timagenes et in Aethiopia. Sed neutro ex loco invehitur ad nos, nec fere aliunde, quam ex Hispania. Celeberrimum ex Sisaponensi regione in Baetica, miniario metallo vectigalibus populi romani, nullius rei diligentiore custodia. Non licet id ibi perficere excoquique. Romam perfertur vena signata, ad dena

um ac simplici colore constabant, ac fere rubro, qui maxime convenit cum humano colore. De monochromatis dicemus XXXV, 6. H.

Ad rubricam. Apud Horat. II, Satyr. VII, v. 98: »Praelia rubrica picta, aut carbone.« H. — *Ideo*, etc. Broter. ex Regg. codd. 2 et 3, *idcirco*. Ed. P.

Suis locis dicam. Lib. XXXV, cap. 43 seq. Hard.

Nummi. Hoc est, sestertii quinquaginta in libra singulae. H. — Gallicae monetae lib. sunt 9. Ed. P.

XL. *Iuba minium nasci et in Carmania tradit; Hermogenes et in Aethiopia* (sic olim). Scribe: »et in Carmania nasci tradit, Timagenes in Aethiopia.« Nobilem rhetorem et historicum Alexandrinum, Asinii Pollionis contubernalem intellige. Idem reperit in suo codice Pintianus: sed male scribendum coniectat inde, *Timaeus*. Gron.

Timagenes. De eo diximus in auctorum Indice. Sic porro codices MSS. Reg. 2, et Pintiani: non, ut editi, *Hermogenes*. H.

Celeberrimum ex Sisaponensi regione. Exstat adhuc in Baetica, *l'Andalousie*, fodina illa minii, *mine d'Almaden*, cuius descriptionem curiosissimam edidit Cl. Bowles, pag. 39 sq. De ea quoque diligenter scripserat Cl. de Jussieu, *Mémoire de l'Académie des Sciences*, anno 1709. Ba.

Non licet id ibi perficere. Vitruv. VII, 9, pag. 142: »Quae autem in Ephesiorum metallis fuerunt officinae, nunc traiectae sunt iden Romam, quod id genus venae postea est inventum Hispaniae regionibus; ex quarum metallis glebae portantur, et per publicanos Romae curantur. Eae autem officinae sunt inter aedem Florae et Quirini.« Nempe urbis Romae regione sexta, ubi P. Victor *templum Florae* locat, et *templum Quirini*. H.

Perfertur. Broter. ex Regg. codd. 2, 3, *defertur*. Ed. P.

millia fere pondo annua. Romae autem lavatur: in vendendo, pretio statuta lege, nè modum excederet, H-S. LXX in libras. Sed adulteratur multis modis, unde praeda societati. Namque est alterum genus in omnibus fere argentariis, itemque plumbariis metallis, quod fit exusto lapide venis permixto, non ex illo, cuius vomicam argentum vivum appellavimus (is enim et ipse in argentum excoquitur): sed ex aliis simul repertis. Steriles etiam plumbi deprehenduntur suo colore, nec nisi in fornacibus rubescentes exustique tunduntur in farinam. Et hoc est secundarium minium perquam paucis notum, multum infra naturales illas arenas. Hoc ergo adulteratur minium in officinis sociorum: item Syrico. Quonam modo Syricum fiat, suo loco dicemus. Sub-

H S. LXX. Sestertiorum nota desideratur in libris hactenus editis, unde divulso numero quidam X. *LX* coniiciebant, hoc est, denarios LX. At sestertiorum notam habent codices MSS. Hard.

Vnde praeda societati. Baeticae populos nomine peculiari *Socios P. R.* vocat. Inde *garum sociorum*, quod fiebat ad Scombrariam promontorium Baeticae. Societatem tamen, publicanorum coetum exponere satius, a quibus minium Romae curatum Vitruvius scribit. Dalec. — *Societati.* Nempe societati publicanorum de quibus Vitruvius loco antea allato, *corps, compagnie*, vel *communauté*. Nuncuntur, qui de sociis populi romani, hoc est, Baeticis, haec accipiunt. H.

Namque est alterum genus. Minii nimirum. Minium illud Dioscor. est, V, 109: Τὸ μὲν γὰρ ἄμμιον σκινάζεται ἐν Ἱσπανίᾳ ἐκ λίθου τινὸς μεμιγμένου τῇ ἀργυρίτιδι ψάμμῳ. H.

Cuius vomicam, etc. Supra cap. 32: « Est et lapis in his venis argentariis, cuius vomica liquoris aeterni argentum vivum appellantur; venenum rerum omnium. » Hard.

Steriles. Lapides in plumbariis metallis: qui ne in plumbum quidem excoqui possunt. H.

Et hoc est secundarium. Nostris perinde incognitum. H. — *Alterum genus.* Alterum hoc minii genus, nomen apud nos servat, *Minium natif* (*Plomb oxidé rouge*); secundarium vocat Noster, quod deterius est cinnabari ac vilius. Ed. F.

Multum infra naturales. Cilbiani supra Ephesum agri, aut Sisaponensis in Baetica. Hard.

Hoc. Secundario minio. H.

In officinis sociorum. Publicanorum: nam ut superius dictum est, erant officinae eae Romae: nec licebat id in Baetica perficere, vel excoqui. Hard.

Suo loco, Lib. XXXV, 24. H.

lini autem Syrico minium compendii ratio demonstrat. Et alio modo pingentium furto opportunum est, plenos subinde abluentium penicillos. Sidit autem in aqua, constatque furantibus. Sincero cocci nitor esse debet. Secundarii autem splendor in parietibus sentit uliginem. Quanquam hoc rubigo quaedam metalli est. Sisaponensibus autem miniariis suae venae arena sine argento excoquitur auri modo. Probatur auro candente: fucatum nigrescit: sincerum retinet colorem. Invenio et calce adulterari. Ac simili ratione ferri candentis lamina, si non sit aurum, deprehendi illico. Solis atque lunae contactus ini-

Pingentium furto opportunum. Inter colores, quos pictori dominus praestabat, ut dicetur XXXV, 12, minium fuit, quoniam id pertarum erat. Pictores itaque saepe ex eo furabantur, repletis penicillis, mox aqua ablutis, veluti alio utendum colore tum fuissel: nam minium statim sidebat in aqua: ubi integrum furantibus permanebat. Vel ex hoc loco intelligas aqua dilui colores solitos ab antiquis, non, uti modo, oleo: nam nec utiles esse possunt, semel oleo imbuti: neque ea penicillis elui ulla vi aquae possunt. H.

Secundarii autem splendor. Parietum uligo, sive humiditas, multum aufert splendoris secundario minio. Haan.

Suae venae arena. In metallis miniariis, inquit, quae sunt Sisapone, vena est minii propria at peculiaris, nullo, ut fere alibi, argento admixto. Hard.

Sine argento excoquitur. Nullo argento mixto: nam plerumque minium in argentariis metallis invenitur. Dal.

Probatur. Vel si aurum desit, ut mox ait ipse, lamina ferri candentis: sic enim probatur, num calcem admixtam habeat. Vitruvius rem paulo dilucidius sic explanat, VII, 9, pag. 142: « Vitiatur minium admixta calce. Itaque si quis velit experiri id sine vitio esse, sic erit faciendum: Ferrea lamina sumatur: in ea minium imponatur: ad ignem collocetur, donec lamina candescat: quum e candore color immutatus fuerit, eritque ater, tollatur lamina ab igne: et si refrigeratum restituatur in pristinum colorem, sine vitio se esse probabit: sic autem permanserit nigro colore, significabit se esse vitiatum. » Haan.

Si non sit aurum. Philander comment. in lib. VIII, cap 8. Vitruv. legit, *si non sit purum.* Ego nihil muto, sensumque hunc esse arbitror: Si aurum desit, quo minii bonitas probetur, ferri candentis lamina id faciendum. Dal.

Solis atque lunae, etc. Vitruv. loc. cit. « Minium efficitur tenera natura, et viribus imbecilla. Itaque quum

micus: remedium, ut parieti siccato cera Punica cum oleo liquefacta candens setis inducatur; iterumque admotis gallae carbonibus aduratur ad sudorem usque: postea candelis subigatur: ac deinde linteis puris, sicut et marmora nitescunt. Qui minium in officinis poliunt, faciem laxis vesicis illigant, ne in respirando pernicialem pulverem trahant; et tamen ut per illas spectent. Minium in voluminibus quoque

est in expolitionibus conclavium, tectoriis inductum, permanet sine vitiis suo colore. Apertis vero locis ... quo sol et luna possit splendores et radios immittere, quum ab iis locis tangitur, vitiatur, si amissa virtute caloris, denigratur. » H.

Remedium. Vitruv. loc. cit. « At siquis subtilior fuerit, et voluerit expolitionem miniaceam suum colorem retinere, quum paries expolitus et aridus fuerit, tunc ceram Punicam igni liquefactam, paulo oleo temperatam sets inducat. Deinde postea carbonibus in ferreo vase compositis, eam ceram apprime cum pariete calefaciendo sudare cogat, fiatque ut peraequetur. Postea rum candela linteisque puris subigat, uti signa marmores nuda curantur. Ita obstans cerae Punicae lorica non patitur, nec lunae splendorem, nec solis radios, lambendo eripere ex his politionibus ceram. » Hard.

Setis. Confectis e seta penicillis extendatur. Gallice, *des brosses.* H. — Tales repertae ceratae picturae in Herculanensibus ruinis; at quum inconsulte ignis fuisset picturis illis admotus, evanuere. Brot. — *Candelis subigatur.* Candelae illae videntur fuisse cylindri cerei, ut sunt candelae nostrae cereae, *les bougies.* Vidimus supra lib. XIII, cap. 27, repertos esse Numae libros candelis vinctos. Brot.

Sicut et marmora nitescunt. Quemadmodum suo nitori restituuntur marmora, absterso fuligine, quae a sacrificiorum ignibus ac fumo adhaeserat. Hoc esse illud arbitror, quod Iuvenalis sit Sat. X, v. 55: « Genua incerta deorum: » etsi Turnebus, et alii eum sequuti interpretes, in aliam sententiam trahunt: sed nostram interpretationem fulcit alter eiusdem poëtae locus, Sat. XII, v. 88, ubi appellat: « Fragili simulacra nitentia cera. » Hard.

Minium poliunt. Haec totidem verbis Dioscor. V, 109, et post eum Oribas. XIII, pag. 228. Hard.

Minium. Fortassis illud est cinnabari quo CP. Imperatores usi in subscriptionibus olim fuere: ut in sexta synodo, *imperator per cinnabarim.* Ait M. Crusius in Turcogr. pag. 191, vidisse se Concilium CP. in quo subscriptio Ioh. Cantacuzeni esset ex cinnabari: episcoporum vero ex atramento. Vidimus et nos in Cimelio Colbertiho Ioh. Palaeologi CP. imp. subscriptionem eiusmodi, in decreto unionis, consideratione digno. H.

scriptura usurpatur, clarioresque litteras, vel in auro, vel in marmore, etiam in sepulcris facit.

XLI. (VIII.) Ex secundario invenit vita et hydrargyrum in vicem argenti vivi: paulo ante dilatum. Fit autem duobus modis: aereis mortariis pistillisque trito minio ex aceto: aut patinis fictilibus impositum ferrea concha, calyce coopertum, argilla superillita: dein sub patinis accensum follibus continuo igni, at-

Scriptura usurpatur. Olim legum tituli; atque primae litterae rubrica pingebantur, unde Iuvenal. Sat. XIV, maiorum leges *rubras* dixit, et Pers. Sat. V, 90, *Masuri rubricam.* Atque inde titulos librorum dictos volunt, nimirum a *tutuli* similitudine. Est autem *tutulus* Festo, flaminicarum capitis ornamentum exstructum in altitudinem, quod fit vitta purpurea innexa crinibus. Ovidius: »Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.« Martialis, »Rasum pumice, purpuraque cultum.« *Miniatores* hinc dicuntur, qui librorum inscriptiones, et capita minio ornant. Mag. lib. I, cap. 14. Dal. — Minium illud passim occurrit in vetustissimis codd. Minii adhuc multus Constantinopoli usus in epistolis, libris, sepulchris. Brot.

XLI. *Ex secundario invenit*, etc. Invento minus quidem ingenioso et utili, non aspernando tamen. In secundario pane idem locutionis genus. Dal. — *Ex secundario.* Ex secundario minio, cuius natura sup. cap. explicata est. Diosc. V, 110: Ὑδράργυρος δὲ σκευάζεται ἀπὸ τοῦ ἀμμίου λεγομένου, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τούτου κιννάβαρεως λεγομένου. Oribasii interpres, XIII, f. 231: »Hydrargyros, hoc est, argentum vivum fit ex minio, quod falso cinnabaris dicitur.« Deliciss facit Dalecampius quum haec verba sic interpretatur: »Ex secundario, inquit, hoc est, invento minus quidem ingenioso et utili, non aspernando tamen.« H. — Secundarium hoc minium ipsa hydrargyri venae arena est, nobis *sulfure de mercure.* Ed. P.

Hydrargyrum in vicem argenti vivi. Minia dum distinguit Plinius, Distinguit quoque argentum vivum et hydrargyrum. Illud reperitur in argenti fodinis, purum, sine mixtura et fluidum, *mercure vierge.* Hoc autem fit ex minio in pulverem redacto, et ignis vi separatur, *mercure factice.* Brot.

Aereis mortariis, etc. Quod enim ex minio sic trito exprimitur, id argentum vivum est. Docet hunc modum Theophr. περὶ λίθων, p. 12 sq. Hand.

Aut patinis. Totidem verbis Diosc. V, 110: Θέντες γὰρ ἐπὶ λοπάδος κεραμέας κόγχον σιδηροῦν ἔχοντα κινάβαρι, περικαθάπτουσιν ἄμβικα περιπλείψαντες πηλῷ, εἶτα ὑποκαίουσιν ἄνθρακιν· ἡ γὰρ προσίζουσα τῷ ἄμβικι αἰθάλη ἀποζεσθεῖσα καὶ ἀποψυχθεῖσα, ὑδράργυρος γίνεται. »Imposita siquidem patinae fictili concha ferrea minium continente, calycem seu operculum adaptant, quod undique luto superillinunt, deindeque carbonibus

que ita calycis sudore deterso, qui fit argenti colore et aquae liquore. Idem guttis dividi facilis, et lubrico humore confluere. Quod quum venenum esse conveniat, omnia quae de minio in medicinae usu traduntur, temeraria arbitror: praeterquam fortassis, illito capite ventreve, sanguinem sistendum, dum ne quid penetret in viscera, ac vulnus attingat: aliter utendum non equidem censeam.

XLII. Hydrargyro argentum inauratur solum nunc prope, quum et in aera simili modo duci debeat. Sed eadem fraus, quae in omni vitae parte ingeniosissima est, viliorem excogitavit materiam, ut docuimus.

XLIII. Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inveniri, nisi in flumine Tmolo, ut auctor est Theophrastus: nunc vero passim: quem alii Heraclium,

succendunt. Tum quae calyci adhaerescit fuligo, derasa, refrigerataque in argentum vivum coit. a Sic etiam Orib. loco citato, et Isidor. Origg. XVI, 18. Hard.

Sudore. Fuligine, quae operculo adhaesit. Hard.

Quod quum venenum, etc. Potum vini pernicialem habet: suo enim pondere interna perrodit. Dioscorid. loc. citat. ubi adversua id venenum remedia prodit. Hard. — *Venenum.* Hydrargyrum quidem diu inter venena habitum. Nunc nobis in praestantissima et vulgatissima remedia cessit. Immo in Oriente feminas graecas, ut pinguescant, hydrargyrum haurire nos docuit Clariss. Galland, *Voyage manuse. du Levant.* Brot.

Sanguinem sistendum. In vomitu sanguinis: idque vehementi frigiditate. Dal. — *Sistendum.* Gron. et al. ante Hard. *sang sistit* Ed. P.

XLII. *Q. et in aera*, etc. Quum et ad aera inauranda sublimi hydrargyrum pariter oporteret. H. — Ad inaurandum argentum, aea, etc. etiamnunc hydrargyro utimur. Ed. P.

Viliorem excogitavit materiam. Nempe liquorem ovi candidum, ut docuit paullo superius, c. 32. H.

XLIII. *Quem coticulam appellant.* Coticula lapis est, quo fit auri vel argenti experimentum: *pierre de touche.* Hard.

Theophrastus. Lib. περὶ λίθων, p. 9. Hard.

Passim. Et apud Germanos, prope Hildesahemum. Hard.

Alii Heraclium, alii Lydium vocant. Fallitur Plinius; lapis hic Lydius, quo aurum et argentum probatur, nunquam dictus est *Heraclius.* Salm. — *Alii.* Vt a Lydia Lydium, sic ab Heraclea Lydiae Heraclium. Zenobius in Paroem. cent. 4, num-

alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes. Quod a sole fuit in his, melius quam quod a terra. His coticulis periti, quum e vena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti vel aeris, scripulari differentia, mirabili ratione, non fallente.

XLIV. Argenti duae differentiae. Batillis ferreis candentibus ramento imposito, quod candidum permaneat, probatur. Proxima bonitas rufo, nulla nigro. Sed experimento quoque fraus intervenit: servatis in virorum urina batillis, inficitur ita ramentum obiter dum uritur, candoremque mentitur. Est aliud experimentum politi, et in halitu hominis, si sudet protinus, nubemque discutiat.

XLV. (IX.) Laminas duci, et specula fieri non nisi

23: Ἡρακλεία. λίθος. Ταύτην ἔνιοι μαγνῆτιν λέγουσι τὴν ἐπισπωμένην τὸν σίδηρον· ἡ δὲ ἑτέρα, παραπλήσιος ἀργύρῳ. κέκληται δὲ οὕτως ἀπὸ Ἡρακλείας τῆς ἐν Λυδίᾳ πόλεως. Salmasius, In Solin. pag. 1103, dum Plinium falli ait, fallitur. Hard. — *Lydius.* Nobis quoque, *pierre de Lydie* (*Schiste siliceux*); lindieque ad probandum aurum vel argentum utilis. Ed. P.

Quaternas uncias longitudinis. Hoc est, pollices quaternos. Nam ut rem integram quamcumque assem Veteres appellarunt, sic partes illius, ut assis, unciam nuncuparunt. Sunt autem in asse unciae duodenae, totidemque in pede pollices. Hard.

Quod a sole fuit. Quae pars soli obiecta fuit. Τὰ ἄνω πρὸς τὸν ἥλιον, inquit Theophr. loc. citat. ubi huius experimenti causas affert. H.

His. Quos speclatores et exspeclatores dixit antiquitas. Hard.

Quum e vena ut lima rapuerint experimentum. Quum e vena metallica abreptam aliquam partem coticula ea, ceu lima quadam attriverint, ad experimentum capiendum, protinus dicunt quantum auri vel argenti sit in ea vena, vel aeris etiam, vix ut scrupulo uno aberrent, ratione quidem incredibili, attamen non fallente. Hard.

XLIV. *Batillis.* Batillum instrumentum ferreum est, quo prunas, cineresque tollimus, transferimusque alio: *une pelle à feu.* Hard.

Nubemque discutiat. Sudoremque quum protinus deponat. H.

XLV. *Specula fieri.* Tale speculum videre est in picturis Herculanensibus, *Pitture antiche d' Ercolano*, tom. III, tab. 26. Brot.

ex optimo posse creditum fuerat. Id quoque iam fraude corrumpitur. Sed natura mira est imagines reddendi, quod repercusso aere atque in oculos regesto fieri convenit. Eadem vi in speculis usu polita crassitudine, paulumque propulsa dilatatur in immensum magnitudo imaginum. Tantum interest repercussum illum respuat, an excipiat. Quin etiam pocula ita figurantur, exculptis intus crebris ceu speculis, ut vel uno intuente, populus totidem imaginum

Nonnisi ex optimo posse creditum. Argento scilicet, de quo sup. cap. Plaut. in Mostell. act. I, sc. 3, v. 101, specula ea argento facta indicat: « sc. Cape igitur speculum .... Linteum cape, atque esterge tibi manus. PHI. Quid ita obsecro? sc. Vt speculum tenuiati, metuo ne oleant argentum manus: Ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches. » H.

Convenit. Constat. HARD.

Eadem vi in speculis. Quae pariter erant ex argento conflata. Nunc fere fiunt ex optima durissimi ferri temperatura, quae nostris *de l'acier*. H.

Paulumque propulsa. Detrita usu et cavata. Inde est, quod et in speculis concavis maior cominus imago apparet. HARD.

Tantum interest, etc. Tantum interest, an planum sit speculum, quod repercussum illum aeris respuat: an cavum, quod eumdem veluti sinu suo et concavitate excipiat. HARD.

Expulsis (sic olim). Vet. *exsculptis* Seneca Quaest. natur. l. I, cap. ult. « Specula totis paria corporibus auro argentoque caelata sunt, deinde gemmis adornata, et poculis. » DAL.

Vt vel uno intuente, populus totidem imaginum fiat. Purgamentum calcaverat Pintianus, quum legendum forte scriberet *poculum*, non *populus*. Quasi docendus esset τὸ *populus* eleganter pro quovis maiore numero aut multitudine poni. At legi apud hunc ipsum lib. XXXV, 2: « ut essent imagines, quae comitarentur gentilitia funera; semperque defuncto aliquo, totus aderat familiae eius, qui umquam fuerat populus. » Apud Ovidium, Met. lib. VI, Niobe *populum natorum suorum* appellat. Et quinquaginta filios Artaxerxis *populum* appellat Trogus Pompeius, lib. X. Seneca epist. 105: « ut garrulitatem suam custodiat, et contentus sit unius auribus, populum faciet, » id est, multos conscios. Vbi rursus insuave *poculum* miscet Pintianus. Sed huic, quo de agimus, loco nihil congruentius et tuendo et illustrando, quam verba Senecae ipsius (vid. inf.) — *Populus.* Eleganti translatione multitudinem imaginum, populum vocat. Ita Seneca Natt. Quu. I, 5: « Sunt quaedam specula ex multis minutisque composita: quibus si unum ostenderis hominem, populus apparet; unaquaque parte faciem suam exprimente. Haec quum sint coniuncta et simul collocata, nihilominus seducunt imagines suas: et ex uno torbam efficiunt. Caeterum catervam illam non confundunt, sed diremptam in facies singulas distrahunt. »

fiat. Excogitantur et monstrifica, ut in templo Smyrnae dicata. Id evenit figura materiae: plurimumque refert concava sint et poculi modo, an parmae Threcidicae, media depressa an elata; transversa an obliqua, supina an recta, qualitate excipientis figurae torquente venientes umbras. Nec enim est aliud illa imago, quam digesta claritas materiae excipientis umbram. Atque ut omnia de speculis peragantur hoc loco, optima apud maiores fuerant Brundisina, stanno et aere mixtis. Praelata sunt argentea. Primus

Frustra igitur Pintianus hunc locum sollicitat, ut *poculum* pro *populus* reponat. Hard.

Excogitantur et monstrifica. In templo Herae Arcadicae speculum fuit, tectorio parietis inclusum, in quod qui aspiciebant suam imaginem aut parum perspicue, aut rursus nihil cernebant: deorum tamen circumposita signa, et solium ipsum dilucide contuebantur. Pausanias in Arcadicis. Dal. — *Excogitantur.* Quae obiecta sibi corpora vultusque, sub monstrifica effigie repraesentant. Seneca Natt. Quu. I, 5: »Neque enim omnia ad verum specula respondent. Sunt quae videre aestimescas, tanta deformitate corruptam faciem visentium reddunt, servata similitudine in peius. Sunt quae quum videris, placere tibi vires tuae possint: in tantum lacerti crescunt, et totius corporis supra humanam magnitudinem habitus augetur. Sunt quae dextras facies ostendant, sunt quae sinistras, sunt quae torqueant, vel evertant, etc.« Hard.

Figura materiae. Ex diversa speculi figura, quod, ut statim subiungit auctor, concavum est aut convexum, medio depressum aut elatum, transversum aut obliquum, etc. Eo. l'.

An parmae Threcidicae. Vel *Threcis gladiatoris*, cuius arma fuere parma, sive lunata pelta, et sica, quam ἅρπην Clemens Alexandrinus vocat lib. I Strom. *falcem supinam* Iuvenalis: vel a Thraciis inventa: nam in glossis Philoxeni: Parma, Θρακικὸν ὅπλον. Alexandrinus scribit: Θρᾷκας πρώτους εὑρεῖν ἅρπην, τοῦτ' ἔστιν καμπύλην μάχαιραν, καὶ πρώτους πέλταις ἐπὶ τῶν ἵππων χρήσασθαι. Lipsius, Saturn. l. II, cap. 9. Dal. — *An.* Parma Thracum propria, *scutum breve*, ut ait Nonius. Festus: a Thraces gladiatores, a similitudine parmularum Thraciarum. » Cicero, Phil. V: »Myrmillo pugnavit in Asia, quum oruasset Threcidicis comitem et familiarem suum.« Hard.

Venientes umbras. Umbras vocant simulacra rerum ipsa a nostris corporibus missa et profusa in corpus laeve et splendidum et densum. Epicuri haec sententia est, de ratione speculorum. Hard.

Quam digesta claritas materiae, etc. Quam exactus corporis densi laevor ac splendor. Sunt enim duo omnium fere consensu necessaria ad speculorum naturam: nempe corporis laevitas, quae numquam est sine splendore: alterum est, densitas. In

fecit Praxiteles Magni Pompeii aetate. Nuper credi coeptum, certiorem imaginem reddi, auro opposito aversis.

XLVI. Tingit et Aegyptus argentum, ut in vasis Anubem suum spectet; pingitque, non caelat argentum. Transit inde materia et ad triumphales statuas; mirumque, crescit pretium fulgoris excaecati. Id autem fit hoc modo: miscentur argento tertiae aeris Cyprii tenuissimi, quod coronarium vocant, et sulphuris vivi, quantum argenti. Conflantur ita in fictili circumlito argilla. Modus coquendi, donec se ipsa opercula aperiant. Nigrescit et ovi indurati luteo, ut tamen aceto et creta deteratur. Miscuit denario triumvir Antonius ferrum. Miscentur aera falsae monetae. Alii e pondere subtrahunt, quum sit iustum LXXXIV e libris signari. Igitur ars facta denarios

Reg 2, « quam digesta claritate materia et accipientis umbram : » forte sincerius, si modo *accipiens* legas, pro *accipientis*. Hard.

Praxiteles. De eo inferius, c. 55. Hard.

Auro opposito aversis (sic prius). Vt nostro saeculo Venetiis bracteam argenteam vitreis speculis aversa in parte impingunt. Dal. — *Opposito*. Sic Reg. 2, et alii, non *apposito*: hoc est, in aversa parte positu. H. — *Credi coeptum*, etc. Falso; nisi ex lamina argenti tenuissima specula fierent. Eo. P.

XLVI. *Anubem*. Aegyptiorum deus Ἀνουβίς; est, quem Mercurium esse multi volunt. Canino is capite in nummis vulgo, sed falso, creditur. Hard.

Fulgoris excaecati. Obscurioris minus clari. Hard.

Tertiae. Subintellige partes. H. — Gronov. et al. aute Hard. *tertia pars aeris*. En. P.

Opercula. Fictilia. Hard.

Vt ... aceto et creta deteratur. Scilicet abeat nigredo ea. H.

Miscentur aera. Sic Reg. 2; non, ut in libris hactenus editis, *Miscuit aeri*. Hard.

Quum sit iustum, etc. Quot ex auri libra Constantini Magni aevo aurei solidi fiebant. Tacite carpit auctor aevi sui morem, minimeque id tum agi significat, quod ius postularet. Ea aetate certe imminutum denariorum pondus, qui tractant eius aevi numismata, probe norunt. Interim in libras iustum fuisse signari denarios IV, et LXXX, Celsus quoque admonet, cuius verba retulimus XXI, cap. ult. Theodosii Magni aevo sic detractum e pondere fuisse, ut ex argenti libra sexageni modo denarii conflarentur, ex ipsius constitutione

probare, tam iucunda lege plebi, ut Mario Gratidiano vicatim totas statuas dicaverit: mirumque, in hac artium sola vitia discuntur, et falsi denarii spectatur exemplar; pluribusque veris denariis adulterinus emitur.

XLVII. (x,) Non erat apud antiquos numerus ultra centum millia: itaque et hodie multiplicantur haec, ut decies centena millia, aut saepius dicantur. Foenus hoc fecit, nummusque percussus: et sic quoque aes alienum etiamnum appellatur. Postea Divites cognominati; dummodo notum sit, eum qui primus acceperit hoc cognomen, decoxisse creditoribus suis. Ex eadem gente M. Crassus negabat locupletem esse,

discimus, Cod. Theod. XV, tit. 9, vl. de expensis ludorum. a H.

Mario. Seneca de ira, III, 18, p. 393.: a M. Mario, cui vicatim populus statuas posuerat, cui thure et vino populus romanus supplicabat, L. Sylla perfringi aures, erui oculos, amputari manus iussit: et quasi toties occideret, quoties vulnerabat, paulatim et per singulos artus laceravit. Quis erat huius imperii minister? quis nisi Catilina iam in omne facinus manus exercens? a Rem ille nummarium in praetura constituerat: et erat Ciceroni arcta necessitudine coniunctus. Ita Ascon. Pedianus in Oral. Cic. in Senatu, p. 39. Adde et Florum, III, 21, p. 148. Erat Mariagens patricia: itaque quum Marium Gratidianum audis tribunum plebis, *ic* proinde plebeium, hunc Gratidiani viri plebei, sed locupletis, et e primoribus, et feminae a gente Maria filium fuisse intellige. H.

Vicatim. Hoc est, singuli vici singulas statuas, et quidem integras, posuerunt. Lib. XXXIV, 12, *omnibus vicis*, dixit. H. = *Totas statuas* Brot. ex Regg. codd. 2 et 3, *tota*; edit. princ. *totas*, ut Gronov. et al. ante Hard. Ed. P.

XLVII. *Vt decies centena millia.* Concisa magis oratione dicimus *decies sestertium*, ubi intelligunturo decies centena millia sestertium. a H.

Aes alienum etiamnum appellatur. Ex quo nummus percuti coeptus, aes alienum coepit esse et appellari. Antea nec erat, nec vero esse poterat, aut appellari aes alienum. H.

Primus acceperit hoc cognomen. Qui primus eius nominis in libris occurrit, is est P. Licinius Crassus Dives, qui iuvenis Pontifex Max. creatus, mox censuram gessit, post consulatum ann. V. 549, et bellum iterum cum Hannibale senatus decreto obtinuit. Liv. XXV. Antiquioremne aliquem Plinius intelligat, cuius in monumentis antiquorum memoria iam nulla exstet, obscurum est. H.

M. Crassus negabat. Refert hoc idem Plutarch. in eius vita. Sed στρατόπεδον is, id est, exercitum dixit. Cicero item Parad. 6. H. = Dion πολυχρήματον, et φιλοχρήματον fuisse

nisi qui reditu annuo legionem tueri posset. In agris sestertium MM possedit. Quiritium post Syllam ditissimus. Nec fuit satis, nisi totum Parthorum esurisset aurum: atque in memoriam quidem optimum occupavit: iuvat enim insectari inexplebilem istam habendi cupidinem. Multos postea cognovimus servitute liberatos opulentiores; pariterque tres Claudii principatu, Pallantem, Callistum et Narcissum. Atque ut hi omittantur, tamquam adhuc rerum potiantur, C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino coss. a. d. VI kal. febr. C. Caecilius Claudius Isidorus testamento

cum tradit. Rhodig. lib. XX, c. 25. DAL.

Sestertium MM. Hoc est, bis millies sestertium nummum, sive bis millies centenum millium sestertiorum: quae summa gallicae monetae libras efficit 20,000,000, seu viginti milliones. Plut. in Crasso, pag. 543, reperisse eum in censu ait, priusquam ad bellum Parthicum iret, talenta septies millia et centena: Attica scilicet, quorum singula, ut hodie rationes putamus, libras efficiunt gallicae monetae, 2,400 H. — *Sestertium MM.* Gallicae monetae nostrae sunt, teste Brot. librae 38,910,050. ED. P.

Parthorum. Notum illud Flori de Crasso, III, 11, pag. 128: »Caput eius recisum cum dextera manu, ad regem reportatum ludibrio fuit, neque indigno. Aurum enim liquidum in rictum oris infusum est; etc.« H.

Atque in memoriam, etc. Sententia est, recordaturos homines unquam futuros, Parthorum aurum optimum obtinuisse Crassum, quod is esuribat, quum in demortui os est infusum. Convitium est hominis infelicitati alterius insultantis, quum ille sibi inexplebili pecuniae cupiditate accersiverit. Nam sequitur, »iuvat enim insectari, etc.« Sic totidem pisne apicibus syllabisque Colb. 3. In Reg. 2, »atque in memoriam quidem optimo occupaverit.« Editi multa deterius, tum verbis interpolatis, neglecta interpunctione verborum, sententiisque permixtis: »Atque ut nomen quidem optimi (alii *opimum* coniiciebant) occupaverit (iuvat etiam insectari inexplebilem istam habendi cupiditatem) multos postea, etc.« H.

Pariterque tres Claudii principatu, Pallantem, etc. Hoc est, simul eodemque tempore tres. Narcissus ab epistolis, Pallas a rationibus fuit. Suet. Claud. XXVIII. De Callisto, Sen. ep. 47: »Stare ante limen Callisti dominum suum vidi, etc.« De tribus istis simul Tacitum vide, Annal. XI, p. 166. Eleganter idem Annal. XII, p. 191: »Claudius libertos, quos rei familiari praefecerat, sibi et legibus adaequarat.« De narcissi opibus vide Dionem, LX, pag. 688. H.

C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino coss. Augusti principatu, Vrbis anno 746 ambo gessere consulatum, ex Fastis. HARD.

suo edixit, quamvis multa civili bello perdidisset, tantum relinquere servorum quatuor millia centum sedecim: iuga bovum tria millia sexcenta, reliqui pecoris cc quinquaginta septem millia: in numerato H-S. DC. Funerari se iussit H-S. XI. Congerant excedentes numerum opes, quota tamen portio erunt Ptolemaei? quem Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudaeam, octona millia equitum sua pecunia toleravisse: mille convivas, totidem aureis potoriis, mutantem vasa cum ferculis, saginasse. Quota vero ille ipse (neque enim de regibus loquor) portio fuit Pythii Bithyni, qui platanum auream, vitemque nobilem illam Dario regi donavit: Xerxis copias, hoc est, septies centena LXXXVIII millia hominum excepit epulo, stipendium quinque mensium frumentumque pollicitus, ut e quinque liberis senectuti suae in delectu unus saltem concederetur? Hunc

H-S. DC. Hoc est, sestertium centies, subintelligendo, ut lineola numero superposita admonet, centena millia: quae monetae gallicae efficiunt libras, seu flor. 6,000,000. Quae vero proxime sequuntur, sestertium undecies, libras item florenosve 440,000. Sueton. de Nerone, c. 9: «Funeratus est impensa ducentorum millium.» Et Valer. Max. de Menenio Agrippa, IV, 4: «Sextantibus collatis funeribus funeratus est.» H. — *H-S. DC.* Gall. monetae libras 11,673,015; et statim mox H-S. XI, seu monetae nostrae libras 213,984. Ed. P.

Pythii Bithyni. Alii Lydum fecere. Herodot. VII, p. 395. Eustath. in Il. B, pag. 366: Πύθιος ὁ Λυδός, ἀνὴρ Λυδὸς παμπλούτος, etc. Πύθιος item dicitur Ioh. Tzetzae, Chil. III, hist. 65, v. 35; et chil. IV, v. 545: Καὶ τὸν Λυδὸν τὸν Πύθιον, etc. Suidae item in Ἀπαρτίαν. Plut. Πύθης lib. de Virtut. mul. p. 262. Πύθης Stephano, verbo Πυθόπολις. Hard.

Qui platanum auream vitemque nobilem illam Dario regi donavit. Herod. Polymn. VII, n. 27: Δαρείου ἐδωρήσατο τῇ πλατανίστῳ τῇ χρυσέῃ καὶ τῇ ἀμπέλῳ, etc. Hard.

Xerxis copias, etc. Herod. loc. cit. et Tzetzes, Chil. IV, v. 547. H.

Septies cent. LXXXVIII m. hominum, etc. Atqui terrestrium copiarum numerum longe maiorem exstitisse, auctor est Herod. lib. cit. n. 60, nempe ut complecteretur CLXX miryadas, ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδας, hoc est, decies septies centena millia hominum. Hard.

Ut e quinque liberis senectuti suae in delectu unus saltem concederetur. At quem potest elegit, nempe natu maximum, in partes duas distractum ab utroque

quoque ipsum aliquis comparet Croeso regi. Quae, malum, amentia est, id in vita cupere, quod aut etiam servis contigerit, aut ne in regibus quidem invenerit finem!

XLVIII. Populus romanus stipem spargere coepit, Sp. Postumio, Q. Marcio coss. Tanta abundantia pecuniae erat, ut eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. Nam quod Agrippae Menenio sextantes aeris in funus contulit, honoris id necessitatisque propter paupertatem Agrippae, non largitionis esse dixerim.

XLIX. (XI.) Vasa ex argento mira inconstantia humani ingenii variat, nullum genus officinae diu pro-

viae latere Xerxes posuit, et hac victima lustravit exercitum. Seneca de ira, III, 17; Herod. loc. cit. n. 39, et Plut. loc cit. pag. 263. H. — *Senectuti suae in delectu.* Brot. ex codd. Regg. 2 et 3, » in delectu senectuti suae. Ed. P.

XLVIII. *Populus romanus stipem spargere coepit*, etc. Voluntaria haec largitio pecuniae publica fuit: at multis ante annis ex edicto, quando, ut Livius refert XXV, p. 267, » Ludos praetor in Circo maximo quum facturus esset, edisit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantum commodum esset, conferret. » H.

Sp. Postumio. Aon. V. 568. De his consulibus, Livius, XXXIX, p. 494. Hasd.

Ludos fecit. Livius loc. cit. » Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi vovisse se dicebat, ex collata ad id pecunia ab regibus civitatibusque per dies decem fecit, etc. » Fuit is L. Scipio, P. Cornelii Africani frater. Hard.

Nam quod Agrippae, etc. Nonius Marcellus in voce *Desubito*, ex Ciceronis lib. VI, de Republ. illa de re haec cit.: » Meministis concursu levissimae multitudinis, et aere congesto, funus desubito esse curatum. » Dalec — *Nam.* Liv. II, p. 33: » Eodem anno Agrippa Menenius moritur ... Huic ... sumptus funeri defuit. Extulit eum plebs sextantibus collatis in capita, » hoc est, sexta parte assis, seu unciis duabus: as enim duodenis constabat, nam inde sextanti nomen. Hoc ipsum eleganti oratione narrat et Val. Max. IV, 4, num. 2. Item Seneca de Consol. ad Helv. c. 12. Fuerat Agrippa inter Patres ac plebem publicae gratiae sequester, reconciliatis animis, postquam ob creditorum impotentiam, anno 261, plebs trans Anienem in montem Sacrum secessisset a patriciis. Quare quum puderet Patres virum tantum collecta viritim stipe funerari, jussu senatus, sumptus ex aerario ad funus decretum est. Auctor Dionys. Hal. Antiq. Roman. lib. VI, p. 416. Sic Fabius ipse Maximus aere collato

bando, nunc Firmiana, nunc Clodiana, nunc Gratiana: etenim tabernas mensis adoptavimus: nunc anaglypta, in asperitatemque excisa, circa linearum picturas quaerimus. Iam vero et in mensas repositoriis imponimus, et ad sustinenda obsonia interradimus latera: et interest, quam plurimum lima perdiderit. Vasa coquinaria ex argento Calvus orator

funeretus est, ita prodente Valer. Maxim. IV, 8, pag. 289. H.

XLIX. *Firmiana.* Sic ex MSS. post Pintianum Hard. *Furniana* Gron: et al Ed. P.

Nunc Gratiana. Martial. IV, Ep. XXXIX: e Argenti geous omne comparasti, Et solus veteres Myronis artes; Solus Praxitelis manus, Scopaeque, Solus Phidiaci toreuma caeli, Solus Mentoreos hebes labores. Nec desunt tibi vera Gratiana, nec quae Callaico linuntur euro, Nec mensis anaglypta de paternis. e

Etenim tabernas. Tabernarum nomine mensae adsciscunt: quod habent e suis queeque taberois vasa. H.

Anaglypta. Vel ἀνάγλυφα, hoc est, *aspera signis pocula*, ut Virgilius cecinit. H. — *Anaglypta*, vel *anaglypha*, *des ciselures.* Ed. P.

Circa linearum picturas. In vasorum et poculorum ambitu pictas lineas quaerimus. Hard.

Repositoriis imponimus. Repositoria, nunc mensarum fulcra τὰ τραπεζοφόρα, nunc quae fercula et obsonia sustinent. Dal. — *Repositoriis.* Vasa ait ergeotea in mensas proferri, imponique repositoriis, id est, discis maioribus seu tabulis ligneis, rotundis, solidisque, ut ex Feoestella mox Plinius edocet, cep. 52. Eodem in usu fuere, quo nuper ea, quae gallice dicebantur, *des porte-assiettes.* Ex metallo fiunt in familiis lentioribus: ruri, e vimine. Prius legebatur: *Iam vero et mensas*, vocula *in*, litterae, a qua sequeos vocabulum incipit, vicinitate absorpta. Petron. in Sat. pag. 117: « Laudationem fercùlum est insequutum, plane non pro exspectatione magnum: novitas tamen nimium convertit oculos. Rotundum enim repositorium duodecim habebat signa in orbe disposita, superque, proprium convenientemque meteriae structor imposuerat cibum. e H. — *In mensas.* Broter. et el. ante Hard. *et mensas*, omissa nempe praepositione. Ed. P.

Latera. Sigoorum scilicet, ut Petronius ait loco allato, seu vasorum, quae cibis onusta repositoriis imponebantur. De voce *interradere*, egimus XII, 42. Hard.

Et interest, etc. Interest ed lautitiem, luxumque, habere vasa, lateribus interrasis, hoc est, pluris aestimantur a luxuriosis homoibus ea, quibus lima radendo ac poliendo plurimum argenti detraxerit. Aurum interrasile sic antea dixit XII, 43, qua de voce nos ibi prolixe egimus. H.

Vasa coquinaria ex argento Calvus orator fieri queritur (sic olim). Vox, « ex argeoto fieri Calvus oretor quiritat. » Manus sequior *que* fecit. Sincerius antiquum. Est enim *quiritare*, tanquam ad rem indignam Quiritium

fieri quiritat; at nos carrucas ex argento caelare invenimus: nostraque aetate Poppaea coniux Neronis principis delicatioribus iumentis suis soleas ex auro quoque induere.

L. Libras XXXII argenti Africanus sequens heredi reliquit: idemque quum de Poenis triumpharet,

fidem invocare. Livius, lib. XXXIX: « Prae ululatibus tympanorumque et cymbalorum strepitu nulla vox quiritantium exaudiri poterat. » Valer. Maxim. IV, 2: « Vidi eodem habitu quiritatuque praetorium virum Perpernam, etc. » Gron.

At nos carrucas. Vehicula. Carrucae mentionem nescio ante Plinium quisquam fecerit. Apud Sueton. deinde in Nerone, c. XXX; Ammianum, lib. XIV; Vopisc. in Aureliano, aliosque legitur. Apud Hesychium, Κάρουχα, ἅρμα. Martial. III, Ep. LXII: « Aurea quod fundi pretio carruca paratur. » Mutavit deinde consuetudo, et postea diversis temporibus regressa. Vopiscus in Aureliano: « Currus regii tres fuerunt: in his unus Odenati argento et auro operosus, atque distinctus, etc. » Inclusis nimirum insertisque ligno caelatis ex auro argentoque imaginibus ac figuris. Tranquillus in Claudio, XVI: « Fuerunt et illa in censura eius notabilia, quod essedum argenteum, sumptuose fabricatum, ac venale ad Sigillaria, redimi, concidique coram imperavit. » Hand.

Delicatioribus. Mulis, ut Schefferus recte interpretatur, de Re vehiculari vett. I, 8, pag. 91. Refert hoc quoque Dio, LXII, pag. 714. Inde videas carpenta cum mulabus in nummis Agrippinae, matris Cail: Domitillae, Vespasiani coniugis: Faustinae, coniugis Antonini, etc. De Nerone ipse Tranquillus, XXX: « Numquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, etc. » H.

Soleas ex auro quoque induere solebat (sic prius). Voss. ignorat τὸ *solebat*, aliique. Intelligitur enim ex praecedenti, *invenit*. Etsi autem codex optimus *induere*, subscribo tamen Salmasio *inducere* legenti ad Pallium Tertulliani. Sueton. Octav. XCII: « Si mane sibi calceus perperam ac sinister pro dextro induceretur. » Claudio, VIII: « Solebant et stertentis manibus socci induci. » Caesar de bello Gallico, lib. II: scutis ex cortice factis aut viminibus intextis, quae subito pellibus induxerunt. » Gron. — *Induere.* Ita enim MSS. non *inducere*, ut quidam reponunt; quanquam et ista vox quoque usurpata a Plinio, II, 5, et a Suetonio, ut dictum est. H.

L. *Libras XXXII argenti* Triginta tres, et auri duas: tantae abstinentiae, ut annis quinquaginta quatuor quibus vixit, nihil vendiderit, emerit, aedificarit: ab uxore Semproni, ut rumor fuit, veneno sublatus. Alexand. ab Alex. lib. I, cap. 18. Dal. — *Libras.* Scipio, qui et Aemilianus, a quo Numantia et Carthago excisae. Plutarch. in Apophth. p. 199: Λίτρας ἀργύρου τρεῖς καὶ τριάκοντα μόνας, δύο δὲ χρυσίου. « Argenti libras XXXII, auri duas. » Auctor libri de Vir. Illust. 58, totidem argenti libras fuisse ait: auri duas et selibram. Ab hoc Scipione Africano Aemiliano duxit originem, qui longe postea fuit uterque Gordia-

quatuor millia CCCLXXX pondo transtulit. Hoc argenti tota Carthago habuit, illa terrarum aemula, quot mensarum postea apparatu victa! Numantia quidem deleta, idem Africanus in triumpho militibus X. VII

nus Africanus Augustus: neque enim a regione natali *Africanus* aliquis, sed *Afer* latine diceretur. Africani cognomen est a regione subacta. Vtriusque nummum unum ex argento singularem vidimus: in priore parte nomine et vultu patris insculpto: IMP. M. ANT. GORDIANVS. AFR. AVG. capite laureato: in posteriora, filii vultu: CAES M. ANT. GORDIANVS. AFR. AVG. Ille Gordianus a priore uxore, Africanus a patre dictus: iste Gordianus ex matre, Africanus ex patre et avo et atavis. Pater *imperator* scribitur: filius ob reverentiam patris capite nudo est, et eo titulo abstinet. Vnum enim esse in uno exercitu imperatorem convenit. Itaqua hic tantum Caesar est; sed idem tamen *Augustus*, ob regimen provinciarum, quod haereditario iure gereret. Nummi huius singularis effigiem in ceram expressam habemus. In aliis nummis sua, aeque ac pater IMP. imperator dicitur. Veremur tamen ob eam ipsam causam, quod Augustus hic appellatur, nec tamen IMP. quod ab illius saeculi consuetudine abhorret; veremur, inquam, ne nos species et elegans, et ad similitudinem vetustatis proxime accedens nummi fabrica deceperit; aitque recens ille et adulterinus; fictus ab inconsiderato nummorum adulteratore, qui nesciret Gordianum filium, aeque ac patrem in suis nummis esse semper IMP imperatorem. Ex eadem gente fuit postea et IMP. CAES. AEMILIANVS. P. F. AVG. HARD.

Quater millia. Brot. ex MSS. Regg. edit. principe et Cl. Durand. *quatuor millia.*, Eo. P.

Quot mensarum postea apparatu victa! Significat multas postea fuisse mensas Romae, in quibus singulis plus fuerit argenti expositum per solemnia convivia, quam tunc redactum est ex totius Carthaginis opibus. Aut si de singulis nimium est, paucarum admodum mensarum apparatum Romae luxuriantia plus effecisse librarum argenti, quam tum temporis omnis Carthago. Lib. XXXVI, 15: « M. Lepido, Q. Catulo coss. ut constat inter diligentissimos auctores, domus pulchrior non fuit Romae, quam Lepidi ipsius: at hercule intra annos XXXV eadem centesimum locum non obtinuit. Computet in hac aestimatione, qui vulet, marmorum molem, opera pletorum, impendia regalia, et eum pulcherrima laudatissimaque certantes centum domos, posteaque eas ab innumerabilibus aliis in hunc diem victas. » Addit Numantino triumpho Scipionem singulis militibus donativum septem denarios tribuisse. Gron.

Africanus in triumpho militibus X. VII dedit. Hoc est, denarios septem: monetae gallicae, asses sex et quinquagenos. Hoc donativi nomine militibus singulis datum. Quantum intersit typos inter interpolatos a semidoctis hominibus, codicesque integerrimos, quos sequuti sumus, in primisque Reg. 2, cuius scripturam religiosissime repraesentamus tutidem apicibus syllabisque, legentium esto

dedit. O viros illo imperatore dignos, quibus hoc satis fuit! Frater eius Allobrogicus primus omnium pondo mille habuit. At Livius Drusus in tribunatu plebis, x. Nam propter quinque pondo notatum a censoribus triumphalem senem, fabulosum iam videtur. Item Catum Aelium, quum legati Aetolorum in

indicium. Sic enim typi omnes, » Idemque quum de Poenis triumpharet, quater millies CCCCLXX M. pondo transtulit. » Incredibile merito visum id P. Ciacconio est, de triclinio, p. 17: » Hoc argenti tota Carthago habuit, illa terrarum aemula, quod nunc in mensarum est apparatu. » Falsum, in aerario potius fuit. Sed alia longe est scriptoris sententia. » Postea victa Numantia et deleta (cur vero extrita vocula *quidem*, non apparet), idem Africanus in triumpho militibus XVII millia pondo dedit. » Non a nostro solum, sed et a Pintiani codice absunt hae voces *millia pondo*: nec vero, nisi absint, intelligo quae sit ea militum abstinentia, digna illa acclamatione, quae statim sequitur, si tam largo fuerint donativo compensandi. Hard. — *Militibus X. VII dedit.* Gronov. et al. *XVII millia pondo.* Septem denarii illi sunt paulo plus quam gallicae monetae librae 5. Ed. Par.

Frater. Cui ex Allobrogum victoris nomen haesit Allobrogici, quod et familiae deinde toti haereditarium reliquit. Sic Magni cognomen Sextum Pompeium Magni F. aliosque ex nummis scimus accepisse. H.

In tribunatu plebis, X. Ita Reg. 2. Hoc est, decem mille pondo argenti. Prius legebatur, *XI millia.* H.

Nam propter quinque pondo. In supellectile denas eum habuisse libras dictum est superius, XVIII, 8. Et Gellius, IV, 8: » Cornelium Rufinum bis consulem et dictatura functum censor Fabricius senatu movit, ob luxuriae notam: quod decem pondo libras argenti facti haberet. » Et XVII, 21: » C. Fabricius Luscinus, et Q. Aemilius Rupus, censores Romae fuerunt, et P. Corn. Rufinum, qui bis cons. et dictator fuerat, senatu moverunt, caussamque isti notae subscripserunt: quod eum comperissent argenti facti coenae gratia decem pondo libras habere. » Non plus habere scilicet, quam quinque, licuit. Contigit id ann. V. 478. Vide et Val. Max. II, 9, n. 4; Livianque in Epit. XIV. Hard. — *Fabulosum iam videtur.* Εἰρωνικῶς loquitur. In tanta morum nostrorum luxuria, nemo est qui verum credat, aut credidisse videatur. Ed. P.

Item Catum Aelium, quum legati Aetolorum in consulatu, etc. Consentit Plinio Val. Max. cuius haec verba, IV, 3: » Curii et Fabricii Q. Aelium Tuberonem cognomine Catum discipulum falsae merito quis existimaverit: cui consulatum gerenti, quum Aetolorum gens omnis usus vasa argentea, magno pondere, et exquisita arte fabricata per legatos misisset, qui superiori tempore gratulandi causa ad eum profecti retulerant fictilia se in eius mensa vasa vidisse, monitus, ne continentiae, quasi paupertati succurendum putarent, cum suis sarcinis abire iussit, etc. » Plinio, Va-

consulatu prandentem in fictilibus adissent, missa ab his vasa argentea non accepisse, neque aliud habuisse argenti ad supremum vitae diem, quam duo pocula, quae L. Paulus socer ei ob virtutem, devicto Perseo rege, donasset. Invenimus legatos Carthaginiensium dixisse nullos hominum inter se benignius vivere, quam Romanos: eodem enim argento apud omnes coenitavisse ipsos. At hercules Pompeium Paulinum Arelatensis equitis romani filium, paternaque gente pellitum, quod XII pondo argenti

lerioque magis credo, hunc Tuberonam, Catum appellantibus, quaecumque damum appellationis causa exstiterit, quam Merulae, Reinesioque, affirmantibus id falso ab utroque pronuntiatum esse. Quot periere monumenta, ex quibus, si quidem illa extarent, constaret, horum similiumque stemmatum tota ratio, coniecturarumque inanitas videretur! Haan.

L. Paulus socer ei ob virtutem, dev. Perseo, etc. Val. Max. IV, 4, n. 9: a Eadem gens, inquit, nullum ante scrupulum argenti habuit, quam Paulus, Perse rege devicto, Q. Aelio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex praeda donaret. Taceo enim quod princeps civitatis filiam ei nuptum dedit, cuius penates tam ieiunos pecunia videbat, etc. a Item Plutarch. in Paulo Aemilio, pag. 270, phiala quinque pondo donatum ab ipso ait generum. Aelium Tuberonem, ob navatam egregie in bello Macedonico operam: Αἰλίῳ Τουβέρωνι τῷ γαμβρῷ φιάλην ἔδωκε πέντε λιτρῶν ἀλκήν. Quod iterum repetit in Apophth. p. 198. Haan.

Eodem enim argento. Communi et mutuo. Haan.

Paternaque gente. Ex avita procerum iudicumque gente, paterno sanguine, in Gallia prognatum indicat: quorum insigna vestes assent pellitae: uti nunc Praesidum curiae infula pontice est munita vellere. Quo sensu Claudianus de bello Gaetico, Carm. V, 481: a Crinigeri sedere patres, pellita Getarum Curia. a Admonet haec *vox paterna*, ut nummum obiter hic exponam, quem refert D. Vaillant in Famil. pag. 431, cuius prior area exhibet has voces: PA. L. FABRICA. altera serpentem in gyros convolventem se, et caput erigentem, cum subiecta epigraphe: PATERNVS. Id vero cognomen essa Fabricii vir eruditus existimat, absque ullo teste, et magno, ut arbitramur, errore. Tu lege, si me audis: a Protector Augustodunensium Traianus Edua Restituta Negotiatorum Vota Suscepit: a pro sua nimirum salute; quam Epidaurius anguis repraesentat. H.

Pellitum. Sic Reg. 2 codex et alii. In Colb. 3, a paternaque genta appellatum. a In editis multo deterius, a paterna quoque gente pulsum. a Vidit et e suo codice Gronovius legi oportere: a paternaque genta pellitum; a sed delicias facit, quum de

habuisset apud exercitum, ferocissimis gentibus oppositum scimus.

LI. Lectos vero mulierum iam pridem totos operiri argento, et triclinia quaedam, quibus argentum addidisse primus traditur Carvilius Pollio, eques romanus, non ut operiret, aut Deliaca specie faceret, sed Punicana. Eadem et aureos fecit. Nec multo post

Pellitis Sardiniae populis id accipi iubet, quos Livius, XXIII, Pellitos Sardos vocat. Nec magis digni venia Claudiani interpretes, qui ad locum a nobis in prioribus notis allatum, curiam pellitam interpretantur, multa veste contra caeli inclementiam probe munitam: quam id ibi vestium genus non munimen, sed decus sit, et honoris insigne. Sic vetus auctor S. Lupicini Abbatis Iurensis: « Nonne cernis .... nutare muriceos pellito sub iudice fasces? » Sic Francos quoque reges frigoris metu scilicet, pellitos exhibet Venantius, IX, Poëm. 5: « Pelligeri veniens Chlodovechi gente potenti. » Haud dubie sane, ut pileati, sic pelliti cognomen, decoris et honoris fuit. Atqui *pileati* apud Gothos dicti potissimum inquit Iornandes, de rebus Geticis, cap. v, « qui inter eos generosi exstabant, ex quibus et reges et sacerdotes ordinabantur. » De hac postrema pileatorum appellatione, multa Du-Cangius, in Glossario, erudite, ut solet. Denique facit hoc egregie ad Plinii sententiam explanandam, quae in eo est posita, ut levius eius viri crimen velit existimari potuisse, qui XII pondo argenti habuerit, quum esset equitis romani filius, et ex paterna gente pellitus. Hard. — Vestis pellita, *la fourrure*. Brot.

LI. *Et triclinia quaedam, quibus argentum addidisse primus.* Non coenationem ipsam intelligit, seu conclave, sed mensam ipsam cum lectis tribus, unde mensae inditum triclinii nomen. Sic Vitruvius triclinia pro mensis accipit, VI, 10, p. 118. Coenationes vero οἴκους appellat, quae Cicero conclavia de Orat. II, quanquam et ipsa a bonis auctoribus triclinia scimus appellata. Hard.

Carvilius. Vide lib. IX, 13. H.

Aut Deliaca specie faceret, sed Punica. Idem et aureos fecit (sic prius). Leg. *punicana*, non *punica*, censeo. Cicero pro Muraena, n. 75: « Stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos et exposuit vasa Samia. » Valerius Maximus, lib. VII, 1: « Lectulos Punicanos pellibus haedinis stravit, et pro argenteis vasis Samia exposuit. » Sic quoque Pintiani codex. Gron. — *Punicana.* Ita Reg. 2, non *Punica*, ut libri hactenus editi. Hard.

Eadem et aureos fecit. Eadem specie, nempe Punicana, etiam aureos lectos fecit. Vel hinc apparet, Deliacum opus, non ex aere Deliaco conflatum intelligi oportere, sed artificio gentis eius proprio ac peculiari. Forte hae sunt χρυσόστικτος κοίτης κλισιάδες, quarum meminit Clem. Alex. Paedag. II, 3, p. 160. H.

argentei Deliacos imitati sunt. Quae omnia expiavit bellum civile Syllanum.

LII. Paullo enim ante haec facta sunt, lancesque e centenis libris argenti, quas tunc super quingentas numero Romae fuisse constat, multosque ob eas proscriptos, dolo concupiscentium. Erubescant Annales, qui bellum civile illud talibus vitiis imputavere. Nostra aetas fortior fuit: Claudii principatu servus eius Drusillanus nomine Rotundus, dispensator Hispaniae citerioris, quingenariam lancem habuit; cui fabricandae officina prius exaedificata fuerat: et comites eius, octo DCCCL librarum: quaeso, ut quam multi eas conservi eius inferrent, aut quibus coenantibus? Cornelius Nepos tradit ante Syllae victoriam duo tantum triclinia Romae fuisse argentea. Repositoriis argentum addi sua memoria coeptum,

Quae omnia expiavit. Luit, eluit, purgavit. Similis haec Tullii vox in Anton. Philipp. I, n. 85: «Tua scelera dii immortales in nostros milites expiaverunt.» Et apud eumdem passim, supplicio scelus expiare. H.

LII. *Qui bellum civile illud talibus vitiis*, etc. Tam levibus si cum aetatis nostrae sceleribus comparantur. Mox sequitur, «Nostra aetas fortior fuit; quae sunt dicta εἰρωνικῶς. H.

Dispensator. De hac voce diximus ex Festo, cap. XIII. Thesaurarios nostra aetas vocat. Prisca, tribunos aerarios, quibus, ut Varro ait de Ling. Lat. IV, erat attributa pecunia, ut militi redderent. Hard.

Quingenariam lancem, etc. E quingentis argenti libris. Sic *vasa centenaria argentea* apud Lampridium in Elagabalo, pag. 407, quae centum librarum forent. Sic ballistae *centenariae*, quae saxa centum pondo iacerent: *talentariae*, quae talenti pondo. In Plautina fabula, quae *Captivi* inscribitur, catenas *singularias*, quae sunt singularum librarum, eruditiores interpretantur, act. I, sc. 2, vers. 3: «his indito catenas singularias: Istas maiores, quibus sunt vinci, demito.» Quingenariam Drusillani promulsidem, hanc lancem vocat Tertullianus, lib. de Pallio, sub finem, pag. 119, significatione grammaticis vulgo ignota; ut animadvertit Hadr. Iunius, X, 5, et post eum Salmasius in eum Tertulliani librum, pag. 407. Vide Budaeum de hoc Plinii loco agentem, III, 90. H.

Octo DCCCL librarum. Sic Reg. 2, non, ut editi, *octo quinquaginta*. Sententia est, octo lances in comitum eius supellectile fuisse, quae libras *DCCCL* universae penderant: singulae fere centum ac septem libras. Hard.

Fenestella, qui obiit novissimo Tiberii Caesaris principatu. Sed et testudinea tum in usum venisse. Ante se autem paullo, lignea, rotunda, solida, nec multo maiora, quam mensas fuisse. Se quidem puero, quadrata, et compacta, aut acere operta, aut citro coepisse. Mox additum argentum in angulis, lineasque per commissuras. Tympana vero se iuvene appellata stateras, et lances, quas antiqui magidas appellaverant.

LIII. Nec copia tantum argenti furuit vita, sed

Sed et testudinea. Vide IX, 13. Repositoria hoc loco Plinius intelligit, non ipsa triclinia, ut Fulvio Vesino visum in Append. Petr. Ciacconii, pag. 111. Hard.

Nec multo maiora, quam mensas fuisse. Nec longiora multo, nec latiora mensis. Hard.

Aut acere operta. Laminis aceris aut citri extrinsecus adglutinatis tecta. Vide XIII, 29. Hard. — *Aut acere operta, aut citro.* Nos vernaculo sermone dicimus, *plaqués en érable ou en citre*, etc. En. P.

Lineasque. Lineas ex argento, quae per omnes commissuras ducerentur. Hard.

Stateras. Stateae magidisque vocabulo nihil aliud intelligi arbitramur, praeter lances rotundas, quae imponerentur mensis, tollerenturque, ut collibitum esset, quales suol nae fere, quibus solemus res omnes venales appendere. Vide Constant. in Lex. verbo Μάγις. Hard.

LIII. *Nec copia tantum argenti furuit vita.* Nec tantum ut copiam haberet argenti maximam, insanivit vita consuetudoque hominum: sed etiam in pretio rerum manufactarum idque iam pridem: ne nostra primum aetas huius criminis rea peragatur. Sic Reg. 2 cod. et Pintiani. Sic P. Ciacconius, ex coniectura de triclinio, pag. 18. Perperam in editis, a Nec copia tantum argenti fuerit vitae, sed validius paens manupretium, a Quod manu factum erat, et quod datum pro eo, manupretium vocabatur, a manibus, et pretio. Verba sunt Varronis de Ling. Lat. V. In Plinianis codicibus *manipretium* ubique scribitur. Plinius ipse, XXXIV, 47: « Solitum enim ex manipretio cuiusque signi denarios deponere aureos singulos. » Item Vlpianus, lib. Dig. tit. de Verb. sign. leg. *Mulieris*: « Plerumque plus est in manus pretio, quam in re. » Sic Ovidius: « Materiam superabat opus; » manus enim pro opere. Manus pretia dixit Tertull. de Idolol. caeteri contracte manupretium. Cicero in Verr. III, « Machinae manupretium. » Ad quem locum Asconius: « Manupretium dicitur, ubi non tam materiae ratio, quam manus atque artis ducitur. » Galli nos vulgo dicimus, *la façon*. Hard. — *Furuit.* Male MSS. Regg. *fuerit*, vel *fuerat*. Broterius, *furit*. En. P.

validius paene manipretiis: idque iam pridem, ut ignoscamus nobis. Delphinos quinis millibus sestertium in libras emptos C. Gracchus habuit. Lucius vero Crassus Orator duos scyphos Mentoris artificis manu caelatos sestertiis c. Confessus tamen est, numquam se his uti propter verecundiam ausum. Constat eumdem sestertium VI millibus in singulas libras vasa empta habuisse. Asia primum devicta luxuriam

Delphinos. Vasorum genus. Fuerunt et Delphicae abaci, e quibus vinum ministrabatur. Delphinos olim mensis in ornatum subiici solitos Graeci adnotarunt; ut cantharos et Cheirónes abacis. Iuvenalis: »Ornamentum abaci, nec non et parvulus infra Cantharus, et recubans sub eodem marmore Chiron.« Dalec. — *Delphinos.* Delphini sunt ornamenta trieliniorum, aut vasorum, delphinorum similitudine. Vide Du-Cangium in Glossario. H. — *Quinis millibus sestertium in libras.* Prius legebatur, *quinis millibus sestertiis*, quod de sestertiis, sive neutrius, ut vocant, generis, sive masculei, recte dici ars non patitur, hoc est grammatica. De sestertiis porro posterioris generis accipi haec oportere auctor est Plutarchus in Gracchis, pag. 825, ubi obiecisse Graccho Drusum ait, quod delphinos argenteos comparasset, emptos in singulas libras, denariis mille quingentis et sexaginta, sive, quod idem, quinis sestertium millibus. Οἱ περὶ Δρούσον ἔλεγχον, ὅτι δελφῖνας ἀργυροῦς ἐπρίατο τιμῆς εἰς ἑκάστην λίτραν δραχμῶν χιλίων καὶ διακοσίων πεντήκοντα. Hard. — *Quinis millibus sestertium.* Gallicae monetae libris 972. Brot.

Sestertiis C. Sestertia centum, sive quod idem est, sestertium centena millia. Hard. — Gallicae monetae libras 19,453. Ed. P.

Sestertium VI millibus. »Hoc est, monetae nostrae gallicae libris 1,167. Ed. P.

Vasa empta habuisse. Reg. 2, Colb. 3, et Pintiani cod. *una emptalia*, non *vasa empta* prae se ferunt. Gronovius *una emblemata* coniiciebat. Erant autem ἐμβλήματα ornamenta vasorum, dicta ἀπὸ τοῦ ἐπιβλῆσθαι, quod vasis adiicerentur, et revellerentur, quum libitum erat. Hard. — *Asia primum devicta luxuriam misit*, etc. Livius, lib. XXXIX, pag. 489: »Luxuriae peregrinae origo ab exercitu Asiatico invecta in Vrbem est, etc.« »Asia facta Romanorum, ait Iustinus in fine XXXVI, cum opibus suis vitia quoque Romam transmisit.« Asia hiuc gemina indicatur: altera, Asia minor hodie dicitur, ubi devictus Antiochus est: altera quae Syria saepius appellatur, ubi Antiochus regnabat. Plinius, XIII, 5: »Antiocho rege Asiaque devicta Vrbis anno 565.« Testis etiam est geminae huius victoriae nummus argenteus denticulatus in Museo nostro, et apud Patinum in fam. pag. 90. Caput Iovis laureatum exhibet, ac sinistro latere litteram *K*. In parte aversa, Scipio est in quadrigis; sinistra tenet signum militare, dextra fulmen. Infra,

misit in Italiam. Siquidem Lucius Scipio transtulit in triumpho argenti caelati pondo MCCCCL. Et vasorum aureorum pondo MD anno conditae Vrbis quingentesimo sexagesimo quinto. Eadem Asia donata multo etiam gravius afflixit mores, inutiliorque victoria illa haereditas Attalo rege mortuo fuit. Tum enim haec emendi Romae in auctionibus regiis verecundia exempta est, Vrbis anno sexcentesimo vigesimo secundo, mediis quinquaginta septem annis erudita civitate amare etiam, non solum admirari, opulentiam externam: immenso et Achaicae victoriae momento ad impellendos mores, quae et ipsa hoc intervallo, anno Vrbis sexcentesimo octavo parta, signa et tabulas pictas invexit, ne quid deesset;

SCIP. ASIA. G. punctis sic notatis: *Lucius Scipio: Asia gemina.* In quibusdam nummis, testa Vranio, sine interpunctione scriptum est ASIAG. Id vero alii *Asiagenes*, Ασιαγενής, alii *Asiagetes*, interpretati sunt, parum certe feliciter. Nam, ut acute Sirmondus admonuit, in Nott. ad Sidonium, p. 128, unde in nummo romano et graecum et insolens vocabulum? Et vetus tamen hic error est. Nam et Livio tribuitur, ex vetustis codicibus, in quibus *Asiageni*, et excerptis Diodori Peireskianis, in quibus Ασιαγενής legitur. Verum haud dubie legi oportet ASIA *Gemina*, capta val devicta scilicet a L. Scipione. Quamobrem in nummo quadrigae sculpuntur, certissimum geminae victoriae argumentum: nam pro simplice victoria, ut iam supra diximus, tantum bigae sculperentur. Nulla fingi certe potest causa probabilis, quamobrem Ασιαγενής, *Asia genitus*, dicatur homo romanus, et ex nobilissima quidem genta in Vrbe. H.

Eadem Asia donata. Ita Reg. 2, et Colb. 3, et quos Budaeus inspexit, ipso prodente, III, f. 85, non *donata*, ut editi hactenus libri. Attalus, Pergami in Asia rex, populum rom. moriens haeredem instituit. Hanc Asiae donationem Plinius spectat. H.

Inutiliorque victoria illa. Qua videlicet L. Scipio Antiochum devicit. HARD.

Vrbis anno sexcentesimo, etc. Ita Reg. 2. In editis libris ad hunc diem, mendose, *anno V. DCXXVI, mediis LVI annis*, qui numerus nec cum ratione temporum, nec secum ipse constat. HARD.

Achaicae. Excisa Corintho, per L. Mummium Achaicum, ann. Vrb. 608. HARD.

Ad impellendos mores. Labefactandos, impellendos in praeceps. Sic Maro, Aen. IV, 22: »animumque labantem Impulit.« H.

Invexit. Gronov. et al. ante Hard. *inanxit*. Ed. P.

pariterque luxuria nata est, et Carthago sublata: ita congruentibus fatis, ut liberet amplecti vitia, et liceret. Petiere et dignationem hinc aliqui Veterum. C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur, ille arator Arpinas, et manipularis imperator.

LIV. (XII.) Argenti usum in statuas primum divi

Et liceret. Liceret quidem quum « metu ablato aemulae urbis, luxuriari felicitas Vrbis incepit, » ut praevidisse Nasica a Floro dicitur, II, 15, p. 85. Liberet autem, quum omne luxuriae genus Asiae victoria in Vrbem invexisset. Hand.

Petiere et dignationem. Quaesivere et gloriam sibi a vitiis aliqui Veterum: ut C. Marius, qui, etc. In Reg. 2 « Petere et indignationem hinc aliqui Veterum. » Quibus verbis adiecta litterula, ut esset *pellere*, pro *petere*, quod Lipsius ante occupavit, sententiam huic loco maxime accommodatam elicuimus. Perperam antea legebatur, « et liceret peccare: et dignatione hinc alicui Veterum. » H. — Non, ut velim, interpretatur. Vult enim quosdam etiam e priscis dignitatem sibi adstruere conatos electione ista et curiosa cura vasorum, inter quos Marium. Et ego electionem istam et curiosam curam vasorum potius destruere dignitatem censuerim quam augere: Plinium autem dicere, ex ipsis vitiis tum grassantibus et insania in vasis pretiosis comparandis, quosdam sibi gloriam paravisse, dum ea soli aut cum paucis aspernantur: sic M. Marium post Cimbricam victoriam, non in scyphis Mentoreis, non in auro, sed rusticis et servilibus, in cantharis bibisse; neque hoc sordidum putasse poculum, quo et Liber pater usus: unde et apud educatorem ejus dormientem « gravis attrita pendebat cantharus ansa. » Baor.

C. Marius post victoriam Cimbricam e. potasse. Val. Max. III, 6, p. 6: « Iam C. Marii paene insolens factum: nam post Iugurthinum, Cimbricum, et Teutonicum triumphum, cantharo semper potavit, quod Liber pater inclytum ex Asia ducens triumphum, hoc usus poculi genere furebatur: ut inter ipsum haustum vini, victoriae eius suas victorias compararet. » Arnobius paene extremo lib. VI: « Quid in Liberi dextra pendens potorius cantharus? » Vas est vinarium Bacchi, Libero patri, sacrum ac peculiare, ut docent Athenaeus et Macrobius. Hand.

« *Ille arator Arpinas.* Tullius municipe Mario gloriari solitus est. H.

« *Manipularis imperator.* Electus de manipulo. Hand.

LIV. *Argenti usum in statuas primum divi Augusti*, etc. Tranquillus in Aug. LIX: « Argenteas statuas olim sibi positas conflavit omnes, exque iis aureas cortinas Apollini Palatino dedicavit. » Quae forma vultus in statuis Augusti fuerit, non liquet: nulla enim superest. At in nummis antiquis paene omnibus valuit adulatio, quae decorum eum, eiusdemque imberbis formae eum ac iuve-

Augusti in adulatione temporum transisse, falso existimatur. Iam enim triumpho Magni Pompeii reperimus translatam Pharnacis, qui primus regnavit in Ponto, argenteam statuam: item Mithridatis Eupatoris, et currus aureos argenteosque. Argentum succedit aliquando et auro, luxu feminarum plebis compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas

nilis exhibuit, quum esset annorum septuaginta, qua fuit vix vicenario maior. Vnus superest tantum ex aere mediocri, cuius contemplandi et explorandi nobis copiam fecit eruditus Germanus: tradita etiam ultro gemina nummi effigie. Augusti vultui sat mala forma et rusticana, adiectus est lituus, symbolum auguratus: cum epigraphe latina CAESAR. In postica parte vultus est senilis et gravis, barba crispa ac spissa, qualis in nummis Lacedaemoniorum e Gaza regia pingitur cum nomine ΑΥΚΟΥΡΓΟΣ. Sed hic capite est laureato: infra littera graeco Α, quae prima nominis Λυκοῦργος est: ut significetur Augustum fuisse Lycurgum alterum, hoc est, optimarum legum in Italia conditorem, ut fuit olim Lacedaemone Lycurgus: cui eo nomine, quod populares suos ad rectum vitae cultum suis legibus transtulisset, post obitum dicavere delubrum Spartiatae, ut Herod. lib. I narrat. Sic in numismate altero, quod ad VII, 31, protulimus, idem Augustus eadem fere nummi forma cum Platone confertur, ob sapientiam. Hinc ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ: inde ΠΛΑΤΩΝ. In isto exprimitur, quod dictum ei ab Horatio est, lib II, Ep. 1, v. 1: «Quum tot sustineas et tanta negotia solus, Res Italas armis tuteris, moribus ornes, Legibus emendes, etc.» Prior tantum littera graeca nominis Lycurgi apponitur: indicante solerter nummi opifice, satis esse, si ab eruditis agnosceretur Lycurgus ex prima nominis littera, integro nomine non expresso, ob odiosam eius significationem. Est enim Λυκοῦργος, pro λυκόοργος: quod idem valet ac *lupi ira*, vel *lupus iratus*. HARD.

In adulatione. Gronov. et al. ante Hard. «ad honorem div. August. in adulationem temp.» ED. P.

Pharnacis, qui primus regnavit in Ponto, etc. Eius qui Mithridatis avus fuit. Elegaoter Seneca, ep. LXXXVIII, de statuis in triumpho translatis: «Sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur.» H.

Item Mithridatis Eupatoris, et currus aureos, etc. Auream Mithridatis statuam octo cubitorum in triumpho Pompeii latam, auctor est Appianus, in Mithrid. p. 252. Eiusdem alteram senum pedum exhibitam a Lucullo, Plutarch. in eius vita, p. 616. H.

Succedit aliquando. Gronov. et al. additis duabus voculis, *succedit ex re aliq.* ED. P.

Luxu feminarum plebis compedes sibi ex eo facientium, quas, etc. Compendum calceorum ornatum vocat, qui, ut in femiois equestris ordinis aureus fuit, supra cap. 3, sic plebeiis argenteus, auro illis ad eum luxum non permisso. DAL.

mos tritior vetat. Vidimus et ipsi Arellium Fuscum (motum equestri ordine, ob insignem calumniam, quum celebritate assectarentur adolescentium scholae), ex argento anulos habentem. Et quid haec attinet colligere, quum capuli militum, ebore etiam fastidito, caelentur argento, vaginae catillis, balteî laminis crepitent? Iam vero paedagogia ad transi-

Mos tritior vetat. Id est, iam vulgatus, et passim receptus. Innuit argenteas compedes a plebe gestatas, quum iam aureae fastidiri coepissent, perversa luxuria, iam trito tamen et pervulgato more. A MSS. exemplaribus non discedimus, quos negligere videntur ii qui vel *mos tristior*, quod nemo intelligat, vel *mos patriciorum*, vel *mos Quiritium*, haud satis consulto reponere conantur. De compedibus iis egimus, c. 12. Haan.

Vidimus. » Vidimus et ipsi Arellium... ex argento anulos habentem, » quum aureos fastidiret, feminarum more. Haan.

Arellium. Hic eius Arellii filius, quem Q. Fuscum Seneca pater, Contr. I, 7, p 91, multisque aliis locis Arellium Fuscum patrem appellat, et rhetorem. Locum hunc, quem, uti edidimus, ita typi omnes manuscriptique codices repraesentant, ut enodarent, frustra desudarunt Barbarus, Pintianus, Gronovius, aliique. Nos et interpunctione loco adhibita, et interpretatione simplici, planum, ut quidem remur, fecimus. Haan.

Quum celebritate assectarentur adolescent. scholae, etc. Quippe quod turbam adolescentium ingentem traheret, qui eum in scholis audiebant; hic comitatus fuit ei causa insignis calumniae. Haan.

Quum capuli militum, etc. Prisci heroës gladios habuerunt clavis argenteis confixos. Homer. Iliad. B, de Agamemnone, Αμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον. Dal. — *Fastidito.* Gron. et al. ante Hard *fastidio.* En. P.

Vaginae catillis. Ita Reg. 2, et editi libri ante Hermolaum, quo auctore typi deinceps *batillis* exhibent. Dictas autem catillas arbitror pro catellis, hoc est, brevibus catenis. Qua de voce Vossium consule in Etymol. Haan.

Batillis (sic olim). Batulum et ὑποχωριστικοῖς batillum, ferreum instrumentum, quo pruna colligitur, quasi patulum. Horat. Sat. I, 5, 35: »Linquimus, insani ridentes praemia scribae, Praetextam, et latum clavum, prunaeque batillum.» Ab eius instrumenti similitudine Veteres *batillas* vocaverunt laminas argenteas, utrimque ad laterum margines curvatas, quibus pugionum et ensium vaginas operiebant. Dal.

Ad transitum virilitatis, etc. Virilis seminis. Anulo argenteo, seu fibula paedagogiorum, hoc est, puerorum pudenda perstringebant, interdum vocis, interdum valetudinis causa: cuius infibulationis modum Celsus edocet, VII, 25. Pueri Caesarum, sive ut apud Gruter. p. 1037, PVAR. DOMVS. AVGVSTAE. paedagogia non a Plinio modo dicuntur, sed et a Seneca, de beata Vita, et ab Vlpiano, leg. *Quaesitum est*, dig. *de instr. fund.* vel *instr.*

tum virilitatis custodiantur argento: feminae lavantur, et, nisi argentea, solia fastidiant: eademque materia et cibis, et probris serviat. Videret haec Fabricius, et stratas argento mulierum balineas, ita ut vestigio locus non sit, cum viris lavantium: Fabricius, inquam, qui bellicosos imperatores plus quam pateram et salinum ex argento habere vetabat. Videret hinc dona fortium fieri, aut in haec frangi. Heu mores! Fabricii nos pudet.

LV. Mirum in auro caelando inclaruisse neminem, argento multos. Maxime tamen laudatus est Mentor, de quo supra diximus. Quatuor paria ab eo omnino

leg. Ab Ammiano Marcell. *paedagogiani.* Galli diminuta voce, *pages*, vocant, ut supra monuimus, c. 12. Hard.

Eademque mat. et cibis. Et vasis, quibus feruntur obsonia, et matulis, quibus lotium excipi solet. Hard.

Ita ut vestigio locus non sit. Prius probrum est lavare cum viris: alterum lavare in balnearum soliis sic argento stratis et lubricis, ut in iis consistere vestigium non possit. Dal. — *Ita.* Quum sint balinearum solia, inquit Dalecampius, strata argento perpolito et lubrico, consistere in iis vestigium non potest. Nugae. Quis enim lubricum adeo ex argento pavimentum putet, ut fallat vestigia? Plinius ita stratas argento balineas dicit, ut iam nulla pars earum arena sit, cui imprimi pedis vestigium quest. Hard.

Videret. Videret ex argento balineis probrisque dicato peti praemia argentea, quae viris fortibus debeantur: aut haec ad illos usus frangi. Hard. — Similia fere, sed multo vehementiora noster J. J. Rousseau, in celeberrima illa Fabricii prosopopoeia: *Fabricius, qu'eût pensé ta grande ame?* etc. sed haec nemo non novit. En. P. — *Fabricii nos pudet.* Fabricii abstinentiae nos iam pudet. Luscinus ille de quo superius diximus, c. 50, unicuique pauperrimo censu par, inquit Val. Max. IV, p. 209. Idem 4, n. 3, p. 217: «In Caii vero Fabricii, et Q. Aemilii Papi principum saeculi sui domibus argentum fuisse confitear oportet: uterque enim patellam deorum et salinum habuit: sed eo lautior Fabricius, quod patellam suam corneo pediculo sustineri voluit.» Consulatum ambo gessere simul ann. V. 472, et 466 censuram, post consulatum, ut quidem Fasti ferunt. Harn.

LV. *Diximus.* Lib. VII, 39. H.

Quatuor paria. Vasorum, sive scyphorum. Ita Reg. 2 et Pintiani codex: quae divulsa perperam, distractaque et interpolata, hiulcam nec satis cohaerentem efficiunt in libris ad hunc diem vulgatis sententiam: nempe hoc modo: «Ac iam nullum exstare dicitur. Ephesiae Dianae templum iacet, Capitolium incendiis, Varro, etc.» Quorsum, quaeso, spectat E-

facta sunt: ac iam nullum exstare dicitur, Ephesiae Dianae templi, aut Capitolini incendiis. Varro et aereum signum eius habuisse scripsit. Proximi ab eo in admiratione Acragas, et Boethus, et Mys fuere. Exstant hodie omnium opera in insula Rhodiorum: Boethi apud Lindiam Minervam: Acragantis in templo Liberi patris in ipsa Rhodo, Bacchae Centauri-que caelati in scyphis: Myos in eadem aede, et Silenus, et Cupidines. Acragantis et venatus in scyphis magna fama. Post hos celebratus est Calamis et Antipater: quique Satyrum in phiala gravatum somno collocavisse verius, quam caelasse dictus est, Stratonicus. Mox Cyzicenus Tauriscus. Item Ariston et Eunicus Mitylenaei laudantur, et Hecataeus: et circa Magni Pompeii aetatem Praxiteles, Posidonius Ephesius, Laedus Stratiates, qui praelia armatosque caelavit: Zopyrus, qui Areopagitas, et iudicium Orestis, in duobus scyphis H-S. XII aestimatis. Fuit

phesini incendii mentio, aut Capitolini; quum de signis statuisque agitur? Illud nimirum est, innuere velle Plinium in utraque ea sede servata haec signa olim, in utraque periter periisse. De priore certe huius sententiae parte ipse haud obscure, VII, 39: «Testimonium perhibet Mentori Capitolinus, et Diana Ephesia, quibus fuere consecrata artis eius vasa.» De posteriore sanatus ope nostra hic locus, reliquum nullum facit dubitandi locum. Hard.

Et Boethus βοηθὸς Carthaginiensis statuarius, de quo Pausanias in Eliacis prioribus, sive V, p. 319. H.

Et Mys. Meminit huius Pausan. Attic. I, p. 51. Martial. item VIII, ep. 51: «quis labor in Phiala? docti Myos, anne Mironis? Mentoris haec manus est; en, Polyclete, tua?» Et XIV, xcv, cuius lemma, «Phiala aurea caelata: Quamvis Celtico rubeam generosa metallo, Glorior arte magis: nam Myos iste labor.» H.

Calamis. Dicemus de eo ioferius, et de Stratonicen. Hard.

Mox Cyzicenus Tauriscus. Meminit huius iterum Plinius, XXXVI, 4, ubi e Trelliano marmorum caelatore diversum esse admonet. Hard.

Praxiteles. Argentarius, de quo Cicero de Divin. I, p. 189. Diversus a statuario ellero, de quo XXXIV, qui *CCC* ferme annis hunc antecessit. Hard.

Laedus. Reg. 2, *Ledii Thracides.* An *Leostratides?* Hard.

In duobus scyphis H-S. XII aestimatis. Ego interpretor sestertium duo-

dein Pytheas, cuius binae unciae x vaenierunt. Vlysses et Diomedes erant in phialae emblemate, Palladium surripientes. Fecit idem et cocos magiriscia appellatos, parvulis potoriis, sed e quibus ne exempla quidem liceret exprimere, tam opportuna iniuriae subtilitas erat. Habuit et Teucer crustarius famam: subitoque ars haec ita exolevit, ut sola iam vetustate censeatur, usque adeo attritis caelaturis, ne

decies, id est, censu senatorio ait, Budaeus. At Ciacconius: quae notae si *duodecies sestertium* designant, triginta *scutatorum* millia conficiunt: si vero, quoniam de Graecis ibi sermo est, *ΛXII*, id est, *talentis duodecim* est legendum, *scutati sunt* 7,200. Salmasius corrigit, s sestertiis quinque, hoc est, pondo XII aestimatis. » Quod equidem miror vehementer, quum prorsus abhorreat a consuetudine latine loquentium. Simplicissime intelligenda duodecim millia summum, seu trecenti Philippi. Hoc et materiae, et manus pretium; sed materiae non magnum pondus fuisse in scyphis satis liquet. Gron. — *H-S. XII.* Ita Reg. 2, librique editi. Ciacconii coniecturas nullo probabili argumento nixas, hoc loco, ad alia properans, non moror. H. — *H-S. XII aestimatis.* Duodecim sesteriiis, gallicae monetae libris 2,334. Ed. P.

Cuius binae unciae X. vaenierunt. Ita MSS. omnes, non *viginti*, ut editi, hoc est, decem sestertiis, vel decem sestertium millibus: quae gallicae monetae libras efficiunt omnino mille, maiore, ut apparet, pretio, quam superiores scyphi. H. — *Cuius binae unciae X. vaenierunt.* Bret. ex MSS. Regg. 2 et 3, » cuius duae unciae, etc. » In MS. Voss. at ed. principe, s duae unciae xx venierunt. » Sestertia decem sunt gallicae monetae librae 1945. Duas autem uncias intellige pedis romani unciss duas, vel, ut vulgo loquimur, duos pollices. Nempe diameter emblematis fuit duarum unciarum. Vlysses et Diomedes Palladium subripientes saepenumero occurrunt in gemmis antiquis. Ex Brot. nott. ad h. l. Ed. P.

Fecit idem et cocos magiriscia appellatos. Μαγειρίσκια, a μάγειρος, coquus, deminuta voce. Hahn.

Tam opportuna iniuriae. Sic libri omnes, etiam MSS. Hoc est, adeo facile laedebantur. Sic *contumeliae opportunum* dixit et Senec. de Consol. ad Helv. 13. Cels. II, 9; s Opportuniores hae partes iniuriae sunt, quae iam male habent. » Hahn.

Habuit et Teucer crustarius famam. Vocam eam *crustarius*, Reg. 2 codex praetermisit, cui voci si quis nosse velit quae vis subsit, consulat Gothof. in cod. Theodos. XV, tit. 7, p. 375. A crustis vasisque potoriis crustatis nomen in primis habent crustarii. Sunt autem crustae, genus emblematis, quod vasculis inserebatur: idemque, quum vellent, detrahebatur, quemadmodum et emblemata. Tullius in Verrem, VI: » Crustae aut emblemata detrahuntur. » H.

figura discerni possit, auctoritas constet. Argentum medicatis aquis inficitur, atque etiam afflatu salso, sicut in mediterraneis Hispaniae.

LVI. In argenti et auri metallis nascuntur etiamnum pigmenta, sil et caeruleum. Sil proprie limus est. Optimum ex eo quod Atticum vocatur. Pretium in pondo libras x. II. Proximum marmorosum dimidio Attici pretio. Tertium genus est pressum, quod alii Syricum vocant ex insula Syro. Iam quidem et ex Achaia, quo utuntur ad picturae umbras. Pretium in libras, H-S. bini. Dupondiis vero detractis,

Argentum medicatis aquis inficitur, etc. Quae sunt sapore aliquo, aut medica vi praeditae, quales sunt quae minerales vocantur. Harn.

LVI. *Sil proprie limus est.* Terra lutea, quam ὄχραν Graeci ex re ipsa vocant: *ocre jaune*, sed praecipuae notae atque splendoris: unde sil lucidum appellatur, XXXV, 17. Vide Agricolam in Bermannn, pag. 452 sq. Hasn. — *Sil proprie limus. Sil argillis (Silicates alumineux)* adnumeratum, etiamnunc pictoribus in usu est. Ed. P.

Optimum ex eo quod Atticum vocatur. Ita Dinsc. lib. V, c. 108. Haso. *Atticum vocatur.* Cl. Hilliua, p. 192, vult sil atticum Romanorum esse *le cinabre factice*, quod a nostro cinnabari factitia prorsus diversum est. At hic apud Plinium, ut apud Vitruvium, lib. VII, cap. 14, sil atticum est *l'ocre attique*. Brot.

Pretium in libras XXXII. Voss. » pretium in libras XII. « Lege: » pretium in pondo libras * 11, « hoc est, denarii duo. Gron. — *Pretium in pondo X II.* Ita Reg. 2. Hoc est, denarii duo: gallicae monetae, asses sedecim. In libris hactenus editis, » Pretium in libras XXXII, « sine ulla pretii nota. Harn.

Proximum marmorosum. Lapidosum. Dioscor. lib. V, c. 108. ochram probat in primis ἁλιθοῦν. H.

Pressum. Obscurum, nubilum, fuscumque, σκοτεινόν, ἀμαυρόν, *ocre d'un jaune brun.* Presso saturum opponitur, καταχορές. Haro. — *Pressum.* Terrae argillaceae, quas recentiores vocant *ocres*, plus minusve colorem lucidum aut obscurum e ferro (*peroxide, hydroxide de fer*) trahunt. Ed. P.

Pretium in libras huius sestertii bini. Dupondiis vero detractis (sic olim): Ts *huius* non est in Vossiann. Caeterum quod lucidum vocant, eius pretium esse vult in libras sestertium unum et dimidiatum: tantum enim restat dipondio binis sestertiis detracto. Perperam Dalecampius, fere sestertio uno, nam sestertius, inquit, valet asses duos sive pondo et semissem. Immemor saeculi, quo vivebat Plinius. Sestertius quum primum cuderetur, tantum valuit; Plinii aevo quatuor assibus semuncialibus muta-

quod lucidum vocant, e Gallia veniens; hoc autem et Attico ad lumina utuntur: ad abacos non nisi marmoroso, quoniam marmor in eo resistit amaritudini calcis. Effoditur et ad xx ab Vrbe lapidem, in montibus. Postea uritur, pressum appellantibus qui adulterant. Sed esse falsum exustumque amaritudine apparet, quoniam resolutum in pulverem est. Sile pingere instituere primi Polygnotus et Micon, Attico dumtaxat. Hoc sequuta aetas ad lumina usa est: ad umbras autem Syrico et Lydio. Lydium Sardibus emebatur, quod nunc obmutuit.

LVII. (XIII.) Caeruleum arena est. Huius genera tria fuere antiquitus: Aegyptium, quod maxime probatur. Scythicum, hoc diluitur facile, quumque teritur, in IV colores mutatur, candidiorem nigrio-

batur. Gron. — *H-S bini.* Sive asses romani quinque. Hard. — E nostris videlicet assibus 7 3/4. Ed. P.

Dupondiis. Assibus videlicet duobus. Hard.

E Gallia. E Biturigibus Cubis: unde nunc quoque, *ocre de Berri.* Hard.

Ad lumina utuntur. In picturis, *le jour d'un tableau, les parties éclairées.* Hard.

Ad abacos. Dicemus de eius voris insolentiore significatu, quem hoc loco habet, XXXV, 1 et 13. H. — *Abacos.* Abaci illi, *les compartiments.* Brot.

Micon. Graecis, Μίκων, et Πολύγνωτος. De his dicemus libris sequentibus. Hard.

Quod nunc obmutuit. Reg. 2, *omittunt.* Credo, pro *omittunt.* H. — *Obmutuit.* Broter. ex editione principe, *omittunt.* Ed. P.

LVII. *Caeruleum.* Obsolevit istud iamdudum, inque eius locum successit alterum simile, quod ex cyaneo lapide Lazuli parant, vocantque ultramarinum, *outremer.* H. — *Arena est.* Caeruleum illud, *le verd azur.* Brot. — *Caeruleum.* Nobis *carbonate, hydrocarbonate bleu de cuivre, azurite,* de quo dictum. Ed. P.

Huius genera tria fuere. Theophrastus duo nativi caerulei genera agnoscit, Scythicum, Cypriumque: factitii tertium, Aegyptium scilicet. Sic enim ille περὶ λίθων, pag. 11: Καὶ κυανός, ὁ μὲν αὐτοφυής· ὁ δὲ σκευαστός, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ. Γένη δὲ κυανοῦ τρία· ὁ Αἰγύπτιος, καὶ Σκύθης, καὶ τρίτος ὁ Κύπριος· βέλτιστος δ' ὁ Αἰγύπτιος εἰς τὰ ἄκρατα λειώματα, ὁ δὲ Σκύθης εἰς τὰ ὑδαρέστερα. Σκευαστὸς δ' ὁ Αἰγύπτιος. H.

In IV colores mutatur. Theophr. loc. cit. pag. 11 sq. Φασὶ δὲ οἱ τὰ φάρμακα τρίβοντες, τὸν μὲν κυανὸν ἐξ ἑαυτοῦ ποιεῖν χρώματα τέτταρα·

remve. Praefertur huic etiamnum Cyprium. Accessit his Puteolanum et Hispaniense, arena ibi confici coepta. Tingitur autem omne, et in sua coquitur herba, bibitque succum. Reliqua confectura eadem quae chrysocollae. Ex caeruleo fit, quod vocatur lomentum, perficitur id lavando terendove: hoc est caeruleo candidius. Pretia eius, x. x. in libras; caerulei, x. VIII. Vsus in creta, calcis impatiens. Nuper accessit et Vestorianum ab auctore appellatum. Fit ex Aegyptii levissima parte; pretium eius x. x. in libras.

τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τῶν λεπτοτάτων λευκότατον· τὸ δὲ δεύτερον, ἐκ τῶν παχυτάτων μελάντατον. » Ait e caeruleo trito fieri quotuor colores: nempe binos, hoc est, magis minusve candidum e caeruleo tenuissimo, e crassissimo totidem, hoc est, magis aut minus nigrum. » H.

Candidiorem. Addidere Plinii interpolatores, *crassiorem tenuioremve*, ex Theophrasti verbis, opinor, perperam intellectis. Non habent eas voces codices ulli. Hard.

Et in sua coquitur herba. Peculiaris fuisse generis eam herbam indicat. Nos glastum esse seu isatim arbitramur, de qua alibi Plinius, XXII, 2. H. — *Herba.* Quae nobis *Isatis tinctoria*, dicta vulgo, *pastel*. Ed. P.

Quae chrysocollae. De confectura chrysocollae dictum est cap. 26 huius libri. Hard.

Lomentum. Λείωμα, nunc caeruleum lotum, tritumque, et magis dilutum significat. H. — *Lomentum.* Caerulei illius ita loti et triti partes tenuissimae sunt; et hoc est, *l'azur raffiné*. Brot.

Pretia eius, X. X. in libras. Hoc est, denarii decem. Prius legebatur, » Pretia eius XXIII in libras: caerulei XVIII, » pro *X. VIII*, hoc est, denariis octo. H. — *X. X. in libras.* Brot. *X. XI*, denarii undecim, qui sunt monetae gallicae librae 8, cum assibus 11. Ed. P.

Vsus in creta, calcis impatiens. Teciorio e creta, non item e calce, caeruleum commode illinitur. H.

Vestorianum. Ita Reg. 2, et alii. Prius *Nestorianum* legebatur. At Vitruv. VII, 11, pag. 144: » Caerulei temperationes Alexandriae primum sunt inventae: postea idem Vestorius Puteolis instituit faciendum. » Isidorus item Origg. XIX, 17: » Venetum caeruleum temperare primum Alexandria reperit. In Italia ex aenae pulvere et nitri flore idem faciunt. Sed si Cyprium in fornace adustum huic permixtioni addes, Vestoriani similitudo erit. » Vestorium suum Cicero non semel vocat ad Attic. IV, epist. XIII, et XVI; et VI, 2. Apud Gruter. in Inscr. pag. 245: VICVS VESTORIANVS. Haud dubie a Vestorii officina nomen fictum. Hard.

Pretium eius X. X. in libras. Denarius unus in libras: monetae gallicae asses octo. Prius typi sic edebant, *LX in libras*. H.

Idem et Puteolani usus, praeterque ad fenestras: vocant coelon. Non pridem apportari et Indicum est coeptum, cuius pretium x. VIII. in libras. Ratio in pictura ad incisuras, hoc est, umbras dividendas ab lumine. Est et vilissimum genus lomenti, quidam tritum vocant, quinis assibus aestimatum. Caerulei sinceri experimentum in carbone, ut flagret: fraus, viola arida decocta in aqua, succoque per linteum expresso in cretam Eretriam. Vis eius in medicina, ut purget hulcera. Itaque et emplastris adiiciunt: item causticis. Teritur autem difficillime sil. In medendo leviter mordet, astringitque, et explet hulcera. Vritur in fictilibus, ut prosit. Pretia rerum, quae usquam posuimus, non ignoramus alia in aliis locis esse, et omnibus paene annis mutari, prout navigationes constiterint, aut ut quisque mercatus

Vocant coelon. MSS. Reg. 2, alii, *cyllon vocant.* Hard. — *Coelon.* Brot. emendat, *cyanon.* Ed. P.

Pretium X. VIII in libras. Denarii octo, monetae nostrae librae 6, cum 4 assibus. Ed P.

Ad incisuras. Commissuras ipse appellat, XXXV, 11, ubi de picturae arte: »Tandem se ars ipsa distinxit, et invenit lumen atque umbras differentia colorum alterna vice sese excitante. Deinde adiectus est splendor, alius hic quam lumen; quem quis inter hoc et umbram esset, appellaverè tonon: commissuras vero colorum et transitus, harmogen.« Quid enim commissura et transitus colorum, quam luminis et umbrae, quae ex varietate colorum fiunt, divisio? Id qui ex arte efficiunt, apud nos dicuntur, *arrondir une figure, lui donner du relief par le moyen des jours et des ombres.* H.

Fraus, viola arida decocta. Vt in caerulei experimento. Plinius, sic etiam in sile probando Vitruvius violam adsciscit, VII, 14, pag. 148: »Itaque tinctores, inquit, quum volunt sil Atticum imitari, violam aridam coniicientes in vas cum aqua, confervefacere faciunt ad ignem: deinde quum est temperatum, coniiciunt in linteum, et inde manibus exprimentes, recipiunt in mortarium aquam ex violis colorstam, et ex ea Eretriam perfundentes, et iam terentes, efficiunt silis Attici colorem.« Hard.

Item causticis. Modice exedere Dioscor. ait V, 106. Hard.

Teritur difficillime sil. In antiquo exemplari, »teritur autem difficillime;« verbum vero *sil* non legitur ibidem. Pint.

In medendo. Dioscor. V, 108, de ochra, sive sile. Hard.

sit, aut aliquis praevalens manceps annonam flagellet: non obliti Demetrium a tota seplasia Neronis principatu accusatum apud consules: poni tamen necessarium fuit; quae plerumque erant Romae, ut exprimeretur auctoritas rerum.

Annonam flagellet. Alii incendere, urere, excandefacere, vexare dicunt, hoc est, inferre caritatem annonae. HARD.

A tota seplasia. Capuae forum et vicus fuit, in quo unguentarii negotiabantur, ut alibi diximus. Hoc loco unguentarios urbis Romae atque pigmentarios putamus intelligi, appellatione deducta ab eo Capuae vico; qui fuit his mercibus attributus. H.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XXXIV.

I. Proxima dicantur aeris metalla, cui et in usu proximum est pretium: immo vero ante argentum, ac paene etiam ante aurum, Corinthio. Stipis quoque auctoritas, ut diximus. Hinc aera militum: tribuni aerarii et aerarium, obaerati et aere diruti.

I. *Aeris metalla. Raudus* prisci illi vetustissimique Romani aes vocaverunt, une dicta Rauduscula porta, quod aere munita forel. in ea fuit Genutij praetoris caput aeneum historiis scriptorum celebris, Alex. ab Alex. lib. IV, c. 16, Χαλκον, Graecis, παρὰ τὸ χέειν τὴν ἀλκὴν, quod eorum qui confodiuntur vires ac robur dissipet, vocatum fuisse Tzetzes scribit. Dalec. — *Proxima dicantur aeris.* Gron. et al. ante Hard. *proxime*, etc. Ed. P.

Vt diximus. Nempe l. XXXIII, 43 et 48. Hard.

Hinc aera militum. Apud Gruter. pag. 508, inscriptio vetus: AERA. STIPENDIOQVE. Altera p 585: MIL. AER. XII, *miles aerum*, hoc est, *stipendiorum duodenum*. Tertia pag. 454: PRAEF. MILIT. AERARI. Hard.

Tribuni aerarii. Festus: » Aerarii tribuni a tribuendo aere suni appellati. Aerarium sane populus romanus in aede Saturni habuit. » Vnde vetus inscriptio, apud Gruter. VIII. via. III AERARI. SATVRNI. » Octumvir tertium Aerarii, Saturni. » H.

Obaerati, et aere diruti. Festus: » Dirutum aere militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominiae causa non erat datum: quod aes diruebatur in fiscum, non in militis sacculum. » in libris ad hunc diem vulgatis, *et obaerati ab aere dicti.* In Reg. 2, traiectis litteris, *obaerati aere*

Docuimus, quamdiu populus romanus aere tantum signato usus sit. Sed et alia vetustas aequalem urbi auctoritatem eius declarat a rege Numa collegio tertio aerariorum fabrum instituto.

II. Vena quo dictum est modo effoditur, ignique perficitur. Fit et e lapide aeroso, quem vocant cadmiam. Celebritas in Asia, et quondam in Campania, nunc in Bergomatium agro, extrema parte Italiae; feruntque nuper etiam in Germania provincia re-

eruditi. Nihil certius emendatione nostra, quam non Festus modo confirmat, cuius verba supra recitavimus, sed et Varro de vita populi romani, II: » Stipendium appellabatur, quod aes militi semestre, aut annuum dabatur: cui datum non sit propter ignominiam, aere dirutus esset. » Vsus voce ea: Tullius in Verrem or. VII, rf. 33: » Aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus quum frequens fuisset, tamen aere dirutus est: » hoc est, » aere sive stipendio debito multatus, privatusque. » II.

Docuimus. Lib. XXXIII; 13.

Sed et alia vetustas, etc. Sed et alia vetusta causa aeris signati usum et auctoritatem aequalem Vrbis natalibus facit. Sic Reg. 2, Iohannis Chifletii codex, teste Claudio fratre, de Antiquit. num. VIII, 59. Interpolatores in libris ad hunc diem vulgatis, » usus esset, et alia quae vetustas tradidit, eum aequalem, etc. » Nempe ut perspicuae per se orationi tenebras offunderent. Harn.

Collegio. Ad sacerdotum augurumque collegia. Haro.

Aerariorum fabrum. Qui ex aere flato monetas, sigillariaque exprimebant, operaque eiusmodi publice proponebant. Idem, ut videtur, in vetustis inscriptionibus *Flaturarii* appellati. Haro.

II. *Vena.* In argento videlicet, c. 31 superioris libri. Harn.

Fit et e lapide aeroso. Infra c. 22: » Ipse lapis, ex quo fit aes, cadmia vocatur. » Lapis eiusceimodi ab aere in fornacibus conflato (aes rubrum hodie vocitant) tam avide sorbetur, ut massa aeris 72 librarum, hoc admixto lapide centenaria evadat. Suelbius de Re numm. pag. 6. Hyginus fab. 272: » Cadmus Agenoris filius aes Thebis primus inventum condidit. » Cadmia igitur ab eo forte nomen traxit. Nostri vocant, *calamine.* II. — *Cadmiam.* Cadmia illa, quam nostri *calamine* (*Zinc oxidé silicifère, Hydrosilicate de zinc*) vocant, in cupri venis reperitur, et apud nos etiam simul igne coquitur. Ed. P.

Celebritas in Asia. Exemplar antiquum, *celebritas Mariae*: puto legendum *Mariae*, aut *e Maria.* Apparet autem Mariam locum esse Baeticae, non longe a Corduba, a quo fortasse nomen invenerunt Mariani montes, qui Tarraconensem a Baetica disterminant. Cuius mentio etsi a geographis non fit, colligitur tamen ex his quae a Plinio inf. referuntur, ita esse ut dixi. Pint.

pertum. (II.) Fit et ex alio lapide quem chalciten vocant in Cypro, ubi prima fuit aeris inventio: mox vilitas praecipua, reperto in aliis terris praestantiore, maxime aurichalco, quod praecipuam bonitatem admirationemque diu obtinuit. Nec reperitur longo iam tempore, effeta tellure. Proximum bonitate fuit Sallustianum in Centronum Alpino tractu, non longi et ipsum aevi: successitque ei Livianum in Gallia. Vtrumque a metallorum dominis appellatum: illud ab amico divi Augusti: hoc a coniuge, velocis defectus. Livianum quoque certe admodum exiguum

Quem chalciten vocant. Arist. Hist. Anim. V, 18; p. 608: Ἐν δὲ Κύπρῳ οὗ ἡ λίθος χαλκίτις καίεται. Festus: « Aerosam appellaverunt antiqui insulam Cyprum, quod in ea plurimum aeris nascatur. » Hard.

Vbi prima fuit aeris inventio. In Chalcide, Euboeae oppido, aes primum fuisse repertum, auctor est Solinus ex Callidemo, II, p. 30. H.

Aurichalco. Vide Rhod. lib. XIX, cap. 9; Brod. lib. VI, cap. 23; Scalig. in Festum, dictione *Aurichalcum.* Apud interpretem Apollonii, Aristoteles et Hesychius aurichalcum esse negant. Dal. — *Aurichalco.* Quod, ut Isidor. ait, Origg. XVI, 19, et splendorem auri, et duritiam aeris possideat. Festus vero *Aurichalcum*, verius, *orichalcum* dici putat, « quod in montuosis locis invenitur: mons enim graece ὄρος appellatur. » De ea voce plura vide apud Vossium in Etymol. Hard.

Nec reperitur. Nec forte uspiam exstitit, praeterquam apud poëtas, et in fabulis, ut Aristoteli persuasum olim fuisse auctor est Apollonii Scholiastes. Plaut. in Mil. act. III, sc. 1, v. 64, tres homines frugi, aequi ponderis cum aurichalco existimat: « Cedo tres mihi homines aurichalco contra cum istis moribus. » Certe quum reperiri saltem Plinii iam aevo desierit, non illud esse vel ex eo capite evincitur, quod nos *du laiton*, vernaculo sermone appellare consuevimus. Non simplex aliquod metallum fuisse orichalcum Stephanus innuit, verbo Ἀνδειρα, sed ex lapide quodam cum aere cocto, fieri solitum: Ἀνδειρα πόλις, ἐν ᾗ λίθος, ὃς καιόμενος καὶ κραθεὶς χαλκῷ, ὀρείχαλκος γίνεται. Lapidem eum cadmiam esse fossilem Kircherus noster arbitratus est, Mundi subt. X, 4, pag. 218. Cui sententiae Festus suffragatur: « Cadmea terra, inquit, quae in aes coniicitur, ut fiat orichalcum. » Hard. — Aurichalcum ex Stephani verbis, nihil aliud esse videtur quam duorum metallorum (*cuivre*, *zinc*) simul excoctorum mixtura; nostris vulgo *cuivre jaune*, *laiton*. Ed. P.

Illud ab amico divi Augusti. Sallustio Crispo fortassis, quem participem secretorum Augusti Tacitus

invenitur. Summa gloria nunc in Marianum conversa, quod et Cordubense dicitur. Hoc a Liviano cadmiam maxime sorbet, et aurichalci bonitatem imitatur in sestertiis dupondiariisque, Cyprio suo assibus contentis. Et hactenus nobilitas in aere naturalis se habet.

III. Reliqua genera artificio constant, quae suis locis reddentur, summa claritate ante omnia indicata. Quondam aes confusum auro argentoque miscebatur, et tamen ars pretiosior erat: nunc incertum est peior haec sit, an materia: mirumque, quum ad infinitum operum pretia creverint, auctoritas artis exstincta est. Quaestus causa enim, ut omnia, exerceri coepta est, quae gloriae solebat. Ideo etiam deorum

vocat, Annal. I, pag. 6. Meminit et Seneca de Clem. I, 10. H.

In Marianum. A Mario septies consule, ut diximus lib. sup. cap. 13, quemadmodum a Sallustio Liviaque genera aeris alia nomen acceperunt. Vel, quod alicui forsan similius veri videatur, a Mariaois montibus prope Cordubam, nunc *Sierra Morena.* H. — Ibi duae fodinae aeris; altera caerulei, altera viridis. Brot.

Cadmiam max. sorbet. Si Livianum aes exceperis, Marianum aes maxime omnium sorbet, sibique adglutinat, commiscetque lapidem cadmiam, quum in eumdem, in quo conflatur aes, fornacem immittitur. H.

In sestertiis dupondiariisque. Fuere igitur et ex aere sestertii, sicuti dupondii et asses: ex dispari tantum aeris genere conflati: sestertiis dupondiisque, Mariano: Cyprio assibus adiudicato. De dupondio ex aere testis Petron. in Satyr. p. 40: » Praeter unum dupondium Siciliumque, quibus lupinos destinaveramus mercari, nihil ad manum erat. « Ne porro Plinium hallucinatum esse existimem, usus illius aevi; quem probe ei perspectum hac in re fuisse nemo inficias ierit: ne corruptos codices putem, conspirans exemplarium consensus vetat: adeoque ne et Gronovio adsentiar, de Sestertio, III, p. 529, ita conlicienti, *sesquassibus dipondiisque.* Vide quae de universa re monetaria veterum Romanorum cura singulari diximus, in eo volumine, quod *Nummi antiqui Populorum et Vrbium illustrati*, inscripsimus. H. — *In sestertiis.* Fueruntne sestertii aerei; nullos certe novimus nisi argenteos. At, ut opinor, per sestertios hic intelligendi sunt quadrusses, qui idem valebant ac sestertii. Quadrussis enim et sestertius valent monetae gallicae nostrae asses 3, cum denariis 14. Dupondiarius aut dupondius valet ferme monetae nostrae asses 2. Brot.

III. *Ideo etiam deorum adscripta operi.* Vulcani. Lactantius de falsa

adscripta operi, quum proceres gentium claritatem et hac via quaererent: adeoque exolevit fundendi aeris pretiosi ratio, ut iamdiu ne fortuna quidem in aere ius artis habeat. Ex illa autem antiqua gloria Corinthium maxime laudatur: hoc casus miscuit, Corintho, quum caperetur, incensa: mireque circa id multorum affectatio fuit: quippe quum tradatur, non alia de causa Verrem, quem Cicero damnaverat, proscriptum cum eo ab Antonio, quam quod Corinthiis se ei cessurum negavisset. At mihi maior pars eorum simulare eam scientiam videtur, ad segregandos se a caeteris magis, quam intelligere aliquid ibi subtilius: et hoc paucis docebo. Corinthus capta est Olympiadis CLXI anno tertio, nostrae Vrbis DCVIII: quum ante saecula fictores nobiles esse desissent, quorum ista omnia signa hodie Corinthia appellant. Quapropter ad coarguendos eos ponemus artificum aetates. Nam urbis nostrae annos ex supra-

Relig. I, 48, pag. 60: » Artes quoque suis inventoribus immortalitatem peperisse dicuntur, ut Aesculapio medicina, Vulcano fabrica. «

Hoc casus miscuit. Incensa urbe. Florus elegaoter, II, 16, de Corintho: » Quantas opes et cremaverit, hinc scias quod quidquid Corinthii aeris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nam et aeris notam pretiosiorem ipsa opulentissimae urbis fecit iniuria: quia incendio permistis plurimis statuis atque simulacris, aeris, auri, argentique venae in commune fluxere. « H.

Proscriptum cum eo. Brot. *proscript. esse ab*; edit. princeps, *proscriptum cum esse.* Ed. P.

Maior pars eorum, etc. Quorum circa signa Cor. affectatio fuit, ut paullo aote dixit: qui sigois eiusmodi in primis capiebantur. H.

CLVI anno tertio. Sic libri omnes etiam MSS. CLVI. Sed hic numerus haud dubie ibi in mendo cubat. Incidit enim Vrbis ann. 608 in annum tertium 161 olympiadis. Quare denarii oota X mutata perperam fuerat in notam quinarii V. H. — *CLVI.* Sic quoque edit. prioceps; male. Broterius, *olympiadis CLVIII*, non *CLXI*, ut Hard. placet. Ed. P.

Quum ante saecula. Ante annos CLXX, hoc est, olympiade CXX, ut dicetur cap. 49. Etiam MSS. codices sic prae se ferunt. Coniicielat autem Gelenius legi multo commodius posse, *quam ante saeculo*, hoc est, ante centum annos, quam Corinthus caperetur. Hard.

dicta comparatione Olympiadum colligere facile erit. Sunt ergo vasa tantum Corinthia, quae isti elegantiores modo in esculenta transferunt, modo in lucernas, aut trulleos, nullo munditiarum respectu. Eius tria genera: candidum, argento nitore quam proxime accedens, in quo illa mixtura praevaluit: alterum in quo auri fulva natura: tertium in quo aequalis omnium temperies fuit. Praeter haec est, cuius ratio non potest reddi, quanquam hominis manu facta dederit fortuna temperamentum simulacro signisque, illud suo colore pretiosum ad iocineris imaginem vergens, quod ideo hepatizon appellant, procul a Corinthio: longe tamen ante Aegineticum atque Deliacum, quae diu obtinuere principatum.

IV. Antiquissima aeris gloria Deliaco fuit, mercatus in Delo concelebrante toto orbe, et ideo cura officinis, tricliniorum pedibus fulcrisque. Ibi prima nobilitas aeris. Pervenit deinde ad deum simulacra, effigiemque hominum, et aliorum animalium.

V. Proxima laus Aeginetico fuit. Insula et ipsa, nec aes gignens, sed officinarum temperatura nobilitata. Bos aereus inde captus in foro boario est Romae. Hoc erit exemplar Aeginetici aeris: Deliaci au-

Aut trulleos. Trulleus, sive trulleum, sive trulla, pro matula hoc loco accipitur, ut apud Martialem, IX, epist. XCVII: « Clinicus Herodes trullam subduaeral aegro; Deprensus dixit, Stulte, quid ergo bibis? » Subintellige: nisi vis et urinam reddere. Furtum ingeniose dissimulat, quasi idcirco lanium matulam sustulisset, ut offerret aegro. H.

Munditiarum respectu. Brot. ex MSS. Regg. et edit. principe, *munditiar. despectu.* Ed. P.

Quod ideo hepatizon appellant. Ἡπατίζων, iocineris colorem referens. Haan.

IV. *Antiquissima aeris gloria Deliaco fuit.* Maxima est Tartessiaco ex Hispania apud Pausaniam in Eliacis. Dalec. — *Deliaco.* Deliaca vasa et Corinthia laudat in primis Cicero, in oratione pro Scaur. Roscio Amerino, num. 153. Haan.

V. *In foro boario.* Regione Vrbis octava, ea P. Victore, in descriptione urbis Romae. Haan.

tem Iupiter in Capitolio in Iovis Tonantis aede. Illo aere Myron usus est, hoc Polycletus, aequales atque condiscipuli. Aemulatio iis et in materia fuit.

VI. (III.) Privatim Aegina candelabrorum superficiem dumtaxat elaboravit, sicut Tarentum scapos. In his ergo iuncta commendatio officinarum est. Nec pudet tribunorum militarium salariis emere, quum ipsum nomen a candelarum lumine impositum appareat. Accessio candelabri talis fuit: Theonis iussu praecônis Clesippus fullo, gibber praeterea et alio

Aemulatio autem et in materia fuit. (Sic Gronov. et libri ante Hard. vulgati). Scribo: « Aemulatio iis et in materia fuit » Polycleto e Myroni. Tò *autem* delei et Pintianus. Gron.

VI. *Scapos.* Candelabrorum truncos, ac ramulos: *branches de lustre, tiges de flambeau.* Superficies autem appellatur superior ea planities, cuius in medium foramen candela inseritur. Hard.

Tribunorum militarium salariis. Tanti candelabra emere, « quantum in legione tribuni accipiunt, » ut cecinit Iuvenal. Sat. III, v. 132. Porro quod miles qui pedibus merebat, accipere solitus erat stipendium, Id centurio duplum referebat, eques triplex, quadruplum tribunus, uti ex Livio, XXXV, de triumpho Pauli, et ex Appiano colligitur de Bello civili, II, pag. 491. Erat autem peditis diurnum stipendium denarius unus, ut diximus XXXIII, 13, unde computatione facta quantum esset tribunorum salarium annuum licet aestimare, nempe denarium 1,460. H. — — Gallicae monetae librarum 1,128. Ed. P.

Quum ipsum nomen, etc. Quum res ipsa quae tanti emitur, tam vilis sit ipsa per se, ut a candelis nomen accipiat. Hard.

Accessio candelabri talis fuit. Ex aere Aegynetico. Locus hic salebrosissimus visus est Hermolao, qui se extricare ex eo non potuit. Sententia est, quam tamen, nonnisi veniam ante praefatus, aperire vix ausim; adeo pudet inquinare chartas, auresque et animos legentium vel leuiter inficere poenitet. Quum auctio fieret, inquit, praeco Theon candelabro Corinthio pretioso accedere et adiungi voluit servum nihili, parvissimo corpore, fullonem Clesippum. Id candelabrum cum appendice homuncionis comparavit 2 sestertiis Gegania, vidua nobilis ac locuples. Eam emptionem tam frequenti convivio ostentat, productus quoque, ut et vitia corporis manifestiora iocos praeberent, nudari iussus est Clesippus: libidinis impudentia correpta domina, recepit eum mox in torum, manu misit, maritum, haeredemque sumpsit. Ille aes, cui nisi applicitus adhaesisset, nunquam pervenisset ad res tam opimas, non secus ac fatum

foedus aspectu: emente id Gegania sestertiis quinquaginta: eademque ostentante convivio emptum, ludibrii causa nudatus, atque impotentia libidinis receptus in torum, mox in testamentum, praedives, numinum vice illud candelabrum coluit, et hanc Corinthiis fabulam adiecit: vindicatis tamen moribus nobili sepulcro, per quod aeterna supra terras Geganiae dedecoris memoria duraret. Sed quum esse nulla Corinthia candelabra constet, nomen id praecipue in his celebratur, quoniam Mummii victoria Corinthum quidem diruit, sed compluribus Achaiae oppidis simul aera dispersit.

VII. Prisci limina etiam ac valvas ex aere in templis factitavere. Invenio et a Cn. Octavio, qui de Perseo rege navalem triumphum egit, factam porticum duplicem ad Circum Flaminium, quae Corinthia sit

suum Veneratus est, ac totam hanc fabulam Corinthiis vasis cum vulgo adscripsit. Providit tamen interim et bonis moribus, vel quum nobile sepulcrum erexit Geganiae, per quod dedecus illius supra terras in omne aevum duraret. Geganiorum familia Romae nobilis, apud Plutarch. in Numa, pag. 66 sq. Item apud Livium et Dionysium. H.

Sestertiis quinquaginta. Sive sestertium quinquaginta millibus. H. — *Sestertiis quinquaginta.* Quinquaginta sesterium millia efficiunt monetae nostratis gallicae libras 9,726. Ep. P.

Mummii victoria. De eo diximus lib. XXXIII, cap. 53, et alibi saepius. Hard.

VII. *Prisci limina etiam ac valvas*, etc. Qu. et Cn. Ogulnius, aediles curules, foeneratorum aliquot bonis multatis, ex eo quod in publicum redactum est, aenea limina in Capitolio, etc. posuerunt. Livius decad. I, lib. I. Fuit et Romae porta Ratiduscula, aerata, de qua huius libri cap. 1. Dal.

Cn Octavio, qui de Perseo rege nav. triumph. egit. Qui an. V. 586, L. Aemilio Paulo secundum, C. Licinio Crasso cos. praetor classem sortitus, cum Aemilio Paulo consule in Macedoniam contra Persen regem profectus est. Quo capto, ipse de eodem calendis decembribus triumphum navalem egit. Auctor Tit. Livius, lib. XLV, pag. 586. Hard.

Porticum duplicem ad Circum Flaminium, etc. P. Victor, in descriptione urbis Romae, regione nona, in qua Circus Flaminius fuit: Porticus Corinthia Cn. Octavii, quae prima duplex fuit. Duplex dicitur, ob duplicem ordinem columnarum. Festus: a Octaviae porticus duae appellantur: quarum altera theatro

appellata a capitulis aereis columnarum. Vestae quoque aedem ipsam Syracusana superficie tegi placuisse. Syracusana sunt in Pantheo capita columnarum a M. Agrippa posita. Quin etiam privata opulentia eo modo usurpata est. Camillo inter crimina obiecit Sp. Carvilius quaestor, quod aerata ostia haberet in domo.

VIII. Nam triclinia aerata, abacosque, et monopodia Cn. Manlium Asia devicta primum invenisse triumpho suo, quem duxit Vrbis anno DLXVII, L. Piso auctor est. Antias quidem L. Crassum haeredem L. Crassi oratoris, multa etiam triclinia aerata vendi-

Marcelli propiorem, Octavia soror Augusti fecit: alteram theatro Pompeii proximam Cn. Octavius Cn. F. qui fuit aedilis curulis, praetor, consul, decemvir sacris faciundis, triumphavitque de rege Perseo, navali triumpho: quam combustam reficiendam curavit Caesar Augustus. » Meminit et Velleius initio libri secundi. HARD.

Vestae quoque aedem. Huius aedis formam rotundam veteres nummi exhibent familiae Cassiae, apud Patinum, p. 67, et nummi Iuliae Domnae, inscripti, VESTA MATER. Rotundam fuisse ait etiam Ovid. Fastor. VI, vers. 265, quod vesta eadem sit quae terra, globata ad pilae similitudinem: » Forma tamen templi, quae nunc manet, ante fuisse Dicitur: ei formae causa probanda subest, etc. « Et paulo post: » Arte Syracusia suspensus in aëre clauso Stat globus immensi parva figura poli. Et quantum a summis, tantum secessit ab imis Terra: quod ut fiat, forma rotunda facit. Par facies templi: nullus procurrit in illo Angulus: a pluvio vindicat imbre tholus. » HARD.

In Pantheo. Quod ille perfecit, Augusto nonum, M. Iunio Silano coss. Auctor Dio, LIII, p. 515. H.

VIII. *Nam triclinia aerata.* Mensas, ut diximus XXXIII, 51. H.

Abacosque. Abacus mensae genus fuit, ex opere intestino, cui vasa aurea, supellexque similis imponeretur, *un buffet.* HARD.

Et monopodia. Mensas unico pede fultas, μονοπόδια. H.

L. Piso. Liv. quoque, XXXIX, p. 409: » Extremo anni (567) ad tertium Nonas Martias Cn. Manlius Vulso de Gallis qui Asiam incolunt, triumphavit ... Luxuriae peregrinae origo ab exercitu Asiatico invecta in Vrbem est: il primum lectos aeratos, vestem stragulam pretiosam, monopodia et abacos Romam advexerunt, etc. » HARD.

L. Crassi. De quo diximus XVIII, 3. Is Licinium Crassum Scipionem, ex filia nepotem adoptavit, haeredemque instituit, virum summo ingenio, teste Tullio in Bruto. H.

disse. Ex aere factitavere et cortinas, tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur. Placuere et lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes: qualis est in templo Apollinis Palatini, quod Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cyme dicaverat eidem deo.

IX. (IV.) Transiit deinde ars ubique vulgo ad effigies deorum. Romae simulacrum ex aere factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Cassii, quem regnum affectantem pater ipsius interemerat. Transiit et ab diis ad hominum statuas atque imagines multis modis. Bitumine antiqui tinguebant eas, quo magis mirum est placuisse auro integere. Hoc nescio an romanum fuit inventum: certe etiam Romae non habet

Et cortinas. Cortinam hoc loco mensam interpretamur, quae pocula sustineret, cui Delphicae nomen ex eo quod similis esset mensae illi, cui Delphis insidebat Pythia oracula faciens. Vetus interpres Horatii, in illud Sat. I, 6. « et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet. » « Lapis, inquit, mensa marmorea, quam Delphicam vocant. » Et idem fortassis vetus Scoliastes Iuvenalis ad v. 204, Sat. III: « ornamentum abaci: quod nos, inquit, Delphicam dicimus. » Abacum Delphicam, Glossa Philoxeni, appellant et μυστήριον, quod ex ea poculorum mensa conviviis ministrarent. Etymologus: Δελφικὰ τὸν τρίποδα Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονεν. Nimirum primum Delphicae Delphis fiebant: posteaque quivis abaci eius formae id nomen habere. Martial. XII, ep. LXVII: « Argentum atque aurum non simplex Delphica portat. » Gruter. p. 1115, ex Sirmondo: DELPHICAE AERIAE CUM OMNI CULTU EXORNATAE. De Delphicis multa Procopius in Vandal. I. Acceptionem aliam eius vocis vide apud Cl. Du-Cangium, in Noth. ad Alexiad. p. 411. H.

Lychnuchi. Λυχνοῦχοι, candelabra. Et haec Tranquillo quoque usurpata vox in Iulio, cap. XXXVII: Meminit candelabri Euphorion ap. Athen. XV, p. 700, in quo 101 lucernae arderent, λύχνοι τριακόσιοι, quot dies anni sunt. HARD.

Apollinis. Quod ab Augusto dedicatum ann. V. 726, ipso sextum, et M. Agrippa coss. Tranquillus in Aug. cap. XXIX. P. Victor in Descr. Romae, regione Vrbis decima: « Aedes Apollinis », ubi lychni pendebant instar arboris mala ferentis. » H.

« IX. *Sp. Cassii.* Is regnum affectans, ubi primum magistratu abiit, damnatus, necatusque est. » Sunt qui partem auctorem eius supplicii ferant, inquit Livius, II, pag. 35, cum coniuia domi causa verberasset ac necasset: peculiumque filii Cereri con-

vetustatem. Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium, primo sacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiae: ubi omnium qui vicissent, statuas dicari mos erat. Eorum vero, qui ter ibi superavissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconicas vocant. Athenienses nescio an primi omnium Harmodio et Aristogitoni tyrannicidis publice posuerint statuas. Hoc actum est eodem anno, quo et reges Romae pulsi. Excepta deinde res est a toto orbe terrarum humanissima ambitione. Et iam omnium municipiorum foris statuae ornamentum esse coepere, prorogariqne memoria hominum, et honores legendi aevo basibus inscribi, ne in sepulcris tantum legerentur. Mox forum et in domibus privatis factum atque in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos.

secravisse, signum inde factum esse et inscriptum, EX CASSIA FAMILIA OATVM. » Affirmat hoc ipsum Val. Max. V, 8, n. 2. Dion. Halicarn. Antiq. Rom. VIII, pag. 546. Alii e rupe deiectum aiunt. H.

Tinguebant. Gron. et al. *pingebant eas bitumine.* Ed. P.

Fuit. Brot. *fuerit.* Ed. P.

Quas iconicas vocant. Εἰκονικὰ ἀγάλματα vocat Athenaeus, I, si memini. Iconicum simulacrum Tranquillus in Caligula, cap. XL. Erant eiuscemodi statuae iis hominibus, quorum speciem referebant, pares. Maiores vocabantur *Augustae*: *Colossi* longe maximae. Curae id Hellanodicis fuisse, Lucianus est auctor, ἐν τῷ ὑπὲρ εἰκόνων, sub initium, ut εἰκόνες ἰσομέτρητοι essent, ne augustiores scilicet, maioresque humana, Hieronicesum figurae a sculptoribus exprimerentur. Et Plato in Phaedro: Ὑπεσχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν. H.

Harmodio et Aristogitoni. Ii Pisistrati filio Hipparcho interempto, servitute Athenienses liberaverunt. Pausanias in Atticis. Hanc historiam vide prolixe recitatam apud Thucyd. lib. VI. DAL. — *Harmodio.* Vide Plutarch. in Antiphonte, de decem rethoribus, aliosque. A Praxitele elaboratas esse has statuas Plinius auctor est, cap. 19 libri huius. H.

Aevo. Posteris. H.

Mox forum et in domibus. Quaslibet privatas aedes totidem fora credas esse, tot sunt instructae signis singulae. Simili translatione populum imaginum superius dixit, XXXIII, 45. HARD.

X. (v.) Togatae effigies antiquitus ita dicabantur. Placuere et nudae tenentes hastam, ab epheborum e gymnasiis exemplaribus; quas Achilleas vocant. Graeca res est, nihil velare: at contra romana ac militaris, thoracas addere. Caesar quidem dictator loricatam sibi dicari in foro suo passus est. Nam Lupercorum habitu factae, tam novitiae sunt, quam quae nuper prodiere paenulis indutae. Mancinus eodem habitu sibi statuit, quo deditus est. Notatum ab auctoribus, et L. Accium poëtam in Camenarum aede maxima forma statuam sibi posuisse, quum brevis

X. *Togatae effigies antiquitus ita dicabantur.* Ascon. Pedian. in orat. Cicer. pro M. Scauro, sub finem, Catonem ait « togatum sine tunica exercuisse iudicium, in forumque sic descendisse, iusque dixisse; idque reperisse ex veteri consuetudine, secundum quam et Romuli aetatis statuae in Capitolio, et in Rostris Camilli, fuerunt togatae sine tunicis. » Meminit et Plinius alter in Paneg. Traiani, n. 55: « Visuntur eadem e materia Caesaris statuae, qua Brutorum, qua Camillorum. » H.

Quas Achilleas. Notum Achillis decus et tutamen, hasta. H.

Graeca res est, nihil velare. Nummi statuaeque testes, in quibus nuda plane corpora. H.

Caesar quidem dictator, etc. Lucius Scipio statuam chlamydatam et crepidatam in Capitolio poni voluit, quoniam eo habitu aliquando usus fuisset. Valer. lib. III, cap. 6. Dated. — *Caesar.* Qualem in plurimis imperatorum statuis nummisque cernimus. Hard.

In foro suo. Forum Caesaris prope templum Iani fuit, regione Vrbis octava, apud P. Victorem. Et Dion. vide XLIII, p. 224. H.

Nam Luperciorum habitu, etc. Qui pellis caprinae solum amictu tecti, caetero nudi, Romae Lupercalibus discurrebant: unde Maro vocat Aen. VIII: *nudosque Lupercos.* H.

Paenulis indutae. Paenula vestis fuit adversus imbres et frigora, circumque corpus ambiens, ἐμπεριέχουσα τὸ σῶμα, inquit Artemidorus. Vide Vossium in Etymologico. H.

Mancinus eodem habitu, etc. Qui cum Numantinis ipsorum arbitrio foedus percussit, auctore Tib. Graccho quaestore suo. At eo foedere per senatum improbato, Mancinus Numantinis est deditus, nudus vinctisque post tergum manibus, Plutarch. in Graccho; Aur. Victor de Vir. illustr. Val. Max. I, 7; Cic. de Offic. III. Haro.

L. Accium poëtam. Diximus de eo in auctorum Indice. H.

Camenarum aede. A Fabio Nobiliore exstructa. Dal. — *Camenarum.* In regione Vrbis prima, iusta portam Capenam, *Vicus et aedes Camenarum* fuit, teste P. Victore. H.

admodum fuisset. Equestres vero statuae romanam celebrationem habent, orto sine dubio a Graecis exemplo. Sed illi celetas tantum dicabant in sacris victores. Postea vero et qui bigis, vel quadrigis vicissent. Vnde et nostri currus nati in his qui triumphavissent. Serum hoc, et in his non nisi a divo Augusto seiuges, sicut et elephanti.

XI. Non vetus et bigarum celebratio in his qui praetura functi curru vecti essent per Circum. Antiquior columnarum, sicut C. Maenio, qui devicerat priscos Latinos, quibus ex foedere tertias praedae

Vero. Gronov. et al. ante Hard. *utique.* En. P.

Romanam celebrationem habent. Apud Romanos praecipua in commendatione fuere. H.

Sed illi celetas tantum dicabant. Κέλητες appellatae statuae eorum equestres, qui non bigis aut quadrigis in certamine uterentur, sed uno insiderent equo. Proprie κέλης equus ipse est, qui ab uno sessore agitatur ac regitur. Sententia igitur, fuisse receptum apud Graecos primum, ut statuas equestres dedicarent illi, qui victores exstitissent in ludis sacris celete. Postea factum, ut dicarent quoque bigas vel quadrigas sculptas marmore, vel fusas aere, qui vicissent isto genere. Inde consuetudinem venisse Romam, ut et qui triumphassent, dedicarent statuas triumphales, puta quadrigas; sed hunc morem invectum sero: et adhuc serius, ut triumphales seiugas: hoc enim primum auctorem habere D. Augustum. Hunc Plinii locum Onuphrius mala intellexit, quum seiugas in ludis circensibus ex eo colligit primum ab Augusto missos: quum sit sententia longe dispar, statuam scilicet, triumphalem cum equis seiugibus ab eo positam. Seiuges tamen in Capitolio auratos a Cn. Cornelio positos reperio, apud Livium, XXXVIII, p. 479, ann. V. 566, hoc est, ante Augusti excessum annis ducentis. H.

Vnde et nostri currus nati in his, etc. Sic MSS. Reg. 2, Colbert. 3, et alii. Libri antea editi: *Vnde et nostris currus in his*, etc. HARD.

Seiuges. Equi seni uno curru iuncti. BIGAS, TRIGAS, QVADRIGAS, SEIVGES ET SEPTEIVGES habet inscriptio vetus apud Gruterum, p. 337. H.

XI. *Antiquior columnarum, sicut C. Maenio.* L. Furii Camilli in consulatu collegae, de quo Livius, VIII, p. 141, qui Lavinios et Veliternos, et Antiatas devicit: uti tum ex eodem Livio discimus, l. e. tum ex inscriptione Capitolini lapidis apud Grut. p. 297: C. MAENIVS P. F. P. N. COS. DE ANTIATIBVS. LAVINEIS VELITERNEIS. PRIDIE K. OCTOB. AN. CDXVI. Meminit columnae Maenianae Nonius, cap. I, num. 33. HARD.

Priscos Latinos. Latium vetus. Livius loc. cit. de Camillo et Maenio coss. «Nec quievere ante, quam.... Latium omne subegere.» Et paulo

romanus populus praestabat, eodemque in consulatu in suggestu Rostra devictis Antiatibus fixerat anno Vrbis cccccxvi. Item Caio Duillio, qui primus navalem triumphum egit de Poenis, quae est etiam nunc in foro. Item P. Minucio praefecto annonae, extra portam Trigeminam, unciaria stipe collata, nescio an primo honore tali a populo, antea enim a senatu erat; praeclara res, nisi frivolis coepisset initiis. Namque et Atti Navii statua fuit ante Curiam, cuius basis conflagravit Curia incensa Publii Clodii funere.

post, in oratione a Camillo ad populum habita: « Oppida latina omnia praesidiis tenentur vestris. » H.

In suggestu. Locus excelsior fuit, unde oratio haberi ad populum posset. Livius, VIII, pag. 142: « Naves Antiatum partim in navalia Romae subductae, partim incensae, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit. Rostraque id templum appellatum. » Florus, I, 11: « Exstant et parta de Antio spolia: quae Maenius in suggestu fori, capta hostium classe, suffixit: si tamen illa classis: nam sex fuere rostratae; sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit. » Hard.

Item C. Duillio. De eo Florus, II, 2, pag. 49: « Victor ergo apud Liparas, mersa et fugata hostium classe, primum illum maritimum egit triumphum. » Actum id belli primi Punici anno quinto, Vrbis 493. Inscriptionem columnae huic rostratae appositam, singulari opere P. Ciaconius explicuit. C. Duillius appellatur a Tacito quoque, Annal. II, pag 56, et in Epitome Livii, XVII, et in Ispide Capitolino apud Grut. p. 297. Hard.

Item P. Minucio. Vide XVIII, 4, ubi res eadem iam delibata. H.

Vnciaria stipe collata. Aereo nummo, cuius pretium foret dimidius as: asses enim tum sextantario pondere feriebantur, ut dictum est XXXIII, 13. Hic obiter adnotabis Eminent. Annalium scriptoris ἀμάρτημα ad an. Ch. 69, n. 9, ubi Guil. Godelevaei notas in Livium sequutus, ex hoc Plinii testimonio efficere nititur, mendicos vilesque personas ad portam Trigeminam convenire solitos, ut stipem rogarent: quum nihil Plinius aliud velit, quam stipe honoris causa collata, extra portam Trigeminam praefecto annonae positam statuam fuisse. Augusto ipsi principi stipem vidimus esse collatam lib. sup. 48. H. — *Vnciaria stipe.* Quae nempe monetae nostrae assem fere unum aequabat. Ed. P.

Atti Navii. Diximus de eo supra, XV, 20. Augur is fuit, Tarquinii Prisci aevo, ut Livius refert, I, p. 14. Hunc novacula cotem discidisse ferunt. « Status Atti posita, inquit Livius, capite velato, quo in loco res acta est, in Comitio, in gradibus ipsis, ad laevam Curiae fuit, etc. » Hard.

P. Clodii. Vide Ciceron. pro Milone, n. 94. Hard.

Fuit et Hermodori Ephesii in comitio, legum, quas decemviri scribebant, interpretis, publice dicata. Alia causa, alia auctoritas, M. Horatii Cocliti statuae, quae durat hodieque, quum hostes a ponte sublicio solus arcuisset. Equidem et Sibyllae iuxta Rostra esse non miror, tres sint licet: una, quam Sextus Pacuvius Taurus aedilis plebis instituit: duae, quas M. Messala, Primas putarem has, et Atti Navii, positas aetate Tarquinii Prisci, nisi regum antecedentium essent in Capitolio. (VI.) Ex his Romuli est sine tu-

Fuit et Hermodori Ephesii. Apud Strabon. lib. XIV, Artemidorus narrat, Hermodorum virum inter Ephesios frugi, ab iis eiectum quod bonus esset, ideoque dignos Ephesios omnes qui strangularentur, quum edicto publico civitate pellerent bonos et integros viros. DAL. — *Fuit.* Dig. I, tit. 2, de Orig. Iur. § 4, de legibus XII Tabularum: »Harum ferendarum, inquit Pomponius, auctorem fuisse decemviris Hermodorum quemdam Ephesium exsulantem in Italia, quidam retulerunt.« Hunc exsulare iussum, quod vir probus esset, Cicero testatur, Tuscul. V. H.

Alia causa et alta auctoritas maior in Horatii (sic Gronov. et al. ante Hard.). Tres supervacuas voces recidi iubet liber optimus. GRON. — *M. Horatii.* Positam in comitio statuam auctor est Gellius, IV, 5, pag. 282; alteram in aede Vulcani Plutarchus in Poplicola, p. 106. H.

A ponte sublicio solus arcuisset. Rem eam narrat prolixe et eleganter Val. Maxim. III, 2, n. 1: »Etruscis in Vrbem ponte sublicio irrumpentibus, Horatius Cocles extremam eius partem occupavit, totumque hostium agmen, donec post tergum suum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit. Atque ut patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus se in Tiberim misit, etc.« Pons sublicius Romae dictus est, quia e sublicis, hoc est, [illegible]nis seu palis exstructus erat. Vide et Livium, II, pag. 25, et Dionys. Halicarn. V, p. 296. HAAR.

Sextus Pacuvius Taurus. Non is qui et tribunus plebis fuit, Augusti principatu, et laudatur a Macrobio, Sat. I, 12, p. 249, sed vetustior aliquis. H. — *Instituit.* Gr. et al. ante Hard. *restituit.* ED. P.

M. Messala. Nec hic Messalae Corvini oratoris F. de quo nos egimus in auctorum Indice, qui gessit consulatum Augusti principis temporibus, ann. V. 751, sed ex eadem gente antiquior. HAAR.

Nisi regnum antecedentium. Dio, XLIII, p. 236, octo fuisse in Capitolio statuas dicit: septem positas regibus: octavam Bruto, regum exactori. Caesaris postea dictatoris, iuxta Brutum locatam. HAAR.

Ex his Romuli est. Vtriusque, Romuli nimirum et Camilli statuae, meminit Ascon. Ped. loco a nobis allato, initio superioris cap. HAAR.

nica, sicut et Camilli in Rostris, et ante aedem Castorum fuit Q. Marcii Tremuli equestris, togata, qui Samnites bis devicerat, captaque Anagnia, populum stipendio liberaverat. Inter antiquissimas sunt et Tulli Cloelii, Lucii Roscii, Spurii Nautii, C. Fulcinii in Rostris, a Fidenatibus in legatione interfectorum. Hoc a republica tribui solebat iniuria caesis, sicut et P. Iunio et Tito Coruncanio, qui ab Teuca Illyriorum regina interfecti erant. Non omittendum videtur, quod Annales annotavere, tripedaneas his statuas in Foro statutas. Haec videlicet mensura hono-

Castorum. Hoc est, Castoris et Pollucis. P. Victor regione VIII: »Templum Castorum ad lacum Iuturnae.« Vide Dion. XXXVII, p. 33: »Geminis fratribus aedes in foro constituta,« inquit Suet. in Iulio, cap. 2, quae tantum Castoris appellatur. H.

Q. Marcii. Lapis Capitolinus apud Grut. pag. 297: Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. TREMVLVS COS. DE ANAGNINEIS HERNICEISQ. PRID. KAL. QVINT. Anno scil. post Vrbem conditam 448. Livius, VII, pag. 168: »Marcius de Hernicis triumphans in Vrbem rediit; statuaque equestris in foro decreta est, quae ante templum Castoris posita est.« HARD.

Tullii Cloelii. Ita Reg 2, non, ut editi, *Coelii.* Exstat in Cimelio collegii nostri Parisiensis nummus Clouliae seu Cloeliae gentis inscriptus TL. CLOVLI, hoc est, *Tullii Cloulii*, non Titi. Cicero in Philipp. IX, n. 5: »Atque huic et Tullo Clivio (lege *Cloelio*), et L. Roscio, et Sp. Antio (lege rursum *Nautio*), et C. Fulcinio qui a Veientium rege caesi sunt, non haoguis qui profusus est in morte, sed ipsa mors ob rempublicam obita honori fuit.«

A Fidenatibus. Cicero loco citato de his ipsis agens num. 4: »Lartes Tolumnius rex Veientium quatuor legatos populi R. Fidenis interemit: quorum statuae in Rostris steterunt, usque ad nostram memoriam.« Fuere Rostra in foro romano, regnante Vrbis octava. HARD.

P. Iunio. Fratribus ex familia Iunia Coruncanorum. In Reg. 2 cod. *Coruntiano* legitur. In lapide Capitolino apud Gruterum, p. 296; CORVNCANIVS. HARD.

Qui ab Teuca. Teutana a Floro appellatur, II, 5: »Illyrii, seu Liburnii sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam Titumque flumen, longissime per totum Adriani maris littus effusi. Hi regnante Teutana muliere, populationibus non contenti, licentiae scelus addiderunt. Legatos quippe nostros, ob ea quae deliquerant, iure agentes, nec gladio quidem, sed ut victimas, securi percutiunt, etc.« H. — Frol. non *Teucam*, sed *Teusam* appellat. ED. P.

rata tunc erat. Non praeteribo Cn. Octavium ob unum scilicet verbum: « hic regem Antiochum, daturum

Cn. Octavium. Plinius errat, qui hunc *Cn Octavium* appellat, et historiam, sive facta duplicia miscet ac confundit. Non nemo qui Plinium recensuit et adnotavit, frustra est in viro defendendo. Tu, si voles fontem ipsum erroris eius reperies in Ciceronis Philippica nona. Lirsivs. — Immo *C. Popillium.* Quod suadent Polybius, Cicero, Livius, Valerius. Zonaras tamen *M. Popillium* etiam nominat. Sed errorem eius redarguunt facile testes, quos dixi, omni exceptione maiores. Voss. — *Cn. Octavium.* Fuit iste Octavius e maioribus Octavii Caesaris, qui Caesar Augustus est appellatus. Hic eruditi omnes Plinio dicam scribunt, quod Cn. Octavium vocet eum, quem C. Popilium caeteri scriptores appellant: Valer. Max. VI, 4, p. 387. Livius, XLV, pag. 575: a Popillius pro caetera asperitate animi, virga quam in manu gerebat, circumscripsit regem: ac, Priusquam circulo excedas, inquit, redde responsum senatui quod referam. Obstupefactus tam violento imperio, parumper quum haesitasset: Faciam, inquit, quod censet senatus. Tum dextram Popilius regi tamquam socio et amico porrexit. a Velleius item, I, p. 4; Plut. in Apophth. p. 202; Appian. in Syriac. p. 131. Quamobrem hallucinatum esse Plinium omnes affirmant, qui nomina permutarit. Verum absolvere Plinium aliqua ex parte Tullius potest videri; qui rem utramque narrat. Sic enim ille de Octavio, Phil. IX, num. 4: a Cn. Octavii clari et magni viri, qui primus in eam familiam, quae postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum, statuam videmus in Rostris. Nemo enim tum novitati invidebat: nemo virtutem non honorabat. At ea fuit legatio Octavii in qua periculi suspicio non subesset. Nam quum esset missus a senatu ad animos regum perspiciendos, liberorumque populorum; maximeque ut nepotem Antiochi regis, eius qui cum maioribus nostris bella gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet: Laodiceae in Gymnasio a quodam Leptina est interfectus. Reddita est ei tum a maioribus statua pro vita: quae multos per annos progeniem eius honestaret, nunc ad tantae familiae memoriam sola restaret. » Idem vero de Popilio, Philippica proxime superiore, n. 23: « Proh dii immortales! ubi est ille mos, virtusque maiorum? C. Popilius apud maiores nostros, quum ad Antiochum regem legatus missus esset, et verbis senatus denuntiasset, ut ab Alexandria discederet, quam obsidebat: quum tempus ille differret, virgula stantem circumscripsit; dixitque se non ante renuntiaturum senatui, nisi prius sibi respondisset, quid facturus esset, quam ex illa circumscriptione excederet. a H.

Ob ... verbum ... Antiochum. Sic Reg. 2 totidem syllabis, sine ullis notarum compendiis. In editis, *ob unum verbum*; Colb. 3, *ob unum verbum, quo regem, etc.* Gronovius in suo, *ob unum sc. verbum*, interpretaturque, *ob unum senatusconsulti verbum*, illud nempe, quod mox sequitur, *oculatissimo loco*: non improbabili sane coniectura. H.

Antiochum, dat. Antiochum Magnum, Syriae regum quintum. H.

se responsum » dicentem, virga quam tenebat forte circumscripsit, et prius quam egrederetur circulo illo, responsum dare coëgit. In qua legatione interfecto senatus statuam poni iussit quam oculatissimo loco in Rostris. Invenitur statua decreta et Taraciae Caiae, sive Suffetiae virgini Vestali, ut poneretur ubi vellet: quod adiectum non minus honoris habet, quam feminae esse decretam. Meritum eius in ipsis ponam Annalium verbis: « Quod campum Tiberinum gratificata esset ea populo. »

XII. Invenio et Pythagorae, et Alcibiadi, in cornibus comitii positas, quum bello Samniti Apollo Pythius fortissimo graiae gentis iussisset, et alteri sapientissimo, simulacra celebri loco dicari; ea stetere donec Sylla dictator ibi curiam faceret: mirumque est, illos patres Socrati cunctis ab eodem deo sapientia praelato Pythagoram praetulisse, aut tot aliis virtute Alcibiadem, aut quemquam utroque Themistocli. Columnarum ratio erat, attolli supra caeteros mortales: quod et arcus significant novitio invento. Primus tamen honos coepit a Graecis: nulliquè arbitror plures statuas dicatas, quam Phalereo Demetrio

Oculatissimo loco. Celeberrimo, qui oculis omnium pateat.

XII. *Bello Samniti.* Quod ann. V. 411, Campanorum rogatu suscepere Romani: Illi enim a Samnitibus victi, Romanis deditionem fecerunt. H.

Ea stetere, donec Sylla dictator ibi curiam faceret. In parte interiori fori romani, in cornibus comitii, exaedificatam a Sylla curiam hic locus edocet. In libris hactenus editis, « celebri loco dicari, donec Sylla, etc. » caeteris praetermissis, quae nos restituimus ex vestigiis codicis Reg. 2, in quo vidimus, « dicari ea est et etcredone Sylla, etc. » certa plane emendatione. Hard.

Socrati cunctis, ab eodem deo sapientia praelato. Vide supra VII, c. 31. Hard.

Aut quemquam utroque. Utraque laude. Hard.

Quam Phalereo Demetrio Athenis. A Cassandro Macedonum rege Athenis praefecto. Vide Strabonem libro IX. Dal. — *Phalereo Demetrio.* Egimus de eo in auctorum Indice. H.

Athenis. Siquidem CCCLX statuere; nondum anno hunc numerum dierum excedente, quas mox laceravere. Statuerant Romae etiam in omnibus vicis C. Mario Gratidiano tribus, ut diximus, easdemque subvertere Syllae introitu.

XIII. Pedestres sine dubio Romae fuere in auctoritate longo tempore. Equestrium tamen origo perquam vetus est, cum feminis etiam honore communicato. Cloeliae enim statua est equestris, ceu pa-

Siquidem CCCLX statuere ... anno hunc num. dier. excedente. Ita Reg. 2, Colb. 3, omnesque editi. Varro apud Nonium sic scriptum reliquit: «Hic Demetrius aeneas tot aptu' est, Quot luces annus habet absolutus.» Modum anni graeci fuisse tum temporis dierum dumtaxat *CCCLX*, tum ex hia, similibusque testimoniis, tum ex Cleobuli aenigmate, quod apud Laertium est, colligi putant nonnulli recte posse: est enim eiusmodi latine redditum: «Bissenos genitor natos habet unus: at horum Ter sunt cuique decem natae, variante figura. Quippe aliis color est albus, niger inditus illis: Immortale genus quum sint, moriuntur utraeque.» Hoc enim aenigma tam annos diebus confici trecentis et LX, quam singulos menses tricenia perspicue significat. Hinc vero intelligimus in tota Graecia, usque ad tempora Caesaris dictatoris fuisse menses singulos tricenum dierum: ita ut annus non excederet numerum dierum *CCCLX*, ut Plinius refert: tertio autem quoque anno embolimum tempus conveniens, quindecim videlicet sedecimve dierum intersereretur, τῶν ὡρίων ἕνεκεν, ut ait Herodot. II, n. 4, hoc est, ut suis tempestatibus menses responderent: hiberni hiemi, aestati aestivi. In hoc enim Aegyptios Graecia fuisse sapientiores censet Herodotus; quod illi non quindecim dies adiicerent tertio quoque anno, sed annis singulis dies quinque. Conf. Petav. de Doctr. temp. I, 8, p. 16, et qui ab eo dissidet Sam. Petitum Miscell. VIII, p. 191. Hard.

Quas mox laceravere. Strabo, IX, et Laërt. in Demetrio, V, deiectas conflatasque aiunt in matulas et obsceniora vasa. H.

Tribus. Romanae tribus. H.

Vt diximus. Lib. XXXIII, cap. 46. Hard.

XIII. *Pedestres.* Romuli statuae pedestres omnes, inquit Plut. in eius vita, p. 27. H.

Cloeliae. Hanc equestri statua donatam, positamque eam in summa Sacra Via, qua in Palatium adscendebatur, Livius est auctor, II, 26. Seneca de Consol. ad Marciam, XVI, pag. 774: «Equestri insidens statuae, in Sacra Via celeberrimo loco, Cloelia exprobrat iuvenibus nostris pulvinum adscendentibus, in ea illos Vrbe sic ingredi, in qua etiam feminas equo donavimus.» Datam ei statuam equestrem Val. Max. arbitratur, III, 2, n. 2, quoniam «inter caeteras virgines obses hosti Porsenae data, nocturno tempore custodiam egressa, equum

rum esset toga eam cingi: quum Lucretiae, ac Bruto, qui expulerant reges, propter quos Cloelia inter obsides fuerat, non decernerentur. Hanc primam cum Coclitis publice dicatam credideriim: Atto enim ac Sibyllae Tarquinium, et reges sibi ipsos posuisse verisimile est: nisi Cloeliae quoque Piso traderet ab his

conscendit, celerique traiectu fluminis, non solum obsidione, sed etiam metu patriam puella solvit; viris lumen virtutis praeferendo. » H. — *Cloeliae enim statua est.* Pint. cod. vet. » honore commuoicato Cloeliae statua equestri. » Eo. P.

Quum nec Lucretiae, nec Bruto (sic prius). Lege ex vet. nostro codice: » quum Lucretiae ac Bruto, qui expulerant reges, propter quos Cloelia inter obsides fuerat, non decernerentur. » » Cum Coclitis » scil. statua. Sic lib. XXXVI, 5: » nuper etiam in Lunensium lapicidinis. Sed in Pariorum mirabile proditur. » Gron. — *Quum Lucretiae.* Ita Reg. 2 et alii. Quum Lucretia autem simul et Brutus dicuntur expulisse reges, fictam hinc esse discito fabulam, a Livio proditam, de Lucretia, quae se ob illatum sibi stuprum a Tarquinio filio peremerit. H. — *Cum Coclitis.* Gron. et al. » Hanc pr. et Horatii Cocl. » Eo. P.

Ante enim sibi ac Sibyllae Tarquinium (sic prius). Redundare *sibi* ex archetypo suo statuit Pintianus. Voss. » Atto eoim ac Sibyllae Tarquinium. » Sine dubio rectius: nam Atto Navio et Sibyllae statuas a Tarquinio positas iam dixit et praecedeoti capite extremo. Gron. — *Atto.* Atto Navin auguri, de quo cap. 11. Est argentens in thesauro Regio nummus, et apud Patin. in familia Manlia, pag. 164, capite cirrato muliebri; infra SIBYLL.)(Tripus, super quo urceus est, insigne sacerdotii, inter soles duos, quibus imperare Roma significatur Orienti et Occidenti. L. TORQVAT. III VIR. » Lucius Torquatus triumvir, » et idem sacerdos Apollinis. In nostro corona laurea, non caput muliebre, sed alteram oummi aream cingit. Qui Sibyllam hic pingi putant, magno ducuntur errore. Nam si Sibyllam vellet monetarius intelligi, cur SIBYLL. tantum scriberet, non integrum nomen SIBYLLA? Operosumne ei fuit litteram *A* postremam adiicere? Caput est civitatis, quales pingi eae a monetariis Narbonensibus solebant; et plane haec similis est ei quae CAPE, hoc est, *Cabellio*, in Lepidi nummo legitur. Cur vero hic Sibylla pingeretur: quod nomen unius feminae proprium fuit, cuius hic Plinius meminit, sub Tarquinio rege? Afferri causa probabilis non potest. Est hic SIBYLL. scriptum pro eo quod est, *Severus Imposuit BYzantii LLegiones*, rediens haud dubie a victoria Parthica. Hanc corona laurea denotat. Severi nomine sunt alii numoi inscripti, BYZANTIΩN. Littera *L* hic geminatur ad pluralem numerum legiooum significandum: ut in nummo inscripto IVLLI superius diximus. At est *Sibylla* in hoc Plinii loco, aeque ac lib. XIII, 27, proprium feminae nomen, ut Susanna ac Genovefa: non appellativum, aut commune. Vaitatum illud olim, tum apud alios, tum

positam, qui una obsides fuerant, redditis a Porsenna in honorem eius. E diverso Annius Fetialis, equestrem, quae fuerit contra Iovis Statoris aedem in vestibulo Superbi domus, Valeriae fuisse Publicolae consulis filiae: eamque solam refugisse, Tiberimque tranavisse, caeteris obsidibus, quae Porsennae mittebantur, interemptis Tarquinii insidiis.

XIV. Lucius Piso prodidit, M. Aemilio, C. Popilio II consulib. a censoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio, statuas circas forum eorum qui magistratum gesserunt, sublatas omnes, praeter eas quae populi aut senatus sententia statutae essent. Eam vero quam apud aedem Telluris statuisset sibi Sp. Cassius, qui regnum affectaverat, etiam conflatam a censoribus. Nimirum in ea quoque re ambitioni providebant illi viri. Exstant Catonis in censura vociferationes, mu-

apud nostrates, ut in vetustis rationibus regiis, ad calcem historiae Iuvenalis de Vrsinis, p. 796: a A Sebille le Veyer dame de Lesloet, femme de messire Taoneguy du Chatel, chevalier, conseiller et chambellan de monsieur le regent, et maréchal de ses guerres, deux mille livres pour soutenir son état, le 2 juillet 1420. a HARD.

Redditis. Livius, pag. 26, de Porsenna: a Laudatam virginem (Cloeliam) parte obsidum se donare dixit: ipsa quos vellet legeret: productis omnibus elegisse impuberes dicitur, etc. HARD.

E diverso. Sic dissidentes scriptorum sententias recitat et Plutarch. in Poplicola, pag. 197, aliis hanc Cloeliae statuam, Valeriae aliis adiudicantibus. Quod iterum repetit de Virt. mul. p. 250: Ἀνέκειτο γοῦν ἵππος εἰκὼν γυναικός, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς ἱερᾶς λεγομένης, ἣν οἱ μὲν τῆς Κλοιλίας, οἱ δὲ τῆς Οὐαλερίας λέγουσιν εἶναι. H.

Iovis. Regione urbis decima. Alia est ab ista quae in regione XIV trans Tiberim Valeriane statua ab eo collocata legitur. H.

XIV. *M. Aemilio.* Ann. Vrb. 596 M. Aemilius Lepidus, C. Popilius Laenas secundum, consulatum gessere: censuram P. Corn. Scipio Nasica, M. Popil. Laenas, Caii frater, lustrumque fecere LIV ex Fastis: Ex hac Popilia gente multo postea ortum duxit FL. POP. NEPOTIANVS. P. F. AVG. et eiusdem filia Helena, in nummo argenteo perraro appellata, HELENA. N. F. *Helena Nepotiani filia*, alteraque, FAVSTA N. F. *Fausta Nepotiani filia*, apud D. BAUDELOT. H.

Apud aedem Telluris. In quarta Vrbis regione templum Telluris a P. Victore statuitur. De Spurio Cassio egimus c. 9. HARD.

lieribus romanis in provinciis statuas poni. Nec tamen potuit inhibere, quo minus Romae quoque ponerentur, sicuti Corneliae Gracchorum matri, quae fuit Africani prioris filia. Sedens huic posita, soleisque sine amento insignis, in Metelli publica porticu: quae statua nunc est in Octaviae operibus.

XV. Publice autem ab exteris posita est Romae C. Aelio tribuno plebis, lege perlata in Stenium Statilium Lucanum, qui Thurinos bis infestaverat: ob id Aelium Thurini statua et corona aurea donaverunt. Iidem postea Fabricium donavere statua, liberati obsidione: passimque gentes in clientelas ita receptae: adeo discrimen omne sublatum, ut Hannibalis etiam statuae tribus locis visantur in urbe, cuius intra muros solus hostium emisit hastam.

Africani prioris. Scipionis Africani maioris vulgo dicti. Vide Plutarch. in Gracchis ipso initio. In nummis antiquis casus Gracchi nominativus semper GRACCVS, scribitur, non GRACCHVS, quamvis apud Plut. Γράκχος sit. HARD.

Sine amento. Sine loro. H.

In Metelli publica porticu. Pingitur haec porticus in numismate eximio argenteo, e Gaza Seren. ducis Cenomanensis, et in Museo P. CHAMILLART, cum hac epigraphe, Q. METELLVS PIVS. HARD.

XV. *C. Aelio.* Ad summos postea magistratus evecta gens Aelia fuit: ex qua nimirum Aelius Seianus, et Aelius Nerva Caesar, qui in Graeco nummo est, nunc e Gaza Parmensi, AIAIOC N. KAI-CAP: Αἴλιος Νερούας Καῖσαρ: et Aelius Hadrianus Augustus, et Aelius Caesar Antoninus, aliique. Ex affinitate cum Caesaribus nobilitatem adepta est una familia ex Aelia gente: ex qua se ab eam causam Aelium Caesarem, non Aelium simpliciter et absolute, Antoninus Pius appellat. H.

Lege perlata. Qua is damnaretur ut publicus hostis. DAL.

Stenium Statilium Lucanum. Statium Statilium mendose pro Stenio Statilio vocat Val. Max. I, 8, n. 6. Lucanorum Brutiorumque ducem in eo bello, quo gemini populi Thurinae urbis petebant excidium. Apud Grofer. pag. 830: STENIVS, et STENIA, non STHENIVS. HARD.

Fabricium. Luscinum cognomine, de quo lib. XXXIII, c. 50 et 54. H.

Passimque. Sic patronum habuere M. Tullium Ciceronem Capuani, statuamque ei inauratam posuere, ipso prodente, orat. in Pison. et pro Sextio. Sic Bononienses in Antoniorum: in Claudiorum clientela Lacedaemonii fuerunt, teste Suet. in Tib. vi. H. — Gron. et al. *passimque clientes in clientelas ita recepti.* ED. P.

Cuius. Conferenda haec cum iis

XVI. (VII.) Fuisse autem statuariam artem familiarem Italiae quoque et vetustam, indicant, Hercules ab Evandro sacratus, ut produnt, in foro boario, qui triumphalis vocatur, atque per triumphos vestitur habitu triumphali. Praeterea Ianus geminus a Numa rege dicatus, qui pacis bellique argumento colitur, digitis ita figuratis, ut trecentorum quinquaginta

quae Livius habet lib. XXVI, p. 282. Hard.

XVI. *Produnt.* Gron. et al. ante Hard. *ferunt.* Ed. P.

In foro boario. Regione Vrbis octava. Hard.

Ianus geminus a Numa rege dicatus. Procopius, lib. I belli Gothici, sacellum aereum Iani in medio foro fuisse tradit, e regione Capitolii, supra locum, quem aetate sua tres Parcas vocabant, tanta amplitudine, quanta satis ad excipiendam imaginem quinque pedes altam. Varro XII aras Iano fuisse sacras tradit, in quavis regione urbis una, sed duas prae caeteris cultas: alteram in foro boario, alteram in Romano ad arcum Fabianum. Dalec. — *Ianus.* In eadem regione Vrbis octava, P. Victor sic habet: « Iani duo, celebris mercatorum locus. Regia Numae, templum Vestae... Templum Iani, etc. » H.

Qui pacis bellique argumento. Quae Iani imago colitur, quoniam index est pacis ac belli. Livius de Numa, I, 8: « Ianum... indicem pacis bellique fecit: apertus, ut in armis esse civitatem: clausus, pacatos circa omnes populos significaret. » H.

Digitis ita figuratis. Ita nimirum, « ut ungues indicis et pollicis in manu dextera blando coniungantur amplexu, » verba sunt Bedae in libello de Indigitatione, t. I: « Haec enim nota trecenta significat: sexaginta, index pollici superpositus, in laeva manu: quinque demum, in eadem manu anularis, seu proximus a minimo erectus. » Ita Beda. Meminere illius figurae Macrob. Sat. I, 9, pag. 126: « Simulacrum Iani plerumque fingitur manu dextera trecentorum, et sinistra sexaginta et quinque numerum retinens, ad demonstrandam anni dimensionem, etc. » Suidas, p. 1214: Ἰανουάριος... οἱ δὲ πλάττουσι αὐτὸν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τ', τῇ δὲ ἀριστερᾷ ξε' κατέχοντα, ὥσπερ τὸν ἐνιαυτόν. « Ianuarius... Alii fingunt ipsum dextera tenere numerum CCC, sinistra vero LXV, ut annum repraesentet ex 365 diebus constantem. » Codinus item in Constantinopoli περὶ ἀγαλμάτων Ἰάνου. Denique Nicol. Smyrnaeus, libello quem conscripsit ea de re, ἔκφρασιν τοῦ δακτυλικοῦ μέτρου, Morellus edidit, capita ex eo praecipua excerpsit Caussinus noster, in Eloquent. Parall. IX, de Pronunt. et Gestu 8, pag. 565. Nos vero rem simplicius exponimus. Existimamus enim tres priores digitos ita curvatos, ut litteram c ter exhiberent, ac proinde numerum *trecentorum*: quartum deinde digitum volae appressum, et litterae L similitudinem, ac proinde quinquagenarium numerum: digitum denique minimum leniter inflexum, ut V, quae forma quinarii est, repraesentaret. Hard.

Quinquaginta. Ita probatissimi MSS.

quinque dierum nota per significationem anni, temporis et aevi se deum indicaret. Signa quoque Tuscanica per terras dispersa, quae in Etruria factitata non est dubium. Deorum tantum putarem ea fuisse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen a romani nominis odio inditum est, propter duo millia statuarum Volsinios expugnatos obiiceret: mirumque mihi videtur, quum statuarum origo tam vetus in Italia sit, lignea potius, aut fictilia deorum simulacra in delubris dicata, usque ad devictam Asiam, unde luxuria. Similitudines exprimendi quae prima fuerit origo, in ea quam plasticen Graeci vocant, dici con-

et libri omnes editi: eo quod annum Numa, qui simulacrum hoc dedicavit, CCCCLV dierum esse solummodo sciverit. Primus, opinor, Manutius, in editione sua anni 1559, *quinquaginta* mutavit in *sexaginta*. H.

Per significationem anni. Ita MSS. et edit. princeps. Haec tamen Torrentio Broterioque redundare videntur; et ab antiquissimo illius codice aberant. Ed. P.

Aevi. Codinus in Constantinopoli, p. 13: ὡσαυτὶ πατέρα τοῦ χρόνου. H.

Signa quoque Tuscanica. Phialas quoque aureas in Tuscia elaboratas laudat Critias poëta apud Athen. I, pag. 28: Τυρσηνὴ δὲ κρατεῖ χρυσότυπος φιάλη. Duriora signa et Tuscanicis proxima, ait Quintil. XII, 10, pag. 894, ut rigidiora fuisse Tuscanica innuat. Idem pag. 892, statuas graecas Tuscanicis anteponit. H.

Cognomen a romani nominis odio. Misoromaei, ut diximus in auctorum Indice. Hard.

Lignea potius aut fictilia deorum simulacra. Priscorum inopiam et sui temporis luxum scite Varro describit lib. I de Vita pop. rom. « Haec aedis quae nunc est, multis annis post facta fuit: quia omnia regiis temporibus delubra parva facta sunt; ut in caetero cultu quae sunt consentanea, quod sint paupertina sine elegantia atque castimonia. Quid inter hos Iovis intersit, qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo advertere et horum temporum divitias, et illorum paupertates. » Idem quod Plinius, Pausanias in Corinthiacis, quo loco templi Apollinis Lycii meminit. In Arcadicis quoque earum imaginum materiam fuisse traditebenum, cypressum, cedrum, quercum, similacem, lotum, at Cyllenii Mercurii fuisse e citro. Dal. — *Aut fictilia deorum simulacra*. Ipsa Iovis effigies in Capitolio a Tarquinio Prisco dicata fictilis fuit, ita prodente Plinio, lib. XXXV, cap. 45. H.

Quam plasticen Graeci vocant, etc. Fictricem. Ars est ex argilla vel creta rerum similitudines exprimens. Hard.

venientius erit: etenim prior, quam statuaria, fuit. Sed haec ad infinitum effloruit multorum voluminum opere, si quis plura persequi velit: omnia enim quis possit?

XVII. In M. Scauri aedilitate tria millia signorum in scena tantum fuere temporario theatro. Mummius devicta Achaia replevit Vrbem: ipse excessit non relicturus filiae dotem. Cur enim non cum excusatione

Sed haec ad infinitum, etc. Statuaria, ex aere. Hard.

XVII. *M. Scauri*. De eo multa Ascon. Ped. in orat. in Cic. pro eo: multa Plinius similiter de genere eius, de morib. et aedilitate, XXXVI, 24. Hard.

Temporario theatro. Vix uno mense duraturo, ut dicetur XXXVI, 2, quum stent in Vrbe caetera. Temporariam eius theatri moram Plinius ali fuisse, loco proxime citato. H.

Mummius. Achaicus ille, de quo nos alias saepius. Aur. Vict. de Viris Ill. 60: »Mummius Corinthum signis tabulisque spoliavit: quibus quum totam replesset Italiam, in domum suam nihil contulit.« Sic epitome Livii, LII. Frontin. Strateg. IV, 3: »L. Mummius qui, Corintho capta, non Italiam solum, sed etiam provinciam tabulis statuisque exornavit, adeo nihil ex tantis manubiis in suum convertit, ut filiam eius inopem senatus ex publico dotaverit.« Est in Aeneide locus ab interpretibus hactenus praepostere intellectus, VI, v. 830 sqq. »Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monoeci Descendens, gener adversis instructus Eois. Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella: Neu patriae validas in viscera vertite vires: Tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo: Proiice tela manus, sanguis meus. Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum, caesis insignis Achivis. Eversa Ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas, Ipsumque Aeacidem, genus armipotentis Achillei: Vltus avos Troiae, templa et temerata Minervae.« *Ille* quum dicit prius appellatum e duobus proxime commemoratis, hoc est, socerum, qui Iulius Caesar, designat. Nam in hac recensione virorum illustrium, ordinem temporum servat diligenter. Itaque post Caesarem et Pompeium praepostere se ridicule Mummium Achaicum, qui centum ante annis obiit, denotaret; et satis negligenter quidem, non appellato eo de nomine, quum caeteros omnes appellet. De populis triumphasse Caesarem ipsum hic dicit, quorum maiores in obsidione Troiae fuere. Hi sunt Achivi et Corinthii. Argos in Peloponneso, et Mycenae, et Phthiotis, quae dilio fuit Aeacidae, hoc est, Neoptolemi, in Thessalia. De Corintho quidem, et Peloponneso ei adhaerente, triumphasse Caesarem dicit, quoniam Corinthi coloniam condidit, ut nummi ipsius haud pauci tentatur. De Phthiotide et Thessalia, bello Pharsalico. Nam Pharsalici campi in Thessalia sunt. Hard.

ponatur? Multa et Luculli invexere. Rhodi etiamnum tria millia signorum esse, Mucianus ter consul prodidit: nec pauciora Athenis, Olympiae, Delphis superesse creduntur. Quis ista mortalium persequi possit? aut quis usus noscendi intelligatur? Insignia tamen maxime, et aliqua de causa notata, voluptarium sit attigisse, artificesque celebratos nominavisse: singulorum quoque inexplicabili multitudine, quum Lysippus ad M D opera fecisse dicatur, tantae omnia artis, ut claritatem possent dare vel singula. Numerum apparuisse defuncto eo, quum thesaurum effregisset haeres: solitum enim ex manipretio cuiusque signi denarios seponere aureos singulos. Evecta supra humanam fidem ars est successu, mox et audacia. In argumentum successus unum exemplum afferam, nec deorum hominisve similitudinis expressae. Aetas nostra vidit in Capitolio, priusquam id novissime conflagravit a Vitellianis incensum, in cella Iunonis, canam ex aere vulnus suum lambentem: cuius eximium miraculum et indiscreta veri similitudo, non eo solum intelligitur, quod ibi dicata fuerat: verum et nova

Multa et Luculli. Lucius et Marcus, fratres. Ille Mithridatico bello, Macedonico iste triumpho nobilis. Vide Plut. in Lucullo; et Cic. or. in Pison. Hard.

Quum Lysippus ad sexcenta X opera fecisse prodatur (sic prius). Voss. *quum Lysippus ad CIC opera fecisse datur.* Scribe, *fecisse edatur*, vel *dicatur.* Pintiani liber, *MD fecisse tradatur.* Gron. — Brot. ex Reg. cod. 5. *DCX opera*, et sic additum in margine M. S. Reg. 2 et 3. Caeterum codd. iidem 2 et 3, et edit. princ. nobiscum faciunt. Ed. P.

Solitum Lysippum videlicet, de quo VII, 38. Hard.

Ex manipretio. In nostro veteri apographo scribitur *manupretio*, non *manipretio*; sicque esse legendum ex Varrone (de L. Lat.) constat. Pint. — *Manipretio.* De ea voce diximus lib. superiori, cap. 53. Vulgus ait, pro manufactura, *pour la façon.* Hard.

Denarios. De horum pretio egimus XXXIII, 13. H. — *Seponere.* Gron. et Al. *deponere*; et mox *hominum*, non *hominis.* Ed. P.

A Vitellianis incensum. Vide Dionem, LXV, pag. 471, Tacitum in primis Hist. III, pag. 80 sq. Harp. — *A Vitellianis incensum.* Anno Urb. conditae 822. Ed. P.

satisdatione; nam summa nulla par videbatur: capite tutelarios cavere pro ea, instituti publici fuit.

XVIII. Audaciae innumera sunt exempla. Moles quippe excogitatas videmus statuarum, quas colosseas vocant, turribus pares. Talis est in Capitolio Apollo, translatus a M. Lucullo ex Apollonia Ponti urbe, XXX cubitorum, quingentis talentis factus: talis in campo Martio Iupiter, a D. Claudio Caesare dicatus, qui vocatur Pompeianus a vicinitate theatri: talis et Tarenti factus a Lysippo XL cubitorum. Mi-

Capite. Vt vel periculo capitis id signum canis integrum praestarent ii, quibus credita aedis tutela esset, respublica sanxerat. HARD.

Tutelarios. Tutelae redemptores, qui pro custodia mercedem accipiebant, praestabantque se suo periculo rem tuituros. Vide Grot. in Florum sparsione ad Ius Iustin. p. 63. II. — *Pro ea.* Sic etiam Gron. et al. *pro* ea Brot. ED. P.

XVIII. *Colosseas.* Gron. et al. ante Hard. *colossos.* HARD.

Talis est in Capitolio Apollo. Refert hoc ipsum Strabo totidem verbis, VII, pag. 319. Vict. in descr. Romae, regione Vrbis octava: »Apollo translatus ex Apollonia a Lucullo, triginta cubitum.« HARD.

Ex Apollonia. Ea scilicet, de qua IV, 27. HARD.

Quingentis talentis. Monetae gallicae librae sunt. 2,284,375. ED. P.

In Campo Martio. Nona Vrbis regione. HARD.

Qui vocatur Pompeianus. In Reg. 2 et Colb. 3, *qui devoratur Pompeiani theatri vicinitate*: quibus verbis potest subesse haec sententia, theatri eius proximitate minui, deprimi, minusque grandem apparere Iovem hunc colosseum. Sed nec eam loquendi formam Pliniano stylo dignam; ac, vel, si foret, alieno positam loco, censemus. In Parmensi edit. *qui adeo vocatur.* Lectioni sane pervulgatae egregie favet P. Victor in descript. urbis Romae, et ab eo vicissim lucem accipit. Sic enim ille, regione nona: »Theatrum Balbi capit loca triginta millia nonagiota quinque. Claudius Caesar dedicavit, et appellatur a vicinitate Iupiter Pompeianus... Theatrum Pompeii, etc.« Qui locus et per se, ni fallimur, mutilus, et praepostere interpunctus editorum incuria, vel ex hoc Plinii loco intelligitur, quo Iovem ipsum Pompeianum a Claudio dedicatum, et a vicinitate, quaecumque demum ea sit, traxisse nomen admonemur. Itaque apud P. Victorem legi haud dubie satius multo fuerit: »Theatrum Balbi ... Iupiter, quem Claudius Caesar dedicavit, et appellatur a vicinitate Iupiter Pompeianus, etc.« HARD.

Talis et Tarenti factus. Lege, *talis et Hercules Tarenti*, etc. ex Strabone, lib. VI. Colossum enim Fabius Maximus, capto vi Tarento, Romam transtulit, et ut donarium in Capitolio sacravit. Strabo quidem Iovis colossei, omnium colossorum, qui tum exstabant, post Rhodium maxi-

rum in eo, quod manu, ut ferunt, mobilis (ea ratio libramenti est) nullis convellatur procellis. Id quidem providisse et artifex dicitur, modico intervallo, unde maxime flatum opus erat frangi, opposita columna. Itaque propter magnitudinem difficultatemque moliendi, non attigit eum Fabius Verrucosus, quum Herculem, qui est in Capitolio, inde transferret. Ante omnes autem in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius, Lysippi

mi, in foro Tarentinorum positi, meminit: sed nec opus id Lysippi fuisse tradit, nec Romam devectum. Dalec. — *Talis.* Iupiter nimirum, non Hercules, ut et credidit Dalecampius: Herculem enim, ut mox dicetur, Fabius Romam Tarento transtulit, Iova ibi relicto. Hard.

Mirum. In eo colosso id mirum, quod quum moveri possit manu, ea tamen librae ratio est, ut ventis at tempestatibus resistat. Hard.

Flatum. Ventum. H. — *Difficultatemque moliendi.* Sic etiam Gr. et al. *diff. movendi* Brot. Ed. P.

Fabius Verrucosus. Q. Fabius Maximus dictator, Cunctatorque, cui verruca ex summo labio extuberans Verrucosi nomen dedit. Plut. in Fabio, pag. 174. Q. Seren. LXV, pag. 164: « Interdum exsistit turpi verruca papilla: Hinc quondam Fabio verum cognomen adhaesit, Qui solus patriae cunctando restituit rem. » H.

Quum Herculem. Ita Plutarch. in Fabio, pag. 187, et Strabo, VI, p. 278. Dedicatum hoc deinde simulacrum est, positumque in Capitolio, ann. V. 450, P. Sempronio Sophio, P. Sulpicio Saverrione, coss. ut Livius refert, IX, p. 169. De eo Hercule quem finxit Lysippus pervenustum Gemini Epigramma legimus in Anthol. IV, 8: Ἡρακλὲς ποῦ σοι πτόρθος μέγας, ἥτε Νέμειος Χλαῖνα, καὶ ἡ τόξων ἔμπλεος ἰοδόκη; Ποῦ σόβαρὸν μίμημα; τίς ἔπλασεν ὧδε κατηφῆ; Αὐσίππος· χαλκῷ δ' ἐγκατέμιξ' ὀδύνην. Ἀχθῆ γυμνωθεὶς ὅπλων σέο; τίς δέ σ' ἔπερσεν; Ο πτερόεις (ὄντως εἷς βαρὺς ἆθλος) ἔρως. « Alcida, quo clava tibi, telisque pharetra Dives, et e Nemea raptus amictus abit? Fastus ubi? quis te tam tristi fronte figurat? Lysippus: paret multus in aere dolor: Arma tibi moeres datracta: quis abstolit illa? Vnum certamen, sed grave, praepes Amor. » Harn.

Solis. Describitur is egregie a Philona Byzantio de septem Mir. pag. 11. Vide et Anthol. VI, ep. 1.

Chares. Inchoarat is sane: sed quum errasset in ratione subducendae impensae, opere inchoato, sibi necem intulit. Auctor Sext. Empir. advers. Math. VII. Itaque perfecit alius, ex eodem oppido Rhodi Lindo. De quo Simonidis exstat epigramma in Anthol. IV, 6: Τὸν ἐν Ῥόδῳ κάλοσσον ἀκτάκις δέκα Ἀάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος. Grot. ita reddidit: « Laches colossum Lindius fecit Rhodi, Qui se per ulnas octies tollit decem. » Eustath. ad Dion. Perieg. v. 505, pag. 72, ait esse Χάρητος ἔργον. Servat

supra dicti discipulus. Septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulacrum post quinquagesimum sextum annum terrae motu prostratum, sed iacens quoque miraculo est. Pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores sunt digiti, quam pleraeque statuae. Vasti specus hiant defractis membris. Spectantur intus magnae molis saxa, quorum pondere stabiliverat constituens. Duodecim annis tradunt effectum ccc talentis, quae contulerant ex apparatu regis Demetrii relicto, morae taedio. Sunt alii minores hoc in eadem urbe colossi centum numero: sed ubicumque singuli fuissent, nobilitaturi locum: praeterque hos deorum quinque, quos fecit Bryaxis. Factitavit colossos et Italia. Videmus certe Tuscanicum Apollinem in bibliotheca templi Augusti, quinquaginta pedum a pol-

Charetis nomen alterum in Anthologia epigramma, III, 12, quo bucula ab eo posita contra Constantinopolim laudatur. Haad.

Septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Sic libri omnes, etiam MSS. Epigramma antea laudatum, LXXX, sed sunt qui in eo ἱππάκις legant, et Χάρης pro Λάχης. Altum fuisse pedes centum et quinque ait Festus, verbo *Colossus*. Hard.

Post quinquagesimum sextum. Nempe anno secundo Olympiadis CXXXIX, auctore quidem Eusebio in Chronico: unde sequitur positum Olymp. CXXV anno tertio. Ruinam in septimum post annum differt Polybius, lib. V, hoc est, in Olympiadis XLI annum primum. Hard.

Sed iacens quoque miraculo est. Iacuit ferme annis nongentis: donec anno post Christum natum 653, Saracenorum res Mauvia capta Rhodo, mercatori cuidam vendidit. Auctor est Cedrenus nongentos camelos fragmentis asportandis vix pares fuisse. Haad.

CCC talentis. Atticis nimirum. Monetae gallicae libras efficiunt, 1,370,625. Bapr.

Relicto. In Reg. 2 et aliis, *relicto morae taedio obsesse a Rhodio*. Forte, *relicta morae taedio obsessa Rhodo*. Solvisse Demetrium obsidionem Rhodi, foederis specie, auctor est Plutarchus in eius vita, p. 899. Demetrius is Poliorcetes fuit, primum Asiae, mox et Macedoniae rex. H.

Sunt alii minores. Sic Isid. Origg. XIV, 6. Hard.

Bryaxis. Βρύαξις ὁ δημιουργὸς ὁ Αθηναῖος, ἀγαλματουργός, *statuarius*. Clem. Alex. Protr. pag. 31. Laudatur et a Columella in praefat. pag. 10. H.

Templi Augusti. Templi ab Augusto conditi, quod Apollini dedicavit. Sueton. in Aug. XXIX: a Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitavit, quam fulmine iclam desiderari a Deo aruspices pronun-

lice, dubium aere mirabiliorem, an pulchritudine. Fecit et Sp. Carvilius Iovem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege pugnantibus, e pectoralibus eorum, ocreisque et galeis. Amplitudo tanta est, ut conspiciatur a Latiario Iove. Reliquiis limae suam statuam fecit, quae est ante pedes simulacri eius. Habent in eodem Capitolio admirationem et capita duo, quae P. Lentulus consul dicavit: alterum a Charete supra dicto factum: alterum fecit Decius comparatione in tantum victus, ut artificium minime probabilis artificis videatur. Verum omnem amplitudinem statuarum eius generis vicit aetate nostra

fiarant. Addita porticus cum Bibliotheca latina graecaque, etc. » H.

Sp. Carvilius. Sp. Carvilius Maximus, aedilitatem curulem adeptus est, et cum L. Papirio Cursore duos consulatus gessit, totidemque egit triumphos. Aedilitatis meminit Livius, X, pag. 173, ad Vrbis annum 455. Triumphi de Samnitibus, idem pag. 187, sub libri X, finem. H.

Sacrata lege pugnantibus. Quodam sacramento initiatis militibus. Livius de eo bello, X, pag. 184: » Sequitur hunc annum, et consulatus insignis, L. Papirius Cursor, qua paterna gloria, qua sua: et bellum ingens, victoriaque, quantum de Samnitibus nemo ad eam diem praeter L. Papirium patrem consulis, pepererat: et opes deorum etiam adhibuerant ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus; delectu per omne Samnium habito nova lege: ut qui iuniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique iniussu abisset, caput Iovi sacratum esset ... Iurare cogebatur diro quodam carmine in exsecrationem capitis familiaeque et stirpis composito, nisi issent in praelium, quo imperatores dusissent... Ea legio linteata ab integumento contepti loci, quo sacrata nobilitas erat, appellata est: his arma insignia data, et cristatae galeae, ut inter caeteros eminerent, etc. » H.

A Latiario Iove, Iovis statua in Albano monte collocata, in quo septem et 51 Latinorum civitates cum Romanis communia sacra Iovi faciebant. Vnde Latinae feriae appellatae. Dionys. Halic. lib. II. Lucan. I, v. 198: » Et residens celsa Latialis Iupiter Alba. » Cic. pro Mil. n. 86: » Vos enim Albani tumuli ... Tuque ea tuo edito monte Latialis, sancte Iupiter, etc » Tatianus adversus Graecos Λατιάριον Δία vocat: Lactant. de falsa Relig. I, 21, *Latiarem.* Hard. — Br. *Latiari.* Ed. P.

Reliquiis limae. Extremo artis opere, et ramentis es aere derasis. H.

P. Lentulus. Is quem Cicero et deum et salutis suae auctorem vocat, quod consul eum revocari enixe contendit. Hard.

Decius. Statuarius. H.

Zenodorus, Mercurio facto in civitate Galliae Arvernis, per annos decem, H-S. CCCC manipretio. Postquam satis ibi artem approbaverat, Romam accitus est a Nerone, ubi destinatum illius principis simulacrum, colossum fecit, cx pedum longitudine, qui dicatus Solis venerationi est, damnati sceleribus illius principis. Mirabamur in officina non modo ex argilla similitudinem insignem: verum et ex parvis admodum surculis, quod primum operis instar fuit. Ea statua indicavit interisse fundendi aeris scientiam, quum et Nero largiri aurum argentumque paratus esset, et Zenodorus scientia fingendi caelandique nulli veterum postponeretur. Statuam Arvernorum quum faceret, provinciae Vibio Avito praesidente,

Mercurio. Vetus inscriptio apud Grut. p. 53, 11: MERCVRIO. ARVERNO. VICIM. HARD.

H-S. CCCC manipretio. Hoc est, sestertium quadringenties, ubi subintelligendum, sestertium quadringenties centenis millibus, superposita numero nota admonet. H. — Brot. ex MSS. Regg. et edit. priocipe, *H-S. CCCC manipretio*, lineola videlicet, quam superposuit Harduinus, deleta. Quadringeni autem mille sestertii per decem annos, efficiunt monetae gallicae libras 778,120. Quod sufficiena est tantae statuae manipretium. ED. P. — Statim mnx Brot. idem ex MSS. Regg. 3, 5, et ed. pr. *Ia, postquam*, etc. ED. P.

CX pedum longitudine Tranquill. in Nerone, cap. XXXI, ait fuisse centum et XX: « Vestibulum eius domus fuit, in qua colossus centum viginti pedum staret ipsius effigie. »

Qui dicatus Solis, etc. Colossus ille Soli dicatus est post obitum Neronis. Rectius putem, *qui dicatus Soli*, etc. Hieron. in cap. III Habac. « Hic colossus erectus sub Nerone refectus a Vespasiano, ac dempto capite Neronis, et Solis adiecto, cum septem radiis, Soli dicatus fuit, etc. » De hoc colosso Martial. in Spectac. Epigr. II; iterumque, I, ep. LXXIX: « Nec te detineat miri radiata colossi, Quae Rhodium molea vincere gaudet opus. » Hinc errasse Spartanum intelliges, qui Soli dicatum fuisse ab Hadriano retulit, in eius vita. P. Victor in quarta Vrbis regione locat: « Colossus altus centum duo semis, habens in capite radios septem: singuli pedum XXII semis. » HARD.

Surculis. Virgultis. H. — Surculi illi, *petits modèles, esquisses.* BROT.

Vibio. Hunc Tacitus perperam Dubium pro Vibio vocat. Nomen est romanum Vibius: Dubius, ne barbarum quidem. HARD.

duo pocula Calamidis manu caelata, quae Cassio Silano avunculo eius, praeceptori suo Germanicus Caesar adamata donaverat, aemulatus est, ut vix ulla differentia esset artis. Quantoque maior in Zenodoro praestantia fuit, tanto magis deprehendi aeris obliteratio potest. (VIII.) Signis, quae vocant Corinthia, plerique in tantum capiuntur, ut secum circumferant, sicut Hortensius orator Sphingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero illo iudicio in altercatione neganti ei se aenigmata intelligere, respondit debere, quoniam sphingem domi haberet. Circumtulit et Nero princeps Amazonem, de qua dicemus: et paulo ante C. Cestius consularis signum, quod secum etiam in praelio habuit. Alexandri quoque Magni tabernaculum sustinere traduntur solitae statuae, ex quibus duae ante Martis Vltoris aedem dicatae sunt, totidem ante regiam.

XIX. Minoribus simulacris signisque innumera prope artificum multitudo nobilitata est. Ante omnes tamen Phidias Atheniensis, Iove Olympiae facto, ex ebore quidem et auro: sed et ex aere signa fecit.

Germanicus. Filius Drusi Germanici imperatoris, qui Tiberii imp. frater fuit. HARD.

Deprehendi. Deprehendi potest aeris fundendi scientiam obliteratam esse. HARD.

Aeris. Sincerum vas incrustant, qui hoc loco *artis* pro *aeris* obtrudunt. HARD.

Sicut Hortensius, etc. Refert hoc et Plut. in Apophth. Rom. H.

Dicemus. Capite sequenti. H.

C. Cestius. Gesseral. consulatum Tiberii principatu, M. Servilio Nonniano collega, ann. V. 787, ut ex Tacito discimus. H.

Martis Vltoris aedem. Fuit ea in foro Augusti, regione octava. Regiam vero, Numae domum seu Regiam intelligi oportet, eadem Vrbis regione. HARD.

XIX. *Iove Olympiae facto.* De eo Iovis simulacro multa Pausanias in Eliac. priorib. sive V, pag. 303. Inscriptio haec fuit ad Iovis pedes posita: ΦΕΙΔΙΑΣ. ΧΑΡΜΙΔΟΥ. ΥΙΟΣ. ΑΘΗΝΑΙΟΣ. Μ' ΕΠΟΙΗΣΕ. PHIDIAS. CHARMIDAE. F. ATHENIENSIS. ME. FECIT. HARD.

Sed et ex aere. Testis inter caeteros Prudentius, περὶ στεφάνων, hymn. 10 in S. Romanum, v. 291: « Miror

Floruit autem Olympiade LXXXIV, circiter CCC nostrae Vrbis anno. Quo eodem tempore aemuli eius fuere Alcamenes, Critias, Nestocles, Hegias. Et deinde Olympiade LXXXVII Agelades, Callon, Polycletus, Phradmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Parelius. Ex his Polycletus discipulos habuit Argium, Asopodorum, Alexim, Aristidem, Phrynonem, Dinonem, Athenodorum, Damiam Clitorium:

quod ipsum non sacrastis Mentorem, Nec templum et aras ipse Phidias habet: Fabri deorum, vel parentes numinum: Qui si caminis institissent segnius, Non esset ullus Iupiter conflatilis. a Hard.

Olympiade LXXXIV. Ita Reg. 2, non, ut editi *LXXXIII*. Incidit autem Olympias LXXXIV, Pliniano calculo, in annum Vrbis 298. Itaque nihil scribi potuit accuratius. H. — Brot. tamen ex MSS. Regg. et ed. pr. *LXXXIII*. Ed. P.

Alcamenes. Ἀλκαμένης Phidiae aemulum et coevum ei fuisse scribit et Tzetzes, Chil. VIII, hist. 193, v. 342. Κριτίας Atticus fuit, de eo Pausanias, Attic. I, pag. 14, et VI, sive Eliac. post pag. 347. Nestocles nobis adhuc ignotus. Hegias, Ἡγίας, Athenlensis statuarius, Ageladae, de quo mox, fere aequatis dicitur a Pausania, VIII, sive Arcad. pag. 525. Alius ab isto, qui Hegesias Quintil. nominatur XII, 40, pag 894: a Siculis in statuis differentia. Nam duriora et Tuscanicis proxima Callon atque Hegesias: iam minus rigida Calamis, molliora adhuc supradictis Myron fecit, etc. a Hic in vetere inscriptione apud Reines pag. 284: ΑΓΑΣΙΑΣ ΔΟΣΙΘΕΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. Hard.

Agelades. Ἀγελάδας Ἀργεῖον, statuamque Cereris ab eo elaboratam laudat Pausanias in Arcad. VIII, pag. 525. After ab isto Γελάδας est, Phidiae non aemulus, sed magister, de quo Tzetzes, Chil. VII, Hist. 154, v. 930, et Ch. VIII, Hist. 192, vers. 326. Κάλλων Aeginetes fuit, Tectaei et Angelionis discipulus, qui a Dipoeno et Scyllide artem eam didicerant Pausan. in Corinth II, pag. 146. De Polycleto inferius dicetur. De eo multa Pausanias, II, sive Corinth. p. 135, et alibi passim. Φράδμων (sic enim legendum, non *Phragmon*), plastes Argivus ab eodem Pausania laudatur, VI, sive Eliac. post. pag. 358, et a Columella de Cultu hortor. X, p. 347. Sed unde huc irrepserit, nescio. Desideratur enim id nomen in Reg. 2, et Colb. 3. De Myrone infra, et de Pythagora. Σκόπας denique Parius, Pausaniae in Arcad. p. 529, et Hor. IV, Od. 8, v. 6. Γοργίας, Λάκων, Περτίλιος, vel Παρήλιος potius, ut in Colb. 3, nobis incogniti. H. — Brot. ex MSS. Regg. et ed. pr. *Perelius*; et mox *Demeum*, non *Damiam*. Ed. P.

Argium. Ἀργεῖος, Ἀσωπόδωρος, adhuc obscuri. Alexis Canthari statuarii pater a Pausania laudatur, VI, pag. 348, Eliac. post. De Aristide iterum inferius. Sequuntur Φρύνων, Δείνων, quorum mentio nusquam occurrit Ἀθηνόδωρος, καὶ Δαμίας, ambo statuarii, et Arcades ambo, pariter ex Clytore oppido, laudantur a Pausania, Phocic. X, p 625. H.

Myron, Lycium. Nonagesima quinta Olympiade floruere Naucydes, Dinomenes, Canachus, Patrocles. Centesima secunda, Polycles, Cephissodotus, Leochares, Hypatodorus. Centesima quarta, Praxiteles, Euphranor. Centesima septima, Echion, Therima-

Myron. Subintellige ex antecedentibus, Myron discipulum habuit Lycium. — Sententiam huius loci esse diximus, ut Polycleto Argium, caeterosque, sic Myroni Lycium discipulum exstitisse. Libri omnes hactenus editi *Myronem Lycium* prae se ferunt, ut videatur esse sententia aeque Polycleti discipulum Myronem fuisse e Lycia oriundum, atque caeteros ante recensitos. Sed praeterquam quod MSS. codices Reg. 2, et Colb. 3, adversantur, in quibus *Myron Lycium* legitur: et Myronem ex superius iam recensitis esse perspicuum est, et Lycium paulo post Myronis discipulum fuisse verbis conceptis affirmatur, hoc ipso capite infra. Hard.

Nonagesima quinta Olympiade floruere, etc. *Fuere*, non *floruere*, in scripto codice: cui lectioni favet quod paulo infra sequitur, « centesima quarta decima Lysippus fuit, quum et Alexander Magnus: » sic enim legendum ex eodem, non, *et cum eo Alexander Magnus.* Pinx.

Naucydes. Ναυκύδης statuarius, Mothonis F. non semel laudatur a Pausania Corinthiac. II, p. 126, etc. Δεινομένης (sic enim scribendum, non Diomedes, ex ipso Plinio inferius) laudatur a Tatiano in Or. contra Graecos, pag. 182. Eius opera a Pausania recensentur, Attic. I, pag 44. Κάναχος Sicyonius statuarius fuit, Polycleti Argivi discipulus, inquit Pausanias Eliac. post. VI, pag. 367, et Achaic. VII, pag. 433. De eo Cicero in Bruto, p. 535. Πατροκλέους et Κανάχου opera, quasi eoniunctis animis viribusque elaborata, laudat idem, X, sive Phocic. p. 626. H.

Polycles. Πολυκλῆς ortu Atticus, Stadiei Atheniensis discipulus, apud Pausan. I, Eliac. post. pag. 351. Κηφισόδοτος (sic etiam MSS. Reg. 2, Colb. 3 et alii, non *Cephissodorus*), statuarius Athoniensis, cuius opera laudat Pausanias, tum alibi, tum Boeot. IX, pag. 566. Λεωχάρους in Atticis I, p. 6, aliasque passim. Υπατοδώρου, in Arcad. VIII, p. 497, et in Phoc. X, p. 627. Hard.

Cephissodotus. Plutarchus in Phocione Cephissodotum plastem eius uxoris fratrem fuisse scribit. Dal.

Praxiteles. Cuius opera non a Pausania modo, sed ab aliis scriptoribus commendantur. De eo inferius. Cum caeteris eiusdem artis maxime peritis, a Martiale, IV, ep. XXXIX: « Argenti geius omne comparasti, Et solus veteres Myronis artes, Solus Praxitelis manus, Scopseque, Solus Mentoreos habes labores, etc. » De Euphranore inferius, XXXV, 40. Laudatur a Pausania, I, p. 6. Εχίων et Θηρίμαχος, adhuc obscuri. Nisi pro *Echion*, ex Vitruvio, in Praef. III, p. 37, *Chion* legas, quem Corinthium ait fuisse: et inter antiquos statuarios in paucis arte nobilem. Sed iidem, Echion et Therimachus, iterum laudantur inferius, XXXV, 36. Hard.

chus. Centesima quartadecima, Lysippus fuit, quum et Alexander Magnus. Item Lysistratus, et frater eius Sthenis, Euphronides, Sostratus, Ion, Silanion: in hoc mirabile, quod nullo doctore nobilis fuit ipse. Discipulos habuit Zeuxim et Iadem. Centesima vicesima, Eutychides, Euthycrates, Dahippus, Cephissodotus, Timarchus, Pyromachus. Cessavit deinde ars, ac rursus Olympiade centesima quinquagesima quinta revixit, quum fuere longe quidem infra praedictos, probati tamen, Antaeus, Callistratus, Polycles, Athenaeus, Callixenus, Pythocles, Pythias, Timocles. Ita distinctis celeberrimorum aetatibus insignes raptim transcurram, reliqua multitudine passim dispersa.

Lysippus. Sicyonius fuit. De eo nos alibi diximus, VII, 38. Pausanias vero in Corinth. II, pag. 102; Plinius infra. H. — *Quum et Alexander Magnus.* Gron. et al. ante Hard. *et cum eo Alex. Magn.* De Lysippo et Alexandro Magno conf. Excurs. I ad calcem huius libri. Ed. P.

Item Lysistratus. Ipse quidem a caeteris scriptoribus neglectus: quum eius frater Σθένις Olynthius ortu laudetur a Pausania in Eliac. post. VI, p. 374. De Euphronide nihil exstat. Σώστρατος Χῖος statuarius, apud Pausan. loc. cit. p. 360. Ion caeteris indictus. Σιλανίων Atheniensis fuit, teste eodem Pausania, l. c. pag. 350. Laudatur et a Tatiano, Orat. contra Graecos, pag. 182, et a Themistio Orat. 5, pag. 64. Praecepta symmetriarum conscripsisse dicitur, auctore Vitruvio in Praef. VII, p. 125. H.

Discipulos. Reg. 2, et Colb. 3: »Ipse discipulum habuit Zeuxiadem.« Hardo.

Eutychides. Εὐτυχίδης, de quo inferius, XXXVI, 4, et hoc ipso capite infr. Εὐθυκράτης laudatur a Tatiano, Or. contra Graecos, pag. 182. Dahippus (sic enim restituimus, pro *Lahippus*, ex ipso Plinio paulo inferius, ubi quos modo ex temporum ratione, ibi ex serie alphabeti appellat), Δάϊππος pariter Pausaniae in Eliac. post. VI, pag. 366 et 374, ubi eius opera enumerantur. Vterque Lysippi filius, ut dicetur inferius. Κεφισόδοτος alter a superiore, pariter eum illo laudatus a Tatiano Or. contra Graecos, pag. 182. Timarchus, forte Τιμαρχίδης ἀγαλματοποιός, de quo Pausanias in Phoc. X, pag. 678. De Pyromacho iterum Plinius inferius. H. — *Dahippus.* Brot. ex Regg. 2, 3, et ed. pr. *Lahippus.* Ed. P.

Antaeus. Ex his Καλλίστρατος a Tatiano laudatur loc. cit. p. 183. Τιμοκλῆς a Pausan. in Phoc. X. Καλλίξενος teste Photio in Bib. condidit ζωγράφων καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφήν, pictorum et statuariorum descriptionem. Reliqui deinde Ἀνταῖος, Πολυκλῆς, Ἀθηναῖος, Πυθοκλῆς, Πυθίας, amplius etiamnum quaerendi. H.

Venere autem et in certamen laudatissimii quanquam diversis aetatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas: quae quum in templo Ephesiae Dianae dicarentur, placuit eligi probatissimam, ipsorum artificum, qui praesentes erant, iudicio, quum apparuit eam esse, quam omnes secundam a sua quisque iudicassent. Haec est Polycleti, proxima ab ea Phidiae, tertia Ctesilai, quarta Cydonis, quinta Phradmonis.

Phidias praeter Iovem Olympium, quem nemo aemulatur, fecit et ex ebore aeque Minervam Athenis, quae est in Parthenone adstans. Ex aere vero

Praeter Iovem. De Iovis Olympii simulacro non invenustum exstat epigramma in Anthol. Graec. IV, 6: Εἰς τὸ τοῦ Ολυμπίου Διὸς ἄγαλμα. Ἦ θεός ἦλθ' ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ εἰκόνα δείξων, Φειδία, ἢ σύγ' ἔβης τὸν θεόν ὀψόμενος. Hoc est, interprete Grotio: »De Iovis Olympii imagine: Iupiter ad terras, an ad aethera Phidia venit, Vt viso fieret talis imago deo?« De Minerva Atheniensi tria sat elegantia eodem libro, cap. 12. Iuliani primum: Ἰουλιανοῦ, ἀπὸ ὑπάρχων εἰς τὴν ἐν Αθήναις ἔνοπλον Αθηνᾶν. Τίπτει Τριτογένεια κορύσσεαι ἄστεϊ μέσσῳ; Εἶξε Ποσειδάων, φείδεο Κεκροπίης. »Iuliani ex praefecto Augustali, de Minerva Athenis armata: Cur media Pallas capis arma in Cecropis urbe? Neptunus cessit iam tibi: parce tuis.« Alterum Antipatri Sidonii, de Venere Paphia simul, et hoc Minervae signo: Αφρογενοῦς Παφίης ζάθεον περιδέρκετο κάλλος, Καὶ λέξεις, αἰνῶ τὸν Φρύγα τῆς κρίσεως. Ἀθῆδα δερκόμενος πάλι Παλλάδα, τοῦτο βοήσεις· Ὡς βούτης ὁ Πάρις τήνδε παρετρόχασεν. »Aetherium Paphiae decus aspice: iam, puto, dices; Subscribo Phrygii iudicis arbitrin. Athida sed videas idem si Pallada, dices: Hanc qui praeteriit rusticus ille fuit.« Tertium denique Hermodori: Τὰν Κνιδίαν Κυθέρειαν ἰδὼν ξένε, τοῦτό κεν εἴποις Αὐτὰ καὶ θνατῶν ἄρχε καὶ ἀθανάτων. Τὰν δ' ἐνὶ Κεκροπίδαις θορυθαρσέα Παλλάδα λεύσσων; Αὐδάσεις, ὄντως βουκόλος ἦν ὁ Πάρις. »Clamabis Cnidiam Venerem si videris hospes, Tu rege mortales, tu rege sola deos. Pallada si videas hastam quae vibrat Athenis, Dices, credo, Paris nil nisi pastor erat.« De eodem iterum signo Ovid. de Ponto, IV, el. I, v. 31: »Arcis ut Aciacae, vel eburna, vel aenea custos Bellica Phidiaca stat dea facta manu.« Eburneae Tzetzes quoque meminit, Chil. VIII, v. 192 et 322, aereae, v. 334. H. — *In Parthenone.* Templum fuit in arce, cui a Minerva nomen, quam παρθένον *virginem*, vocabant. Ναὸς ὃν Παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, inquit Pausan. in Attic. I, p. 2 et 43. Cicero in Parad. »Non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi Minerva Phidiae, sed tantum ut ex eadem officina exiisse videatur.« stare autem id Minervae signum veste stolata, auctor est idem Pausanias: Τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Αθηνᾶς

praeter Amazonem supra dictam, Minervam tam eximiae pulcritudinis, ut formae cognomen acceperit. Fecit et Cliduchum, et aliam Minervam, quam Romae Aemilius Paulus ad aedem Fortunae huiusque diei

ὀρθόν ἐστιν ἐν χιτῶνι ποδήρει, etc. Hard.

Amazonem. De qua iam dictum cap. sup. sub finem: et hoc ipso capite paulo ante. Hard.

Vt formae cognomen acceperit. Fuit ea igitur, dicta Καλλίμορφος, aut καλλίστη. Plura Minervae signa Pausanias commemorat in Attic. I, p. 51, et in Boeot. IX, pag. 548, etc. H. — *Formae.* Gronov. et al. *ut a forma cogn.* Ed. P.

Fecit et Cliduchum. Pausanias in Eliacis picturae meminit, in qua fuerunt Pluto, Liber pater, Proserpina, et Nymphae duae, quarum altera pilam tenuit, altera clavem. Plutonia enim clavem insigne esse, quod inferorum aedea ita clausa sit, ut reditus nemini pateat. Ex eo loco Pausaniae coniectandum κλειδοῦχον vocari, aut Nympham illam, aut Plutonem ipsum clavigerum. Dalec. — *Cliduchum.* Κλειδοῦχον, clavigerum. H.

Ad aedem Fortunae huiusque diei. Hoc est, uniuscuiusque diei: decima Vrbis regione haec fuit. — Postremis verbis duobus carent libri editi. In Reg. 2 aliisque, *huiusce diei*: quae verba Pintianus quum spuria crederet, *ad aedem Nortiae Etruscae deae* coniciebat. Lepide sane. Retinenda illa, *huiusce diei*, Turnebus censebat, Adv. XVI, 12; Leopardus item in Emend. Gronovius in Nott. aliique, eo Plutarchi loco permoti, in Mario, pag. 420, quo Catulus aedem vovisse in bello Cimbrico dicitur » Fortunae illius diei, » καθιέρωσεν τὴν τύχην τῆς ἡμέρας ἐκείνης. At vera scriptura est, *huiusque diei*; sic enim Romani dixerunt, *Fortunam huiusque diei*, pro *uniusculiusque*. In kalendario vetere apud Gruterum, p. 124: FORT. HVIVSQVE. DIEI. Neque hic modo, sed apud Tullium restituenda vox ea est, de Legib. II, pag. 333, ut eius verba aperte declarant, quum ait: » Recte etiam Spes a Calatino consecrata est, Fortunaque, vel huiusque diei (vulgo *huiusce* legitur), nam valet ad omnes dies; vel Respiciens, ad opem ferendam. vel Fors, etc. » Omnium enim dierum, nedum unius, seu certe alicuius, sive huius aut illius diei Fortunam huiusmodi appellatione signari Cicero liquido demonstrat, propter eam, quam adiungit rationem: » Nam valet in omnes dies. » Quae ratio non constaret, si ad unum aliquem diem eius nummis potestas arctaretur, et tam angustis limitibus circumscriberetur. Saue hanc vim vocis eius esse, *huiusque*, ut *uniusculiusque* significet, docuit dudum Marius Victorinus Afer, de Orthographia, cuius verba recitare operae pretium fuerit: » Et huiusce, et huiusque recte scribuntur, sed suo loco utraque. Nam ab hocce fit huiusce. Huiusque autem aliud significat, id est, uniuscuiusque. » Apud P. Victorem, in descriptione Vrbis, regione decima, legimus, VICVS CUIVSQVE DIEI, haud dubie pro VICVS HVIVSQVE DIEI. Nam complures urbis Romae vicos a finitimis Fortunae templis nomen traxisse ex P. Victore liquet. Sic Fortunae Obsequentis vicum in prima regione statuit: Respicientis,

Digitized by Google

dedicavit. Ideo duo signa, quae Catulus in eadem aede posuit palliata: et alterum colossicon nudum: primusque artem toreuticen aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur.

Polycletus Sicyonius Ageladae discipulus, Diadumenum fecit molliter iuvenem, centum talentis nobilitatum: idem et Doryphorum viriliter puerum. Fecit et quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam: solusque hominum artem ipse fecisse, artis opere iudicatur. Fecit

in decima, aliosque alibi: hunceque ipsum locum Onuphrius sic edidit, ex MSS. VICVS. HVIVSQVE LOCI. TOHT, ΚΕΝ. Quae postrema verba aedem Fortunae significant. Multa ex his delibavit ante nos Brisson de Form. I, pag. 2. In inscriptionibus tamen interdum, ut apud Reinesium, pag. 398: ANTISTITES. HVIVSCE LOCI pro huiusque loci legimus. HARD.

Colossicon. Ita MSS. Credo idem esse quod colosseum. HARD.

Primusque artem toreuticen aperuisse. Consummatae perfectaque iam artis rationem monstrasse intellige, quae prius erat inchoata tantum et rudis: nam Anacreon, qui Olympiade LXXII ponitur, hoc est, ante Phidiam annis fere 90, τορευτικῆς meminit, fieri que sibi postulat a Vulcano poculum, in quo nec arma sint, nec astra caelata, sed vitibus uvae insertae, etc. H. — *Artem toreuticen aperuisse*, etc. Ars toreutica, *l'art du bas-relief.* Iam fuerat et multo ante Phidiam toreutice; at eam exquisitiore arte aperuit et demonstravit Phidias. Sic multi exstiterant sculptores, et tamen sculpturae artem aperuit et demonstravit Michael Angelus. BROT.

Polycletus. Πολύκλειτος; Pausaniae, caeterisque. HARD.

Diadumenum fecit molliter iuvenem. Mitratum, vittatum, fasciatum intelligit, quales fuerunt Persarum nobiles, ἀπὸ τοῦ διαδεῖσθαι τὴν κεφαλὴν μίτρᾳ. Quidam legunt *Diademumenon*, id est, diademate, sive regio capitis insigni ornatum. Doryphori autem regis Persarum spiculatores fuerunt, hastati stipatores, ac satellites, quos Dario 15,000 mille fuisse Curtius tradidit, propemodum muliebriter vestitos, et luxu magis quam armis conspicuos. DALEC. — *Diadumenum.* Διαδούμενον, diademate diademate redimitum, mitratum, vittatum, molliterque agentem: ut alterum e contrario δορυφόρον, quasi hastatum militem, gerentemque se viriliter. Δορυφόρους, inquit Herodian. V, οὓς δὴ πρατωριανοὺς καλοῦσι, praetoriani milites. Id nomen satellitio regis Persarum fuit. Doryphori a Polycleto ficti meminit Cicero in Bruto, n. 296. HARD.

Centum talentis nob. Monetae gallicae libra sunt 456,875. ED. P.

Fecit et quem canona artifices vocant. Hoc est, simulacrum ad artis leges omnes normamque exacte elaboratum. Κανὼν Graecis regula seu norma dicitur. De hoc suo canone

et distringentem, et nudum talo incessentem: duosque pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur Astragalizontes: et sunt in Titi imperatoris atrio: quo opere nullum absolutius plerique iudicant. Item Mercurium, qui fuit Lysimachiae: Herculem, qui Romae: Alexetera arma sumentem: Artemona, qui Periphoretos appellatus est. Hic consummasse hanc scientiam iudicatur, et toreuticen sic erudisse, ut Phidias aperuisse. Proprium eiusdem, ut uno crure

lepidum est Polycleti dictum, apud Aelian. Var. Hist. XIV, 8. H.

Fecit et distringentem. MSS. *distrigentem:* hoc est, strigili sese in balneo defricantem, sudoremque ac sordes detergentem. Ἀποξυόμενον Graeci appellant, ut dicetur inferius. Hard. — Brot. ex MSS. Regg. 2 et 3, *destringentem.* Ed. P.

Incessentem. Provocantem *ad ludum.* Hard.

Astragalizontes. Ab ἀστραγαλίζειν, *talis ludere.* H. — Aglaen et Hilaeran ita ludentes videre est in picturis Herculanensibus, *Pitture antiche d'Ercolano*, tom. I, tab. 1. Brot.

Herculem. Meminit huius signi Cic. de Orat. II, pag. 360. H.

Alexetera. Adiutorem, defensorem, propulsatorem iniuriae, cuius conatum in armis capiendis tabula exprimit. In libris omnibus ad hunc diem vulgatis legitur, « Herculem qui Romae Antaeum a terra sustinentem, » interpolatione digna plagis. In MSS. Reg. 2 caeterisque codd. « Herculem qui Romae ha caetera arma sumentem. » Quibus e verbis Pintianus eliciebat, « Qui Romae, in excetram arma sumentem: » excetra hydram significari notum esse simul admonebat. Gronovius, « ab Otrera arma sumentem. » Parum ambo feliciter. Plane enim tertium quoddam nunc simulacrum intelligitur, ab his diversum quorum prius Lysimachiae, alterum Romae fuit: quam belle enim in eo verbo, *qui Romae*, desinit oratio, quo membro priori posterius exacte opponitur? Deinde ad alia duo signa, transilit, quae Graecis, ut solet, verbis effert: sic enim prius ἀστραγαλίζοντες et διαδούμενος, et δορυφόρος, et mox περιφόρητος appellatur. Ἀλεξητὴρ autem quid sit, qui graecos fontes vel leviter dagustarunt, sciunt: et nos supra diximus. Hard.

Artemona. Περιφόρητος Artemoni, artifici μηχανικῷ egregio, cognomen haesit, quod claudus esset, et ad opera lectica deferretur. Sic Ephorus apud Plutarchum in Pericle, p. 167. Heraclides contra Ponticus ex Anacreonte refert ibidem virum mollem hunc fuisse, meticulosum, domi fere residem, cuius supra caput, ne quid superne decideret, servi duo clypeum aeneum tenerent: lectulo pensili circumferri solitum: inde περιφόρητον nuncupatum. Hard.

Et toreuticen. Artem quae sculptura latine, et caelatura dicitur. H.

Vt uno crure insisterent signa. Tale signum aeneum visum mihi. Ea tota

Digitized by Google

insisterent signa, excogitasse: quadrata tamen ea esse tradit Varro, et paene ad unum exemplum.

Myronem Eleutheris natum, et ipsum Ageladae discipulum, bucula maxime nobilitavit, celebratis versibus laudata: quando alieno plerique ingenio magis, quam suo, commendantur. Fecit et canem, et discobolon, et Persea, et Pristas, et Satyrum admi-

ratio consistit in lineae perpendicularis inventione. Dal.

Quadrata tamen ea. Tum placebat magis aetatis virilis robur, quam iuventae elegantia: inde quadrata illa corpora. Tale autem corpus laudat Celsus, II, 1: « Corpus autem habilissimum quadratum est, neque gracile, neque obesum, etc. » Brot.

Myronem. De quo dictum est initio hujus capitis. Natus Eleutheris Boeotiae oppido, Atheniensium tamen idem civitate donatus: unde et Atheniensis semper a Pausania appellatur, ut Eliae, post VI, pag 345. Commigrasse Athenas Eleutheris cives omnes aiunt, ibique receptos. Harn.

Bucula. Ovid. de Ponto, IV, Eleg. 1, v. 34: « Vt similis verae vacca Myronis opus » tu hanc Myronis buculam epigrammata graeca diversorum poëtarum plenissima elegantiae ac leporis, ferme quadragena reperies in Anthologia, IV, 4. Latina undecim apud Ausonium ab Epigr. LVII ad LXVIII. Illud quod ibi est ordine primum, iuvat hic referre ob elegantiam: « Bucula sum, caelo genitoris facta Myronis Aerea: nec factam me puto, sed genitam. Sic me taurus init; sic proxima bucula mugit: Sic vitulus sitiens ubera nostra petit. Miraris, quod fallo gregem? gregis ipse magister, Inter pascentes me numerare solet. » Vide et Ioh. Tzetzen, Chil. VIII, Hist. 194, v. 374. Felicius tamen caeteris omnibus lusit in eam Myronis buculam V. Cl. Menagius, qui non homines modo artificio suo fefellisse Myronem, sed et Iunonem quoque ipsam, cecinit hoc eleganti disticho: Τὴν χαλκῆν Ἥρη ποτὲ πόρτιν ἰδοῦσα Μύρωνος Ζηλοτύπησεν, ἰδεῖν ἰναχίδ' οἰομένη. Harn.

Fecit et canem. Opere nempe mirabili, qualem et Leucon e marmore finxisse perhibetur, a Macedonio, in Anthol. VI, epist. 2: Τόν κύνα, τὸν πάσης κρατερῆς ἐπιδόμενα θήρης Ἔξεσε μὲν Λεύκων, ἄνθετο δ' Ἀλκιμένης. Ἀλκιμένης δ' οὐχ εὗρε τί μέμψεται ὡς ὅ' ἰδ' ὁμοίην, Εἰκόνα, παντοίῳ σχήματι φαινομένην, Κλοιὸν ἔχων, πέλας ἤλθε, λέγων Λεύκωνα κελεύειν Τῷ κυνὶ καὶ βαίνειν· πείθει γὰρ ὡς ὑλάων. » indagare canem solitum genus omne ferarum Effinxit Leucon, dedicat Alcimenes. Vidit ut Alcimenes vitio culpaque carentem Effigiem cunctas corpore ferre notas: Vincla tenens queis colla liget, iam die age, Leucon, Currat, ait: latrans nam tua iussa manet. » Harn.

Et discobolon. Δισκοβόλον, hoc est, qui discum iacit, quae statua mire expressit nixum, et conatum hominis discum iacere molientis. Quint. II, 13, pag. 145: « Quid tam distortum, et elaboratum, quam est ille disco-

rantem tibias, et Minervam: Delphicos pentathlos pancratiastas: Herculem etiam, qui est apud circum

bolos Myronis? Si quis tamen ut parum rectum improbet opus, nonne ab intellectu artis abfuerit? etc. » H.

Et Persea. De huius Myronis opere Pausan. in Attic. I, pag. 41; Perseo scilicet, cum Medusae capite. H.

Et Pristas. Πρίσται, inquit Pollux, τομεῖς, qui serra aliquid secant, scinduntque, *des scieurs de bois.* H.

Et Satyrum Argumentum huius tabulae, Minerva, quae quum inflaret tibias, conspecta in Maeandro amne oris deformitate, abiectas fregit. Illas autem admirabundus Satyrus Marsyas excepit, et inflare didicit. Ovid. Fastor. VI, v. 697, ubi Minerva sic loquitur: « Prima terebrato per rara foramina buxo, Vt daret, effeci, tibia longa sonos. Vox placuit: liquidis faciem referentibus undis, Vidi virgineas intumuisse genas. Ars mihi non tanti est: valeas, mea tibia, dixi: Excipit abiectam cespite ripa suo. Inventam Satyrus primum miratur; at usum Nescit, et inflatam sentit habere sonum, etc. » Satyri in ea tabella effigiem describit elegans epigramma in Anthologia graeca, IV, 12: Αγαθίου Σχολαστικοῦ, εἰς εἰκόνα Σατύρου πρὸς τῇ ἀκοῇ τὸν αὐλὸν ἔχοντος, καὶ ὥσπερ ἀπροωμένου. Αὐτομάτως, Σατυρίσκε, δόναξ τιός ἦχον ἰάλλει; Η τί παρακλίνας οὖας ἄγει καλάμῳ; Ος δὲ γέλων σίγησεν· ἴσως δ' ἂν φθέγξατο μῦθον, Αλλ' ὑπὸ τερπωλῆς εἴχετο ληθεδόνι. Οὐ γὰρ κηρὸς ἔρυκεν ἑκὼν δ' ἠσπάζετο σιγήν, Θυμὸν ὅλον τρέψας πηκτίδος ἀσχολίῃ. Grotius interpres: « Agathiae scholastici, de imagine Satyri tibiam auri admoventis, velut auscultabundi: Sola tua an per se lotos, Satyrisce, sonabit? Nam cur apposita est auribus illa tuis? Ecce silet ridens. Loqueretur, credo: voluptas Ecce est tanta, sui non sit ut ipse memor. Eloquium nec cera negat: sed non vacat illi Tibia dum sensus distinet, usque, loqui. » H.

Delphicos pentathlos. Qui Delphis omni certaminum genere valerent. Πεντάθλους Graeci vocant, Latini quinquertiones, qui in ludo artes gymnasticas quinque exercerent Constabat autem πένταθλον, sive quinquertium illud, cursu, saltu, disco, iaculo, lucta. Simonides in Anthol. Epigr. I, cap. 11 Ισθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα Αλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην. » Victorem Delphis Diophonta Philonis, et Isthmo Discus habet, saltus, lucta, pedes, iaculum. » Iidem, quum se pentathlo obtulissent, si pancratio quoque, quod in gravibus agonibus numerari solet, decertarent, pancratiastae vocabantur, παγκρατιασταί, hoc est, qui manibus, pedibusque, quasi omni ope, omnibusque ut dicitur ungulis, connisi certabant, ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶ πυκτομαχοῦντες. Fecit porro Myron et cursorem in Pisco certamine, in quo ars velocior natura intelligitur, ut festivum colligit epigramma, in Anthol. IV, 2. Hard.

Herculem ... qui est apud circum maximum, etc. P. Victor, in descriptione urbis Romae, regione undecima: « Cirrus maximus ... Hercules olivarius ... Aedes Pompeii. » Tullius sub init. lib. IV in Verrem, meminit huius simulacri: « Verum ut ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc quod dico, Cupidinis e marmore. ex altera parte Hercules egregie

maximum in aede Pompeii Magni. Fecisse et cicadae monumentum ac locustae carminibus suis Erinna significat. Fecit et Apollinem, quem a triumviro Antonio sublatum restituit Ephesiis Divus Augustus, admonitus in quiete. Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosior in arte, quam Polycletus, et in symmetria diligentior: et ipse tamen corporum tenus curiosus, animi sensus non expressisse; capillum quoque et pubem non emendatius fecisse, quam rudis antiquitas instituisset.

factus ex aere: is dicebatur esse Myronis, ut opinor, et certe ita est. » Hard.

Fecisse et cicadae monumentum. Aut ipsum Erinnae carmen est, aut ei certe simile, quod de eo ipso monumento, Anytae ab aliis, ab aliis Leonidae adscribitur Anth. Gr. III, 12: Ἀνύτης, οἱ δὲ Λεωνίδου, εἰς ἀκρίδα. Ἀκρίδι τᾷ κατ' ἄραυραν ἀηδόνι καὶ δρυοκοίτᾳ Τέττιγι ξύνον τύμβον ἔτευξε Μυρώ, Παρθένιον στάξασα κόρα δάκρυ· θεοσὰ γὰρ αὐτᾶς Παίγνι' ὁ δυσπειθὴς ᾤχετ' ἔχων ἀίδας. Interprete Grotio: « Anytae, sive, ut alii, Leonidae: Laeta cicada comis, locustaque ruris aedon, Hunc vobis tumulum ponit utrique Myro Tristitiam fletu virgo testata, quod illi Mors pariter lusus abstulit atra duos. » Quod quidem carmen dubitationem iniicit haud levem, num de Myrone puella vates incaute acceperit, quod de Myrone statuario intelligi oportuit. Hard.

Erinna significat. Teia, vel, ut alii volunt, Lesbia vates, Sappho aequalis. Meminere istius Eustathius, in navium catalogum: Stobaeus, Serm. VII, de Fortitudine: Propertius, II, el 3: « Carminaque Erinnes non putat aequa suis. » Exstat Erinnae Ode graeca, in laudem urbis Romae, apud Stobaeum, Serm. de Fortit. In ipsam Erinnam Epigr. perelegans, Anthol. I, 67, n. 14: Λέσβιον Ἠρίννης τόδε κηρίον ἀδύ τι μικρόν, Ἀλλ' ὅλον ἐκ Μουσέων κεκραμένον μέλιτι. Οἱ δὲ τριηκόσιοι καὐτῆς στίχοι, ἶσοι Ὁμήρῳ, Τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτους. Ἡ καὶ ἐπ' ἠλακάτῃ, μητρὸς φόβῳ, ἢ καὶ ἐφ' ἱστῷ Ἑστήκει, Μουσέων λάτρις ἐφαπτομένη. Σαπφὼ δ' Ἠρίννης ὅσσον μέλιεσσιν ἀμείνων, Ἠρίννα Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις. » Lesbidis Erinnae: non magna mole, sed mihi Pieridum redolet dulcia mella favus: Haud plus tercentum quam versibus aequat Homerum, Annos nata decem virgo, superque novem. Nec tamen interea quae poscunt otia Musae, Aut colus, aut telae, matre premente, dabant. Si cupis, Erinnam Sappho testudine vincat: Dum tamen Erinnae cedat in hexametris. » Similia plura in eam vide Anthol. III, 25. Hard.

Numerosior in arte. In excogitandis quae ad variandam artem spectant, ingeniosior, solertiorque: vel plurium potius statuarum fictor. H. — *Multiplicasse varietatem*, etc. Varietas, nobis

Vicit eum Pythagoras Rheginus ex Italia, pancratiaste Delphis posito. Eumdem vicit et Leontinus, qui fecit stadiodromon Astylon, qui Olympiae ostenditur: et Libyn puerum tenentem tabellam, eodem loco, et mala ferentem nudum. Syracusis autem claudicantem: cuius hulceris dolorem sentire etiam spectantes videntur. Item Apollinem, serpentemque eius sagittis

quunque dicta, *la variété*. Haec egregie dicta a Plinio; et artis iocrementa optime illustrant. Modo vidimus omnia Polycletum paene ad unum exemplum fecisse. Nunc Myron varietatem multiplicat. Haec omnia miscet, turbat, et corrumpit Cl. Falconet, qui, quod semel monuisse satis sit, inlquissima et indigna artifice censura hos Plinii libros perstrinxit. Brot.

Pythagoras. Πυθαγόρας Ρηγίνος Pausaniae quoque Eliac. post. VI, p. 350, a philosopho eius nominis, et patria, et aetate, et arte diversissimus. Harn.

Pancratiaste. Quae vis huic voci subsit, paulo ante diximus. Fuit hic, ni fallit coniectura, Euthymus Locrus, qui Olymp. LXXVI pugilatu vicit: de quo dictum est VII, 48. Huius enim statuam a Pythagora Rhegino positam, auctor est Pausanias loc. c. Harn.

Leontinus. Pythagoras scilicet alter, Leontinis Siciliae oppido oriundus. Prius *Leontius* legebatur, qui nomine statuarius apud scriptores caeteros nemo occurrit. Et vero de Pythagora altero sermonem esse hoc loco, tum ipsa per se oratio prodit, tum maxime Pausan. Eliac. post VI, pag. 366, ubi Astyli Crotoniatae statuam, quae Leontino nunc adscribitur, opus esse Pythagorae adnonet, quanquam illa cuius fuerit, non indicat. Sed quum alterius, quam Rhegini esse vel ex Plinio perspicuum sit: essa autem Pythagorae Pausaniae verbis conceptis significet, quin Leontini sit, minime iam dubium est. Tres igitur eo nomine statuarii fuere, Rheginus, Leontinus, Samius: quod Plinius ipse declarat, mox subiungens: » Fuit et alius Pythagoras Samius... Hic supradicto facie quunque indiscreta similis fuisse traditur. Rhegini autem discipulus... Sostratus. » Quibus verbis Pythagoram tergeminum aperte signat: Samium, mox alterum supradictum, cui similis Samius fuisse perhibeatur: postremum, Rheginum. Harn.

Stadiodromon. Σταδιοδρόμον, qui in stadii cursu certat. De Astylo Crotoniata cursore, Plato de Legib. VIII, aliique. Ter is Ὀλυμπιονίκης fuit. H.

Libyn puerum. Quum puer hic appelletur, miror Dalecampium existimasse Museum Cyrenaeum intelligi, cuius caelatam effigiem a Pythagora Rhegino Pausanias prodidit, Eliac. post. VI, pag. 367, quum vir ille dicatur, et gravi accinctus armatura. Harn.

Eodem loco. Olympiae videlicet, in Elide. Harn.

Claudicantem. Alcamenes etiam claudicationem Vulcani expressit. Val. Max. lib. VIII, cap. 11. H.

confici: citharoedum qui Dicaeus appellatus est, quoniam quum Thebae ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum, sinu eius celatum esset. Hic primus nervos et venas expressit, capillumque diligentius.

Fuit et alius Pythagoras Samius, initio pictor, cuius signa ad aedem Fortunae huiusque diei septem nuda, et senis unum, laudata sunt. Hic supradicto facie quoque indiscreta similis fuisse traditur: Rhegini autem discipulus et filius sororis fuisse Sostratus.

Lysippum Sicyonium, Duris negat, Tullius fuisse discipulum affirmat, sed primo aerarium fabrum, audendi rationem coepisse pictoris Eupompi responso. Eum enim interrogatum, quem sequeretur antecedentium, dixisse demonstrata hominum multitudine, naturam ipsam imitandam esse, non artificem.

Qui Dicaeus appellatus est. Δίκαιος, *iustus*: quod pecuniam in sinum eius statuae conditam, summa ea fide servasset. Similem huic historiam vide apud Athenaeum, I, pag. 19. Revocat id in memoriam Xenocratis epigramma lepidum ex Anthol. IV, tit. 12, de Mercurio ligneo aurum asservante: Ερμείῃ ξυλίνῳ τις ἐπηύχετο, καὶ ξύλον ἦεν. Εἶτά μιν ἀείρας, χαμάδις βάλε. Τοῦ δ' ἀπὸ χρυσὸς Εῤῥεύσειν καταγέντος. Ὕβρις πόρε πόλλακι κέρδος. «Mercurium ex ligno vir adit prece: nil nisi lignum Ille erat: in terram vi magna deiicit: aurum Profluit e fracto. Dat saepe iniuria lucrum.» Hard.

Aurum. Profugiens ex urbe quidam, in sinum eius statuae conditam, celatamque pecuniam, redjens integram intactamque reperit. H.

Fuit et alius Pythagoras. De quo Laërt. in vita Pythagorae, VIII, pag. 225: Καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Σάμιον. Quare Dalecampio cave credas, qui contra omnium exemplarium fidem, contra scriptoris mentem, ex Pausania Parium pro Samio reponi posse credit, quoniam Pythagorae Parii pictoris apud istum mentio in Boeoticis. Hard.

Huiusque diei. De hac voce superius diximus, hoc ipso capite. Hard. — *Diei.* Gronov. et al. *huiusce deae.* Ed. P.

Hic supradicto. Pythagorae Leontino. Hard.

Sostratus. De quo supra. H.

Lysippum Sicyonium Hanc eius patriam omnes agnoscunt. Tzetzes in primis Chil. VIII, hist. 200, pag. 417. Hard.

Duris. Duris negat fuisse discipulum cuiuspiam: sed a se ipso ait didicisse: Tullius contra affirmat. H.

Plurima ex omnibus signa fecit, ut diximus, fecundissimae artis, inter quae distringentem se, quem Marcus Agrippa ante thermas suas dicavit, mire gratum Tiberio principi: qui non quivit temperare sibi in eo, quanquam imperiosus sui inter initia principatus, transtulitque in cubiculum, alio ibi signo substituto: quum quidem tanta populi romani contumacia fuit, ut magnis theatri clamoribus reponi Apoxyomenon flagitaverit, princepsque, quanquam adamatum, reposuerit. Nobilitatur Lysippus et temulenta tibicina, et canibus ac venatione. In primis vero quadriga cum Sole Rhodiorum. Fecit et Alexandrum Magnum multis operibus, a pueritia eius orsus. Quam statuam inaurari iussit Nero princeps, delectatus admodum illa. Dein quum pretio perisset gratia artis, detractum est aurum: pretiosiorque talis existimatur, etiam cicatricibus operis atque concisuris, in quibus aurum haeserat, remanentibus. Idem fecit

Diximus. Supra cap. 17. H.

Distringentem. Strigili se fricantem, in balneo, ut supra disimus, ἀποξυόμενον Hard. — Brot. ut supra, *destringentem.* Hard.

Ante thermas. Apud P. Victorem, *Thermae Agrippae*, regione Vrbis nona. Hard.

Quanquam imperiosus, etc. Vide Tranquillum in Tiberio, cap. xxvi sqq. Hard.

Quadriga cum Sole Rhodiorum. Qualis in nummis Rhodiorum exprimitur, capite radiato. De hoc Solis curru, vide Dionem Chrysost. or. Rhod. Hard.

Fecit et Alexandrum. Horat. lib. II, Epist ad August. « Edicto veluit ne quis se praeter Apellem Pingeret, aut alius Lysippo duceret aere Fortis Alexandri vultum simulantis. » Dat. — *Fecit.* Archelaus in Anthol. IV, 8: Τέλμαν Αλεξάνδρου καὶ ὅλαν ἀπεμάξατο μορφὰν Λύσιππος· τίν' ὀδὲ χαλκὸς ἔχει δύναμιν; Αὐδάσοντι δ' ἔοικεν ὁ χάλκιος, ἐς Δία λεύσσων, Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ, σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε. » Aequat Alexandri vultumque, enimumque ferocem Lysippus: tantum posse quis aera putet? Aereus iste Iovem spectans clamare videtur: Subdo mihi terras: tu, pater, astra tene. » Hard.

Dein quum pretio perisset gratia. Quum esset ea statua facta pretiosior auro addito, vilior peritorum iudicio habite postea est. H.

Concisuris. Gron. et al. ante Hard. dant *conscissuris.* Ed. P.

Hephaestionem Alexandri Magni amicum, quem quidam Polycleto adscribunt, quum is centum prope annis ante fuerit. Idem Alexandri venationem, quae Delphis sacrata est: Athenis Satyrorum turmam: Alexandrum amicorumque eius imagines summa omnium similitudine expressit. Has Metellus Macedonia sub-

Alexandri Magni amicum. Vide Val. Max. IV, 7, p. 235. H.

Quum is centum prope annis, etc. Scilicet Polycletus, qui Olympiade floruit LXXXVIII; Hephaestion cum Alexandro Olympiad. CXIV. H.

Athenis Satyrum: turmam Alexandri, in qua amicorum eius imagines, etc. Sic totidem apicibus syllabisque, Reg. 2, Colb. 3, Pintiani codex, aliique fortassis. Sed interpolati. In caeteris enim melioris notae codicibus MSS. qualis est Reg. n. 4763, et in libris omnibus editis, nullo excepto, legitur: a Athenis, Satyrorum turmam: Alexandrum amicorumque eius imagines, etc. a Et vetus interpres Italus, Chr. Landini, anno 1476, sic vertit optime: a In Athene fecie una torma di Satiri: et statue d'Alexandro et di sua amici molto simili dalloro. a Turmam hic interpolatores intelligi voluere, de qua Velleius, I, p. 5: a Hic est, inquit, Q. Metellus Macedonicus, qui porticus, quae fuere circumdatae duabus aedibus sine inscriptione positis, quae nunc Octaviae porticibus ambiuntur, fecerat: quique hanc turmam statuarum equestrium, quae frontem aedium spectant, hodieque maximum ornamentum eius loci et Macedonia detulit. Cuius turmae hanc causam referunt: Magnum Alexandrum impetrasse a Lysippo, singulari telum auctore operum, ut eorum equitum, qui ex ipsius turma ad Granicum flumen ceciderant, expressa similitudine figurarum, faceret statuas, et ipsius quoque iis interponeret. a Quinque et viginti fuisse Macedones, qui in primo pugnae conflictu ceciderint, quorum aeneae statuae a Lysippo fictae cum Ipsius Alexandri simulacro, auctor est Arrianus de Exped. Alex. I, pag. 47. Interpolavere hunc locum semieruditi, quibus displicuit dici *turmam* de satyris, qui sunt certe semper pedestres. Perinde quasi *turma* nonnisi de equitibus latine dicatur. At praeter hoc Plinii testimonium, vulgatus Interpres veteris Testamenti, vetus idemque optimus (nostro quidem iudicio) latinitatis auctor, si verborum spectetur proprietas, de peditibus persaepe *turmas* et *turmam* dixit, ut 2 Paralil. XXIII, 8, et alibi. H. — Brot. ex MSS. Regg. et editione principe, *Athenis satyrum Turmam Alexandri in qua amicorum eius*, etc. Et sic scribendum iampridem docuerat Pintianus ex vet. cod. Eo. P.

Alexandrum. Turmam statuarum equestrium quinque scilicet ac viginti equitum, qui ex Alexandri turma ad Granicum flumen ceciderant, hic quidam voluere intelligi; de qua Velleius, I, cap. 12, et Arrianus, de Exped. Alex. I, pag. 47. Cf notam superiorem. Hasn.

Summa omnium similitudine. Propert. III, 8: a Gloria Lysippo est animosa effingere signa. a H.

Metellus. Qui Macedonia domita,

acta transtulit Romam. Fecit et quadrigas multorum generum. Statuariae arti plurimum traditur contulisse, capillum exprimendo, capita minora faciendo, quam antiqui: corpora graciliora, siccioraque, per quae proceritas signorum maior videretur. Non habet latinum nomen symmetria, quam diligentissime custodivit, nova intactaque ratione quadratas veterum staturas permutando: vulgoque dicebat, ab illis factos, quales essent, homines: a se, quales videren-

ann. V. 606, Macedonici nomen inde tulit. Harb.

Capillum exprimendo. Expressit autem feliciter in primis in Occasioois simulacro, quod finxit ille, ut Posidippus refert in Anthol. IV, 14, non inelegaoti epigrammate: Τίς, πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος. Οὔνομα δὴ τίς; Λύσιππος· σὺ δέ, τίς; καιρὸς ὁ πάνδαμάτωρ. Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τροχάω· τί δὲ ταρσοὺς Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἕπταμ' ὑπανέμιος. Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; ἀνδράσι δεῖγμα Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέτω. Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι. Νὴ Δία τἀξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει; Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με πόσσιν, Οὔ τις ἐθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν. Τοῖον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίαν. » Tu qui es, hic qui stas? Occasio. Quis tibi fictor? Lysippus. Cuias? De Sycioon satus. Nitere cur pedibus summis? Amo currere Peonae Cur pedibus? Venti turbine rapta volo. In dextera cur ista novacula? Monstrat acutam Haec esse et ferro me magis et chalybe. Cur in fronte coma est? Apprendar ut obvia. Sed cur Omnis abest glabro crinis ab occipite? Nempe quod eripui quum me semel alite cursu, Nemo erit elapsam qui revocare queat Hanc operam fictor propter vos sumpserat, hospes, Pro monito starem semper ut ante fores » Harb.

Non habet latinum nomen symmetria. Non est igitur visa Plinio digna latino ore vox, *commensus*, qua voce graeci fere vocabuli συμμετρίας ratione servata, Vitruvius haud semel utitur: in primis III, 1: » Vt etiam in operum perfectionibus, singulorum membrorum ad universam figurae speciem habeat commensus exactionem. » Neque geminum illud verbum arrisit, quod, ut symmetriam significaret, Plinius aliter adhibuit, II, 5, congruentia aequalitasque: » Etenim si avulsum statuae caput, inquit, aut membrum aliquod inspiceres, non hi quidem ex illo posses congruentiam aequalitatemque deprehendere: posses tamen iudicare an id ipsum satis elegans esset. » Nos *proportionem* et *correspondentiam* dicimus. Harb. — *Non habet l. nomen.* Bene Plin. neo enim *commensus*, aut *commodulatio*, eamdem vim habent. Brot.

Quales essent, etc. Vide quae de gratiae pictura dicturi sumus, XXXV, 36. Harb.

tur esse. Propriae huius videntur esse argutiae operum, custoditae in minimis quoque rebus.

Filios et discipulos reliquit laudatos artifices, Dahippum, et Bedam, sed ante omnes Euthycratem: quanquam is constantiam patris potius aemulatus, quam elegantiam, austero maluit genere, quam iucundo placere. Itaque optime expressit Herculem Delphis, et Alexandrum, Thespin venatorem, et Thespiadas: praelium equestre: simulacrum Trophonii ad oraculum: quadrigas Medeae complures: equum cum fiscinis: canes venantium.

Argutiae. Elegantia operum. Ipse mox de Euthycrate Lysippi filio: « Quanquam is constantiam patris potius aemulatus, quam elegantiam; etc. » Hard.

Dahippum. Non *Lahippum*, ut supra monuimus. H. — Brot ut supra, ex MSS. Regg. et edit. principe, *Lahippum.* Ed. P.

Et Bedam. Alter a Vitruvio Bedas Byzantius in statuariorum quoque insignium albo ponitur, in Praef. lib. III, pag. 37. De Euthycrate superius diximus. Hard.

Thespiadas. Musas novem a Thespiis, Boeotiae oppido, ubi in primis colebantur, sic appellatas. Thespiades deae, apud Ovid. Metam. V, v. 340. Hard.

Simulacrum Trophonii. Summus artifex it fuit in secandis saxis, qui subterraneum fanum in Lebadea Boeotiae regione construxit, quod vulgo Trophonii fanum, ut diximus in Geographicis IV, ob artifice cognominatum est. Ibi oracula complura reddi olim solita. Locum hunc ope codicum Mss. sanavimus, quum prius legeretur, *equestre praelium ad Trophonis oraculum.* Simulacrum porro Trophonii fulsse Cosmodi arbitramur, quale a Suida describitur: Τὸν δὲ Τροφώνιόν φασιν ἔχοντα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Αγαμήδους, καὶ διωκόμενον ὑπὸ Αἰγείου, εὐξάμενον εἰς χάσμα ἐμπεσεῖν, οὗ δὴ καὶ τὸ μαντεῖόν ἐστι. » Trophonium aiunt, fratris Agamedis caput tenentem, persequente Aegaeo, in hiatum, ubi nunc eius oraculum est, voto facto incidisse. » Hard.

Equum cum fiscinis. Fiscina seu fiscella fit e viminibus funiculisque contextis, qua bonum equorumque, et multorum ora faucesque capistrantur. Fiscellas Plinius ipse appellat, XVIII, 49. In hunc forte Lysippi equum, exstat argutum Philippi Macedonis epigramma, in Anthol. IV, 7: Ἰδ' ὡς ὁ πῶλος χαλκυδαιδάλῳ τέχνῃ Κορωνιῶν ἕστηκε· δριμὺ γὰρ βλέπων Ὑψαυχενίζει καὶ διηνεμωμένας Κορυφῆς ἑθείρας οὐρίωκεν ἐς δρόμον. Δοκέω, χαλινοὺς εἴτις ἡνιοστρόφος Εναρμόσει γένυσι, κἀπικεντρήσει, Ο σὸς πόνος, Λύσιππε, καὶ παρ' ἐλπίδας; Τάχ' ἐκδραμεῖται· τῇ τέχνῃ γὰρ ἐμπνέει. » Vides ut altum cornipes superbiat Docta dolatus arte? sic collum erigit, Sic aere cernit, deque toto vertice Vento

Huius porro discipulus fuit Tisicrates, et ipse Sicyonius, sed Lysippi sectae propior, ut vix discernantur complura signa: ceu senex Thebanus, Demetrius rex, Peucestes Alexandri Magni servator, dignus tanta gloria.

Artifices, qui compositis voluminibus condidere haec, miris laudibus celebrant, et Telephanem Phoceum, ignotum alias, quoniam in Thessalia habitaverit, ubi latuerint opera eius: alioqui suffragiis ipsorum aequatur Polycleto, Myroni, Pythagorae. Laudant eius Larissam, et Spintharum pentathlon, et Apollinem. Alii non hanc ignobilitatis fuisse causam, sed quoniam se regum Xerxis atque Darii officinis dediderit, existimant.

Praxiteles quoque marmore felicior: ideo et clarior fuit. Fecit tamen ex aere pulcherrima opera: Proserpinae raptum: item Catagusam et Liberum pa-

fluentes fundit in cursum iubas. Si quis lupata, credo, maxillis eques Imponat, armos et premat calcaribus, Tuus repente, spem supra mortalium, Lysippe, currit, quippe iam spirat, labor. » Hard.

Tisicrates. Τισικράτης. H.

Demetrius rex. Poliorcetes, Asiae primum, mox et Macedoniae tyrannus. Hard.

Peucestes. Qui in obsidione oppidi Oxydracarum, ut Curtius refert IX, 17, pag. 368: « tribus iaculis confossus, non se tamen scuto, sed regem Alexandrum tuebatur. » In obsidione primarii Mallorum oppidi contigisse caeteri narrant, Strabo, Plutarchus, Arrianus, Lucianus in Dialogis mortuorum. H.

Tanta gloria. Tam eximiae honore statuae, tantoque artifice dignus. H.

Larissam. Pelasgi filiam, quae arci Argivorum, ac duabus Thessaliae urbibus nomen suum impertiit. Auctor Pausan. in Corinthiacis. H.

Et Spintharum. Prius *Spinarum* legebatur: quae vox apud Graecos nusquam occurrit. Proprium viri nomen est, Σπίνθαρος, apud Plutarch. lib. de Audit. p. 39; Pausan. in Att. I, pag. 36; item in Phocic. X, pag. 619: Suidam, tom. II, pag. 792. Hard.

Praxiteles. Propert. III, 8: « Phidiacus signo se Iupiter ornat eburno, Praxitelem Parius vindicat arte lapis. Hard.

Item Catagusam. Κατάγουσαν, Cererem scilicet, quae raptam Proserpinam reduxit in domum. Vnde κατάγωγοι, *reduces.* Hic miras, merasque afferunt nugas interpretes, Ovidium consule, qui Metam. V, v. 565, Iovem ait ita litem de Proser-

trem, et Ebrietatem, nobilemque una Satyrum, quem Graeci periboeton cognominant. Signa etiam, quae ante Felicitatis aedem fuere, Veneremque, quae cum ipsa aede incendio cremata est Claudii principatu, marmoreae illi suae per terras inclytae parem. Item Stephusam Spilumenen, Oenophorum: Harmodium et Aristogitonem tyrannicidas, quos a Xerxe Persarum rege captos victa Perside Atheniensibus remisit Magnus Alexander. Fecit et puberem Apollinem sub-

pinae raptu composuisse ut haec senis anni mensibus apud Plutonem, totidem apud matrem incoleret. H.

Nobilemque. Una eademque pictura Ebrietatem Satyrumque descriptos esse significat. H.

Periboeton. Περιβόητον, celebrem et nominatissimum. Pausan. in Attic. I: Ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ Πρυτανείου καλουμένη Τρίποδες... Σάτυρος γάρ ἐστιν, ἐφ' ᾧ Πραξιτέλης λέγεται φρονεῖσαι μέγα. « Via est a Prytaneo, Tripodes dicta. Ibi Satyrus exstat, quo Praxiteles se iactasse gloriatur. » Meminit huius Satyri a Praxitele elaborati, Athen. XIII, pag. 591. Alterius e marmore Pario, in quo et Liber Pater cum Satyro, Paus. in Attic. I, pag. 81. H.

Signa etiam quae ante Felicitatis aedem. Ea signa intelligit, quae L. Mummius ex Achaica praeda detulit ann. Vrb. 608. Cicer. in Verrem VI, de Signis, n. 4: « Itaque ille L. Mummius, quum Thespiis ea, quae ad aedem Felicitatis sunt, caeteraque ex illo oppido signa tolleret, etc. » Fuit regione secunda Vrbis, ubi et Curia Hostilia. Dio, XLIV. H.

Marmoreae. Tum Cnidiae, tum Coae. Dal. — *Marmoreae.* Veneri e marmore, de qua diximus XXXVI, 4. Hard.

Stephusam. Στέφουσαν, mulierem coronas plectentem. H.

Spilumenen. Σπιλουμένην, anum sordidam. Tatian. in Or. cont. Graecos, pag. 183, ipsos irridet, ob meretricum caeterarumque mulierum statuas, quas illi haberent in pretio: et in exemplum affert hanc in primis: Καὶ Σπιλούμενόν τι γύναιον Πραξιτέλης ἐδημιούργησεν. Vnde Turnebi commentum irridetur, Advv. XVI, 12, p. 487, existimantis legi hic oportere coniunctim, *Spilumenen oporan*, hoc est, autumnum sordidam, quum de mulierum simulacris sermo habeatur. Et Turnebo sane exemplaria quoque scripta adversantur: nec minus aliis, qui *Psilumenen* hic legi volunt. H.

Oenophorum. Οἰνοφόρον, mulierem quae vinum fert. H.

Harmodium. De his c. 9. H.

Magnus Alexander. Non ipse quidem, sed qui Alexandro successit, Seleucus, si Valer. Maxim. audimus: sic enim ille II, 10, pag. 238: « Harmodii et Aristogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati sunt, effigies aeneas Xerxes ea urbe devicta, in regnum suum transtulit: longo deinde interiecto tempore, Seleucus in pristinam sedem reportandas curavit, etc. » Nec Seleucus quidem ipse,

repenti lacertae cominus sagitta insidiantem, quem Sauroctonon vocant. Spectantur et duo signa eius diversos effectus exprimentia, flentis matronae, et meretricis gaudentis. Hanc putant Phrynen fuisse, deprehenduntque in ea amorem artificis, et mercedem in vultu meretricis.

Habet et simulacrum benignitas eius. Calamidis enim quadrigae aurigam suum imposuit, ne melior in equorum effigie defecisse in homine crederetur. Ipse Calamis et alias quadrigas bigasque fecit, equis sem-

sed Antiochus Seleuci F. si Pausaniae fides in Attic. I, pag. 14. Quisquis autem, is fuerit, qui demum ea signa Athenis restituerit, praestitisse id eum Alexandri fuisse credimus. Plinio Arrianus suffragatur de Exped. Alex. III, pag. 396: Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατελήφθη αὐτοῦ, ὅτα ξέρξης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἄγων ἤλθε· τά τε ἄλλα, καὶ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος χαλκαῖ εἰκόνες, καὶ ταύτας Ἀθηναίοις πέμπει ὀπίσω Ἀλέξανδρος· καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες. Quod iterum repetit idem VII, pag. 483. H.

Fecit et puberem Apollinem .. quem Sauroctonon, etc. Σαυροκτόνον a σαῦρος, *lacerta*, et κτείνω, *occido*. Vocem eam *Apollinem* admonitu codic. B. 2, Colb 3, vet. Dal. aliorumque, in libris hactenus vulgatis praetermissam, restituimus. Favere lectioni videtur etiam Martialis, hoc signum describens XIV, ep. CLXXII, cui titulus, »Sauroctonos Corinthius: Ad te reptanti, puer insidiose, lacertae Parce: cupit digitis illa perire tuis« Cupit ea nimirum nobili fato perire, nece a tam nobili puero, deo atque, illata. Simile conflasse signum Pythagoras Leontinus dicitur hoc ipso capite, Apollinem scilicet, serpentemque sagittis illius confectum. Hard.

Phrynen Praxitelis ipsius amasiam, cuius in gratiam et Amoris simulacrum ille finxit, inscripsitque basi epigramma, a Simonide concinnatum in Anthol. IV, 12, et apud Athen. Πραξιτέλης ὃν ἔπασχε διηκρίβωσεν ἔρωτα Ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης. Φρύνῃ μισθὸν ἐμοῖο δίδοις ἐμέ. Φίλτρα δὲ βάλλω Οὐκ ἔτι τοξεύων, ἀλλ' ἀτενιζόμενος. Grotius sic reddidit: »Quam bene Praxiteles finxit, quem sensit Amorem: De corde exemplar sumpserat ille suo: Meque mei pretium Phryne dedit: inde sagittis Nil opus est: videar si modo, sat ferio.« Hard.

Habet et simulacrum benignitas eius. Fecit et Praxiteles effigiem alteram, qua benignae suae indolis dedit argumentum. Nam Calamidis quadrigae aurigam sua manu elaboratum imposuit, etc. H.

Ipse Calamis. De Calamide, Cicero in Bruto p. 535; Pausan. Eliac. post. VI, p. 365. Prop. III, El. 8: »Exactis Calamis se mihi iactat equis« Ovid. de Ponto IV, el. 1, v. 33: »Vindicat ut calamis laudes quos fecit equorum. H.

per sine aemulo expressis. Sed ne videatur in hominum effigie inferior, Alcmena nullius est nobilior.

Alcamenes Phidiae discipulus et marmorea fecit, et aereum pentathlon, qui vocatur Encrinomenos. At Polycleti discipulus Aristides quadrigas bigasque. Tisicratis Leaena laudatur. Scortum haec lyrae cantu familiare Harmodio et Aristogitoni, consilia eorum de tyrannicidio, usque ad mortem excruciata a tyrannis, non prodidit. Quamobrem Athenienses et honorem habere ei volentes, nec tamen scortum celebrasse, animal nominis eius fecere: atque ut intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt.

Bryaxis Aesculapium et Selencum fecit. Bedas ado-

Alcmena. Herculis mater. H.

Alcamenes. Hactenus de celebrioribus statuariis habita oratio: caeteri deinceps ex alphabeti serie appellandi. Αλκαμένης Pausaniae crebro memoratus, non sine peculiari operum eius commendatione, in Atticis, Arcadicis, etc. De eo rursum inferius XXXVI, 4 et iam supra diximus. H.

Encrinomenos. Εγκρινόμενος, qui athletis annumeratur, et in eorum numerum recipitur, ἐγκριτὸς ἀθλητῶν, athletas qui probat ut recipiantur et accenseantur. Cicero lib. I de Offic. »Atqui hoc idem Sophocles si in athletarum probatione dixisset, iusta reprehensione caruisset.« Turnebus. Dac. — *Encrinomenos.* Εγκρινόμενος, in primis approbatus, caeteris praelatus. Harp.

Tisicratis. Typi hactenus praetulerunt, *Et Iphicratis.* At idem supra Tisicratem laudavit. H. — Brot. ex ed. pr. *Iphicratis.* Ed. P.

Scortum. Refert haec quoque de Leaena Athen. XIII, pag. 596. Item Pausan. Attic. I, pag. 48. Conf. quoque VII, 23. H.

Animal nominis eius. Nempe leaenam. Plut. de Garrul. pag. 505; ubi rem prolixe narrat et eleganter quidem: Αθηναῖοι δὲ χαλκὴν ποιησάμενοι λέαιναν, ἄγλωσσον, ἐν πύλαις τῆς ἀκροπόλεως ἀνέθηκαν, etc. Calamidis id opus fuisse, ex aliorum asseveratione, ac probabiliore forma, refert Pausan. in Attic. I, p. 40. H.

Bryaxis Aesculapium et Selencum fecit. Sic libri omnes, etiam Mss. Temperare mihi tamen non queo, quin coniecturam, quae occurrit animo, suspicionemque prodam: *et Salutem* scilicet, quam *et Selencum* legi fortasse commodius posse. Nam Pausanias in Attic. I, pag. 75: Τοῦ δὲ Ασκληπιοῦ ἄγαλμα Βρύαξις καὶ αὐτὸ, καὶ τὴν Υγίειαν ἐποίησεν. »Aesculapii vero et Hygiae (hoc est, Sanitatis, sive Salutis), signa fecit,« quae Megaris erant. Ex eodem uterque fonte Pausanias Pliniusque, hausisse istud possunt videri. Alias appellari con-

rantem. Batton Apollinem, et Iunonem, qui sunt Romae in Concordiae templo.

Ctesilaus vulneratum deficientem, in quo possit intelligi, quantum restet animae: et Olympium Peri-

iunctim ambo soliti Aesculapius et Hygia. Vetus inscriptio apud Grutorum pag. 67: AESCVLAPIO. ET. HIGIAE. Apud Reinesium pag. 152: AESCVLAPIO. EPIDAVRO. D. PP. ET. SALVTI. Et p. 156: AESCVLAPIO. ET. SANITATI. Epidauri vel socia, vel, ut alis placet, filia Hygia fuit. Hinc templum Salutis Romae, teste Vitruvio I, 2. Fana Salutis duo, regione sexta: et vicus Salutis, et Porta Salutaris ab ea nominata: et apud Varronem de Ling. Lat. IV: « Collis Salutaris, in Quirinali colle. » Sed ne quid tamen in contextu Pliniano moveam, praeter conscosum codicum, a quibus desciscere religio est, idem Pausanias prohibet, qui Athenis aeneam Seleuci statuam in Poecile portico fuisse commemorat Attic. pag. 14; etsi artificem non appellat. De Atheniensium vero civitatis ornamentis fere Plinius eo loci agit. H — *Aesculapium et Seleucum.* Ingeniose quidem conlicit Harduinus, *Aesculapium et Salutem*; at et infra inter opera nobilia artificum laudatur *Seleucus rex.* Nihil ergo mutandum. BROT.

Bedas fecit adorantem Batton Apollinem (sic prius, interpunctione mutata). Dalecampius intelligit Battum senem Ovidio in lapidem indicem versum. Cur non potius Aristotelem Battum, conditorem Cyrenarum, qui auspice Apolline coloniam eo deduxit a Thera? Sed potius *Batton* nomen est artificis, qui Apolliuem et Iunonem fecit, ut vidit excellentissimus Reinesius, Var. II, 7. GRON. — *Bedas adorantem.* Subintelige, fecit, ex antecedente sententia. Coniunctim haec legenda Dalecampius arbitratus est, *Bedas adorantem Batton*, etc. quum sit ibi *Batton* in recto, statuarii nomen, qui sacrificantem, sive, ut nunc Plinius ait, adorantem fecisse rursum traditur inferius. H.

In Concordiae. In regione Vrbis octava. H.

Olympium Periclem. Forma eius fuit e suggestu populum alloquentis, manibus iunctis, quoniam concionaturus semper Deos precabatur: quod vel ex Liv. lib. XXXIX, discimus: « Quum post solenne, inquit, carmen precationis, quod praefari prius, quam populum alloquantur, magistratus solent, etc. » DAL. — *Olympium.* Id ei cognomen haesit, vel ob eximiam dicendi vim, qua tonare in concionibus, ac fulmen eiere videretur, vel ob insignem domi militiaeque potentiam, aliasve ob causas, quas affert Plutarch. in eius vita, pag. 156 Val. Max. V, 10: Non sine causa igitur tanti roboris animus ad Olympii Iovis cognomen adscendit. Datum est etiam cognomen Olympii romanis imperatoribus omnino tribus: Hadriano, Commodo, Severo Alexandro. Hadriani Augusti sunt in Gaza Regia, et alibi nummi inscripti: ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ, ΚΑΙϹΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ, ΚΑΙϹΑΡ ΟΛΥΜΠΙΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Commodi in Thesauro Regio: M. ΑΥ. ΟΛΥΜΠ. ΚΟΜΟΔΟϹ. *Marcus Aurelius Olympius Commodus.* Denique Severi Alexandri, in collectione Mss. D. de Peiresc. pag. 109, ΟΛΥΜΠ. ΑΥΡ. ϹΕΟΥΗΡΟϹ.

clem dignum cognomine: mirumque in hac arte est, quod nobiles viros nobiliores fecit. Cephissodotus Minervam mirabilem in portu Atheniensium, et aram ad templum Iovis Servatoris in eodem portu, cui pauca comparantur. Canachus Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur in Didymaeo, Aeginetica aeris temperatura. Cervumque una ita vestigiis suspendit, ut linum subter pedes trahatur, alterno morsu digitis calceque retinentibus solum, ita vertebrato dente utrisque in partibus, ut a repulsu per vices resiliat. Idem et Celetizontas pueros. Chaereas, Alexandrum Magnum, et Philippum patrem eius fecit.

ΑΛΕΧΑΝΔΡΟϹ ϹΕΒ. *Olympius Aurelius Severus Alexander Augustus.* Caput laureatum)(Caput Iovis. ΤΕΤΑΡΤΟΥ. *Anno quarto* eiusdem Alexandri imperii. Appellatione ea Graeci donasse videntur Augustos, qui in maioribus suis duos haberent Divos Augustos; quasi iam essent ipsi e nomine natalium iure coeli haeredes. Sic Adrianus Divum Titum habuit proavum; Divum Nervam avum maternum: Commodo fuit Divus Marcus pater, et Divus Pius avus. Aurelio Severo Alexandro ebavus Divus Marcus, Divi Pii filius. In aeream Pericles statuam Epigramma exstat in Anthologia V: Ἠγασάμην δ' ὁρόων σε, Περίκλεες, ὅττι καὶ αὐτῷ Χαλκῷ ἀναυδήτῳ δημηγόρον ἦθος ἀνάπτεις; Ὃς ἔτι Κεκροπίδῃσι θεμιστεύων πολιήταις, Ὠὺ μόθαν ἐντύνων Πελόπηϊον. Forte, ἢ μόθον. « Multum te, Pericles, miror, quod in aere videndus, Hic etiam serves vultumque habitumque disertis Qualis eras quondam vel legum suasor Athenis, Vel belli in Pelopis populos. H.

Cephissodotus. Fecit is Megalopoli Dianam e Pentelico lapide. Pausan. lib. VIII, et in Helicone Musas. Dal.

Philesius cognominatur. Φιλήσιος, amabilis. H. — *Apollinem.* Creditur esse *l'Apollon de Florence.* Brot.

In Didymaeo. Hoc est, in eo loco, quod Branchidarum et Apollinis Didymaei oraculum appellatur, de quo Plinius, V, 31. Pausan. in Boeot. IX, p. 557, Apollinem ex aere in Branchidis a Canacho factum in primis laudat: Ὁ μὲν γὰρ ἐν Βραγχίδαις, χαλκοῦ, Κανάχου ποίημα. Hard.

Vt linum subter pedes trahatur, etc. Vt filum intra pedes duci trahique possit, alternis vicibus mox digitos, mox calcem credas haerere solo: dentes ita sunt vertebratis ossibus similes, mobilesque ac flexiles, in utrisque partibus, sive dextris, sive sinistris, ut si unum pellas, statim alii per vices statim, « hoc est, si laevos pellas, dextri: si dextros, laevi resiliant. » H. — *Vt a repulsu.* Vet. apud Daler. *ut ad repulsum.* Ed. P.

Idem celtizontas pueros fecit (sic prius). Voss. *Idem et celetizontas pueros,* sine τῷ *fecit*, quod satis est mox poni. Gron. — *Idem.* Subintellige *fecit*, ex antecedentibus. Κελη-

Desilaus Doryphoron, et Amazonem vulneratam. Demetrius Lysimachen, quae sacerdos Minervae fuit annis sexaginta quatuor. Idem et Minervam, quae Musica appellatur, quoniam dracones in Gorgone eius ad ictus citharae tinnitu resorant. Idem equitem

τίζοντας vocant, equum singularem regentes, quem κέλητα Graeci, Tranquillus desultorium nuncupat H. — Celetizontas saepe videre est in antiquis gemmis. Brot.

Chaereas. Chaerean et Diaden Polyidi Thessali discipulus architecturae peritos cum Alexandro militasse apud Vitruvium legimus, X, 9, p. 231, et apud Athen Πολύειδος ὁ Θεσσαλὸς, οὗ οἱ μαθηταὶ συνεστρατεύοντο Ἀλεξάνδρῳ, Διάδης καὶ Χαιρέας. Chaerilum statuarium Olynthium, apud Pausan. Eliac. post. p. 375. H.

Desilaus Δησίλαος. Si enim MSS. Reg. 2, Colbert. 3, aliique: non, ut editi, *Caesilaus*; cuius habita paulo ante mentio, in eorum numero quorum nominibus praefigitur littera *c*. Hard.

Demetrius. Meminit eius Quintilianus, XII, 10, pag. 895, ubi de statuariis: «Demetrius, inquit, tamquam nimius in ea reprehenditur (nempe in veritate exprimenda) et fuit similitudinis, quam pulchritudinis amantior.» De hac Lysimache Pausanias in Attic. I, p. 49. H.

Quae Musica appellatur. Minervae Musicae apud Senecam mentio, qui Athenienses ait Antonio adulatos dixisse velle se despondere ei Minervam suam Musicam: quibus ille respondisse fertur, ducturum se quidem, sed dotis nomine imperare se illis talenta mille. Hard.

In Gorgone. Gorgon Medusae frequens occurrit in nummis et in gemmis Brot.

Item equitem Simonem. Dignum notatu interim id est, quod nummus docet ab Occone allatus p. 198, necdum a quoquam explicatus: DIVO TRAIANO AVG. ·)(· IMPERATORI. Vir tunica brevi amictus stat inter equos duos, quos dextra sinistraque freno tenet. Quum titulus picturae non respondeat, si vox unica credatur esse IMPERATORI, certo id ipsum argumento est, aliquam ibi latere sententiam, quae solis singularum vocum primis litteris syllabisque exprimatur. Legendum sic igitur: «IMperatorum Primus Equitatum Romanum Auxiliarem Trajanus ORienti Intulit.» Vir equum regens, qua forma hic pingitur, etiam cernitur in nummo Getae inscripto, CASTOR; at equitem equitatumque designat; ob illud Horatii, *Castor gaudet equo*: post illud Homericum: Κάστορος ἱπποδάμοιο. Alium praeterea nummum ibidem refert Occo, in quo «quadrigae triumphales, inquit, pulcherrimus: in capitibus equorum singulis palmae: et figura insidens currui, dextra flagrum aut sceptrum potius, sinistra palmam tenet.» Epigraphe eadem, IMPERATORI. Hunc sibi visum fuisse D. Mezzabarba testatur, pag. 164, in Museo locupletissimo nummis antiquis D. Caesaris Leompardi Patricii Auximani. Spanhemius, pag. 636, visum sibi ait Antonini Pii nummum inscriptum, IMPERATORI: sed oculis fallentibus pro IMPERATOR II, ut in aureo e Gaza regia, et alibi in aere magno. — *Simonem.* In libris omni-

Simonem, qui primus de equitatu scripsit. Daedalus et ipse inter fictores laudatus, pueros duos distringentes se fecit. Dinomenes, Protesilaum, et Pythodemum luctatorem.

Euphranoris Alexander Paris est: in quo laudatur, quod omnia simul intelligantur, iudex Dearum, amator Helenae, et tamen Achillis interfector. Huius est Minerva Romae, quae dicitur Catuliana, infra Capitolium a Quinto Lutatio Catulo dicata: et simulacrum

bus ad hunc diem vulgatis, *Sarmenem*. In Reg. cod. 2, *Sermonem*. Colb. 3, *Seronem*. Nos interim cum Dalecampio, *Simonem* ex Xenophonte rescripsimus, cuius haec verba in lib. περὶ ἱππικῆς· Συνέγραψε μὲν οὖν καὶ Σίμων περὶ ἱππικῆς· ὃς καὶ τὸν κατὰ τὸ Ἐλευσίνιον Ἀθήνησι ἵππον χαλκοῦν ἀνέθηκε, καὶ ἐν τῷ βαθρῳ τὰ ἑαυτοῦ ἔργα ἐξετύπωσεν. a De re equestri igitur scripsit etiam Simon, qui et equum ex aere Athenis iuxta Eleusinium dedicavit, atque in basi opera quoque sua expressit. a Immo teste Hierocle in Hippiatricis, totam rem equestrem ibi expresserat. Sic enim ille in prooemio: Τά τε Σίμωνος ἀκούειν τοῦ παλαιοῦ, τῆς ἱππασίας αὐτοῦ τρόπους ἐν τῷ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλευσινίῳ χαράξαντος, καὶ συμήναντος ἐν τοῖς σχήμασι, etc. H.

Daedalus. Statuarius Sicyonius fuit, de quo multa passim Pausan. in Eliac. post. sive VI. Hard. — *Inter fictores*, Fictor, *artiste qui travaille en argile*. Brot. — *Distringentes*. Brot. ut semper, *destringentes*. Ed. P.

Dinomenes. Diximus de eo superius. Hard.

Protesilaum. Vnum e Graecorum ducibus in expeditione Troiana, ab Hectore interfectum. Hard.

Pythodemum luctatorem. Πυθόδημον. In luctatoris similem effigiem elegans Philippi epigramma exstat in Anthologia, III, 2: Τὸν ἐκ Σινώπης εἰλλύσις Δαμόστρατον, Πίτυν λαβόντα τὴν κατ' Ἰσθμὸν ἑξάκις, Τοῦτον δέδορκας· οὐ κατ' αὔγυρον πάλην Ψάμμος πεσόντος νῶτον οὐκ ἐσφάγισεν. Ἰδ' αὖ πρόσωπον θηρόθυμον, ὡς ἔτι Σώζει παλαιὰν τὴν ὑπὲρ νίκας ἔριν. Αἴγει δ' ὁ χαλκός, ἃ βάσις με λυσάτω, Χὡς ἵμνοος νῦν ἕβδομον κονίσομαι. a Notus Sinopes si tibi Demostratus, Cui pinus Isthmi sexies vinxit caput, Hunc cernis ipsum: cuius in luctamina Lapsus arenae nulla signavit nota. Vides ut ori torvitas constet vetus, Et ille quondam nisus ad victoriam? Aes dicit ipsum: Liberet tantum basi: Ceu vivus ecce septimae luctae paror a Hard.

Euphranoris Alexander Paris est. Idem pictor fuit excellens, lib. XXXV, cap. 11; facta est et supra hoc ipso capite huius mentio. Pinsit is Athenis porticum vicinam porticui regiae, cuius imagines multis referl Paus. lib. I. Dal.

Simulacrum Boni Eventus. Varro de Re Rust. lib. I, Bonum Eventum numerat inter deos Consentes. Eius templum fuit prope thermas Agrippae, quarum adhuc reliquiae supersunt. Dal. — *Eventus Boni*. In num-

Boni Eventus, dextra pateram, sinistra spicam ac papaver tenens. Item Latona puerpera, Apollinem et Dianam infantes sustinens, in aede Concordiae. Fecit et quadrigas bigasque, et Cliduchon eximia forma: et Virtutem, et Graeciam, utrasque colosseas, mulierem admirantem et adorantem. Item Alexandrum et Philippum in quadrigis. Eutychides Eurotam, in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere. Hegiae Minerva Pyrrhusque rex laudatur: et Celetizontes pueri, et Castor et Pollux ante aedem

mis Titi, Getaeque, Bonum Eventum signatum vidimus, iuvenem nimirum, plane ea forma, insignibusque iis decoratum, quae memorantur a Plinio. Hunc agricolae inprimis venerabantur, teste Varrone, ut sata grandire beneque evenire sineret. Fuit templum Boni Eventus Romae prope Thermas Agrippae, regione nona. Salvianus, VII: «Si quando nobis prosperi aliquid praeter spem nostram et meritum deus tribuit, alius adscribit hoc Fortunae, alius Eventui, nemo Deo.» H.

In aede Concordiae. Regione Vrbis octava. Hard.

Et Cliduchon. Al. *Daduchon* legunt: al. *clavigerum* interpretantur: al. *Clidicum*, regem Athenarum, Pausaniae memoratum in Atticis. Dalec.

Et Virtutem. MSS. Reg. 2 et Colb. 3: *et virtutem egregiam.* Moxque, «mulierem, admirantem, et adorantem» non «ministrantem et adorantem,» ut in libris vulgatis. Prius enim illud praestari simul qui possit, intelligo, admirari nimirum quem simul adores: alterum quo pacto in aere exprimi queat, haud satis intelligo.

Graeciam. Graeciae picturam Pausanias memorat lib. V; eiusdem imagiem lib. VI. Dal.

Eurotam. Amnem Laconici agri, de quo IV, 8. Hard.

Artem... liquid. Ingeniose dictum. Videre est illud Eutychidae opus insculpum in onyche. Eurotas sedet dextra teneos arundines, sinistra urnae, unde fluit amnis, innixus; infra ΕΥΡΩΤΑΣ. Ficoroni Gemmae antiquae litterariae, tab. VI, num. 1. Baor.

Hegiae. Hylou statuarii, de quo supra, ubi et de Hegesia simul. H.

Castor et Pollux ... Hegesiae. Voss. *Tonantis Hagesiae.* Ita ergo scribendum, «et Castor, et Pollux ante aedem Iovis Tonantis, Hagesiae,» nempe statuarii, laudantur. Quintilianus, Instit. lib. XII, c. 10: «Nam duriora et Tuscanicis proxima Calo atque Hagesias, iam minus rigida Calamis, molliora adhuc supra dictis Myron fecit.» Lapis in aedibus Witsii viri consularis Amstelaedami ex Asia advectus: ΓΑΙΟΝ ΒΙΑΛΗΝΟΝ ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΟΙ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΤΗΣ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΑΝΕΘΗΚΑΝ ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΣ ΣΚΟΠΑ ΠΑΡΙΟΣ

Iovis Tonantis, Hegesiae. In Pario colonia Hercules Isidori.

Eleuthereus Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum praeceptore puerum sufflantem languidos ignes, et Argonautas. Leochares aquilam, sentientem quid rapiat in Ganymede, et cui ferat, parcentem unguibus etiam per vestem: puerum Autolycon

ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕΝ. Agnoscit et Hermolaus *Agesiae*, et ex eo facit *Hegesiae*. Itaque miror quis id nomen deleverit. Gron. — *Hegesiae*. Pictoris nomen in libb. ante Hard. vulgg. deest. Ed. P.

Ante aedem Iovis. P. Victor in descriptione Romae, regiona octava, « Capitolium ... templum Iovis Opt. Max. Aedes Iovis Tonantis ab Augusto dedicata in Clivo Capitolino. » Haud.

In Pario colonia. Helleaponti, de qua V, 40. Hard.

Isidori. Statuarii. Haud.

Eleuthereus. Hoc est, Eleutheris oriundus, Boeotiae oppido. De Lycio Myronis discipulo disimus sub initium huius cap. Libri omnes hactenus editi; « Buthyreus Lycius Myronis discipulus fuit. » Pintianus coniiciebat *Buthytes*, quasi *bovis immolator*, lepido sane commento. Lycium statuarii proprium nomen esse series ipsa elementorum admonet, quae nomina nunc repraesentat ab simili littera incipientia. Myronis discipulum fuisse etiam paulo ante Plinius affirmavit; immo et filium, Pausan. in Eliac. lib. VI, p. 334, ac caeteri scriptores. Myronem ipsum Eleutheris natum, Plinius idem superius. Quid propius vero videri possit, quam eamdem seu filii, seu discipuli, patriam nunc signatam, et *Eleuthereus* temere in *Buthyreus* a librariis esse conversum? Quin et Lycium quoque ipsum Eleutheris oriundum conceptis verbis prodidit Athenaeus, XI, pag. 488: Ἦν δὲ οὗτος (Λύκιος) τὸ γένος Βοιώτιος ἐξ Ἐλευθερῶν, υἱὸς Μύρωνος τοῦ ἀνδριαντοποιοῦ, ὡς Πολέμων φησὶν ἐν πρώτῳ Ἀκροπόλεως. Vidit hoc ante nos Leopard. in Emend. XI, 19. Haud. — Conf. quoque Casaubon. ad Athenaeum, loc. supr. laud. Ed. P.

Leochares. De quo supra, sub initium huius cap. — Typi omnes ad hunc diem *Leocras* mendose repraesentant, quum Leocharis mentio superius habita sit raptim, quae nunc revocatur, ut eius opera sigillatim percenseantur. Meminit et fictoris, et signi ipsius etiam Tatianus Or. contra Graecos, pag. 183: Τίνος δὲ χάριν διὰ Λεωχάρους Γανυμήδη τὸν ἀνδρόγυνον, ὅς τι σπουδαῖον ἔχοντες κτῆμα, τετιμήκατε; « Cur propter Leocharis artificium, Ganymedem illum affeminatum, tanquam eximium aliquid habentes, colitis? » H.

Parcentem unguibus. Scite Martial. I, Epigr. VII: « Aetherias aquilas puerum portante per auras Illaesum timidis unguibus haesit onus. » Aquilam pictor adiecit, de qua nihil habet Homerus in Iliade. Haud.

Autolycon. Visum a se id signum testatur Pausanias, in Boeot. IX: Αὐτολύκῳ τῷ παγκρατιάσαντι, οὗ δὴ καὶ εἰκόνα ἰδὼν οἶδα ἐν τῷ Πρυτανείῳ τῷ Ἀθηναίων, etc. Et in Attic. I:

pancratio victorem, propter quem Xenophon Symposion scripsit: Iovemque illum Tonantem in Capitolio, ante cuncta laudabilem: item Apollinem diadematum. Lyciscus Lagonem puerum subdolae ac fucatae vernilitatis. Lycus et ipse puerum suffitorem.

Menaechmi vitulus genu premitur, replicata cervice; ipseque Menaechmus scripsit de sua arte.

Naucydes Mercurio, Discobolo, et immolante arietem censetur. Naucerus luctatorem anhelantem fecit. Niceratus Aesculapium, et Hygiam, qui sunt in Concordiae templo Romae.

Πλησίον δὲ πρυτανεῖον ἐστιν, ἐν ᾧ ἀνδριάντες ἄλλοι καὶ Αὐτόλυκος ὁ παγκρατιαστής. Quid sit pancratium diximus superius.

Xenophon. In Symposio, sub ipsum initium, p. 871: Καλλίας δὲ ὁ Ἱππονίκου ἐρῶν ἐτύγχανεν Αὐτολύκου, παιδὸς ὄντος, καὶ νενικηκότα αὐτὸν παγκράτιον ἔχειν ἄγων εἰς τὴν θέαν. » Autolycum adhuc puerum, quem amore complectebatur, forte tunc quinquertii victorem ad ludorum spectacula deducebat. » H.

Lyciscus. Meminit huius statuae Martialis, IX, ep. LI, pag. 497, ubi ac cum egregiis sculptoribus confert: cum formosis puerorum iconibus, quas illi finxere, sita poëmatia; ingentia vatis insulsi poëmata cum operibus luteis: » Nos facimus Bruti puerum, nos Lagonae vivum: Tu magnus luteum, Gaure, giganta facis » Haed.

Vernilitatis. Vernilis ingenii et fere scurrilis. Familiaris etiam Quintiliano vox. Haed.

Lycus. Vt Lyciscus ipse, sic et Lycus puerum fecit, sed suffitorem, sive suffumitorem, θυμιῶντα, veporantem, adolentem, incendentem odores. Haed.

Menaechmi. Dianae Laphriae signum, quod Patris fuit, is finxit ex auro et ebore. Pausan. Dalec. — *Menaechmi.* Statuarii huius patriam et scripta retulimus in auctorum indice. Naupactum ei solum natale fuisse scribit Pausanias in Achaic. VII, pag. 433; aetatem, Calloni Aeginetae statuario, et Canacho Sicyonio, de quibus nos supra, prope aupparem. Haed. — *Menaechmi vultus.* Ita ex MSS. Vossian. et aliis post Gronovium rescripsit Hard. quum in libris antea vulgatis legeretur *vitulus.* Sic de eodem signo Br. » Quod Menaechmus in vitulo fecit, hoc Michael Angelus, forte Menaechmum imitatus, expressit in Goliath, qui Davidis genu premitur, replicata quoque cervice. Et ne ab antiquitate recedam, sic vitulus, forsitan Menaechmi, premitur genu, et replicata cervice morti proximus videtur in Carda apud Cl. Gori, Inscrip. antiq. tom. I, tab. VIII, n. 5. » Ed. P.

Naucydes. Laudatur is a Pausania, ut superius diximus, et a Tatiano, Orat. contra Graecos, pag. 181. H.

Naucerus. Ναύκερος, an Ναύκλερος. Hard.

Niceratus. Νικήρατος, statuarius a

Pyromachi quadriga regitur ab Alcibiade. Polycles Hermaphroditum nobilem fecit. Pyrrhus Hygiam, et Minervam: Phoenix Lysippi discipulus, Epithersen.

Stipax Cyprius uno celebratur signo, Splanchnopte. Periclis Olympii vernula hic fuit, exta torrens, ignem oris pleni spiritu accendens. Silanion Apollodorum fudit, fictorem et ipsum, sed inter cunctos diligentissimum artis, et inimicum sui iudicem, crebro perfecta signa frangentem, dum satiari cupiditate artis non quit, et ideo insanum cognominatum. Hoc in eo expressit, nec hominem ex aere fecit, sed iracun-

Tatiano laudatus, l. c. dicitur Εὐκτήμονος Αθηναίου filius. H.

Et Hygiam. Υγείαν, quae Aesculapii filia, ab Hippocrate in suo iureiurando simul cum patre invocatur. Latine *Salutem* aut *Sanitatem* dixeris. In nummis Nicaeensium M. Aurelio principe cusis, e Cimelio regis christianissimi ΘΕΑ ΥΓΕΙΑ. ΝΙΚΑΙΕΙC. Alter eiusdem ΥΓΕΙΑ ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ. Hard.

In Concordiae templo. Regione Vrbis octava. H.

Pyromachi. De Pyromacho et Polycle, supra. Pyromachus idem videtur esse, qui Φυρόμαχος inter statuarios appellatur in Anthol. IV, 12. Aesculapii simulacrum a Phyromacho conflatum laudat Diod. in Excerpt. p. 336. H.

Epithersen. Επιθέρσην τὸν Μητροδώρου, pugilem eximium, de quo Pausan. in Eliac. post. VI, 15.

Splanchnopte. Philelphus in Suetonii Augustum, cap. VI, scribit in exemplari quodam se legisse, *Sparganopte*: quae vox fasciatum puerum significat. Dal. — *Splanchnopte.* Puero ignes sufflante et torrente exta, ἀπὸ τοῦ τὰ σπλάγχνα ὀπτᾶν. H. — De hoc puero eiusque signo iam dixit Noster l. XXII, cap. 20. Ed. P.

Silanion. De eo superius dictum, idem Σαπρὼ ἐχαλκούργησεν, ut est apud Tatian. Orat. contra Graecos p. 182. Hard.

Fudit. Ex aere. H. — Gron. et al. ante Hard. *fecit.* Ed. P.

Dum satiare cupiditatem nequit artis (sic prius). Verior lectio nostri codicis, « dum satiari cupiditate artis nequit. » Pint.

Sed iracundiam. Simile est acumen Pauli Silentiarii, de Bacchae effigie in Byzantio, in qua furorem ipsum in lapide expressum ait Antholog. IV, 3: Εἰς Βάκχην ἐν Βυζαντίῳ· Εκφρονα τὴν Βάκχην οὐχ ἡ φύσις, αλλ' ἡ τέχνη Θήκατο, καὶ μανίην ἐγκατέμιξε λίθῳ. Interprete Grotio: « Baccha quod insanit, non hoc natura, sed ars est: Vivit enim lapidi mixtus ab arte furor. » Et Philippi de Medea: Ω, τίς τεχνίτης τόδε γ' ἔπλασεν, ἢ τίς ὁ γλύπτης, Ος λίθον ἐς μανίην ἤγαγεν εὐτεχνίῃ. « Quis tantum potuit caeli scalprive labore, Intrarit lapidem mixtus ut arte furor? H.

diam: et Achillem nobilem. Item Epistaten exercentem athletas: Strongylion Amazonem, quam ab excellentia crurum Eucnemon appellant, ob id in comitatu Neronis principis circumlatam. Item fecit puerum, quem amando Brutus Philippensis cognomine suo illustravit.

Theodorus, qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex aere fudit, praeter similitudinem mirabilem fama magnae subtilitatis celebratus. Dextra limam tenet, laeva tribus digitis quadrigulam tenuit, translatam Praeneste, tantae parvitatis, ut totam eam currumque et aurigam integeret alis simul facta musca.

Xenocrates Tisicratis discipulus: aut, ut alii, Euthycratis, vicit utrosque copia signorum, et de sua arte composuit volumina.

Epistaten. Ἐπιστάτην, seu viri id proprium nomen fuerit, seu magistrum tantummodo, praefectum, praesidemque trigarii significet, sive equorum agitatorem et trigarium. H. — *Epistaten.* Viri nomen; sed praefectum significat. Brot.

Strongylion. Στρογγυλίων, quem Pausanias eo nomine commendat in primis Boeot. IX, p. 583, quod boves et equos unus omnium felicissime exprimeret. Dianam quoque fudisse dicitur, Attic. I, pag. 74: Musas Boet. IX. Harn.

Eucnemon. Εὐκνήμων, quod pulchria tibiis esset. De hac Amazonis statua dictum sub finem superioris cap. H.

Brutus. Is qui ad urbem Philippos victus est ab Octavio et Antonio. De hoc Bruti puero Martialis epigrammate a nobis proxime laudato. Harn.

Theodorus. Theodori Samii meminere Pausanias pluribus locis in Laçon. III, p. 183, etc. Herod. Clio, n. 51, p. 19., aliique. Plinius ipse, VII, 57; Laërt. in Aristippo II, pag. 58, Rhoeci filium vocat, qui Ephesino templo substernendos fundamenti vice carbones censuit. Harn. — Pausan. laudat Theodorum, filium Teleclis, et Rhoecum, filium Philaei, utrumque Samium, qui primi aes cudere et conflare docuerunt. Dalec.

Laeva... quadrigulam. De his minutissimis operibus vide quae iam dicta sunt VII, 21. Ed. P.

Translatam. In triumpho Sullae, devicto Mario iuniore. Vide XXXIII, 5. Harn.

Simul facta musca. Similiter ex aere fusa. Harn.

Xenocrates. Diximus de eo in Auctorum Indice. H.

Plures artifices fecere Attali et Eumenis adversus Gallos praelia; Isigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus, qui condidit volumina de sua arte. Boëthi, quanquam argento melioris, infans eximie anserem strangulat. Atque ex omnibus, quae retuli, clarissima quaeque iam sunt dicata Vespasiano principe in templo Pacis, aliisque eius operibus, violentia Neronis in urbem convecta, et in sellariis domus aureae disposita.

Praeterea sunt aequalitate celebrati artifices; sed nullis operum suorum praecipui. Ariston, qui et argentum caelare solitus est, Calliades, Ctesias, Cantharus Sicyonius, Dionysodorus Critiae discipu-

Attali. Attalus Pergami rex, amicus ac socius populi romani dictus est. Gallos, sive, ut Pausanias ait, Attic. I, p. 13, Γαλάτας, qui nempe Galatiae vicinas regiones effuse populabantur, multis praeliis ambo vicere. Gallorum internecionem in Mysia, ubi eos Attalus delevit, ab eodem principe statuis aeneis compluribus in arce Athenis fuisse exhibitam, docet idem paulo post. H.

Pyromachus. De Pyromacho, supra. Stratonicus idem forte, quem Stratonem Pausanias vocat, Corinth. II, p. 127, ubi Aesculapii et Hygiae signa ab eo ficta laudat in primis. Hand.

Antigonus. Carystius ille, de quo in Auctorum Indice. H.

Boethi. Carthaginiensis statuarii, cuius pusio laudatur, sedens ad Veneris pedes, in Eleorum templo, teste Pausania, Eliac. pr. V. Παιδίον ἐπίχουσον κάθηται γυμνὸν πρὸ τῆς Ἀφροδίτης· Βοηθὸς δὲ ἐτόρευσεν αὐτὸ Καρχηδόνιος. Hand.

Dicata Vespas. Brot. ex codd. Regg. et edit. principe, *dicata a Vespasiano.* Ed. P.

In templo Pacis. Regione Vrbis octava. Hand.

Violentia Neronis in urbem conv: Quem quingentas ex aere statuas e Graecia Romam asportasse, auctor est Pausanias in Phoc. X, p. 620. De sellariis domus aureae dicemus XXXVI, 24. H.

Calliades. In libris hactenus editis, *Callias.* Reg. cod. 2, *Callides.* Nos *Calliades* a Tatiano admoniti, qui Καλλιάδου statuarii meminit, in Oratione contra Graecos, pag. 183. Hand.

Ctesias. Κτησίας. Ita Reg. 2; non ut editi *Clesias.* H.

Cantharus Sicyonius. Σικυωνίου Κανθάρου opera laudat Pausan. Eliac. posteriorib. VI, pag. 376, et alibi. Hand.

Critiae. Κριτίου Ἀττικοῦ opera laudantur a Pausania in Attic. et Eliac. post. Εὐφορίων ἐν ποτηριογλύπτῃ, in poculorum sculptore, laudatur a Theocriti Scholiaste, ad Idyll. II, v. 1: ut is non caelandi modo artem te-

lus, Deliades, Euphorion, Eunicus, et Hecataeus, argenti caelatores; Lesbocles, Prodorus, Pythodicus, Polygnotus: iidem pictores nobilissimi. Item ex caelatoribus Stratonicus, Scymnus, qui fuit Critiae discipulus.

Nunc percensebo eos, qui eiusdem generis opera fecerunt, ut Apollodorus, Androbulus, Asclepiodorus, Alevas, philosophos: Apellas et adorantes feminas: Antigonus et Perixyomenon, tyrannicidasque supradictos: Antimachus, Athenodorus feminas nobiles: Aristodemus et luctatores bigasque cum

nuisse, sed et tradidisse de ea arte praecepta videatur Εὔνικος, Εκαταῖος, nondum alibi a nobis reperti. H.

Lesbocles. Λεσβοκλῆς, Πρόδωρος, Πυθόδικος, pariter obscuri. In Reg 2, *Pythodicus* non legitur. Itaque cum ex duobus nominibus conflari unicum oporteat, *Pythodorus*, quem statuarium Thebanum fuisse Pausanias admonet, Boeot. IX, amplius considerandum. H.

Polygnotus, Thasius, Aglaophonte patre, ut docet epigramma Simonidis, relatum a Pausania Phoc. X, p. 662, ubi eius etiam clarissima opera enumerat.

Item. E caelatoribus item, inquit, fuere simul pictores eximii, Stratonicus et Scymnus. De Stratonico diximus paulo ante. Σκύμνος adhuc ignotus. H.

Vt Apollodorus, etc. Απολλόδωρος, Ανδρόβουλος, Ασκληπιόδωρος, Αλεύας. Ex his Αλεύας apud Theocritum occurrit, Idyll. XVI; sed ab isto, de quo Noster, diversus. H.

Philosophos. Hi, inquit, proxime appellati, philosophorum simulacra fecere. Iuvat ex Sidonio discere, quae forma cuiusque foret, l. IX, ep. 9: « Per gymnasia pinguntur Areopagitiea, vel Prytaneum, Speusippus cervice curva, Aratus panda, Zenon fronte contracta, Epicurus cute distenta, Diogenes barba comante, Socrates come candente, Aristoteles brachio exserto, Xenocrates crure collecto, Heraclitos fletu oculis clausis, Democritus risu labris apertis, Chrysippus digitis propter numerorum indicia constrictis, Euclides propter mensurarum spatia laxatis, Cleanthes propter utrumque corrosis. e.

Apellas et adorantes feminas. Hermolaus, *anhelas et adorantes*: vel *plebeias et adorantes.* Voss. *Apellas sed adorantes se feminas.* Forte, « Apellas Ledem et ornantes se feminas. Gron.

Perixyomenon. Vt Polycletus, Lysippus, Daedalos. Dal. — *Perixyomenon.* Qui per circuitum sot comit, aut scabit, extergitve se: ut ἀποξυόμενος, de quo supra, qui distringit se. Haro.

Tyrannicidasque. Harmodium et Aristogitonem, de quibus supra diximus. Haro.

Aristodemus. Statuarii Αριστοδήμου

auriga, philosophos, anus, Seleucum regem. Habet gratiam suam huius quoque Doryphorus.

Cephissodoti duo fuere: prioris est Mercurius, Liberum patrem in infantia nutriens. Fecit et concionantem manu elata: persona in incerto est. Sequens philosophos fecit. Colotes qui cum Phidia Iovem Olympium fecerat, philosophos. Item Cleon, et Cenchramis, et Callicles, et Cephis: Chalcosthenes et comoedos, et athletas.

Dahippus Perixyomenon, Daiphron, et Democritus, et Daemon, philosophos.

meminit Tatianus in Orat. contra Graecos, p. 183. Hard.

Doryphorus. Hoc est, hastatus miles, quem Aristodemus ex aere fudit. De hac voce sup. egimus. H. — *Doryphorus.* Tales doryphoros saepe occurrere in gemmis antiquis testatur Brot. ad h. l. Ed. P.

Cephissodoti duo fuere. Cephissodotus Athenis Pacem fecit Plutum in sinu habentem, eodem fere argumento quo Xenophon et Callistonicus Fortunam Thebis finxerant, Plutum in sinu gestantem, quasi vel mater eius foret, vel nutrix. Pausan. lib. IX. Dal. — *Cephissodoti.* Sic MSS. non *Cephissodori*, ut editi. De utroque superius egimus. Prior Olympiade cii floruit. Hard.

Liberum patrem in infantia nutriens. Sic apud Eleos e marmore Praxiteles fecit Mercurium, qui Bacchum infantem gestaret. Pausan. lib. VI. Dal.

Persona in incerto est. Quis ille sit, quem Cephissodotus sic concionantem manu elata fuderit, in incerto est. Hard.

Sequens philosophos fecit. Alter nempe Cephissodotus, qui floruisse dicitur, sub initium huius c. Olympiade cxx. Hard.

Coloter. In libris hactenus editis, *Colothas.* Reg. 2, *Colytes.* At Pausan. Eliac. pr. V, pag. 525, Κολότης. H. — *Colotes.* Non est hic discipulus Prasitelis de quo Pausanias, V, 20; sed Phidiae, ut ait ipse Plinius infra lib. XXXV, cap. 34. Quod non advertit eruditus Harduinus. Brot.

Item Cleon. Subintellige: philosophos fecit. Κλέωνος Σικυωνίου ἀνδριαντοποιοῦ meminit Paus. Eliac. post. VI, pag. 344. Καλλικλέους item Megarensis, pag. 356. H. — *Cleon.* Is quoque finxit apud Eleos Venerem, et duos Ioves. Pausan. lib. V, Eliac. prior. item Dinolochum, Aleetum Arcadem, et Lycinum, athletas; Hysmonem, Damocritum. Pausan. lib. VI Eliac. poster. Dalec.

Callicles. Megarensis, Theocosmi filius. Is Diagoram pancratiasten fecit. Pausan. lib. VI, Dal.

Dahippus. Finxit is et Callonem, et Nicandrum athletas. Pausan. lib. VI. Dal. — *Dahippus*, Lysippi filius, ut sup. dictum est. H. *Perixyomenon.* In MSS. Regg. 2, 3, 5, *perlayomenon*; in ed. principe, *parlayomenon.* Male emendatum in recentioribus, *perixyomenon.* Emendandum certe fuit, *paralyomenon*, παραλυόμενον,

Epigonus omnia fere praedicta imitatus praecessit in tubicine, et matri interfectae infante miserabiliter blandiente. Eubolidis, digitis computans.

Micon athletis spectatur: Menogenes, quadrigis.

Nec minus Niceratus omnia, quae caeteri, aggressus, repraesentavit Alcibiadem, lampadeque accensa matrem eius Demaraten sacrificantem.

Tisicratis bigae Piston mulierem imposuit: idemque fecit Martem et Mercurium, qui sunt in Concordiae templo Romae. Perillum nemo laudat saeviorem Phalaride tyranno, cui taurum fecit, mugitus

un homme qui tombe en défaillance. Inde παράλυσις, *la paralysie.* Talem et forte ipsum Dahippi paralyomenon, in corneola incisum, vid apud Cl. Borioni, *Collectanea Antiq. roman.* tab. 71. Quam gemmam nemo adhuc feliciter explicavit, nec explicare potuit, corrupto hoc Plinii loco. Brot.

Daiphron. Δαΐφρων, Δημόκριτος, cuius opera laudantur a Pausania, Eliac. post. VI, pag. 347, ubi Pausonis discipulus fuisse traditur, Pauson Amphionis, Amphion Ptolichi, Ptolichus ipse Critiae, de quo nos supra. Hard.

Eubolidis. Effictam ab eo statuam ait, viri digitis computantis, spectatissimam laudatissimamque fuisse. Crediderim *Eubulidae* potius scribi oportere, quem statuarium insignem fuisse, celebratis eius operibus, Pausanias ait Arcad. VIII, p. 479. H.

Micon. Syracusanus is, Nicocratis filius, Hieronis statuam equestrem ac pedestrem fecit. Pausanias, lib. VI. Dal. — *Micon athletis spectatur.* Sic Reg. 2; non *spectatus*, ut editi. Sic infra: *Eudorus scena spectatur*, XXXV, 40. Μίκων non Syracusanus ille, de quo Pausanias, Eliac. post VI, pag. 365 (quod falso credidit Dalecampius); sed alter Aegineta, de quo idem, Eliac. princ. V, pag. 338, etc. Hard.

Niceratus. De quo supra dictum fuit. Hard.

Demaraten. Δεινομάχην Plutarchus appellat, in Alcibiade, p. 191; Libanius item, Declam. rz. H.

Tisicratis bigae Piston mulierem imposuit. Ita codices omnes, Reg. 2, caeterique, non, ut editi, *Pisicrates bigae Pitho*, etc. Sententia est, ut Calamidis quadrigae Praxiteles aurigam suum imposuit, quemadmodum dictum est supra: sic Pistonem Tisicratis bigae mulierem imposuisse sua manu. De Tisicrate dictum saepe superius. Hard.

Perillum. Περίλαον Graeci vocant. Vide Diodor. in Excerpt. pag 345. Atheniensis fuit. Caetera de eo vulgata. Vide Val. Max. IX, 2, p. 429. Ovid. de Arte amandi, I, v. 655: « Et Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit: infelix imbuit auctor opus. » Convellere hanc porro de tauro aeneo famam, fabulisque accensere, conatum ait Timaeum historicum, Polybius in Excerpt. pag 59. H.

hominis pollicitus igne subdito, et primus eum expertus cruciatum, iustiore saevitia. In hoc a simulacris deum hominumque devocaverat humanissimam artem. Ideone tot conditores eius elaboraverant, ut ex ea tormenta fierent? Itaque una de causa servantur opera eius, ut quisquis illa videat, oderit manus.

Sthenis Cererem, Iovem, Minervam fecit, qui sunt Romae in Concordiae templo. Idem flentes matronas, et adorantes, sacrificantesque. Simon canem et sagittarium fecit. Stratonicus caelator ille philosophos: Scopas utraque.

Athletas autem, et armatos, et venatores, sacrificantesque, Batton, Euchir, Glaucides, Heliodorus, Hicanus, Lophon, Lyson, Leon, Menodorus, Myiagrus, Polycrates, Polydorus, Pythocritus, Protoge-

Stenis. Σθένις Autolycum fudit ex aere, eum qui Sinopen condidit, a Lucullo Romam advectum. Testis Plutarch. in Lucullo, p. 506. Et a Pausania laudatur, ut supra diximus. H.

Simon. De Simone Aegineta fictore, Pausan. Eliac. prior. V, pag. 344. Harp.

Stratonicus caelator. Iam supra appellatus. Harp.

Scopas utraque. Hoc est, et Simonis, et Stratonici opera fudit ex aere. Iacta Barbarus in secundis castigationibus ita emendat, pro *uterque*. H.

Batton. Βάττων, τύχειρ, Atheniensis statuarius, Eubulidae F. ap. Paus. Arcad. VIII, p. 479. Γλαυκίδης, qui et Γλαυκίας fictor Aegineta, apud eumdem, Eliac. post. VI, pag 360 sq Ἡλιόδωρος, Ἱκανός, Λόφων, Λύσων qui δημόν, hoc est, populum Atheniensem finxit: auctor Pausanias, Attic. I, pag. 6. Λέων, Μενόδωρος Atheniensis, qui Cupidinem fecit Thespiensem, testa eodem, Boeot. IX, p. 581. Μυΐαγρος patria Phoceus, ut Vitruvius prodit in praef. III, pag. 37, non minore ingenio solertiaque, quam Polyeletus. Πολυκράτης, Πολύδωρος, Πυθόκριτος, de quo supra: Πρωτογένης, de quo XXXV, 36. Πατροκλῆς ille Crotoniata, de quo Paus. Eliac. post. VI, pag. 379. Πόλις, qui, ut opinor, architecturam pariter exercuit, scripsitque de Symmetriis volumen, teste Vitruvio in praef. VII, pag. 125. Ποσιδώνιος, Περικλύμενος et Φίλων ambo inter statuarios nobiles laudati a Tatiano in Or. contra Graecos, p. 183. Τιμόλεος, de quo Paus. Corinth. II, p. 146. Θεόμνηστος Sardianus fictor, Eliac. post. VI, p. 371. Τιμαρχίδης Atheniensis statuarius, Phoc. X, pag. 678. Τίμων, Τεῖος, Θράσων, cuius opera vidisse se Strabo testatur, XIV, p. 641. H.

nes, idem pictura clarissimus, ut dicemus: Patrocles, Polis, Posidonius, qui et argentum caelavit nobiliter, natione Ephesius: Periclymenus, Philon, Simenus, Timotheus, Theomnestus, Timarchides, Timon, Tisias, Thrason.

Ex omnibus autem maxime cognomine insignis est Callimachus, semper calumniator sui, nec finem habens diligentiae, ob id Cacizotechnos appellatus, memorabili exemplo adhibendi curae modum. Huius sunt saltantes Lacaenae, emendatum opus, sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit. Hunc quidam et pictorem fuisse tradunt. Non aere canens, nec arte, unam solummodo Zenonis statuam Cypria in expeditione non vendidit Cato, sed quia Philosophi erat, ut obiter hoc quoque noscatur tam inane exemplum.

Protogenes idem pictura clarissimus. Exquisitus Vossianus: *picturae clarissimae*, ut lib. XXXV, 4: «Fabii clarissimae gentis.» Gron.

Periclymenus. Male MSS. Regg. et editio princeps, *Periclenus*. Est Periclymenus, qui, testo Tatiano, fecit mulierem triginta infantes uno partu enixam. Brot.

Callimachus. Huius opera Pausanias recenset, Attic. I, p. 23 et 48. H.

Cacizotechnos. Καχιζότεχνος, ut et Pausanias ait, Attic. I, p. 48. *Cacotechnos* Vitruvius dixit IV, 1. In Reg. 2 eod. *Cacotexitechnon*, κακοτηξίτεχνον, quod artem corrumpere videretur, nimia diligentia. Similis huic iste, de quo superius hoc ipso cap. «diligentissimus artis, et inimicus sui iudex, etc.» Hann.

Saltantes Lacaenae emendatum opus. Aptius legitur *commendatum*, quam *emendatum*, inquit Pintian. Haud ego, vel ob unum Petronii locum: «lateriqoe adplicat meo mulierem omnibus simulacris emendatiorem.» Sed et supra Plinius: «Capillum quoque et pubem non emendatius fecisse.» Gron.

Cypria in expeditione. De illa expeditione, auctioneque supellectilis regiae, vide Plutarchum in Catone minore. Dalec. — *Cato.* Cato minor, sivo Vticensis. Clodius tribunus pleb. Cyprum adiudicarat populo romano ad quam possidendam missus est Cato. Vide Cicero. Epist. Fam. XV, 4; Velleium, II, n. 45, et Plutarch. p. 776. Hann.

Sed quia philosophi erat. Quos diligebat, quum proavus eius Cato maior Graecos omnes odisset. Plinius, VII, 61, de utroque Catone: «Quanta morum commutatio! Ille semper aliqui universos ex Italia pellendos censuit Graecos: at proneptos eius Vticen-

In mentione statuarum est et una non praetereunda, licet auctoris incerti, iuxta Rostra, Herculis tunicati, Eleo habitu, Romae, torva facie, sentienteque suprema in tunica. In hac tres sunt tituli: L. Luculli imperatoris, de manubiis: alter, pupillum Luculli filium ex S. C. dedicasse: tertius, T. Septimium Sabinum aedilem curulem ex privato in publicum restituisse. Tot certaminum tantaeque dignationis simulacrum id fuit.

XX. Nunc revertemur ad differentias aeris et mixturas. In Cyprio coronarium tenuatur in laminas: taurorumque felle tinctum, speciem auri in coronis histrionum praebet. Idemque in uncias additis auri

sis Cato, unum ex tribunatu militum philosophum, altarum ex Cypria legatione deportavit. s H.

Tam inane exemplum. Levitatis exemplum, quod eos diligebat, ut diximus, quos proavus odisset. H.

Licet auctoris incerti. Non ita bene MSS. Ragg. edit. princ. et Cl. Rezzonicus, *quanquam auctores incerti.* Brot. *quanquam auctoris incerti.* Ed. P.

Iuxta Rostra. In foro Romano, regione Vrbis octava. H.

Eleo habitu. Turneb. Adv. XVI, 12, legit *Oetaeo habitu:* nempe tunica illa molesta, quae tabe veneni imbuta, visceribus eius inhaesit, tantosque cruciatus excitavit ut in ardentem pyram coniicere se maluerit, quam acerbum dolorem perferre diutius. H. — *Eleo.* Brot. ex Turnebo. *Oetaeo habitu*, quanquam contextus exhibet *Oetae*, operarum errore. Ed. P.

Sentienteque. Leg. *saeviente.* Non temere fuit Herculas ita formatus, apud Athen. lib. XII. Stesichorus Himeraeus primus omnium clavam, leonis pellam, arcum tribuit Herculi: Xanthus vero Stesichoro vetustior, e cuius versibus in opus suum multa Stesichorus transtulit, habitu Homerico, nempe priscorum heroum depinxit: qua figura a statuario illo tunicatus, et Eleo cultu repraesentatus fuerat. Dal. — *Sentienteque suprema.* Sentiente in ea tunica supremum finem.

L. Luculli. Eius, qui adversus Mithridatem bella gessit. H.

Ex privato in publicum. Quum in privatos usus cessisset haec statua, eam Sabinus in publicum restituit. Brot.

Tot certaminum, etc. Tot viris claris honorem statuae illius sibi vindicantibus. Hard.

XX. *In cyprio coronarium.* Haec totidem verbis Isidor. XVI, 19. Coronarium Galli vocant, *clinquant*, mimorum coronis adhiberi solitum. Savotus de Numm. P. II, 17, p. 121. Hard.

Taurorumque felle tinctum. A solo igne trahere hunc colorem Savotus est auctor, l. c. p. 125. H.

scrupulis senis, praetenui pyropi bractea ignescit. Regulare et in aliis fit metallis, itemque caldarium. Differentia, quod caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obsequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium est. Sed et in caeteris metallis, cura distat a caldario. Omne enim purgatis diligentius igni vitiis, excoctisque, regulare est. In reliquis generibus palma Campano. Simile in multis partibus Italiae, provinciisque. Sed octonas plumbi libras addunt, et bene recoquunt propter inopiam ligni. Quantum ea res differentiae afferat, in Gallia maxime sentitur, ubi inter lapides candefactos funditur. Exurente enim coctura nigrum atque fragile conficitur. Praeterea semel recoquunt: quod saepius fecisse, bonitati plurimum confert. (IX.) Id quoque notasse non ab re est, aes omne frigore magno melius fundi. Sequens temperatura statuaria

Praetenui pyropi bractea ignescit. Hoc est, ut Isidorus explicat loc. cit. a Praetenui bractea ignescit, et imitatur flammas, unde et pyropum dicitur. a Graeci πυρωπὸν vocant, quod est adspectu rutilo. H. — Pyropus, *le clinquant*. Brot.

Regulare. Quod in regulas ducitur, quod malleis tunditur, ut ductile fiat, et regulare sicut contra fusile, quod tantum funditur, quale caldarium est. Isidorus l. c. Alibi quam in aerariis Cypri fodinis fieri nunc Plinius admonet. Hard.

Differentia. Totidem verbis Isidor. l. c. Hard.

Sed et in caeteris metallis. In aliis a Cyprio fodinis aerariis. H.

In reliquis generibus. Isidor. loc. c. Hard.

Sed octonas plumbi lib. addunt. Ad aentena scilicet aeris profiati pondo, ut mox dicetur. H.

Bene recoquunt. Gronov. et al. ante Hard. *lene recoq.* Ed. P.

Id quoque notasse, etc. Iisdem verbis Isidor. loc. cit. Ab his vocibus Plinioni editores capitis initium fecere, cui et addidere lamma, *Differentiae aeris et mixturae*, quod multo ante praefigi oportuit eo loco, unde nos caput vicesimum auspicati sumus, ut ipsa commonstrat Pliniana oratio. In MSS. porro *frigori magno* legimus. H. — *Frigore*, etc. Ignis semper acrior hieme quam aestate; et quo maius frigus, ao ignis acrior, ut constat experimentis Cl. Micheli. Brot.

Sequens temperatura statuaria est, etc. Ad statuas faciendas, et ad ducendas tabulas aeneas, altera haec opportuna aeris temperatura est. H.

Digitized by Google

est, eademque tabularis, hoc modo: massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio aeris collectanei, hoc est, ex usu coëmpti. Peculiare in eo condimentum attritu domiti, et consuetudine nitoris veluti mansuefacti. Miscentur et plumbi argentarii pondo duodena ac selibrae, centenis proflati. Appellatur etiamnum et formalis temperatura aeris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, at argentarii vigesima: maximeque ita colorem bibit, quem graecanicum vocant. Novissima est, quae vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas aeris additis. Cyprio si addatur plumbum, colos purpurae fit in statuarum praetextis.

XXI. Aera extersa rubiginem celerius trahunt, quam neglecta, nisi oleo perungantur. Servari ea optime in liquida pice tradunt. Vsus aeris ad perpetuitatem monumentorum iam pridem translatus est, tabulis aereis, in quibus publicae constitutiones inciduntur.

Massa proflatur. Flando resolvitur. Hard.

Peculiare in eo condimentum. Peculiaris coloris emendatio, elegantia, gratia. Dal. — *Attritu domiti, et consuetudine nitoris*, etc. Quando ex crebro attritu domitum est, et quemdam veluti nitorem traxit. Hard.

Miscentur. Colossi equestres, similesve statuae, non ex solo aere conflantur; sed pars aliqua stanni Cornubiensis admiscetur, ut facilius aes fusum fluat: tunc appellari solet *bronze*. Si cum centum libris aeris misceantur viginti pondo stanni purgatissimi, vocatur metallum, ut in campanis tormentisque ignivomis fieri solet. Simile huic fere est, in quo plumbum argentarium admisceri solitum Plinius ait hoc loc. quod idcirco *album aes* appellat, XVI, 22. Hard.

Formalis. Ad formas faciendas, *pour faire des moules*. Hard.

XXI. *Aera extersa*, etc. Totidem verbis Isidor. XVI, 19. Hard.

Servari. Isidor. loc. cit. II.

Tabulis aereis. Priscos illos Graecos ac Latinos, leges, foedera, aliaque in aeraris tabulis insculpsisse, tralatitium est. Livius, III, 57: «Leges decemvirales, quibus XII Tabulis nomen est inditum, in aes incisas, in publico proposuerunt.» Servius in illud Maronis Aeneid. VI: «Fixit leges pretio atque refixit: Fixit autem

XXII. (x.) Metalla aeris multis modis instruunt medicinam, utpote quum hulcera omnia ibi ocyssime sanentur. Maxime tamen prodest cadmia. Fit sine dubio haec et in argenti fornacibus, candidior ac minus ponderosa, sed nequaquam comparanda aerariae. Plura autem genera sunt. Namque ut ipse lapis, ex quo fit aes, cadmia vocatur, fusuris necessarius, medicinae inutilis: sic rursus in fornacibus exsistit, aliamque nominis sui originem recipit. Fit

ideo, inquit, quia incisae in aereis tabulis leges affigebantur parietibus: » Cic. Phil. III, 36: » Antonius falsas leges in aes incidendas et in Capitolio figendas curavit. » Hinc et leges ipsae *aera* appellatae. Idem Tullius Epist. ad Fam. XII, 1: » Cuius aera refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. » Et III in Catil. 19: » Quum et legum aera liquefacta sunt. » Tamen vetustiore aevo incisae in ligno leges. Testis Gellius, II, 12: » In legibus Solonis illis antiquissimis, quae Athenis asibus ligneis incisae sunt, etc. » Vnde has legum tabulas ab Atheniensibus Axonas esse nuncupatas, Plutarchus in Solone tradit. Hard.

XXII. *Cadmia*. Factitia. Dal. — De Cyprio aere, cadmia nativa vel factitia, cf. Exc. II ad calcem huius libri. Ed. P.

Fit. Totidem verbis haec Isid. loc. cit. et Dioscor. V, 84: Γεννᾶται δὲ καδμεία καὶ ἐκ τῶν ἀργυρίων λευκοτέρα καὶ κουφοτέρα οὖσα· κατὰ δὲ τὴν δύναμιν ἧττον. Gallis: *calamine*: Reperitur in Gallia, et in Leodiensi agro. Hard.

Namque ut ipse lapis. Non est is proprie cadmia, sed cadmia tamen a nonnullis vocatur. Plinius hoc lib. cap. 2: » Fit aes, et » lapide aereo, quem cadmiam vocant. »

Medicinae inutilis. Fallitur Plinius: multis enim is remediis pollet. Dal. — *Inutilis*. Per se nimirum, neque ustione praeparatus. Alioqui enim medici, ut Nymphodorus, et Iollas, atque ex eorum placitis Plinius ipse sub finem huius capitis exustum cribratumque in varios medicinae usus reconduntur. Hard.

Sic rursus in fornacibus exsistit. Sic rursum alia in fornacibus, *in quas lapis ille coniicitur, ad fusuram aeris*, cadmia gignitur, aliamque habet originem eodem servato nomine. Ita Reg. 2, caeterique MSS. ut connectatur haec sententia cum superiore. In libris hactenus editis: *Namque ipse lapis* ...; *Hic rursus exsistit*: insulse prorsus: nam quo tandem sensu, lapis exsistere in fornacibus dicitur? Hard.

Aliamque nominis sui originem. Tunc dicitur *la tuthie*. Illam quoque numeramus inter optima et lenissima medicamenta, quae detergunt et siccant. Brot.

autem egesta flammis atque flatu tenuissima parte materiae, cameris lateribusve fornacum pro quantitate levitatis applicata. Tenuissima est in ipso fornacum ore, qua flammae eructantur, appellata capnitis, exusta, et nimia levitate similis favillae. Interior optima, cameris dependens, et ab eo argumento botrytis cognominata: ponderosior haec priore, levior porro sequuturis. Duo eius colores: deterior cinereus, puniceus melior, friabilis, oculorumque medicamentis utilissima. Tertia est in lateribus fornacum, quae propter gravitatem ad cameras pervenire non potuit. Haec dicitur placitis, et ipsa ab argumente, crusta verius, quam pumex, intus varia, ad psoras utilior, et ad cicatrices trahendas. Fluunt ex

Fit autem egesta. Dioscor. V, 84, totidem ferme verbis: Γεννᾶται δὲ ἡ καδμεία ἐκ τοῦ χαλκοῦ καμινευόμενου, προσιζανούσης τῆς λιγνύος τοῖς τοίχοις καὶ τῇ κορυφῇ τῶν καμίνων. » Gignitur et cadmia e fuligine, quae dum excoquitur aes, egesta flammis, flatuque, lateribus camerisque fornacum applicatur. « Vide etiam auctorem de Simpl. med. ad Patern. Opp. Gal. tom. XIII, p. 987. Hard.

Appellata capnitis. Καπνίτις, fumosa. Hard.

Interior. Dioscorid. loc. cit. Καδμείας ἀρίστη μὲν ἐστιν ἡ Κυπρία, καλουμένη δὲ βοτρυίτης, hoc est, racemosa. In officinis lutbia Alexandrina dicitur, quoniam ex Aegypto Syriaque advehitur: « tuthia tamen Arabum diversa Canepar. Descript. I, c. 3, pag. 10. Hard.

Levior porro. Postremam vocem Brot. ex MSS. Regg. et edit princ. delet. Ed. P.

Oculorumque. Dioscor. loc. cit. et Oribas. XIII. Hard.

Placitis, et ipsa ab argumento. » Placitis: et in ipsa argumentum. Planities crusta verius squamium intus varia ad luxuriam utilior. « MSS. vitiosum; e quibus commoda tamen haec lectio duci potest: » Placitis, et ipsa ab argumento. Plana enim crusta est verius quam squama, intus varia, ad huleera utilior. « Dal. — *Haec dicitur placitis.* Dioscor. loc. cit. Εστι δὲ καὶ πλακώδης τις λεγομένη, quasi crustosa. Hard. — *Et ipsa ab argumento.* Brot. ex Reg. cod. 5, *et in ipsa argumentum planitie, crusta*, etc. Ed. P.

Quam pumex. Pumicosam enim cadmiam optimam esse oportere, auctor est Diosc. loc. cit. qui exuri iubet ad medicinae usum, donec pumicosa videatur: μέχρι κισηρώδης τὴν ἄψιν γένηται. Hard.

Et ad cicatrices. Κατούλων δυναμένη, inquit Diosc. loc. cit. H.

Trahendas. Delendas. H.

Fluunt et ex ea duo alia genera. Haec duo genera totidem notis de-

ea duo alia genera: onychitis extra paene caerulea, intus onychitae maculis similis. Ostracitis tota nigra, et e caeteris sordidissima, vulneribus maxime utilis. Omnis autem cadmia in Cypri fornacibus optima, iterumque a medicis coquitur carbone puro; atque ubi in cinerem rediit, exstinguitur vino ammineo, quae ad emplastra praeparatur: quae vero ad psoras, aceto. Quidam in ollis fictilibus tusam urunt, ac lavant in mortariis, postea siccant. Nymphodorus lapidem ipsum quam gravissimum spississimumque urit pruna, et exustum Chio vino restinguit, tunditque, mox linteo cribrat, atque in mortario terit, mox aqua pluvia macerat, iterumque terit quod subsidit, donec cerussae similis fiat, nulla dentium offensa. Eadem Iollae actio: sed quam purissimum lapidem eligit.

XXIII. Cadmiae effectus siccare, persanare, sistere fluxiones, pterygia et sordes oculorum purgare, scabritiem extenuare, et quidquid in plumbi effectu dicemus. Et aes ipsum ad omnia eadem uritur: praeterque, albugines oculorum et cicatrices. Hulcera

scribit et Diosc. V, 81: Ονυχῖτις καὶ ὀστρακῖτις, sive testacea. Illa ab intercurrentibus lineis, seu maculis, onychitae lapidi similibus, διαφύσεις ἔχουσα ἐμφερεῖς ὀνυχίτῃ λίθῳ. Ista a superficie terrea, sive testacea, nomen habet: γεώδη δὲ ἡ ὀστρακώδη κεχρημένη ἐπιφανείᾳ. Hard.

Onychitis. Sic et Dioscor. ὀνυχίτῃ λίθῳ. Grop. al. ante Hard. et Brot. ex cod. Reg. 5 et edit pr. *onychis*, non *onychitae*. Ed. P.

Omnis autem cadmia, etc. Dioscor. loc. cit. et post illum Oribas. XIII, c. 227, totidem omnino verbis. H.

Quidam. Dioscor. et Oribas. ll. cc. Hard.

Lapidem. Ex quo fieri aes, quemque cadmiam appellari diximus sub initium huius cap. Hard.

Nulla dentium offensa. Ita ut, quum manditur, dentibus cedat, Dioscor. loc. cit. Hard.

Eadem Iollae actio. Sic et Iollas facit. Hard.

XXIII. *Cadmiae effectus siccare*, etc. Dioscor. loc. cit. δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, κοιλωμάτων ἀνεκπληρωματικὴν, καθαρτικὴν ὑπαρτῶν, etc. a Vis ei adstringere, etc. a H.

Et aes ipsum ad omnia eadem. Hoc est, ut Diosc. explicatius tradit, V, 87, ad siccandum, purgandum, extenuandum, hulcera ad cicatricem

quoque oculorum cum lacte sanat, idque Aegyptii collyrii modo terunt in coticulis. Facit et vomitiones e melle sumptum. Vritur autem Cyprium in fictilibus crudis cum sulphuris pari pondere, circumlito spiramento, in caminis, donec vasa ipsa percoquantur. Quidam et salem addunt, alii alumen pro sulphure, alii nihil, sed aceto tantum aspergunt. Vstum teritur mortario Thebaico, aqua pluvia lavatur, iterumque adiecta largiore teritur, et dum considat, relinquitur: hoc saepius, donec ad speciem minii redeat. Tunc siccatum in sole in aerea pyxide servatur.

XXIV. (XI.) Et scoria aeris simili modo lavatur, minore effectu, quam aes ipsum. Sed et aeris flos medicinae utilis est. Fit aere fuso, et in alias for-

perducenda, oculorum vitia exterenda, etc. Haad.

Vritur. Aes scilicet. Dioscorides, V, 87, uri sic iubet clavos aereos dissolutarum navium, in fictilibus crudis compositos, substrato sulphure, cum salis pari pondere, et iisdem his vicissim insparsis: olla deinde operculata, etiam circumlito creta figulari spiramento, inditur fornaci, donec figlinum plane percoquatur: πυρωθεῖσα δὲ ἡ χύτρα, καὶ ὑποχρισθεῖσα πηλῷ κεραμικῷ δίδοται εἰς κάμινον, etc. Frustra *camini* legit hic Budaeus, Plinio ac Dioscoride refragantibus. Haad.

Quidam et salem addunt. Quae capite reliquo continentur, totidem fere verbis habet Dioscorides, V, 81 et 87, sub finem. Haad.

Aqua pluvia lavatur minore effectu (sic prius). Duo postrema verba redundant, ex vetusto exemplari; recte: nam infra in tollitis proximi capitis repetuntur, proprium ibi locum habentia. Pint.

Et dum considat. Dum nihil spumae sordiumve supernatet, sed purum considat, Diosc. V, 74, H.

XXIV. *Et scoria.* Haec totidem verbis Dioscorid. V, 87, sub finem. Scoriam Galli vocant, *crasse, ou loppe de bronze.* Haad.

Fit aere fuso, et in alias fornaces translato. Fit, aere fuso, quum in receptacula fluit, per fistulas ad ea pervenientes colatum. Nam aqua gelidissima effusa, id quod fit ut sordes expurgetur, repentina densatione expuuntur grana milio similia, quae florem vocant. Inepte haec Plinius; multo accuratius Diosc. Quidam legunt, s fit aere fuso flatu crebriore, et in receptacula e fornace translato. Ibi excutiuntur, etc. Dalec. — *In alias fornaces.* Vel e fornacibus in receptacula delapso per tubulos ad ea pertinentes, ut dicit Dioscor. V, 88.

naces translato: ibi flatu crebriore excutiuntur velut milii squamae, quas vocant florem. Cadunt autem, quum panes aeris aqua refrigerantur rubentque. Similiter ex eis fit, quam vocant lepida, et sic adulteratur flos, ut squama veneat decussa vi clavis, in quos panes aerei ferruminantur. In Cypri maxime officinis omnia. Differentia haec est, quod squama excutitur ictibus iisdem panibus: flos cadit sponte.

Vtroque enim modo peragitur. H. — De Scoria aeris, et flore, cf. Exc. II ad calc. huj. lib. Ed. P.

Excutiuntur. Eo flatu follium crebriore excitantur squamae milii similes, κεγχροειδές τι, inquit Dioscor. V, 88. Auctor libri de Simpl. med. ad Paternum, Opp. Galen. tom. XIII, pag. 987: « Ipsum flos est in specie milii, etc. » Sic etiam MSS. non *exciuntur*, ut scribi Salmasius iubet, in Solin. p. 1076. Hard.

Milii squamae. Apludae, corticesve qui milium obvolvunt. H.

Florem. Rhodig. lib. XIX, cap. 10, scribit florem eum vocari paleas aeris ramentulas. Quam recte et latine, is viderit. Dal.

Quum panes aeris. Massae candentis aeris. Quis repurgandis metallorum inquinamentis praesunt, inquit Dioscor. V, 88, aquam purissimam aeri affundunt, eius refrigerandi gratia. Hae vero repentina densatione ac concretione, velut exspuitur et emicat granum milio simile, quem vocant florem. Γίνεται δὲ οὕτως, ὅταν ἐν μεταλλικαῖς χώναις ... διακαθαίροντες τὴν ἀκκαθαρσίαν οἱ πρὸς τούτοις ὄντες, ὕδωρ ἐπιχέουσι ἀκραιφνέστατον αὐτῷ, ψύξει προαιρούμενοι· ὑπὸ οὖν τῆς αἰφνιδίου πυκνώσεως καὶ συναγωγῆς, ὥσπερεὶ ἐκπτύεται καὶ ἀναθεῖ τὸ προειρημένον (χαλκοῦ ἄνθος). Hard.

Similiter ex eis fit, etc. Praeterea fit e panibus laminisve aeris lepis, qua flos adulteratur: et sic squama venit, alias non venalis, sed vilis: decutitur autem ea mallei ictibus e clavis, quibus conflandis massae seu laminae aereae indurantur. H.

Quam vocant lepida. Λεπίδα, hoc est, squamam aeris. Hard.

Vt squama veneat decussa, etc. Hunc Plinii locum integerrimum repraesentamus, qualis in codice R. altero exstat, quum haetenus interpolatum libri vulgati exhibeant in hunc modum: « ut squama veneat pro eo. Est autem haec decussa vi clavis, per quos panes aerei ferruminantur. » Vidit et e suis codicibus Salmasius in Solin. pag. 177, ut edidimus, ita legi oportere: Plinii tamen sententiam, quam interpretatione nostra perspicuam, ut quidem remur, fecimus, assequi se negat posse. Etiam in Parmensi editione, Brixiensi, et aliis ante Frobenium, *in quos panes aerei*, non *per quos* diserte scribitur. Hard.

Clavis. Qui ex aere pro navibus configendis parabantur. Idcirco haec squama clavaris appellata a Dioscor. V, 89: Λεπὶς δὲ ἡ μὲν ἐκ τῶν Κυπρίων χαλκουργικῶν ἥλων παχεῖα, καλουμένη δὲ ἡλῖτις, καλή. Graecis ἧλος clavus est. Hard.

Ferruminantur. Parantur et indu-

Digitized by Google

XXV. Squamae est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod vocant stomoma. Atque haec omnia medici (quod pace eorum dixisse liceat) ignorant, pars maior et nomina; in tantum a conficiendis medicaminibus absunt, quod esse proprium medicinae solebat. Nunc quoties incidere in libellos, componere ex his volentes aliqua, hoc est, impendio miserorum experiri commentaria, credunt seplasiae omnia fraudibus corrumpenti. Iam quidem facta emplastra et collyria mercantur; tabesque mercium, aut fraus seplasiae sic exteritur.

rantur. Plinius, XXXVI, 67: «Vitrum sulphuri concoctum ferruminatur in lapidem,» hoc est, indurescit concrescitque. H — *In Cypri.* Gron. et al. *cypriis.* Ed. P.

XXV. *Squamae.* Orib. XIII, p. 233: Χαλκοῦ λεπίς, «hoc est, squama aeris, laudatissima est, quae ex Cypris officinarum clavis excussa crassaque est, et helitis a clavis ducto nomine appellatur... squama vero, quam stomoma (στόμωμα) vocant: habet eamdem vim quam aeris squama, etc.» Celsus, VI, 6, in Cleonis collyrio: «Squamae aeris, quod στόμωμα appellant pondo x. I,» hoc est, denarius unus. Non viderunt haec auctorum testimonia Saracenus, Dalecampius, et qui eos sequitur Salmasius in Solin. p. 1081, qui Plinium hallucinatum hoc loco putant: neque aliud esse στόμωμα asseverant, quam ferrum illud durissimum, quod *aciarium* Glossae, Galli vocant de *Pacier.* H. — *Squamae est alterum genus.* De squama aeris duplice, cf. Exc. II ad calc. huj. lib. Ed. P.

Lanugine. Panum aereorum. H.

Nomina. Gronov. et al. ante Hard. *nominibus.* Ed. P.

Credunt seplasiae. Unguentariis pigmentorumque negotiatoribus, ut dictum est cap. ult. libri superioris in fine. Non unguenta foedius seplasia corrupit olim, quam hunc Plinii locum interpolarunt critici. Nos totidem apicibus syllabisque repraesentamus, quot sunt in Reg. cod. 2, et Colb. 3, nec quidquam hic coniecturae tribui opus esse ducimus. In libris hactenus editis: «Credunt seplasiae ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti: factaque iampridem emplastra et collyria mercantur, tabesque mercium. Fraus seplasiae sic exteritur.» Salmasius e libris suis priora, qua fecimus ratione, et ipse refingit: caetera ex ingenii coniectura, sic pessundat, in Solin. pag. 1051: «tabesque mercium aut fraus seplasiae sic quaeritur eis.» Hard.

Tabesque mercium. Tabidaeque sic merces officinarum, aut seplasiae fraus usu teritur, et ab aegris absumitur. Ironia est: Purgari vel sic ait officinas tabidis situque corruptis mercibus, seplasiae fraudem omnem exteri ac delari, quum vel putrida medicamenta, vel adulterata a sepla-

Et squama autem, et flos uruntur in patinis fictilibus aut aereis, deinde lavantur, ut supra, ad eosdem usus; et amplius ad narium carnosa vitia, itemque sedis; et gravitates aurium, per fistulas in eas flatu impulsa; et uvas oris, farina admota. Tollit et tonsillas cum melle. Fit et ex candido aere squama longe Cypria inefficacior. Nec non urina pueri prius macerant clavos, panesque. Quidam vero excussam squamam terunt, et aqua pluvia lavant. Dant et hydropicis eam duabus drachmis in mulsi hemina, et illinunt cum polline.

siariis, coëmant medici imperili, quos ea per sese conficere par fuit. H.

Vt supra. Vt de cadmia dictum est cap. 22; de Cyprio aere, cap. 23, et ad eosdem, ad quos illa valere dictum est, usus. H.

Ad narium carnosa vitia. Dioscor. V, 88: Ἐκτήκει δὲ καὶ τὰ ἐν μυκτῆρσι σαρκώματα καὶ ὀκτυλίων, « absumit narium carnosa vitia, itemque sedis. » Σάρκωμα carnositas, carnis praeter naturam incrementum. In his utique vitiis primum obtinent polypi locum: de quibus Theod. Priscianus ita pronuntiat, I, 11: « Polypis eminentibus aeris florem, et sinopidem ex aequo combures, et ex eo pulvere sanabis loca. » Haan.

Et gravitates aurium. Diosc. totidem verbis loc. cit. H.

Et uvas oris. Quam et columellam vocant. Sic Reg. 2. Prius *et hulcera oris* legebatur. At Dioscorid. loc. cit. Στέλλει δὲ καὶ κονύδας. Vidit hoc et Pintianus in suo codice. Farinam porro, quae hic admovenda dicitur, squamam ipsam aeris et florem intellige. Sic et chalcitis, cap. 29, farina sua tonsillas compescit. H.

Tollit et Tonsillas. Diosc. loc. cit. Haan.

Fit et ex candido aere squama, etc. Curatiunem huic loco adhibuimus, tum ope codicis Reg. 2, et Colb. 3, in quibus haec, uti edidimus, totidem syllabis leguntur: tum ipsius Dioscoridis admonitu, ita scribentis V, 89: Φκύλη δὲ ἡ ἐκ τοῦ χαλκοῦ λευκοῦ, λεπτὴ καὶ ἀσθενὴς ὑπάρχουσα. Libri hactenus fere editi contraria sententia: *Cypria longe efficacior*, prae se ferunt: praeter Parmensem editionem, quae cum scriptis codicibus plane congruit. Paulo post, ubi ex eorumdem codicum fide edi curavimus: « Oryssime vero conliogil coronariorum recisamentis in aceum additis; » lypi habeot, « ocyssime vero contrahit coronarium aerugioem, recisamentis, etc. » quae non scriptoris, sed interpolantis manum stylumque resipiunt. H.

Dant et hydropicis. Bibendam scilicet ac praeterea illinunt. Scrib. Larg. Comp. CXXXIII: « Ad hydropicos, quum iam distenti sunt propter aquae multitudinem... squamae aeris, quam λεπίδα Graeci vocant, pondo victo-

XXVI. Aeruginis quoque magnus usus. Sed pluribus fit ea modis. Namque et e lapide, ex quo coquitur aes, deraditur: et aere candido perforato, atque in cadis super acetum suspenso, aereo obturatis operculo: multo probatiore, quam si hoc idem squamis fiat. Quidam vasa ipsa candidi aeris fictilibus condunt in aceto, raduntque x die. Alii vinaceis contegunt, totidemque post dies radunt. Alii delimatam aeris scobem aceto spargunt, versantque spathis saepius die, donec absumatur: eamdemque scobem alii terere in mortariis aereis ex aceto ma-

riati, data cum apii seminis pari pondere ex aqua mulsa cyathis quatuor: plurimum autem aquae delicit. » H. — Squamae aeris apud nos usus, sed cautus admodum, ad pedum foetorem coërcendum. Geoffr. I, 305. Ed. Par.

XXVI. *Aeruginis.* Nostris, *vert de-gris* (*acétate de cuivre*); cf. Exc. II ad calc. huj. lib. Ed. P.

Namque et e lapide. Eo scilicet ex quo fieri aes, quem et cadmium appellari a quibusdam diximus, cap. 22. Oribas. Collect. lib. XIII, pag 227: « In Cypriis quoque metallis aeruginem gigni ferunt: lapidibus quibusdam aea habentibus, in quibus efflorescit aerugo... sed illam ut paucam esse, et optimam. » Hausit haec ille, ut pleraque solet, ex Diosc. V, 91. Nativa porro haec aerugo est: sequitur factitia. H. — *Et e lapidi* Brot. ex MSS. et edit. princ. *et lapide.* Sic infra cap. 33, *deraunt parietibus*; et cap. 45, *deraditur humido ferro.* Ed. Par.

Ex aere. Hic prior aeruginis conficiendae modus, qui et a Diosc. traditur V, 91: Εἰς πιθάκνην, inquit, etc. « In cadum, aut aliud consimile vas, acetum quam acerrimum infundito, atque illi superponito vas aeneum, praesertim concamerarum; sin minus, planum: sit vero id probe detersum, nullumque habeat spiramentum. Decima deinde die sublato operculo, aeruginem inhaerentem deradito. »

Super acetum. Nos aceto non utimur, sed tantum vinaceis, *mere de raisins.* Brot.

Multo probatiore. Erit autem aerugo ea multo probatior, etc. H.

Quam si hoc idem squamis fiat. Nam et e squami, et e scobe delimata aeris aerugo conficitur: ἔνιοι δὲ καὶ ἐκ ῥινημάτων ποιοῦσι ἢ λεπίδων. Diosc. loc. cit. H.

Quidam. Diosc. totidem verbis loc. cit. post Theophrast. περὶ λίθων, pag. 12; Orib. XIII, pag. 226; auctor de Simpl. med. ad Patern. Opp Gal. t. XIII, pag. 984. Lamellis aereis idem effici et ipsi tradunt, ut Vitruv. quoque, VII, 12, pag. 145. H.

Alii vinaceis. Diosc. et auctor l. ad Patern. ll. cc. H.

Alii delimatam, etc. Diosc. et auctor proxime eum ea laudatus.

Eamdemque scobem alii, etc. Au-

lunt. Ocyssime vero contingit coronariorum recisamentis in acetum additis. Adulterant marmore trito maxime Rhodiam aeruginem, alii pumice, aut gummi. Praecipue autem fallit atramento sutorio adulterata. Caetera enim dente deprehenduntur, stridentia in frendendo. Experimentum in batillo ferreo: nam quae sincera est, suum colorem retinet; quae mixta atramento, rubescit. Deprehenditur et papyro, galla prius macerato; nigrescit enim statim aerugine illita. Deprehenditur et visu, maligne virens. Sed sive sinceram sive adulteratam, aptissimum est siccatam in patina nova uri et versari, donec favilla fiat: po-

ctor lib. ad Patern. l. c. H.

Ocyssime vero contrahit coronarium aeruginem recisamentis (sic prius). Voss. cod. » Ocyssime vero contingit coronariorum rec. etc. » Optime. *Contingit* est exsistit nempe aerugo. Dixerat, » Aeruginis quoque magnus usus, sed pluribus ea fit modis. » *Coronarii*, qui coronas faciunt, l. XXI, 2: » Sycione ingenio Pausiae pictoris atque Glyceraе coronariae dilectae illi. » Eodem lib. cap. 9: » alii asphaltion, maiore folio, quo utuntur coronarii, » et cap. 12: » Coronarii quidam et spinae flore utuntur. » Gron. *Coronariorum*. Exsistit iam aerugo a recisamentis aereis, quae abiiciunt ii qui coronas ex aere faciunt, quod coronarium idcirco appellatum est, cap. 20. Hard.

Adulterant marmore trito, etc. Totidem verbis Diosc. V, 91, et Oribas. XIII, p. 227. H. — *Aut gummi*. Quidam rasilem deteriorem, admixto gummi, pro factitia priore vendunt, inquit Diosc. Sed vitiosum id genus improbatur. Dal.

Praecipue autem fallit, etc. Diosc. et Orib. ll. cc. Hard.

Caetera enim dente, etc. Oribas. l. c. » Quin dentibus quoque cognoscitur: nam quae sincera est, laevia, et non aspera, illis cedit. » Totidem verbis et Diosc. V, 91. H.

Stridentia in frendendo. Dioscorides, διὰ τῆς ὀδόντων ἐπιπιέσεως, dentium appressu. Dal.

Experimentum in batillo. Ferreum id instrumentum est, quo prunae colligantur, ad similitudinem palae: *une pelle a feu*. Laminam pro batillo Diosc. adhibet, quod eumdem usum habet: caetero Dioscoridis ratinni prorsus Plinisna congruit: Τὸ δὲ χάλκανθον, inquit, ἀπελέγχεται τῷ πυρὶ, etc. » Atramentum sutorium igne deprehenditur: namque si laminae aut fictili aeruginem ita adulteratam insperseris, et horum alterutrum ferventi cineri aut prunis imposueris, mutato colore rubescet, quae atramento sutorio mixta fuerit, etc. » H.

In patina nova uri. Haec totidem verbis Diosc. V, 92. H.

Donec favilla fiat. Donec colorem cinereum quodammodo referat, inquit Dioscor. ἕως ἂν μεταβάλλῃ, καὶ ὑποσποδίσῃ τῇ χρόᾳ. H.

stea teritur et reconditur. Aliqui in crudis fictilibus urunt, donec figlinum percoquatur. Nonnulli et thus masculum admiscent. Lavatur autem aerugo, sicut cadmia. Vis eius collyriis oculorum aptissima, delacrymationibus mordendo proficiens. Sed ablui necessarium penicillis calidis, donec rodere desinat.

XXVII. Hieracium vocatur collyrium, quod ita maxime constat: temperatur autem id Hammoniaci unciis quatuor, aeruginis Cypriae duabus, atramenti sutorii, quod chalcanthum vocant, totidem: misyos vero una, eroci sex. Haec omnia trita aceto Thasio colliguntur in pilulas, excellentis remedii, contra initia glaucomatum et suffusionum, contra caligines, et scabritias, et albugines, ac genarum vitia. Cruda autem aerugo vulnerariis emplastris miscetur. Oris gingivarumque hulcerationem mirifice emendat; et labiorum hulcera cum oleo. Quod si et cera addatur, purgat, et ad cicatricem perducit. Aerugo et

Aliqui. Diosc. l. c. H.

Cadmia. De qua cap. 22. H.

Collyriis. Oculorum cicatrices exteri ea ac attenuari auctor est Diosc. l. c. A Galeno in collyriis oculorum saepissime adhibetur, κατὰ τόπ. IV. Hard.

Delacrymationibus. Sic Plinius reddit quod Graeci ἀποδακρυτικόν vocant: est autem ἀποδακρυτικόν, quod delacrymationes sistit, vel elicit. Dal. — *Delacrymationibus.* Lacrymis ciendis. Diosc. l. c. δύναται δὲ πᾶς ἰὸς στύφειν... δάκρυον ἄγειν, etc. H. — *Penic. calidis.* Sic MSS. Regg. et editio princ. Eo. P.

XXVII. *Hieracium vocatur collyrium. Hieracium* quidam vocari contendunt, quasi ὀξυδερκές, quod ἱέρακες accipitres, hieracium scalpendo, et succo tingendo oculos, obscuritatem quam sensere, discutiant. Supra lib. XX, cap. 7. Dalec. — *Hieracium.* Ab Hierace confectore nomen habere videtur. Cels. VI, 6: »Hieracis collyrium: Id quoque quod Hieracis nominatur... habet myrrae P. X. I; Hammoniaci P. X. II; Aeruginis rasae P. X. IIII, etc.« Similius est, quod Caesarianum ibidem appellatur: »Habet atramenti sutorii P. X. I; Mysi P. X. I; Piperis albi P. X. V; Cadmiae lotae P. X. III, etc.« Plura vero his affinia Galenus affert, κατὰ τόπ. lib. IV, cap. 8, pag. 434 sqq. H.

Contra initia Glaucomatum, etc. Quae reliquo deinceps capite hoc continentur, totidem ea verbis exstant apud Dioscorid. V, 92. H.

callum fistularum erodit, vitiorumque quae circa sedem, sive per se, sive cum Hammoniaco illita, vel collyrii modo in fistulas adacta: eademque cum resinae terebinthinae tertia parte subacta, lepras tollit.

XXVIII. (XII.) Est et alterum genus aeruginis, quam vocant scoleca: in Cyprio aere hoc, trito alumine et sale, aut nitro pari pondere, cum aceto albo quam acerrimo. Non fit hoc nisi aestuosissimis diebus circa Canis ortum. Teritur autem, donec viride fiat, contrahatque se vermiculorum specie, unde et nomen. Quod vitium ut emendetur, duae partes

XXVIII. *Est et alterum genus aeruginis, quam vocant scoleciam.* Licet apud omnes auctores, quorum scripta exstant, legamus *ἰὸν σκωληκίαν*, *aeruginem vermiculatam*, huius tamen erroris tam publici et recepti solum Plinium auctorem esse puto, legendumque κολλικίαν, in placentulas, ac veluti rotundos, exiguosque panes formatam. Locus Dioscoridis qui Plinium fefellit, est: ἕως τῇ μὲν χροιᾷ ἰώδης, τῇ δὲ συστάσει γλοιώδης γίνεται, καὶ εὐθὺς ἀναπλάσας κόλλικας ῥοδιακοῖς ὁμοίους, ἀπατίθεσο: « donec aeruginis colore sit, ec strigmentorum crassitie: tum placentulas Rhodiis similes formato ac recondito. » Plinius vero, « Teritur autem, donec viride fiat, contrahatque sese vermiculorum specie, etc. » tacito de industria Rhodiorum vocabulo, quum explicare non posset, Rhodii vermes quales essent. Praeterea Dioscor. non exspectandum esse iubet, quoad sese contrahat in vermiculos, ut Plinius intellexit, sed quum satis spissa est, manibus formari εἰς κόλλικας ῥοδίους, quidam exponunt, non placentas ex insula Rhodo, sed pastillos ex rosis ocularios, ad quem usum, eeruginis quoque illi pastilli fiebant. DAL. —

Scoleca. In libris hactenus editis, *scoleciam.* Reg. 2, *scoleaca.* At Index loci huius, *Scolex aeris.* Dioscor. V, 92: ἰὸς σκώληξ, *aerugo vermicularis*, a vermiculorum specie. H.

In cyprio aere. In mortario cyprii aeris hoc invenitur: Εἰς θυΐαν Κυπρίου χαλκοῦ, ἔχουσαν δὲ καὶ δοΐδυκα ἀπὸ τῆς αὐτῆς πεποιημένον ὕλης, ἐγχέας ὄξους λευκοῦ καὶ δριμέος, etc. « In mortarium cypri aeris, quod et pistillum ex eadem materia factum habeat, aceti albi acrisque hemiuam dimidiam infundito, etc. »

Non fit. Dioec. loc. cit. H.

Donec viride fiat. Donec aeruginis colorem referet, et strigmenti spissitudinem contrahet, inquit Dioscorid. loc. cit. ἕως τῇ μὲν χροιᾷ ἰώδης, τῇ δὲ συστάσει γλοιώδης γίνεται. H.

Unde et nomen. Hanc eppellationis illius causam, etsi est verissima, Dioscorides non attigit. Nem quod et ille, et eum sequutus Oribas. XIII, pag. 227, de vermiculis Rhodiacis afferunt, neque huc pertinet, et velde vereor, ut sincerum sit. H. — Conf.

quae fuere aceti, miscentur urina pueri impubis. Idem autem in medicamentis et santerna efficit, qua diximus aurum ferruminari, ususque utriusque, qui aeruginis. Scolecia fit et per se, derasa ab aerario lapide, de quo nunc dicemus.

XXIX. Chalcitin vocant lapidem, ex quo ipsum aes coquitur. Distat a cadmia, quod illa super terram ex subdialibus petris caeditur, haec ex obrutis. Item, quod chalcitis friat se statim, mollis natura, ut videatur lanugo concreta. Est et alia distinctio quod chalcitis tria genera continet, aeris, et misyos, et soryos, de quibus singulis dicemus suis locis. Habet autem aeris venas oblongas. Probatur mellei coloris, gracili venarum discursu, friabilis, nec la-

supra notam huj. cap. primam init. Ed. P.

Miscentur. Tertia nempe urinae parte ad duas aceti partes addita. Aliter Diosc. l. c. Ἐνεργὴς δὲ καὶ ἔυχρους γίνεται ἄγαν, ἐὰν ὄξους μὲν λάβῃ μέρος ἓν, οὔρου δὲ παλαιοῦ μέρη δύο, τὰ δ' ἄλλα, ὡς προείρηται. « Efficax autem et valde boni coloris redditur, si duae partes urinae veteris cum una aceti adiiciantur, et reliqua, uti dictum est, peragantur. » H.

Idem. Totidem fere verbis Diosc. V, 104: de santerna conf. quae dicta sunt XXXIII, 29. Ed. P.

Diximus. Nempe enteriore libro, cap. 29. Hard.

Scolecia. MSS. *scolea.* Fieri autem et per se ait, hoc est, et aliud genus esse, non cura et arte factitium, ut quod proxime ante explicuit, sed sponte proveniens ac nativum. Haec aerugo vermicularis a Diosc. fossilis appellatur, V, 92, ἰὸς σκώληξ ὀρυκτός. Hard.

XXIX. *Distat a cadmia.* Ab aeroso illo altero lapide, ex quo fieri aes diximus, cap. 2 et 22. H.

Subdialibus petris. Sub dio expositis. Hard.

Dicemus. Capite tricesimo, quod sequitur, et tricesimo primo. H. — *Chalcitis tria genera continet*, etc. De chalcitide, misy et sory, cf. Eac. II ad calc. hui. lib. Ed. P.

Habet autem aeris venas. Hoc est, aeris similes. Diosc. V, 115: Χαλκῖτιν προκριτέον τὴν χαλκοειδῆ ... τὰς ἴνας ἐπιμήκεις καὶ ἀποστιλβούσας ἔχουσαν. « Optima chalcitis aeris speciem refert... intercursantibus venis oblongis, splendentibusque. » Auctor lib. de Simpl. med. ad Patern. Opp. Gal. t. XIII, p. 787: « Chalcitis gleba est naturalis, quae est in Cypro insula, quae in metallis invenitur, colore subaureo, intus venas habens diffusas, etc. » Hard.

Aeris venas oblongas. Longas et splendentes venas. Diosc. aeris nulla facta mentione. Dal.

Friabilis, nec lapidosa. Probat et

pidosa. Putant et recentem utiliorem esse, quoniam inveterata sory fiat. Vis eius ad excrescentia in hulceribus, sanguinem sistere, gingivas, uvam, tonsillas farina compescere. Vulvae quoque vitiis in vellere imponitur. Cum succo vero porri verendorum additur emplastris. Maceratur autem in fictili ex aceto circumlito fimo diebus XL, et colorem croci trahit. Tunc admixto cadmiae pari pondere, medicamentum efficit, psoricon dictum. Quod si duae partes chalcitidis tertia cadmiae temperentur, acrius hoc idem fiet: etiamnum vehementius, si aceto, quam vino temperentur. Tosta vero efficacior fit ad eadem omnia.

XXX. Sory Aegyptium maxime laudatur, multum

Diosc. loc. cit. εὔθρυπτον, ἁλιθόν τε, καὶ οὐ παλαιόν. Hard.

Sory fiat. Sory ipsum vetustate mutari in chalcitin, auctor est Galen. de Simpl. med. IX, pag. 266, atque haec tria tenuitate tantum discrepare: crassissimumque esse sory, tenuissimum misy: mediam chalcitin. Sic etiam Aetius de Re med. II, 65, pag 57. Hard.

Vis. Sic Diosc. totidem fere verbis, V, 115: Εστι δὲ καὶ τῶν μετρίως σηπόντων· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ἐρυσιπέλατα, ἕρπητας, αἱμορῤῥαγίας τὰς ἐξ ὑστέρας καὶ μυκτήρων σὺν πράσου χυλῷ. Ξηρὰ δὲ πρός τε ἐπουλίδας, καὶ νομάς, καὶ παρίσθμια. »Est et in genere leviter exedentium. Quin etiam efficax est ad erysipelata et herpetas, itemque sanguinis e vulva et naribus eruptiones cum porri succo.« Et inter ea quae corpora exadunt, chalcitin Celsus enumerat, V, 7. Et cap. 22: »Ad putrem carnem continendam, ne ultra serpat, eamque leniter exedendam ... auripigmentum cum chalcitide, etc.« De sistendo sanguine, uvaque compescenda, etiam Plin. Val. III, 21. H.

Maceratur autem in fictili ex aceto, etc. Dioscorid. ad verbum, V, 116. Hard.

Psoricon. Ψωρικόν Dioscor. loc. cit. et Galeno de Fac. simpl. med. p. 272, ubi simili ferme ratione hoc medicamenti genus concinnat: Dioscorides vero plane eadem. Nomen habet, quod contra scabrities et asperitates cutis, quas ψώρας Graeci dicunt, vim habeat. Cels. VI, 6, t. »Ad oculos scabros: Nulla per se materia est, quae psoricum nominetur: sed chalcitidis aliquid, et cadmiae dimidio plus ex aceto simul conteruntur: idque in vas fictile additum, et contectum ficulneis foliis sub terra reponitur: sublatumque post dies XX rursus teritur, et sic appellatur.« H.

Etiamnum vehementius, etc. Oribas. XIII, pag. 231. Hard.

XXX. *Sory.* Diosc. V, 119: Σῶρυ ... εὑρίσκεται ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν ἄλλοις δὲ τόποις, ὡς ἐν Αἰθίῃ, καὶ Ἱσπανίᾳ, καὶ Κύπρῳ· προκριτέον καὶ

superato Cyprio, Hispaniensi, et Africo: quanquam oculorum quoque curationi quidam utilius Cyprium putant: sed in quacumque natione optimum, cui maximum virus in olfactu, trituque pinguiter nigrescens, et spongiosum. Stomacho res contraria in tantum, ut quibusdam olfactu modo vomitiones moveat. Et Aegyptium quidem tale: alterius nationis contritum splendescit, ut misy, et est lapidosius. Prodest autem et dentium dolori, si contineatur, atque colluat: et oris hulceribus gravibus, quaeque serpunt. Vritur carbonibus, ut chalcitis.

XXXI. Misy aliqui tradiderunt fieri exusto lapide

τὸ Αἰγύπτιον, etc. Nostris, *Coupérose cendrée*. Hard.

Oculorum quoque curationi. Sic ad ocularia medicamenta Cyprium quoque misy Aegyptio anteponit Diosc. V, 117. Hard.

Optimum, cui, etc. Diosc. totidem verbis l. c. Hard.

Stomacho res contraria. Dioscorid. loc. cit. Hard.

Contritum splendescit, etc. Vt misy splendescat, dicetur cap. sq. In libris hactenus vulgatis, « contritum splendescit. Et misy est lapidosius. Prodest autem, etc. » Luxata penitus, nec cohaerente sati oratione: immo et falsa: nam et lapidosius esse misy, quam sory, affirmat, quod falsum esse in not. proxime seq. docemus: et prodesse illud dentium dolori, quae dos est soreos, non a Plinio modo, sed etiam a Dioscoride laudata, V, 119. In Reg. 2 cod. « contritum splendescit et misy et est lapidosius: » quae vestigia sunt minime obscura sincerae lectionis. Sory Aegyptium Diosc. loc. cit. frianti nigrum apparere ait: quod inter friandum autem splendescit, ut misy, alterius generis et invalidum illud esse: τὸ δὲ λαμπυρίζων ἐν τῷ θρανσθῆναι ἐμφερῶς μίσυϊ, ἑτερογενές τε καὶ ἀσθενὲς οἰωτέον εἶναι. Neque porro ab his verbis, *Et misy est lapidosius*, incipit instituta de misy oratio: sed a subsequenti multo post sententia, *Misy aliqui tradiderunt*, etc. unde cap. 31 auspicati sumus. H.

Et est lapidosius. Sory videlicet: de quo Galenus de Fac. simpl. med. IX, pag. 276: Οὐ τήκεται τὸ σῶρυ, διὰ τὸ λιθωδεστέραν τε καὶ σφοδρωτέραν ἔχειν τὴν πῆξιν. « Sory non liquescit, quoniam lapidosius est, vehementiusque compactum. » H.

Prodest. Et hoc de sory Dioscorides quoque prodidit, V, 119: λῆται δὲ καὶ ὀδονταλγίας; ἐντιθέμενον εἰς τὰ βρώματα, καὶ τοὺς ὑποσάλους δὲ ὀδόντας κρατύνει. « Dolori dentium cavernis eorum inditum medetur: eosdem labantes firmat. » H.

Vritur. Diosc. loc. cit. H.

XXXI. *Misy*. Diosc. V, 117. Nostris, *couperose jaune*, seu vitriolum romanum. Hard.

Exusto. Quem chalcitin vocant, ut dictum est initio cap. 29.

in scrobibus, flori eius luteo miscente se ligni pinei favilla. Revera autem e supradicto fit lapide, concretum natura, discretumque, et optimum in Cypriorum officinis: cuius notae sunt friati aureae scintillae, et quum teratur, arenosa natura, sive terrea, chalcitidi similis. Hoc admiscent, qui aurum purgant. Vtilitas eius infusi cum rosaceo auribus purulentis: et in lana impositi, capitis hulceribus. Extenuat etiam scabritias oculorum inveteratas. Praecipue utile tonsillis, contraque anginas, et suppurata. Ratio, ut sedecim drachmae in hemina aceti coquantur addito melle, donec lentescat. Sic ad supradicta utile est. Quoties opus sit molliri vim eius, mel adspergitur. Erodit et callum fistularum, ex aceto foventium, et collyriis additur. Sistit et sanguinem, hulceraque quae serpant, quaeve putrescant. Absumit et excrescentes carnes. Peculiariter virilitatis vitiis utile: et feminarum profluvium sistit.

XXXII. Graeci cognationem aeris nomine fecerunt et atramento sutorio. Appellant enim chalcanthum. Nec ullius aeque mira natura est. Fit in Hispaniae puteis stagnisve, id genus aquae habentibus. Decoquitur ea, admixta dulci pari mensura, et in piscinas

Cuius notae sunt, etc. Dioscor. loc. cit. Μίσυ δὲ παραληπτέον τὸ Κύπριον, χρυσοφανές, σκληρὸν, καὶ ἐν τῷ θραυσθῆναι χρυσίζον, καὶ ἀποστίλβον ἀστεροειδῶς. « Misy assumendum natione Cyprium, auri speciem prae se ferens, ac durum, quodque dum friatur, aureis micet scintillis, ac stellae modo splendescat. » H.

Ex aceto. Iis qui ex aceto fistulas foveni misy. Hard.

XXXII. *Graeci cognationem.* Hanc nominis affinitatem, idem alibi gentilitatem vocat: cuius occasione, ut alias monuimus, de rebus agit alioqui disparibus, nec alia re, nisi vocis sono connexis.

Appellant enim chalcanthum. Χάλκανθον Nostri, *du vitriol*, *de la couperose*. H. — Cf. de Calcantho Exc. II ad calcem huj lib. Ed. P.

Fit et in Hispania e puteis stagnisve (sic prius). Rectius in vet. cod. *fit in Hispaniae puteis stagnisve*. Dal. — *Fit.* Haec totidem verbis Isid. Origg. XVI, 2. Dispar aliquantum Dioscor. ratio est, V, 114. Hard.

Decoquitur ea. Idcoque ἑψὸν dici-

ligneas funditur. Immobilibus super has transtris dependent restes lapillis extentae, quibus adhaerescens limus, vitreis acinis imaginem quamdam uvae reddit. Exemptum ita siccatur diebus xxx. Color est caeruleus, perquam spectabili nitore, vitrumque esse creditur: diluendo fit atramentum tingendis coriis. Fit et pluribus modis; genere terrae eo in scrobes cavato: quarum e lateribus distillantes hiberno gelu stirias, stalagmian vocant: neque est purius aliud. Sed ex eo candidum colorem sentientem violam, lonchoton appellant. Fit et in saxorum catinis, plu-

tur, aliis praestantius ad nigras tincturas, ed usum medicinae invalidius. Diosc. Dalec.

Vitrumque. Sic Reg. 2, at al. Ob perspicuitatem scilicet: Dioscor. loc. cit. Αριστον δ' αὐτοῦ ἡγητέον τὸ κυάνεον ... καὶ διαυγές. Inde chalcantho apud nos vitrioli nomen, *vitriol* H.

Fit et pluribus modis. Lege: « Fit et pluribus modis, genere terrae eo in scrobes cavato, quarum e lateribus distillante hiberno gelu stiria, stalagmiam vocant. » Salm.

Genere. Atramentosi metalli, quod chalcitin, misy, sory, melanteriam continet. Dalec. — *Genere.* Quale in Hispaniae puteis supradictis reperitur. Ita Reg. 2, et Colb. 3. Editi hoc tantum, *genere eo*, obscura ac mutila oratione. Isidorus loc. cit tantum: « Fit et in scrobibus cavetis, quarum de lateribus decidentes guttae coalescunt. » Hard.

Hiberno gelu stirias. Vet. *hiberno tempore stiriae gelantur*; improprie *gelantur*, pro concrescunt vi caloris exsiccatae: nam hieme calidissimae sunt metallorum fodinae. Dal.

Stalagmian. Σταλαγμίαν, hoc est chalcanthum stillatitium. Σταλακτὶς et σταλακτικὸν a Dioscorid. appellatur, lib. V, cap. 14. Hard.

Sed ex eo candidum colorem. Lege: « Sed est candidum, et colore violae simile. » Violaceum id paulo post nominet. Dalec. — *Sed ex eo*, etc. E stillatitio chalcantho. Λογχωτὸν est Dioscoridi, loc. cit. aliisque. Sic totidem plane cyllebarum epicibus, Reg. 2 et Colb. 3 Pliniani editores, quum violam sensere, *leucoion* stetim, quod violae albae nomen est, pro *lonchoton* commode substitui posse arbitrati sunt. At Diosc. V, 114, ex Petesio medico λογχωτὸν vocat, quaecumque demum vocis eius originatio sit. Oribasius item, XIII, pag. 233. Et Neophytus: λογχωτὸν, τὸ χάλκανθον. Salmasio tamen non idcirco assentimur, legi ita hunc locum iubenti, in Solin. pag. 1159, ex sola ingenii coniectura: « Sic ex eo quod dependet ut lenciola, lonchoton appellentur libris invitis omnibus. » Hard.

Fit et in saxorum catinis. Fit et in saxis excavatis, aqua pluviâ, quae per venas chalcanthi labitur, limo corriveto, ac gelascente. H.

via aqua corrivato limo gelante. Fit et salis modo, flagrantissimo sole admissas dulces aquas cogente. Ideo duplici quidam differentia, fossile aut factitium appellant hoc: pallidius, et quantum colore, tantum bonitate deterius. Probant maxime Cyprium in medicinae usu. Sumitur ad depellenda ventris animalia drachmae pondere cum melle. Purgat et caput dilutum, ac naribus instillatum: item stomachum, cum melle aut aqua mulsa sumptum. Medetur et oculorum scabritiei, dolorive, et caligini, et oris hulceribus. Sistit et sanguinem narium: item haemorrhoidum. Extrahit ossa fracta cum semine hyoscyami. Suspendit epiphoras, penicillo fronti impositum. Efficax et in emplastris ad purganda hulcera, et excrescentia hulcerum. Tollit et uvas, vel si decocto tangantur. Cum lini quoque semine superponitur emplastris ad dolores tollendos: quodque ex eo candicat, in eo usu praefertur violaceis, si gravitati aurium per fistulas inspiretur. Vulnera etiam per se illitum sanat, sed tinguit cicatrices: nuperque inventum, ursorum in arena et leonum ora inspargere illo: tantaque est vis in adstringendo, ut non queant mordere.

Pluvia aqua. Quae per venas atramentosas labitur. Dal.

Admissas dulces aquas cogente. In scrobes excavatas aquae supradictae e puteis haustae admittuntur, mox sole coguntur: ut salem dixit antea fieri, XXXI, 39, aqua e puteis in salinas ingesta. Sic etiam Isid. loc. cit. Hard.

Sumitur ad depellenda ventris animalia. Ελμινθας πλατείας ἀναιρεῖ < α' βάρος καταπινόμενον, ἢ κατὰ μέλιτος ἐκπινόμενον. Hard.

Purgat et caput. Dioscor. totidem verbis loc. cit. Hard.

Medetur et oculorum scabritiei, etc. *Scabritiae*, non *scabritiei*, in antiquo codice, semperque sic leges. Sequitur confestim: « dolorique, nec non et caligini, et oris hulceribus. » In eodem, « dolorive, et caligini ac oris hulceribus. » Pint. — *Medetur* Marc. Emp. cap. VIII, p. 55. II.

Extrahit ossa fracta Diosc. Εὐπ. I, 166: Ἀνάγει δ' ὀστέα καὶ ἀφίστησι ... χάλκανθον, σὺν ὑοσκυάμου σπέρματι. Hard.

Nuperque inventum, ursorum in arena, etc. Totidem verbis Isid. XVI, 2. Hard.

Digitized by Google

XXXIII. (XIII.) Etiamnum in aerariis reperiuntur, quae vocant pompholygem et spodon. Differentia, quod pompholyx lotura paratur, spodos illota est. Aliqui id quod sit candidum levissimumque, pompholygem dixere: et esse aeris et cadmiae favillam. Spodon nigriorem ponderosioremque esse, derasam parietibus fornacum, mixtis scintillis, aliquando et carbonibus. Haec aceto accepto odorem aeris praestat, et si tangatur lingua, saporem horridum. Convenit oculorum medicamentis, quibuscumque vitiis occurrens, et ad omnia, quae spodos: hoc solum distat,

XXXIII. *Etiamnum in aerariis.* In fornacibus videlicet, in quibus aes uritur. Hard.

Pompholygem. Πομφόλυξ levior est evolatque ad fornices, quibus bullarum instar adglutinatur: unde nomenclaturam traxit, quoniam πομφόλυξ Graecis bulla est. Nostris, *la fleur de la calamine.* Non est officinarum tuthia, ut recte probat Savotus de Nummis, pag. 106 sq. Spodion vero ponderosius, quare ad fornices non adscendit, sed vel cineris instar, unde nomen, humi decidit, adhaeretve parietibus. Longe disparis naturae spodion officinarum est, quod ex usto fit ebore. Savotus loc. cit. p. 108. H. — De Pompholyge cf. Exc. II ad calc. hui. lib. Ed. P.

Lotura paratur. Forte *expurgatur* legendum, ex Diosc. V. Pint.

Aliqui. Quos sequutus est Dioscor. V, 85, apud quem haec totidem verbis exstant, de pompholygis spodiique discrimine: et apud Orib. XIII, 231, qui ex Dioscorid. hausit: et de Galen. de Fac. simpl. med. IX, 3, p. 268. Hard.

Et cadmiae favillam. Sic libri omnes, etiam MSS. Sic Dioscorid. et Galen. ll. cc. ubi pompholyga aiunt esse, ἀναφερόμενον αἴθαλον, καμινευομένης τῆς καδμείας. H.

Aceto accepto. Hoc est, aceto subacta. Diosc. loc. cit. Ἐν τῷ ὄξει φυραθεῖσα ἀποφορὰν μὲν ἔχουσα χαλκοῦ, ἔτι δὲ βορβορίζουσα ἐν τῇ γεύσει, « odorem aeris praestat... gustu coenum resipit. » Hard.

Saporem horridum. Veluti coeni Diosc. Vid. loc. sup. Dal.

Convenitque oculorum medicamentis, quibuscumque vitiis occurrens (sic prius). Detrahe coniunctionem *que*: et *occurrerit* lege non *occurrens*, ex apographo nostro. Pint. — *Convenit.* Pompholyx nimirum. Ita Galen. de Facult. simpl. med. IX, 3, pag. 269. Hard.

Et ad omnia quae spodos. Ut exemplum in re una statuam, spodos cap. sq. utilis dicitur hulceribus quae manant, Graeci ἀχῶρες vocant: ad eumdem usum commendat pompholygem Theodor. Prisc. I, 5, de achoribus. Hard.

quod huius elutior vis est. Additur et in emplastra, quibus lenis quaeritur refrigeratio et siccatio. Vtilior ad omnia quae vino lota est.

XXXIV. Spodos Cypria optima. Fit autem liquescentibus cadmia, et aerario lapide. Levissimum hoc efflatur et ocyus, evolatque e fornacibus, et tectis adhaerescit, a fuligine distans candore. Quod minus candidum ex eo, immaturae fornacis argumentum est: hoc quidam pompholygem vocant. Quod vero rubicundius ex iis invenitur, acriorem vim habet, exhulceratque adeo, ut quum lavatur, si oculos attingat, excaecet. Est et mellei coloris spodos, in qua plurimum aeris intelligitur. Sed quodcumque genus lavando fit utilius: purgatur ante penna, dein crassiore lotura. Digitis scabritiem exterunt. Media vis eius est, quae vino lavatur. Est aliqua et in genere vini differentia. Leni enim lota collyriis oculorum

Elutior. Imbecillior spodii vis. Sic Horat. II, Sat. v, vs. 16: » Irriguo nihil est elutius horto. » Hoc est, nihil insipidius, quam hortensia quae multis aquis irrigantur. Hard.

Additur et in emplastra. Gal. loc. cit. Hard.

XXXIV. *Spodos.* Orib. XIII, pag. 234. H. — De Spodo conf. item Exc. II ad calcem hui. lib. Ed. P.

Et aerario lapide. Aeroso lapide, ex quo fieri aes dictum est, cap. 2 et 22. Hard.

Levissimum. Sic Reg. 2 et alii. Edill perperam, *levissime haec.* Simon Iamuensis, cap. de pompholyge, legit, » levissimo statu, evolatque, etc. » Hard.

Acriorem vim habet. Nondum exuta cadmiae, aerosive lapidis acrimonia. Dalec.

Purgatur ante penna, dein crassiore lotura. Legendum ex Diosc. lib. V, cap. 85: » Purgatur autem in crassiore panno lotura. Quidam digitis scabritiem exerunt. Maxima vis eius est, etc. » quamvis c. 18 huius libri in lotura spodii plumbei scribatur, » Quidam pulverem pennis detergere malunt, ac terere in vinum odoratum. » Dalec. — *Purgatur.* Sic libri editi, manuque scripti. Simon Iamuensis, qui totum hoc de pompholyge caput exscripsit, mendose, » purgatur ante prima: deinde crassior: lotura digitis scabritiem exemit. » Hard.

Digitis scabritiem exterunt. Quatuor nostri, ut Pintian *scabritie excernuntur.* Gron.

Collyriis oculorum minum vigiliis fatigatorum apta putatur (sic prius). » Collyriis oculorum minus utilis putatur, » in archetypo nostro: caetera superfluunt. Pint.

minus apta putatur. Eadem efficacior hulceribus quae manant, vel oris quae madent, et omnibus medicamentis, quae parantur contra gangraenas. Fit et in argenti fornacibus spodos, quam vocant lauriotin. Vtilissima autem oculis affirmatur, quae fiat in aurariis: nec in alia parte magis est vitae ingenia mirari. Quippe ne inquirenda essent metalla, vilissimis rebus utilitates easdem excogitavit.

XXXV. Antispodon vocant cinerem fici arboris, vel caprifici, vel myrti foliorum cum tenerrimis ramorum partibus, vel oleastri, vel cotonei mali, vel lentisci. Item ex moris immaturis, id est, candidis, in sole arefactis: vel e buxi coma, vel pseudocyperi, aut rubi, aut terebinthi, vel oenanthes. Taurini quoque glutinis, aut linteorum cinerem, similiter pollere inventum est. Vruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus, donec figlina percoquantur.

XXXVI. In aerariis officinis et spegma fit, iam

Fit et in argenti fornacibus. Auri que et plumbi. Diosc. Dal.

Lauriotin. Λαυριώτιν a Laurio Atticae pago, ubi argenti metalla fuere. Pausanias statim initio I, sive Attic. Πλέοντι δὲ ἐς τὸ πρόσω Λαύριόν τέ ἐστιν, ἔνθα ποτὲ Ἀθηναίοις ἦν ἀργύρου μέταλλα. Hinc γλαῦκες Λαυριωτικαὶ apud Erasmum Chil. II, Cent. 8, Adag. 31. H. — *Lauriotin.* Quadruplex igitur Nostro spodii genus: aerarium, seu cyprium; argentarium, quod et lauriotis; aurarium, de quo inf. cap. 52. Ed. P.

XXXV. *Antispodon.* Ἀντίσποδα dicuntur, quae deficiente saepenumero spodio, in eius locum opportune sufficiuntur. De his eadem plane tradit et Diosc. V, 86, ut Orib. XIII, pag. 231. Hard.

Cotonei Gron *cydonii.* Ed. P.

Item ex moris immaturis. Dioscor. et Orib. ll. cc. Hard.

Pseudocyperi. Quidam apud Diosc. legunt *pseudocypri.* Dal.

Taurini. Auctores proxime appellati. Hard.

XXXVI. *Et spegma.* Sic etiam MSS. An *psegma*, ψῆγμα potius, quae vox graece ramenta et micas significat, quae appellatio huic aeris paleae accommodata satis videtur? Hard. — *Spegma.* Sic etiam edit. princ. Brot. *psegma fit*, etc. Ed. P.

Spegma fit, etc. Ψῆγμα hoc loco est velut apluda, acer, palea aeris, quae vehementiori flatu extra fornacem eiicitur, tanquam aeris ramentum, aut recisa derasaque particula. Dioscorid. cap. de flore aeris, τὸ τῶν παλαιῶν ἥλων Ψῆγμα, *ramentum veterum clavorum*, a quibusdam voca-

liquato aere atque percocto, additis etiamnum carbonibus, flatuque accensis: ac repente vehementiori flatu exspuitur aeris palea quaedam. Solum, quo excipiatur, esse stratum debet.

XXXVII. Facile ab ea discernitur, quam in iisdem officinis diphrygem vocant Graeci, ab eo quod bis torreatur: cuius origo triplex. Fieri enim traditur ex lapide pyrite cremato in caminis, donec excoquatur in rubricam. Fit et in Cypro ex luto cuiusdam specus arefacto prius, mox paulatim circumdatis sarmentis. Tertio fit modo in fornacibus aeris faece subsidente. Differentiae siquidem, quod aes ipsum in catino defluit, scoria extra fornaces, flos supernatat, diphryges remanet. Quidam tradunt in fornacibus globos lapidis qui coquantur, ferruminari; circa hunc aes fervere, ipsum vero non percoqui, nisi translatum in alias fornaces, et esse nodum quemdam materiae. Id quod ex cocto supersit, diphryges vocari. Ratio

tum fuisse tradit florem aeris. Dal.

XXXVII. *Diphrygem.* Dioscor. V, 129, τὸ διφρυγές, scilicet ἀπὸ τοῦ δὶς φρυγέσθαι, quod bis torrefiat: sive quod et arefiat a sole, et ab igne torreatur. Hard.

Cuius origo triplex. Totidem ea plane verbis a Dioscoride explanata loc. cit. et ab Oribas. XIII, pag. 226. Hard.

In rubricam. In rubricae colorem: ὅταν ἡ χρὸα μιλτώδης γίνηται. Diosc. loc. cit. Hard.

Mox. Subintellige, usto lostove. Hard.

Tertio. Hoc est, tertium nihil aliud est, nisi sedimentum aeris in fornace adusti. Hard.

Diphryges. In fundo, ceu faex, subsidet: τὐρίσκεται ἐν τῷ χώνῃ ἐγκείμενον τῷ πυθμένι αὐτῆς. Diosc. loc. c. Hard.

Quidam tradunt in fornacibus globos lapidis qui coquantur. a Quidam tradunt, in aereis globos lapidis aes gignentis sole coctos fermentari: circa hos aes fervere: ipsum vero percoqui translatum in alias scrobes, et esse udum: quod autem materiae excocto superest, diphryges vocari, a ex Diosc. et vet. nostro cod. Dal.

Ferruminari. Coalescere. H.

Nodum quemdam materiae. Duriorem materiam. Hard.

Id quod excocto supersit, diphryges (sic prius). Voss. a id q. ex cocto superfit, diphryga vocant. a Plautus in Sticho: a Edepol te vocem libenter, si superfiat locus. a Acad. quo-

eius in medicina similis supra dictis: siccare, et excrescentia consumere, et perpurgare. Probatur lingua, ut eam siccet tactu statim, saporemque aeris reddat.

XXXVIII. Vnum etiamnum aeris miraculum non omittemus. Servilia familia illustris in Fastis, trientem aereum pascit auro et argento, consumentem utrumque. Origo atque natura eius incomperta est mihi. Verba ipsa de ea re Messalae senis ponam: « Serviliorum familia habet trientem sacrum, cui summa cum cura magnificentiaque sacra quotannis faciunt: quem ferunt alias crevisse, alias decrevisse videri, et ex eo aut honorem, aut diminutionem familiae significari. »

XXXIX. (XIV.) Proxime indicari debent metalla ferri, optimo pessimoque vitae instrumento. Siquidem hoc tellurem scindimus, serimus arbusta, ponimus pomaria, vites squalore deciso annis omnibus cogimus iuvenescere. Hoc exstruimus tecta, caedimus saxa, omnesque ad alios usus ferro utimur. Sed eodem ad bella, caedes, latrocinia, non cominus solum, sed etiam missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pennato: quam sceleratissimam humani ingenii fraudem arbitror. Siquidem, ut ocyus mors perveniret ad hominem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus. Quamobrem cul-

que, *diphryge vocant*. Sed διφρυγὲς Diosc. Gaon.

Supra dictis. Aeri, scoriae, cadmiae, flori. Haec totidem verbis Diosc. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν τε, καὶ ἀναλαθαρτικὴν ἐπιτεταμένως, σμηκτικήν τε καὶ ξηραντικὴν καὶ καταστελτικὴν ὑπέρσαρκώσεως, etc. « Vis ei adstringere, valide perpurgare, excrescentias cohibere, etc. »

Probatur lingua. Diosc. loc. cit. ad verbum. Hand.

XXXVIII. *Illustris*. Ob multos consulatus, ac triumphos, qui notantur in Fastis. H. — *Diminutionem*. Brot. ex Reg. 2, *Deminutionem*.

pa eius, non naturae fiat accepta. Aliquot experimentis probatum est posse innocens esse ferrum. In foedere, quod expulsis regibus populo romano dedit Porsenna, nominatim comprehensum invenimus, ne ferro nisi in agricultura uterentur. Et stylo scribere intutum, ut vetustissimi auctores prodiderunt. Magni Pompeii in tertio consulatu exstat edictum, in tumultu necis Clodianae, prohibentis ullum telum esse in urbe.

XL. Et tamen vita ipsa non defuit honorem mitiorem habere ferro quoque. Aristonidas artifex quum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio praecipitato residentem poenitentia, aes, ferrumque miscuit, ut rubigine eius per nitorem aeris relucente, exprimeretur verecundiae rubor. Hoc signum exstat Thebis hodierno die. Est in eadem urbe et ferreus Hercules quem fecit Alcon, laborum dei patientia in-

XXXIX. *Ne ferro nisi in agricultura.* Voss. *in agri cultu*, et hoc Plinii. Libet enim disertis illa lralatitia variare. Cicero in Verrem, lib. III: « Quid est enim Sicilia, si ei agri cultionem sustuleris? » Gron.

Et stylo scribere intutum, etc. Lege: « Etiam stylo scribere vetitum vetustissimi auctores prodiderunt » Tangit et Iuretus ad Symmachum l. II, ep. XXII Gron. — *Intutum.* Minime tutum. Sic etiam MSS. Sunt qui *vetitum* malint. *Intutum* Tacito semel, saepius Ammiano usurpata vox. H. — *Et stylo.* Brot. ex ed pr. *et cum stylo.* Ed. P.

XL. *Desiit.* Voss *defuit.* Vt Tacitus, Hist. lib. IV: « Nec deerat egentissimus quisque e plebe et piissimi serviliorum prodere ultro dites dominos. » Item: « Nec deerat ipse stipatus armatis, domos hortosque permutans, apparatu, incessu, excubiis, vim principis complecti. » Gron.

Honorem. Ad mitiores usus adsciscere, exempli gratia, *ad statuas*, de quibus statim dicetur. H.

Aristonidas. Ἀριστωνίδας. H.

Learcho filio praecipitato residentem. Athamas furens Learchum ex Ino filium, saxo illisum necavit; idem facturus de matre et altero filio Melicerta, nisi eo in ulnas receptio praecipitem Ino se in mare iecisset. Quare hic praecipitatum Learchum, saxo inflictum, at sic occisum intelligere oportet, non autem scopulo deturbatum. Dal. — *Learcho.* Exstat apud Nasonem fabula, Metam. IV, 467. Hardo.

Alcon. Meminit huius in Laconicis Pausanias, et Hippocoontis filium vocat: Naso quoque Metam. XIII, 683: « illi fabricaverat Alcon Myleus, et

ductus. Videmus et Romae scyphos e ferro dicatos in templo Martis Vltoris. Obstitit eadem naturae benignitas, exigentis a ferro ipso poenas rubigine: eademque providentia nihil in rebus mortalibus faciente, quam quod infestissimum mortalitati.

XLI. Ferri metalla ubique propemodum reperiuntur, quippe insula etiam Italiae Ilva gignente: minimaque difficultate cognoscuntur, ipso colore terrae manifesto. Sed ratio eadem excoquendis venis. In Cappadocia tantum quaestio est, aquae an terrae fiat acceptum, quoniam perfusa certo fluvio terra, neque aliter ferrum e fornacibus reddit. Differentia ferri

loogo caelaverat argumento. » Nisi forte hic Nasonis Alcon argentarius faber est, ab illo ferrario diversus. Hasd.

In templo Martis In foro Augusti, regione Vrbis octava. H.

Obstitit. Ne hunc ferro mitiorem honorem vita haberet, de quo dictum est initio huius capitis, obstitit pro sua beoignitate natura, tum inducta ferro rubigine velut in poenam, tum simili eius providentia nihil faciente in rebus mortalibus, quam quod est infestissimum mortalitati, et plenum laboris. Quare a mitioribus illis artibus ferruoi traducendum ad falces, ligones aliaque instrumenta, quibus arbusta serimus, ponimus pomaria, caedimus saxa, etc. H. — *Obstitit.* Gron. et al. *obstipit.* Ed. P.

Faciente MSS. *facientis.* H.

XLI. *Ilva.* Vide quae dicta sunt III, 12. Servius in illud Maronis, Aeneid. X, » ast Ilva trecentos, Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis, » amplius aliquid apud Plinium legisse hic videri queat; si habenda ei fides est. verba eius sunt huiuscemodi: » *inexhaustis* Chalybum generosa metallis: quanto exhausta fuerit, tanto generosior, hoc est, πολυγόνος. Ergo *in exhaustis* non est una pars orationis: namque dicit Plinius Secundus; Quum in aliis regionibus effossis metallis terrae aiot vacuae, apud Ilvam hoc esse mirum, sublata renascuntur, et rursus de iisdem locis effodiuntur. Varro et aliud dicit, nasci quidem illic ferrum, sed in strictiram non posse cogi, nisi transvectum in Populoniam Tusciae civitatem, ipsi insulae vicinam. » Haec Servius, cuius in laudandis auctoribus haud satis est explorata fides. H. — *Ilva.* Plurimum hodieque ferri ex celeberrimis Ilvae (*l'île d'Elbe*) fodinis eruitur, huius et optimi quidem metalli (*fer oligiste, peroxide de fer*) feracissimis, quanquam et per totam fere Europam reperitur. Ed. P.

Ratio eadem. Quae aeris explicata.

Differentia. Isidor. XVI, 20. H. — De ferri differentiis conf. Exc. III ad calc. huj. lib. Ed. P.

numerosa. Prima in genere terrae caelive. Aliae molle tantum, plumboque vicinius subministrant; aliae fragile et aerosum, rotarumque usibus et clavis maxime fugiendum, cui prior ratio convenit. Aliud brevitate sola placet, clavisque caligariis: aliud rubiginem celerius sentit. Stricturae vocantur hae omnes, quod non in aliis metallis, a stringenda acie vocabulo imposito. Et fornacum maxima differentia est: nucleusque quidem ferri excoquitur in his ad indurandam aciem: aliquae modo ad densandas incudes, malleorumve rostra. Summa autem differentia in aqua est, cui subinde candens immergitur. Haec alibi atque alibi utilior nobilitavit loca gloria ferri, sicut Bilbi-

Clavisque caligariis. Iconem exhibet caligae, libro singulari, de caliga Veterum, Nigronius noster, sub finem operis. H. — Tacit. Ann. I, 41: « Militari vocabulo Caium caligulam appellabant, quia plerumque ad conciliandа vulgi studia eo tegmine pedum induebatur. » Ed. P.

Stricturae vocantur, etc. *Stricturae* Nonio scintillae ferri ferventis, quod stricte, id est, celeriter emittantur, aut quod candore nostros oculos percellant. Virgil. Aen. VIII, « Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat » Stricturae massae ferri fusi et confecti, quae in fornace candentes fervent, et nitent. Dal. — *Stricturae*. Stricturam vocant antiqui massam ferri seu laminam, quod in massam unam stringitur, ac coalescit. Sic Varro accepit, eo loco quem ex Servio paulo ante retulimus. Nonio stricturae sunt et scintillae ferri candentis: non Plinio. Hard.

Nucleusque. In quibusdam, inquit, fornacibus ferrum excoquitur, quod durissimum est, ac veluti metalli nucleus, ad indurandam aciem, hoc est, eam ferri partem, quae secat. Sic temperatur id quod barbari Glossaeque *aciarium* vocant, *de l'acier*. Sic totidem syllabis apicibusque Reg. 2 cod. Editi hactenus libri: « In iis equidem nucleus ferri... aliquo modo. » Et Salmasii coniecturam, ne quid praetermisisse videar, nunc exponam. Sic igitur ille in Solino, p. 1081: « In aliquibus ferrum excoquitur, nisi ad indurandam aciem » Ac *nisi* intelligi pro *non nisi* iubet, id minus probante Gronovio, qui ipsum *non nisi* rescribi in contextu mavult. Hard.

Summa. Et hunc locum Isid. Origg. XVI, 20, exscripsit. H.

Cui subinde candens immergitur. Varios modos purgandi durandique ferri tradit Magius, lib. II, cap. 8. Dalec.

Bilbilin. Hodie *Villa Vieja*, in Baubulo monte, prope *Calataiud*, Arragoniae regno. Martialis, cuius id fuit natale solum, lib. X, ep. CIII: « Municipes augusta mihi quos Bilbilis alto

lin in Hispania et Turiassonem, Comum in Italia, quum ferraria metalla in his locis non sint. Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro est. Seres hoc cum vestibus suis pellibusque mittunt. Secunda Parthico: neque alia genera ferri ex mera acie temperantur: caeteris enim admiscetur mollior complexus. In nostro orbe aliubi vena bonitatem hanc praestat, ut in Noricis: aliubi factura, ut Sulmone aqua, uti diximus. Quippe quum in exacuendo oleares co-

Monte creat, rapidis quos Salo cingit aquis, etc.» Lib. IV, LV: «Nos Celtis genitos, et ex Iberis Nostra nomina duriora terrae Grato non pudeat referre versu: Saevo Bilbilin optimam metallo, Quae vincit Chalibasque, Noricosque.» Nummus Augusti in Cimelio regis Christianissimi, Tiberii quoque et Caligulae: MV. AVGVSTA BILBILIS. *Municipium Augusta Bilbilis.* Aquarum vero dote, non fodinarum, quae nullae ibi sunt, ferro gloriam parari, ut Plinius ait, etiam Martialis testatur, qui Salonis nomen his fuisse ait. Adiicit enim verbis proxime recitatis ex lib. IV, ep. LV: «Et ferro plateam suo sonantem, Quam fluctu tenui, sed inquieto Armorum Salo temperator ambit.» Et lib. XIV, ep. XXXIII: «Pugio quem curvis signat brevis orbita venis, Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.» Amnem hunc Salonem a vicino oppido Bilbilin Iustinus vocat. Idcirco hunc eiusdem poëtae locum, I, ep. L: Videbis altam, Liciniane, Bilbilin Equis et armis nobilem.» Hieron. Surita, teste Antonio Augustino, in mendo cubare aiebat, legique oportere *Aquis*. Atque eo quidem epigrammate sequitur mox, «Salone, qui ferrum gelat.» H.

Turiassonem. Brot. *Turiasonem*: sic quoque nummi antiqui. Hispanis hodie dicitur *Tarazona*. Ed. P.

Ex omnibus autem, etc. Isidorus haec quoque, ut superiora, loc. cit. Ferrum hoc Sericum iam obsolevit. Hard.

Pellibusque mittunt. Tigridum, pardorum, pantherarum: et, ut coniector, moschi, cum sanie sua odoratissima. Dal.

Ex mera acie temperantur. Mera acies, quod merum *aciarium* barbari Glossaeque, ut diximus, Graeci ἀκραιφνὲς στόμωμα vocant.

Caeteris enim admiscetur, etc. Typi ad hunc diem omnes sic interpungebant: «caeteris enim admiscetur. Mollior complexus in nostro, etc.» Quod vitium non oratio modo ipsa retegit, sed et Isidorus, qui hunc locum exscripsit XVI, 20, atque ita, ut edidimus, interpunxit. H.

Mollior complexus. Mollioris temperaturae ferrum. Hard.

Vt in Noricis. Glebam idcirco Noricam commendat Rutilius in Itin. I, pag. 309. Cultros Norico ferro, Petron. in fragm. p. 267. Noricum ensem, Horatius. Hard.

Vti diximus. Proxime ante, his verbis; «Summa autem differentia in aqua est, etc.» Hard.

Oleares cotes. Quae perfundi oleo

tes aquariaeque differant, et oleo delicatior fiat acies: mirumque, cum excoquatur vena, aquae modo liquari ferrum, postea in spongias frangi. Tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. A ferro sanguis humanus se ulciscitur. Contactum namque eo, celerius subinde rubiginem trahit.

XLII. De magnete lapide suo loco dicemus, concordiaque quam cum ferro habet. Sola haec materia vires ab eo lapide accipit, retinetque longo tempore, aliud apprehendens ferrum, ut anulorum catena spectetur interdum: quod imperitum vulgus appellat ferrum vivum, vulneraque tali asperiora fiunt. Lapis hic et in Cantabria nascitur, non ille magnes verus caute continua, sed sparsa bullatione, ita appellant: nescio an vitro fundendo perinde utilis: nondum

solent, cuiusmodi sunt eae, quibus novaculae acuuntur. Hard.

Postea in spongias frangi. Postquam liquatum est, induratumque, non aequaliter, ut raphani, sed spongiarum more, et inaequabiliter frangitur. Spongiae igitur massae sunt prius liquati ferri, posteaque indurati: non spuma, quae dum ferri vena funditur, per os camini exit, ut Salmasius iubet intelligi in Solin. pag. 1032. Hard — *In spongias. Spongias* vocat massas liquati ferri, eiectas vel extractas fornace, quae instar spongiae molles sunt, ac fragiles priusquam durentur ictibus, aut aquae gelidae immergantur, aut adiecto medicamento fusoribus in aciem excoquantur Dal. — *Tenuiora.* Isid. totidem verbis, Origg. XVI, 20. H.

Trahit. Isid. loc. cit. H.

XLII. *De magnete.* Qui vulgo nostris, *aimant* (*fer oxidulé, fer magnétique*). Conf. lib. XXXVI, cap. 25. Hard.

Vires. Vet. cod. *virus*, non *vires*; pulcherrime. Pint. — Immo pessime. Gron.

Anulorum, etc. Fortasse: « ut acularum catena spectetur. » Acus enim acubus quasi nectuntur. Gronov. — Reg. 2, *acolorum.* Forte, *acularum.* At ex anulis catena, quam ex aculis, commodius nectitur. H.

Sed sparsa bullatione. Magneticos lapillos bullarum instar per agros spargi significat, non e continua rupe excidi. In editis hactenus libris, *bubbatione* legebatur. At Reg. 2, Colb. 3, aliique, *bullatione*, ut edidimus. H. — Lapis forte qui nobis dicitur, *fer oxidulé, magnétique, titanifère.* Ed. P.

Nescio an vitro, etc. Vitro enim fundendo magnetem addi, dicetur XXXVI, 66. Hard.

enim expertus est quisquam: ferrum utique inficit eadem vi. Magnete lapide Dinochares architectus Alexandriae Arsinoës templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum eius e ferro pendere in aëre videretur. Intercessit mors et ipsius, et Ptolomaei, qui id sorori suae iusserat fieri.

XLIII. Metallorum omnium vena ferri largissima est. Cantabriae maritimae parte, quam Oceanus alluit, mons praerupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materie est, ut in ambitu Oceani diximus. (XV.) Ferrum accensum igni, nisi duretur ictibus, corrumpi-

Ferri utique inficit aciem, ut magnes. Eodem lapide Dinocrates (sic prius). Scribe: « Ferrum utique inficit eadem vi. Magnete lapide Timochares, etc. » quamvis alibi *Dinocratem* appellet, de quo Salm. ad Sol. pag. 1169. Τὸ *ut* pro *vi* saepe notavimus. Pintianus, *ferrum utique inficit*: τὰ *aciem ut magnes* pro supervacuis delet. Gronov. — *Inficit*. Sic imbuit, ut perinde ac magnes ipse, ferrum alterum trahat. H.

Magnete. Haec totidem verbis Isidor. Origg. VI, 20. Idem de simulacro quodam in templo Serapidis, quod magneti laqueáribus templi infixo adhaereret ita, ut pendere videretur in aëre, refert Augustin. de Civit. Dei, XXI, 6 Suidas item, verbo Μαγνῆτις. Hinc orta de sepulchro Mahomati fabula.

Din. architectus. Editi hactenus libri *Dinocrates*. Reg. 2 et Ch. *Timochares*: unde nos *Dinochares* effinximus, ut lib. cap. 11, etsi quidam ibi a nobis citati scriptores, *Dinocratem*. At Ausonius hoc ipsum de camera magnetica narrans, quod Plinius hoc loco refert, Dinocharem appellat: Idyll. IX, vel, ut alii X, vers. 340: « Conditor hic forsan fuerit Ptolemaidos aulae Dinochares: quadro cui in fastigia cono Surgit: et ipsa suas consumit pyramis umbras: Iussus ob incesti qui quondam foedus amoris Arsinóën Pharii suspendit in aëre templi. » Vide etiam Augustinum, de Civ. Dei, XXI, 6. Hard.

Arsinoës. Quae Ptolamaei Philadelphi et soror, et coniux fuit, ut diximus VI, 32. Hard.

Vt in eo simulacrum eius. In Alexandria Aegypti laqueáribus templi Serapis magnes infixus, statuam aeneam, in cuius capite ferrum inclusum est, sic tenuit, ut media nec solum attingeret, nec culmen. Ferreum Mahumetis sepulchrum in Medina Talnabi, Arabiae Petraeae oppido, magnetis vi tractum suspendere Turcae conati sunt. Dal.

XLIII. *Cantabriae maritimae parte*. Vena illa ferri largissima est, *mine de Sommorostro dans la Biscaye*, de qua diligentissima scripsit Cl. Bowles: *Introduction à l'histoire naturelle d'Espagne*, pag. 322. Brot.

Diximus. Lib. IV, cap. 34 in fine. Hard.

Ferrum. Ab his verbis Pliniani edi-

tur. Rubens non est habile tundendo, neque antequam albescere incipiat. Aceto aut alumine illitum fit aeri simile. A rubigine vindicatur cerussa, et gypso, et liquida pice. Haec est temperatura a Graecis antipathia dicta. Ferunt quidam et religione quadam id fieri. Et exstare ferream catenam apud Euphratem amnem, in urbe quae Zeugma appellatur, qua Alexander Magnus ibi iunxerat pontem, cuius anulos qui refecti sunt, rubigine infestari, carentibus ea prioribus.

XLIV. Medicina e ferro est et alia, quam secandi. Namque circumscribi circulos, terve circumlato mucrone, et adultis et infantibus prodest contra noxia medicamenta: et praefixisse in limine e sepulcro evulsos clavos adversus nocturnas lymphationes. Pungique leviter mucrone, quo percussus homo sit, contra dolores laterum pectorumque subitos, qui punctionem afferant. Quaedam ustione sanantur: privatim vero canis rabidi morsus. Quippe etiam praevalente morbo, expavescentesque potum, usta plaga illico liberantur.

tores novum capul auspicati titulum scripsere: *De temperatura ferri*. Quem praefigi oportere cap. 41, et argumentum, et Plinianus Index, quem edidimus, indicat. Locum hunc porro totidem verbis Isidorus exscripsit, Origg. XVI, 20. Hard.

Rubens. Isidor. loc. cit. H.

A rubigine. Isidor. l. c. H.

Antipathia. Αντιπάθεια, vis contraria rerum, naturalis rerum differentia, dissidiumque, ut inter ignem et aquam. Hard.

Alexander Magnus. Vide quae diximus V, 21. H. — *Iunxerat*. Gron. et al. *vinxerat*. Ed. P.

Infestari. Subintellige, *ferunt*, ex antecedentibus. H. — *Carentibus ea prioribus*. Fuitne priscis inventa ars ita ferrum fundendi aut temperandi, ut rubiginem non sentiret? Beor.

XLIV. *Lymphationes*. Has Graeci vocant νυμφολήψιας νυκτερινάς, ut et νυμφολήπτους, lymphatos, fanaticos, furentes, quasi correptos Nympharum spiritu. Credidit enim vetustas furore perpetuo exagitari, qui Nymphae speciem ex aquis prodeuntem aspexissent. Ante praelium commissum cum Persis ad Plataeas multos ad Cithaeronem nympholeptos et fanaticos fuisse tradit Plutarchus in Aristide. Dal. — *Lymphationes*. De lyphaticis egimus XXV, 24. H.

Quaedam ustione sanantur. Haec

Calefit etiam ferro candente aqua, in multis vitiis, privatim vero dysentericis.

XLV. Est et rubigo ipsa in remediis, et sic Telephum proditur sanasse Achilles, sive id aerea, sive ferrea cuspide fecit. Ita certe pingitur eam decutiens gladio. Sed rubigo ferri deraditur humido ferro clavis veteribus. Potentia eius ligare, siccare, sistere. Emendat alopecias illita. Vtuntur et ad scabritias genarum, pusulasque totius corporis, cum cera et oleo myr-

medicina etiamnunc apud nos potissimum commendatur. Ed. P.

Calefit. Diosc. V, 93, calefieri sic ait, ut coeliacis prosit, dysentericis, lienosis, etc. Vt epilepticis, Cael. Aurel. Chr. I, 4, de epilepsia: » Dehinc squamulas ferri, cum aqua in qua fuerit candens ferrum praetinctum. » Vt lienosis etiam Cels. IV, 9: » Post cibum, inquit, aqua e ferrario fabro, in qua candens ferrum subinde tinctum sit: haec enim vel praecipue lienem coërcet: quod animadversum est in his animalibus, quae apud hos fabros educata exiguos lienes habent. » Vt vesica laborantibus, Scrib. Larg. comp. CXCVI: » Ad tumorem, inquit, et dolorem vesicae, et exulcerationem, benefacit aqua, in qua ferrum candens demissum est. Hoc ego trasi ab aquis calidis, quae sunt in Tuscis ferratae, et mirifice remediant vesicae vitia. Appellantur itaque vesicariae. » H. — Et haec hodieque medicina coeliacis, etc. usitatissima. Ed. P.

XLV. *Sic Telephum proditur sanasse Achilles.* Supra, lib. XXV, cap. 5, Achilles herba: notum est vulgatum illud: ὁ τρώσας ἰάσεται. Dat. — *Et sic.* Vide XXV, 19. Exstat in Anthol. Graeca Macedonii consulis amatorium epigramma, cuius argumentum ab hoc Achillis Telephique facto petitum, lib. VII, quanquam hic ente a me praefandum honos auribus: Ἕλκος ἔχω τὸν ἔρωτα, βέλος δέ μοι ἕλκος ἐχώρει· δάκρυον, οὐτελῆς οὔποτε τερσομένης. Εἰμί καὶ ἐκ κακότητος ἀμήχανος· οὐδὲ Μαχάων Ἠιριά μοι πάσσει φάρμακα δυσμένεω· Τὰ φός εἰμι, κόρη· σὺ δὲ γίνεο πιστὸς Ἀχιλλεύς. Κάλλει σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς ἔθελες. Quod feliciter ita Grotius vertit: » Est mihi vulnus amor: sanies de vulnere manat Lacryma: siccari plagis profunda negat. Nec revalescendi spes est super: ipse Machaon Nil virus tantum quo medicetur, habet. Telephus en tibi sum: mea tu mihi te fac Achillem: Et flammam sedat quam tua forma facit. » Hard. — *Rubigo.* De ferri rerementis cf. Exc. III ad calc. hui. lib. Ed. P.

Potentia eius ligare, etc. Ita MSS. omnes: non, ut edid., *Vis eius ... restringere.* Etsi Diosc. V, 93: ἰός δὲ σιδήρου στύφει, ῥοῦν δὲ γυναικείου προστιθεὶς ἴσχει. Hard.

Alopecias. Diosc. loc. cit. H.

Vtuntur. Dioscor. totidem verbis: Πρός τε παρωνυχίας, καὶ πτερύγια, καὶ τραχεῖα βλέφαρα εὔχρηστος, καὶ κονδυλώματα. Hard.

teo: ad ignes vero sacros ex aceto: item ad scabiem, paronychia, in linteolis. Sistit et feminarum profluvia imposita velleribus. Plagis quoque recentibus vino diluta, et cum myrrha subacta, et condylomatis ex aceto prodest. Podagras quoque illita lenit.

XLVI. Squama quoque ferri in usu est ex acie, aut mucronibus: maxime simili, sed acriore vi, quam rubigo: quamobrem et contra epiphoras oculorum assumitur: sanguinemque sistit, quum vulnera maxime ferro fiant. Sistit et feminarum profluvia. Imponitur et contra lienum vitia. Hemorrhoidas compescit, hulcerumque serpentia. Et genis prodest, farinae modo adspersa paulisper. Praecipua tamen commendatio eius in hygremplastro ad purganda vulnera fistulasque, et omnem callum erodendum, et rasis ossibus carnes recreandas. Componitur hoc modo: picis oboli sex: Cimoliae cretae drachmae

Ad ignes vero sacros, etc. Diosc. Επιχριόμενον δὲ σὺν ὄξει ἐρυσιπέλατα καὶ ἐξανθήματα ἰᾶται. Hard.

Sistit. Dioscor. loc. cit. H.

Condylomatis. Dioscor. l. c. H.

Podagras. Dioscor. loc. cit. H.

XLVI. *Squama.* Haec forte λεπὶς στομώματος, Dioscor. V, 90, quam barbari vocant *squamam aciarii*, quae ex ferro excutitur, dum tunditur in officinis. Hard.

Et genis. Palpebris. Hard.

In hygremplastro. Υγρίμπλαστρον, emplastrum liquidum, non siccum. Hard. — *Omnem.* Brot. ex MSS. et ed. pr. *omne callum.* Ed. P.

Et rasis ossibus. Et nudis ossibus carnes inducendas. Hard.

Picis oboli sex. Mirum quantum hoc loco editi codices, et manu exarati dissident. In exemplari Reg. 2, et eo quod Pintianus vidit, » Pari obolis et cimoliae cretae drachmae sex: aeris tusi drachmae duae: squamae ferreae totidem: cerae sex: olei sextarius. » Hoc est, si priorem vocem *pari* excipias, caetera sunt paria, et gemina eum iis quae nos edidimus. At typi vulgati quantum inde absunt. » Componitur hoc modo: obolis ex cimolia creta duobus, drachmis sex es aere, totidem ex squama ferri, totidem cerae, ex olei sextario. » Nihil audacius diei et excogitari potest, quam sit ea emendandi licentia. Pro *pari* autem, quae vox nauci hoc loco non est, quid propius quidve aptius foret hoc loco, non vidimus, quam picem: quam in emplastris plane similibus adhiberi a Celso vidimus, V, 19. Nisi forte cuipiam aut *salis*, sui *sevi* arrideat magis. H. — *Drachmae sex.* Broter. *drachmae sex;* et tamen ex Reg cod. 5 sic legendum

sex: aeris tusi drachmae duae: squamae ferreae, totidem: cerae, sex: olei sextarius. His adiicitur, quum sunt repurganda vulnera aut replenda, ceratum.

XLVII. (XVI.) Sequitur natura plumbi. Cuius duo genera, nigrum, atque candidum. Pretiosissimum candidum, a Graecis appellatum cassiteron, fabuloseque narratum in insulas Atlantici maris peti, vitilibusque navigiis circumsutis corio advehi. Nunc certum est, in Lusitania gigni, et in Gallaecia: summa tellure arenosa, et coloris nigri: pondere tantum ea deprehenditur. Interveniunt et minuti calculi, maxime torrentibus siccatis. Lavant eas arenas metallici, et quod subsidit, coquunt in fornacibus: invenitur et in aurariis metallis, quae aluta vocant: aqua immissa eluente calculos nigros paulum candore variatos, quibus eadem gravitas quae auro: et ideo in calathis: in quibus aurum colligitur, remanent cum eo; postea caminis separantur, conflatique in

censet: »Obolis ex cimolia creta duobus; drachmis duabus ex aere, totidem e squama ferri, totidem ferri, totidem cerae, ex oleo sextarius.« Hariolentur, qui operam perdere volunt. Ed. P.

XLVII. *Atque candidum.* Saxonius de Numm. ant. P. II, 2, pag. 46, plumbum candidum censet illud esse, quod nos vulgo stannum Anglicanum, seu molle dicimus. Adstipulatur eidem Aldrovandus de Metall. I, 7, pag. 160. Hard.

Cassiteron. Κασσιτερος Homero saepissime. Hard.

In insulas Atlantici maris. Cassiteridas intelligit, quae Lusitaniam et Gallaeciam spectant. Dal. — Stanni minera (*deutoxide d'étain*) nostris diebus ex Angliae fodinis (*Cornwall*) potissimum extrahitur. Ed. P.

Vitilibusque. Qualia Britannorum olim fuisse ex Timaeo vidimus, IV, 30. Vide quae diximus VII, 57. H.

Nunc certum est. Haec totidem verbis Isid. Origg. XVI, 21. H.

Interveniunt et minuti calculi. Isidor. loc. cit. Hard.

Lavant eas arenas. Plane ad verbum haec Isidor. loc. cit. H.

Subsidit. Brot. ex MSS. Regg. et edit. principe, *subsedit.* Ed. P.

Invenitur et in aurariis. Isidor. loc. cit. Hard.

Quae aluta vocant. Sic Reg. 2. In Colb. 3, *alutia.* In vulgatis, *elutia.* H. — Brot. ex Reg. 5, *alutia*; edit. princeps, *alucia.* Ed. P.

Postea caminis separantur. Nam aurum in camino perdurat, nec liquatur: plumbi autem vena facile funditur. Dal.

album plumbum resolvuntur. Non fit in Gallaecia nigrum, quum vicina Cantabria nigro tantum abundet: nec ex albo argentum, quum fiat ex nigro. Iungi inter se plumbum nigrum sine albo non potest, nec hoc ei sine oleo. Ac ne album quidem secum sine nigro. Album habuit auctoritatem et Iliacis temporibus, teste Homero, cassiteron ab illo dictum. Plumbi nigri origo duplex est: aut enim sua provenit vena, nec quidquam aliud ex se parit; aut cum argento nascitur, mixtisque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: quod remansit in fornacibus, galena, quae est tertia portio additae venae. Haec rursus

Quum vicina Cantabria, etc. Isidor. loc. cit. Haen.

Quum fiat ex nigro. E vena argenti, plumbique nigri communi, ut statim dicetur. H. — *Ex nigro*. Ex plumbo nigro, quum abundantissima est galena, *la galène*, fit ea libris centum galenae uncia une cum semisse, vel duae unciae argenti. Vid. Lehmann. *Art des mines*, tom I, pag. 128. Br. — Galenae (*sulfure de plomb*) semper aliquid argenti miscetur. Eo. P.

Iungi. Galli vocant *souder*. Plinius supra, XXXIII, 30: «Plumbum nigrum albo iungitur, ipsumque album sibi oleo.» At nunc in solidandis fistulis, quibus aqua Parisiis in loca varie derivatur, plumbo nigro nigrum vidimus sine albo iungi: et idei vice resinam adhiberi. Vidit et Savotus de Nummis antiq. P. II, 3, pag. 55. Haen.

Teste Homero. Il., A, v. 25; Il. V, v 561, et alibi passim. H.

Plumbi nigri. Illud est, quod hodierno die simpliciter plumbum appellamus. Nigrum dicitur, quod nigrore tractantium manus inficit. Quae hoc capite deinceps continentur, ea totidem plane verbis exscripsit Isidor. Origg. XVI, 21. Haen.

Eius qui primus fluit. Hoc est, huius posterioris plumbi, quod cum argento nascitur. Hoc sincerum veterum stannum fuit. H. — *Stannum appellatur*. Si accurate haec Plinius descripsit, stannum illud non est quod dicimus *l'étain*. Bqr. — Cf. de stanno et plumbo Exc. IV, ad calc. hui. lib. Eo. P.

Qui secundus. Secunde coctura, quum rursum igne conflatur, ac secernitur argentum a plumbo. H.

Quod remansit in fornacibus. Quod prime fusura stanno, et quod secunda argento, cum scoria quaedam innatabat (redit illud ad tertium venae seu metallicae terrae partem, quae fuerat in fornacem iniecta): illud, inquam, rursus conflatum, dat plumbum nigrum. Haen.

Galena. In hoc nomine a Plinio et priscis adhuc discrepamus. Nobis galena est ipsum plumbi metallum,

conflata, dat nigrum plumbum deductis partibus duabus.

XLVIII. (XVII.) Stannum illitum aeneis vasis, saporem gratiorem facit, et compescit aeruginis virus: mirumque, pondus non auget. Specula quoque ex eo laudatissima, ut diximus, Brundisii temperabantur, donec argenteis uti coepere et ancillae. Nunc adulteratur stannum addita aeris candidi tertia portione in plumbum album. Fit et alio modo; mixtis albi plumbi nigrique libris. Hoc nunc aliqui argentarium appellant. Iidem et tertiarium vocant, in quo duae nigri portiones sunt, et tertia albi. Pretium eius in libras X. X. Hoc fistulae solidantur. Improbiores ad tertiarium additis aequis partibus albi, argentarium vocant; et eo quae volunt incoquunt. Pretia huius faciunt in pondo C LX X. Albo per se sincero pretia sunt X. X; nigro septem. Albi natura plus aridi habet: contraque, nigri tota humida est. Ideo album nulli

quod e terra eruitur. Brot. — Conf. sup. not. 13 fin. Ed. P.

Deductis partibus duabus. Brot. ex cod. Reg et editione principe, *deducti partibus non duabus.* Nescit cur particula negativa in recentioribus editionibus sit omissa. Nobis certe diversa est plumbi fundendi ratio. Quum purissima est galena, centum pondo reddunt libras plumbi a 60 ad 70. Ed. P.

XLVIII. *Stannum.* Totidem verbis Isid. Origg. XVI, 22. H.

Vt diximus. Lib. XXXIII, c. 45: « Optima specula apud maiores fuerant Brundusina, stanno et aere mixtis. » Hard.

Nigrique. Subintellige, paribus libris. Hard.

Iidem et tertiarium. Stannum vulgare, quo utimur, tertiario huic Pliniano fere respondere, ait Savotus de Numm. P. II, 4. Hard.

In libras X. X. Hoc est, denarii decem. Sic porro MSS. Reg. 2 et alii. In editis perperam, *in libras triginta.* Et mox, *in pondo*, hoc est, in libras C LX X, non ut editi, *centum triginta in libras.* Item, *pretia sunt X. X. nigro, septem* in libras: non vero, *pretia sunt triginta, nigro sedecim.* H. — Denarii deni sunt gallicae nostrae monetae librae 7: mox sexaginta denarii librae 46 cum assibus 13. Brot.

Hoc fistulae solidantur. Hoc plumbo fistulae, quibus squa ducitur, solidantur: *on soude les tuyaux.* H.

Et eo quae volunt incoquunt. Incoquere plumbo albo aes argentumve,

rei sine mixtura utile est. Neque argentum ex eo plumbatur, quoniam prius liquescit argentum. Confirmant, quod si minus albo nigri, quam satis sit, misceatur, erodi ab eo argentum. Album incoquitur aereis operibus Galliarum invento, ita ut vix discerni possit ab argento, eaque incoctilia vocant. Deinde et argentum incoquere simili modo coepere equorum maxime ornamentis, iumentorumque iugis, in Alexia oppido: reliqua gloria Buturigum fuit. Coepere deinde et esseda, et vehicula, et petorrita exornare: similique modo ad aurea quoque, non modo argentea staticula inanis luxuria pervenit: quaeque in scy-

est vasi aereo vel argenteo liquefactum plumbum illud argentarium superinducere, ut accipiat argenti colorem. Galli vocant, *étamer*. H.

Plumbatur. Solidatur, ferruminatur, plumbo conglutinatur. H.

Eaque in coctilia vocant. Sequior aetas, nosque etiamnum, argentata dicimus. Hard.

Equorum maxime ornamentis. Frena hodie sic stanno incoquimus, sive argentamus: *étamer les branches d'un mors*. Hard.

In Alexia. Plutarchu in Caesare, p. 721, Ἀλεσία est. Item Vellein, Dioni, caeterisque. Caesari VII, Alesia, oppidum Mandubiorum, dicitur: nunc in Ducatu Burgundiae, dioecesi Augustodunensi, retinet priscum nomen, *Alise*: circumiacensque pagus, *l'Auxois*. Hard. — Brot. ex MSS. Reg. et ed. principe, *in Alesia*. Ed. P.

Essela. Vehiculi genus, familiare in primis olim Belgis: unde Belgica esseda Maroni dicta. Hard.

Et petorrita. Et alterum vehiculi genus, de quo fuse Voss. in Etymol. Auson. ep. 8: » Cornipedea rapiant imposta petorrita mulae « H.

Staticula. Staticula Plinio sunt imagines et emblemata, quibus et currus et scyphos etiam incrustare atque exornare antiqui solebant. Cicer. sigilla sunt Or. VI in Verr. num. 48: » Apposuit patellam in qua sigilla erant egregia ... Sigillis avulsis reliquum argentum reddidit. « Scyphi vero his ornati, sigillati dicti ibidem, n. 32. Alioqui staticulum, sive statuculum, pro statua seu imagine a Tertulliano et Hieronymo saepius usurpatum, ante nos adnotavere alii. Consule Schefferum, de Re vehiculari vett. I, 206, et V. Cl. Du Cangium in Gloss. verbo *Statunculus*. Staticula pro icunculis emblematisve accepta olim ab antiquis scriptoribus, exploratum, ut diximus paulo supra, apertissimumque est. An etiam et *staticulus*, virili, ut aiunt, genere, eo significatu venerit (etsi aliam praeterea vocis illius acceptionem fuisse ex Macrobio didicimus), ut aliquando subdubitaremus, fecit hic Plauti locus in Persa, act. V, sc. 2,

plus cerni prodigium erat, haec in vehiculis atteri, cultus vocatur. Plumbi albi experimentum in charta est, ut liquefactum pondere videatur, non calore, rupisse. India neque aes, neque plumbum habet, gemmisque suis ac margaritis haec permutat.

XLIX. Nigro plumbo ad fistulas laminasque utimur, laboriosius in Hispania eruto, totasque per Gallias: sed in Britannia summo terrae corio adeo large, ut lex ultro dicatur, ne plus certo modo fiat. Nigri generibus haec sunt nomina: Ovetanum, Caprariense, Oleastrense. Nec differentia ulla scoriae, modo sit excocta diligenter. Mirumque in his solis metallis, quod derelicta fertilius revivescunt. Hoc videtur facere laxatis spiramentis ad satietatem infusus aër, ae-

v. 43: « Nequeo, leno, quin tibi saltem statiolum dem, olim quem Hegea faciebat: vide vero, si tibi satis placet. 5A Me quoque volo reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ionia. » Turnebum scio *staticulam* eo loci pro saltationis genere accepisse, Hegeam et Diodorum fuisse saltatores, de quibus alibi nihil quidquam legerit. Verum quum in iis signis quae eximio praesertim opere effecissent, subscribere sua nomina statuarii tum solerent, Ηγίας ἐποίει, *Hegias faciebat*, aliique similiter: fueritque id Atheniensi statuario nomen, de quo superios egimus sub initium cap 19, an ad illius modo opera Plautus alludat, amplius considerandum censeo. Et Diodori sculptoris Plato meminit in Anth. IV, 12, in epigrammate eleganti de Satyri effigie: Τὸν Σάτυρον Διόδωρος ἐκοίμεσαν, οὐκ ἐτόρευσεν· Ἦν νύξῃς, ἐγρεῖς· ἄργυρος ὕπνον ἔχει. « Sopierat Satyrum, non sculpserat, hunc Diodorus: Argentum dormit: punge, vigil facies » Alterius quoque Diodori pictoris, si tamen alius a sculptore, Leonidas in eadem Anthol. II, 19. Statuoculam femineo, ut appellant, genere Gregorius Turonensis, aliique dixere. HARD.

India. Isidorus haec quoque ad verbum, Origg. XVI, 21 HARD. — *Neque aes, neque plumbum.* Et aes, et plumbum habet India, sed tunc non effodiebat, quum facilius commodiusque haec gemmis ac margaritis permutaret. BROT.

XLIX. *Nigro.* Isidor. loc. cit. H. — Fistulae, *des tuyaux.* EO. P.

Ovetanum. Ab Oveto Asturum oppido (*Oviedo*). Libri hactenus editi perperam exhibent, *Iovetanum.* Caprariense ab insula cognomine prope Maioricam, de qua III, 11. Oleastrense ab Oleastro, Baeticae oppido, de quo III, 3; nam tota ea regio, ut ibi dicitur, cap. 4, plumbi metallis scatet. H — Paucae nunc in Gallia plumbi fodinae, plures in Hispania, nunc-

que ut feminas quasdam fecundiores facere abortus. Nuper id compertum in Baetica Santarensi metallo, quod locari solitum x. cc M annuis, postquam obliteratum erat, CCLV locatum est. Simili modo Antonianum in eadem provincia pari locatione pervenit ad pondo CCCC vectigalis. Et mirum, aqua addita non liquescere vasa e plumbo constat: eadem in aqua calculus aereusve quadrans si addatur, vas peruri.

L. (XVIII.) In medicina per se plumbi usus est cicatrices reprimere: adalligatisque lumborum et renum parti laminis frigidiore natura inhibere impetus Veneris: visaque in quiete Venerea sponte naturae erumpentia usque in morbi genus, his laminis Cal-

rosissimae vero in Anglia et Scotia, etc. Ed. P.

Santarensi. Fodina metallica, cui unde id nomen obtigerit, incompertum. Antonianum ab Antonio triumviro metalli domino, haud obscurum est: ut Sallustianum aes, et Livianum dici meminimus cap. 2 libri huius. H. — *Santarensi.* Nunc novimus Scalabim, *Santarem;* quae non est in Baetica, sed in Lusitania, Tago flumini apposita. Brot.

Locari. Sic totidem fere syllabis Reg. 2. Quod editores hactenus depravarant: » Quod locari solitum decem libris per cc ante annos, postquam obliteratum erat, LV locatum est. « H. — Ducenta millia denariorum sunt gallicae nostratis monetae lib. 155,625. Brot.

CCLV locatum est. Incerti valde sunt hi numeri. In MSS. Regg. 2, 3, et ed. principe, *XXIII locatum est.* In MS. Reg. 5, quod forte verius, » postquam obliteratum erat, reddit LXXXII. « Octoginta duo millia denariorum sunt gallicae nostratis monetae librae 63,806. Denariorum autem quinquaginta quinque millia efficiunt libras 198,421. Brot.

Ad pondo CCCC. Hoc est, ut mos est scribendi Veterum, ad libras quadringenties mille. H. — Brot. ex editione principe, *ad pondo CCCC vectigalis*, lineolam videlicet superpositam delendo. Ed. P.

Et mirum. Haec duo verba ignorant melioris notae codices: et delevit Broterius. Ed. P.

Vas peruri. Brot. ex Regg. 2, 3, et ed. princ. *si addatur*, etc. et mox τὸ *vas* omittit. Ed. P.

L. *Visaque.* Oribasius de Vict. rat. » Lamina plumbi, inquit, lumbis superposita prohibet somniantibus semen... Custodire vero oportet, ne his nimia infrigidatis laedantur renes. « Sic etiam Theod. Priscianus II, P. I, 11. Haan.

Visque in morbi genus. Nimiam scilicet profusionem seminis ex naturalibus, ut Celsus vocat IV, 21. De Πριαπισμῷ item Theodorus loc. cit. ubi inter remedia: » Si passionis hu-

vus orator cohibuisse traditur, viresque corporis studiorum labori custodisse. Nero (quoniam ita diis placuit) princeps lamina pectori imposita sub ea cantica exclamans, alendis vocibus demonstravit rationem. Coquitur ad medicinae usus, patinis fictilibus, substrato sulphuris minuto, laminis impositis tenuibus, opertisque sulphure et ferro mixtis. Quum coquitur, munienda in eo opere foramina spiritus convenit: alioqui plumbi fornacium halitus noxius sentitur, et pestilens, et canibus ocyssime; omnium vero metallorum, muscis et culicibus: quamobrem non sunt ea taedia in metallis. Quidam in coquendo scobem plumbi lima quaesitam sulphuri miscent: alii cerussam potius, quam sulphur. Fit et lotura plurimi usus in medicina, quum se ipso teritur in mortariis plumbeis addita aqua caelesti, donec crassescat. Postea supernatans aqua tollitur spongiis: quod crassissimum fuit, siccatum dividitur in pastillos. Quidam limatum plumbum sic terunt: quidam etiam plumbaginem admiscent: alii vero acetum, alii vi-

ius molestia, inquit, diutius perseveraverit, ut tensio et desiderium impatientissime protendantur, laminam plumbi renibus et partibus vicinis appono etc. Hard.

Calvus. E Licinia gente. H.

Nero. Hoc ipsum, aliaque vocis alendae subsidia adhibuisse Neronem, auctor est et Sueton. in eius vita, xx. Hard.

Coquitur ad medicinae usus. Totidem fere verbis haec pariter Diosc. lib. V, 96, et Oribas. lib. XIII, pag. 231. Hard.

Substrato sulphuris minuto. Hoc est, sulphuris momento. Ita MSS. non *sulphure*. Hard.

Foramina spiritus. Nares Dioscor. Σκιπάτας τοὺς ῥώθωνας· βλαβερὰ γὰρ ἡ ἀποφορά. Hard.

In metallis. In fodinis metallicis non sunt ea animalia. Hard.

Quidam. Diosc. loc. cit. Ρινίσματα μολίβδου βαλὼν κατὰ θείου, etc. Mox deinde plumbaginem appellat, argenti venam plumbo mixtam. Hard.

Fit et lotura. Plumbi scilicet, quod lavatur ea quae subiicitur ratione, quam et Dioscor. totidem verbis prodidit, V, 95. Hard.

Postea supernatans aqua, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

Quidam. Dioscor. loc. cit. H.

num, alii adipem, alii rosam. Quidam in mortario lapideo, et maxime Thebaico, plumbeo pistillo terere malunt: candidiusque fit ita medicamentum. Id autem quod ustum est plumbum, lavatur, et teritur, ut cadmia. Potest adstringere, sistere, contrahere cicatrices. Vsus enim ex eodem, et in oculorum medicamentis, et maxime contra procidentiam eorum, et inanitatem hulcerum, excrescentiave, rimasque sedis, aut haemorrhoidas, aut condylomata. Ad haec maxime lotura plumbi facit: cinis autem usti ad hulcera serpentia, aut sordida: eademque, quae chartis, ratio profectus. Vritur autem in patinis per lamina s

Plumbeo pistillo. Plumbeum modo Diosc. loc. cit. modo lapideum adsciscit. Hard.

Lavatur, et teritur, ut cadmia. In libris hactenus editis, « lavatur, ut stibi et cadmia: » haud poenitenda sane lectione: nam de lotura stibeos, dictum est XXXIII, 34. Verum in MSS. Reg. 2 caeterisque, s lavatur et istius et cadmiae. Potest adstringere, etc. » Vnde Pintianus coniciebat, s lavatur. Et istius, ut cadmiae, potestas stringere. s Sed, ut caetera silean, nec *istius*, nec *stringere*, Plinii orationem sapit. Lavari autem, ut cadmiam, praetermisso stibi, dici nunc satis duximus, a Dioscoride admoniti, qui V, 96: Δεῖ δὲ, inquit, πλύνειν αὐτὸν ὡς τὴν καδμείαν καὶ ἀποτίθεσθαι. Quare pro *et istius et cadmiae*, nos *et teritur ut cadmia* scripsimus, quod fieri quidem Plinius suo loco prodidit, hoc est cap. 22. Hard.

Potest adstringere. Haec totidem fere verbis Diosc. loc. cit. Δύναται δὲ ψύχειν, στύφειν, παρεμπλάσσειν, μαλάσσειν, πληροῦν τὰ κοιλώματα, στέλλειν τὰ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ῥώματα, etc. s Potest refrigerare, adstringere, spiracula cutis obducere, mollire, cava explere, sistere oculorum fluxiones, etc. » Hard.

Procidentiam Cels. VI, 6: s Nonnunquam ingens inflammatio tanto impetu erumpit, ut oculos sua sede propellat: proprie enim πρόπτωσιν id, quoniam oculi procidunt, Graeci appellant. » Hard.

Et inanitatem hulcerum, etc. Sic Reg. 2. Hoc est, cava explet hulcera, sistitque eorumdem hulcerum carnes excrescentes. Sic Diosc. V, 95: Δύναται δὲ... πληροῦν τὰ κοιλώματα, στέλλειν, τὰ ὑπερσαρκοῦντα τῶν ἑλκῶν. Prius legebatur, *et inanitatem*, *et hulcerum excrescentia*: ut labor esset investigare, quod morbi genus esset, inanitas oculorum, medicis adhuc ignotum.

Quae chartis. De chartae in medicina usu, dictum est XXIV, 51. H.

Vritur. Quae capite reliquo continentur, totidem ea verbis expressit Dioscor. V, 96. Sed quid causae sit cur ustionem a coctione Plinius nunc secernat, quum eadem fieri utram-

minutas cum sulphure, versatum rudibus ferreis aut ferulaceis, donec liquor mutetur in cinerem. Dein refrigeratum teritur in farinam. Alii limatam scobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum. Aliqui cerussam miscent pari mensura, aut hordeum, teruntque, ut in crudo dictum est, et praeferunt sic tritum plumbum spodio Cyprio.

LI. Scoria quoque plumbi in usu est, optimaque, quae ad luteum maxime colorem accedit, sine plumbi reliquiis, aut sulphuris specie, et terra carens. Lavatur haec in mortariis minutim fracta, donec aqua luteum colorem trahat, et transfunditur in vas purum, idque saepius, usque dum subsidat, quod utilissimum est: eosdemque effectus habet, quos plumbum, sed acriores. Mirari succurrit experientiam vitae, ne faece quidem rerum, excrementorumque foeditate intentata tot modis.

LII. Fit et spodium ex plumbo eodem modo, quo ex Cyprio aere diximus. Lavatur in linteis raris aqua

que ratione docest, amplius considerandum est. Hard.

Rudibus. Sic MSS. omnes, et editi: non *trudibus*, ut cuidam visum. Dioscor. l. c. hoc tantum, κίνει σιδήρῳ, ferro seu ferrea rude versato. Plin. 54: »Miscetúrque rudiculis, donec rubescat:« ubi Diosc. V, 103, νάρθηκι dicit, hoc est, ferulacea rudicula. Hard.

Vt in crudo. In crudo plumbo, neque usto: uti dictum est paulo ante, his verbis: »Fit et lotura plurimi usus, etc.« Hard.

LI. *Scoria.* Diosc. totidem verbis, V, 97. H. — *Scoria quoque plumbi.* De scoria plumbi, spodio, molybdaena, cerussa, cf. Exc. IV ad calcem huj. lib. Ed. P.

Sine plumbi reliquiis. Μηδὲν ἔχουσα μολιβδῶδες, nihil plumbosi habens, Diosc. l. c. Hard.

Sulphuris specie, et terra carens. Apud Diosc. ψιμμυθιοφανής, cerussae specie. Magis sequor Plinium, qui legit, θειοφανής: nam id magis convenit cum μηλοειδής, optima, densa, fractu contumax, cerussae prorsus similis, nihil plumbei habens, luteo fere colore, vitri modo splendida. Dalec.

Lavatur. Ad verbum haec pariter Diosc. l. c. Hard.

Sed acriores. Quoniam magis adstringit: Δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῷ κεκαυμένῳ μολίβδῳ, στύφουσα μᾶλλον. Diosc. l. c. Hard.

LII. *Diximus*, Cap 31. H.

caelesti, separaturque terrenum transfusione, cribratumque teritur. Quidam pulverem pennis detergere malunt, ac terere in vino odorato.

LIII. Est et molybdaena quam alio loco galenam vocavimus, vena argenti plumbique communis. Melior haec, quanto magis aurei coloris, quantoque minus plumbosa, friabilis, et modice gravis. Cocta cum oleo, iocineris colorem trahit. Adhaerescit et auri, et argenti fornacibus: et hanc metallicam vocant. Laudatissima quae in Zephyrio fiat. Probantur minime terrenae, minimeque lapidosae: coquuntur lavanturque scoriae modo. Vsus in liparas, ad lenienda refrigerandaque hulcera: emplastrisque, quae non alligantur: sed illita ad cicatricem perducunt, in teneris corporibus mollissimisque partibus. Compositio eius est libris tribus, et cerae libra una, olei tribus heminis, quod in senili corpore cum fracibus additur. Temperatur et cum spuma argenti,

LIII. *Est et molybdaena.* Appellatione molybdaenae auctor comprehendit tum venam argento communem, et plumbo, tum plumbarium lapidem, tum etiam plumbariam arenam. Dal. — Μολύβδαινα et μολίβδαινα, latine plumbago. Galenam superius appellavit, lib. XXXIII, 31. Hard.

Melior. Totidem verbis Diosc. V, 100: Μολύβδαινα δὲ ἀρίστη ἐστὶν ἡ λιθαργυροφανής, ξανθή, ὑποστίλβουσα, καὶ κιῤῥὰ ἐν τῷ λειοτριβεῖσθαι, ἐψηθεῖσά τε ἐλκίῳ ἡπατοειδὴς τῷ χρώματι γίνεται .. Γεννᾶται δὲ ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ. Hard.

Laudatissima. Alterum hoc genus esse indicat, nec metallicum, ut prius, sed factitium, hoc est, cura ac diligentia praeparatum. De gemina enim molybdaena sequitur, « Probantur minime terrenae, etc. »

In Zephyrio. Ciliciae oppido, haud procul Coryco monte, ubi laudatissimam reperiri molybdaenam, sed fossilem tradit Diosc. l. c. H

Probantur. Totidem verbis haec Dioscorides loc. cit. et Orib. XIII, p. 231. Hard.

Vsus in liparas. Hoc est, in emplastra lenia, quae liparas vocant. Diosc. loc. cit. Μίγνυται δὲ ἐπιτηδειότερον αὕτη καὶ ταῖς λιπαραῖς καὶ ἀνεπιδέκτοις ἐμπλάστροις χρησίμως. Sunt qui legant ἀνεπιδήκτοις, *emplastris quae non mordent:* atque ita sane, V. 19, in emplastra lenia, seu liparas, *plumbi recrementum* adsciscit, quam σκωρίαν μολύβδου Graeci vocant. Hard.

Illita. Diosc. et Orib. ll. cc. H.

et scoria plumbi, ad dysenteriam, et tenesmum, fovendo calida.

LIV. Psimmythium quoque, hoc est, cerussam, plumbariae dant officinae. Laudatissimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ita distillantibus. Quod ex eo cecidit in ipsum acetum, arefactum molitur et cribratur, iterumque aceto mixto in pastillos dividitur, et in sole siccatur aestate. Fit et alio modo: addito in urceos aceti plumbo, obturatos per dies x, derasoque ceu situ, ac rursus reiecto, donec deficiat materia. Quod derasum est, teritur et cribratur, et coquitur in patinis, misceturque rudiculis donec rubescat, et simile sandarachae fiat. Dein la-

Et tenesmum, fovendo calida. Sic ut clystere metallica ea infundantur, abdomen vero seu venter mitigandi doloris causa, aqua calida foveatur. Dal. — *Fovendo.* In MSS. Reg. et editione principe, *fovenda calida*, quod nec male est; calida enim debet esse, ut foveatur venter. Brot.

LIV. *Psimmythium.* Ψιμμύθιον Dioscor. V, 103. H. — *Cerussam.* Est plumbi (*sous-acétate de plomb*) et carbonis (*gaz carbonique*) mixtura (*carbonate de plomb*), quae nostris dicitur, *céruse blanc de plomb.* Ed. P.

Laudatissimum in Rhodo. Dioscor. loc. cit. Κάλλιστον δὲ ἡγητέον τὸ ἐν Ῥόδῳ σκευασθέν, ἢ ἐν Κορίνθῳ, ἢ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· δευτερεύει δὲ τὸ ἐκ Δικαιαρχίας, *proxima quae Puteolis.* Nostris temporibus in omnibus Europae regionibus conficitur. H.

Fit autem ramentis plumbi. Bracteas e plumbo ramenta vocat. Diosc. loc. cit. μολιβδίνην πλίνθον, *massam plumbeam.* Agricola Fossil. IX, pag. 357, plumbum dilatatum, sic ut quaelibet bractea pondo sit unius libraе. Caetero haec totidem verbis Diosc. loc. cit. Hasd.

Derasoque ceu situ. Et deraso quasi situ, sive lanugine, quae plumbo ex aceti humore haesit, rursusque deiecto plumbo in urceos aceti. Agricola, l. c. p. 358. Qui radunt bracteas, decimo quoque die reserant dolium ... si viderint bracteas vi aceti non esse consumptas, denuo dolium claudunt, idque faciunt usquedum bracteae totae dissipentur. Tum liquor purus, qui supernatat, colatur: glutinosum vero, quod in dolii fundo residet, in aliud vas transfusum in sole siccatur: dein mola trusatili teritur, aut alio modo comminuitur, postea cribratur. Hasd.

Et simile. Unde sic parata cerussa, et a Vitruvio sandaracha dicitur, quod est ei colore similis. A quibusdam sandyx nominatur. Haec verbis totidem Dioscor. loc. cit. H.

vatur dulci aqua, donec nubeculae omnes eluantur. Siccatur similiter postea, et in pastillos dividitur. Vis eius eadem, quae supradictis: levissima tantum ex omnibus: praeterque ad candorem feminarum. Est autem lethalis potus, sicut spumae argenti. Postea cerussa ipsa si coquatur, rufescit.

LV. Sandarachae quoque propemodum dicta natura est. Invenitur autem et in aurariis, et in argentariis metallis; melior quo magis rufa, quoque magis virus redolens, ac pura, friabilisque. Valet purgare,

Vis. Nempe, quae plumbo, plumbique scoriae et molybdaenae. H.

Praeterque ad candorem feminarum. Martial. II, epig. XLI: » Cerussata tinet Sabella solem. » Et VII, 24: » Et cerussata candidiora cute. » Sed haud paulo elegantius Lucianus in Anthelog. II, 9: Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, γῦρας δὲ σὸν οὔποτε βάψεις, Οὐδὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκτανύσεις. Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε, Ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπον ἔχειν. Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί. Τί μαίνεσαι; οὔποτε φῦκος Καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην, Ἑλένην. » Tinge comas, si vis: tingi negat ipsa senectus: Nec dabitur rugas explicuisse genis. Parce, precor, vetulum cerussa pingere vultum: Personam videor cernere, non faciem. Stulta, labor totus perit hic tibi: fucus, et omne Hoc genus, ex Hecuba non facient Helenam. » Quae verò femoae cerussa pro fuco utuntur, inquit Brasavolus in Exam. met. pag. 424, quum venenl maleficium cerussa habeat, halitus inde foetorem trahunt, dentiumque putredinem: et ante tempus facies universa rugis aratur. Hard. — Brot. ex Regg. 3, 5, *ad cand. feminarum adhibetur*, quae postrema vox et in edit. principe deest. Ed. P.

Est autem lethalis potus. Dioscor. loc. cit. Ἐστὶ δὲ καὶ τῶν ἀναιρετικῶν. Quos morbos afferat cerussae potus, idem explanat in Alex. c. XXII. H.

LV. *Sandarachae.* Hoc est, vis ac p testas: nempe quoties in compositione medicamentorum, id autem toto hoc opere saepissime contigit, adhibita sandaracha est; Σανδαράχη Dioscoridi, V, 122. Galeno de Fac. simpl. med. IX, 3, pag. 269, etiam σανδαράκη. *Sandaraque*, vel *arsenic rouge* Hard. — Brot. et edit. princ. *sandaraue.* Ed. P.

Invenitur. Isid. XIX, 17, haec totidem verbis. Hard.

Quoque magis virus redolens. Quoque magis sulphuris virus redolens, θειώδη ἀποφορὰν ἔχουσα. Dioscorid. Dal. — *Quoque.* Isid. loco citato. At Diosc. V, 122, rufam, friabilemque pariter anteponit, et quae sulphuris virus redoleat, ἅτι δὲ θειώδη ἀποφορὰν ἔχουσαν. Quod et Brasavolus confirmat, de Exam. Gum. pag. 391. Hard.

Valet purgare Cels. V, 5: » Purgant aerugo, suripigmentum, quod ἀρσενικὸν a Graecis nominatur: huic

Digitized by Google

sistere, excalfacere, perrodere. Summa eius dos septica. Explet alopecias ex aceto illita. Additur oculorum medicamentis. Fauces purgat cum melle sumpta. Suspiriosis tussientibusque iucunde medetur; cum resina terebinthina in cibo sumpta. Suffita quoque cum cedro, ipso nidore iisdem medetur.

LVI. Et arsenicum ex eadem est materia. Quod optimum, coloris etiam in auro, excellentius: quod vero pallidius aut sandarachae simile est, deterius existimatur. Est et tertium genus, quo miscetur au-

autem et sandarachae in omnia eadem vis. » Hard.

Summa eius dos septica. Et sandarachae pariter et arsenico Diosc. loc. cit. δύναμιν σηπτικὴν attribuit, hoc est, vim putrefaciendi, absumendique carnes escrescentes. Etiam vim et καυστικὴν inesse ait Aetius, ut et arsenico, II, 77, ex MS. graeco. H.

Explet alopecias. Marc. Emp. VI, p. 47; Theod. Priac. 1, 2, et Plin. Val. I, 6. At Diosc. loc. cit. non ex aceto, sed ex resina. Hard.

Additur oculorum medicamentis. Cerussa sane usta, quam et sandaracham quidam vocitarunt, crebro in medicamentis oculorum a Celso adhibetur, VI, 6. Ad pediculos palpebrarum, sandaracha semel ibidem. Hard.

Fauces purgat. Vocem canoram facit, limpidamque, inquit Dioscor. loc. cit. Φωνὴν τε ἀποκαθαίρει ἐκλειχομένη σὺν μέλιτι. Hard.

Suspiriosis. Ex ovo sorbili, inquit Marc. Emp. XVI, pag. 118, et Plin. Val. I, 58. Cum resina in catapotio sumpta, καὶ ἀσθματτικοῖς σὺν ῥητίνῃ καταπότιον δίδοται, Dioscor. loc. cit. Hard.

Suffita. Diosc. loc. cit. Καὶ ὑποθυμιᾶται σὺν ῥητίνῃ, καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα, διὰ σιφῶνος ἑλκομένου τοῦ ἀτμοῦ τῷ στόματι. » Quin et adversus veterem tussim cum resina suffitur, nidore per fistulam in os attracto. » Hard.

LVI. *Et arsenicum.* Hoc est, ut ait Isid. XIX, 17, et Diosc. V, 21, in iisdem metallis, quibus sandaracha, gignitur. Ἀρσενικὸν κατὰ τὰ αὐτὰ γεννᾶται μέταλλα τῇ σανδαράχῃ. Latini, ut auctor est Scribonius, Comp. CIV, auripigmentum vocant. Nostri, *orpin*, *arsenic*. Hard. — *Arsenicum.* Brot. ex MSS. Regg *arrenicum*. Ed. P.

Quod optimum. Dioscorid. V, 121: Ἄριστον δὲ ἡγητέον τὸ πλακῶδες καὶ χρυσίζον τῇ χροᾷ. » Optimum existimatur crustosum, auri colore micans. » Idem alterum, quod sandarachae simile est, secundum locum tenere ait. H. — *Excellentius.* Brot. ex MSS. Regg Pintian. et edit. princ. *in auro excellentis.* Neque enim latinitas, nec sensus in vulgata lectione satis constant. Legunt quidam, *coloris etiam, ut auro, excell.* forte rectius. Ed. P.

Aut sandarachae similius est, deterius existimatur. Voss. » simile est, deterius iudicatur. » Grod.

Est et tertium genus. In quo eum colore auri miscetur sandarachae color. H. — *Tertium genus.* Quid sit

reus color sandarachae. Vtraque haec squamosa. Illud vero siccum, purumque, gracili venarum discursu fissile. Vis eadem quae supra, sed acrior. Itaque et causticis additur, et psilothris. Tollit et pterygia digitorum, carnesque narium, et condylomata, et quidquid excrescit. Torretur, ut validius prosit, in nova testa, donec mutet colorem.

tertium genus illud Plinianum, fatetur scire se Geoffr. Tractat. de Mat. med. tom. I, cap. de Arsenico; eiusdem tamen meminit Dioscorid. loc. proxime laud. Ed. P.

Vtraque. Genus hoc utrumque, et quod pallidius est, et quod tertium genus appellavit, squamosum, hoc est, squamatim in crustas fissile: τὰς πλάκας λεπιζομένας ἔχον ὡς ἀεὶ ἐπικειμένας ἀλλήλαις. Dioscor. loc. cit. Hard.

Squamosa. Dioscor. squamatim in crustas dividuntur, alias fere semper aliis incumbentes. Dal.

Illud vero siccum. Excellentius illud genus, quod priore loco indicatum est. Hard.

Vis eademque quae supra. Quae sandarachae. Dioscorid. V, 122, et Celsus, V, 5. Harn.

Et psilothris. Nam pilos detrahit: ψιλοῖ δὲ τρίχας, Dioscor. V, 121. H. — Dioscor. V, 122, arsenici duplex tractat genus: unum citrinum, quod Latinis auripigmentum est; rubrum alterum, sive colore referens sandaracham, cuius item meminit, cap. 123. Plura recentiores norunt arsenici genera (*arsenic natif*, *arsenic oxidé*), aliis plerumque mineralibus mixta (*arseniures d'argent*, *d'antimoine*, *de cobalt*, etc.) et in primis sulphure. Arsenicum nempe Dioscor. loc. cit. nobis est vulgo, *orpiment* (*sulfure jaune d'arsenic*); secundum genus graecus auctor habet, de quo amplius considerandum nonnulli iudicant: sandaracham vero plerique ad id referunt, quod nostri vocant *réalgar* (*sulfure rouge d'arsenic*), quamquam et sunt qui sandaracham Veterum nobis adhuc incognitam putent. De arsenici usu in medicina conf. Excursus V ad calc. huius libri. Ed. P.

Et quidquid excrescit. Dioscor. loc. cit. Εστι δὲ τῶν στελλόντων. Clavos etiam pedum reprimi eo, auctor est Marcell. Empiric. cap. XXXIV, p. 234. Harn.

Torretur. Totidem verbis Dioscor. loc. cit. Επ' ὀστράκου καινοῦ ἐπιρριπτάμενος αὐτό, θὲς ἐπὶ διαπύρου ἄνθρακος, καὶ στρέφε συνεχῶς· ὡς δ' ἂν πυρωθῇ καὶ μεταβάλλῃ, ψύξας καὶ λεάνας ἀποτίθεσο. « Testae novae inditum carbonibus ignitis imponito, assidueque versato, donec igne flagret, coloremque mutet: deinde refrigeratum tritumque recondito. » H.

Donec mutet colorem. Pigmentum id sandaracha factitia est, de quo cap. 6, lib. seq. XXXV. Dal.

EXCVRSVS I.

DE ANNIS ALEXANDRI MAGNI.

Ad ea Plinii verba lib. XXXIV, cap. 19.

Centesima quartadecima Olympiade, Lysippus fuit, quum et Alexander Magnus.

Sententia horum verborum est, tunc floruisse Lysippum, quum et Alexander Magnus floreret; non autem tunc floruisse illum, aut ipso anno, quo iste supremum diem clausit, ut necesse est dicere, si vulgarem Olympiadum calculum sequutus est Plinius; aut ut olim conjiciebamus paulo timidiores, primo ipso Alexandri anno; sed iam ipso ab annis aliquot, nempe ab annis sex, ut mox constabit, regnum Macedonicum administrante. Nam sic etiam si teste opus est in re perspicua, interpres gallicus verba Plinii intellexit, quae sic transtulit: *En la cent quatorzième Olympiade, Lysippus était en être, durant le règne d'Alexandre-le Grand.* Haec verba certe non primum, ne dum supremum, sed annos principis decurrentes designant. Annos autem omnino triginta regnasse Alexandrum nummi antiqui clamant, tamatsi id olim non animadvertimus, veriti longius ab antiquariorum praeconcepta opinione discedere. At nunc demum detecta rei veritate, annos principatus omnino tricenos Alexandro Magno cum nummis antiquis constanter asserimus; et in eo annorum ipsius numero statuendo mirifice eum illis consentire sacras literas, calculum Olympiadum Plinianum, defectum denique lunae a Plinio ea die annotatum, qua Darium vicit Alexander. Nam haec certe numismata vidimus Alexandri Magni cum numero annorum ipsius principatus.

1. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum·)(·ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Iupiter sedet, dextra aquilam, sinistra hastam gerit. In cathedrae intercolumnio, Φ *Phthiam* denotat, sive *Phthiotida* in Thessalia. Latere dextro, Δ annum *quartum* significat. Argenteus est maximae molis, in Thesauro Regio.

2. Caput idem·)(·ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Iupiter sedet. In cathedrae intercolumnio AP *Arethusam* significat in Macedonia. Latere dextro os leonis, at E anno *quinto*. Argenteus itidem tetradrachmus est.

3. Caput idem·)(·ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Iupiter sedet. In ipso intercolumnio cathedrae, litera iacens Ξ annum *octavum* Alexandri designat. Latere dextro literis implexis ΜΥΡ *Myrina* est, in Lemno insula civitas, de qua Plinius IV, 23.

4. Caput Alexandri M. tectum galea·)(ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Victoria stans palmam sinistra gestat, dextra coronam ostentat. Latere dextro H annum

octavum designat. Ad pedes Victoriae in corona, literis implexis ΜΣΡ *Myrina* est, ut proxime. Aureus hic nummus perpulcher est apud D. DE CLESVES.

5. Caput Alexandri M. leonina pelle tectum, naso adunco et incurvo)(. Iupiter sedens, dextra aquilam, sinistra hastam gerit. Latere sinistro nummi epigraphe, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. In imo cathedrae intercolumnio, in qua Iupiter sedet, littera Θ annum *nonum* Alexandri designat. Et hic nummus tetradrachmae pondere argenteus, in Cimelio nostro Parisiensi.

6. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum)(. Iupiter sedet, ut proxime. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Latere dextro nummi, ΔΙ, hoc est, anno *quarto decimo*. Est hic argenteus formae mediocris, in Cimelio domus professae nostrae in hac civitate.

7. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum; appositis ad latus literis ΙΙΙ, hoc est, anno *decimo octavo*)(. Clava cum pharetra, et nomine ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Est ex minimo aere perelegans apud Cl. V. D. BAUDELOT.

8. Caput Alexandri Magni galeatum, absque epigraphe)(. Victoria dextroversum incedens coronam ostentat, ut victoriam scilicet Persicam Occidenti et Macedoniae annuntiet; quo ipso dextro latere malum Punicum, sive granatum, et sub eo litera Α, quae *primum* imperii Persici annum indicat: a tergo Victoris quasi reliquente literam Κ, quae est in sinistro nummi latere, et *vicesimum* Alexandri, in Macedonia utique, annum designat. Abest Alexandri nomen: existimante sane ingenioso opifice, frustra nomen apponi, quo tempore nec alius in orbe princeps nummos ex argento cuderet, praeter Alexandrum: et omnia in isto numismate victoriam Persicam praedicarent: nempe galeatum caput, Victoria retro apposita, malogranatum Persici imperii nota, annus ibi denique primus cum vicesimo compositus. Nam cuinam possent principi hae notae convenire, praeterquam uni Alexandro? Nam malogranatum pro indice regni Persici ibi esse, quod ferax horum fructuum ea regio sit, testis afferri potest Plutarchus, qui pomum hujusmodi magnitudine insigne oblatum fuisse Artaxersi refert in eius vita, pag. 1013. Favet et Herodotus VII, n. 41. Est hic nummus sane perrarus ac singularis, ex argento, primae molis, in hac civitate Parisiensi, in locupletissimo Cimelio D. DE HAY: a quo numismatis expressam in cera imaginem accepimus.

9. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum)(. Iupiter sedet, ut in prioribus nummis. Latere sinistro ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Dextro Κ ∢: connexis duabus literis Κ et Α, quibus annus Alexandri *vicesimus primus* notatur. Eximius hic nummus ex argento, mediocris moduli, sed eleganti fabrica est, apud D. DE BOZE. Alius ibi similis formae, habet literam Κ, dumtaxat, hoc est, annum *vicesimum*.

10. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum)(. Iupiter sedet, ut in in nummo priore. Latere nummi sinistro ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ: dextro ad crura Iovis, ΚΓ, hoc est, anno *vicesimo tertio*: supra ad eiusdem genus, ΑΣ: hoc est, Ασπληδονίων in Boeotia. Sic enim in nummis eiusdem Alexandri Magni: ΚΑΕ, Κλεωναίων est. Neque extra Graeciam fere cusa huius principis nomine numismata sunt. Est hic maximi moduli nummus argenteus apud D. Abbatem FAUVEL. Habemus huius praeclari numismatis et duorum sequentium, hoc est, duodecimi et XIII expressam in cera effigiem, eiusdem amici crura. Est apud P. DE VITRY argenteus denarius similis, cum anno ΚΓ: et intra

sellam ME; hoc est, *Megaris* in Boeotia. Nummi impressam in cera effigiem habemus.

11. Caput Alexandri magni tectum pelle leonina)(Iupiter sedet, ut in nummo priore. Latere nummi sinistro, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Dextro, ΚΔ: hoc est, anno *vicesimo quarto*. Est apud P. ne Vitax nummus maximae molis argenteus, cuius habemus in cera impressam imaginem.

12. Caput Alexandri Magni tectum pelle leonina)(Jupiter sedet, ut in nummo priore. Latere nummi sinistro, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Latere dextro ad Iovis genua, ΚΕ: hoc est, anno *vicesimo quinto*. Est in Thesauro Regio maximae molis argenteus. Apud D. ne Boze idem est, sed cum superpositis numero annorum his literis, ΑΣ, hoc est, Ασπληδονίων:

ΚΕ

anno xxv Alexandri Magni. In alio, quem exhibet sylloge numismatum Londini edita anno 1708, superposita est literis numeralibus ΚΕ, litera Φ: quae Phthiam, vel Phthiotida denotat, in Thessalia.

13. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum)(Iupiter sedet, ut in nummis superioribus. Latere sinistro, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Latere dextro A, hoc est *anno tricesimo*. Est hic argenteus similiter egregiae fabricae, et maioris moduli, in Thesauro Regio, et apud D. ne Boze. In Museo nostro argenteus est mole denarii, qui in intercolumnio cathedrae, in qua Iupiter sedet, eamdem habet literam A, h. e. *annum tricesimum*.

Quid porro hi numeri in nummis principum notati, quam annos ipsorum principatus designant? Fuit nimirum Alexander claritatis ac celebritatis tantae, ut dignus visus sit monetariis ex quo praegigneretur mos annos principum consignandi in nummis. Exinde certe in numismatis successorum eius eadem observata ratio est: prius non comparet.

Nunc igitur annorum Alexandri Magni gemina chronologia digerenda hic est, et subiicienda oculis: vulgaris altera, altera vera; hoc est, cum sacris libris, ut diximus, cum calculo Olympiadum Pliniano, cum numismatis veteribus, et cum siderum observatione, quam Plinius diligenter descripsit, eximie consentiens.

Anni ante Chr.	*Anni ab U C.*	*Olympiadum calculus vulgaris cum vulgari chronol.*		*Olymdiadum calculus Plinianus et vera chronologia.*	
342.	412.	CIX.	3.	CXII. 3.	Primus Alexandri annus in Macedonia pauto ante mensem sept.
341.	413.		4.	4.	
340.	414.	CX.	1.	CXIII. 1.	
339.	415.		2.	2.	Annus Alexandri Δ *quartus* in nummo vetere a sept. huius anni.
338.	416.		3.	3.	Annus Alexandri E *quintus*, in nummo vetere a sept. huius anni.
337.	417.		4.	4.	

336.	418.	CXI 1. primus Alexan. annus	CXIV. 1.	Centesima quartadecima Olympiade fuit Lysippus cum et Alex. M. Plin. XXXIV, 19.
335.	419.	2.	2.	Annus Alex. H *octavus*, in nummo vetere gemino, a sept. huius anni.
334.	420.	3.	3.	Annus Alex. Θ *nonus*, in nummo vetere a sept. huius anni.
333.	421.	4.	4.	
332.	422.	CXII. 1.	CXV. 1.	
331.	423.	2.	Darium vincit Alex. 2.	
330.	424.	3.	3.	
329.	425.	4	4.	Annus Alex. Δ *quartusdecimus*, in nummo vetere a sept. huius anni.
328.	426.	CXIII. 1.	CXVI. 1.	
327.	427.	2.	2.	
326.	428.	3.	3.	
325.	429,	4.	4.	Annus Alex. IH *decimus octavus*, in nummo vetere a sept. huius anni.
324.	430	CXIV Alex. obiit Babylone die 19 iulii.	CXVII. 1.	*Nobili apud Arabiam M. Alexandri victoria luna defecisse noctis secunda hora prodita est, eademque in Sicilia exoriens.* Nempe die VIII maii. Plinius II, 72. Mox *Alexander primus regnavit in Graecia* 1. Macch. I, 1, hoc est, in Syria, quam graeci reges, post Alexandrum pariter graecum, Persis eiectis, obtinuerunt. Neque enim in ea Graecia regnare potuit Alexander, nisi devicto Dario. Ergo in ea Graecia *regnavit annis duodecim*, 1. Macch. I, 8,

					quorum hic annus primus est.
323.	431.		2.		2. Annus Alexandri K *vicesimus*: idemque A *primus* in Persidis a septembri anni huius incipiens, ex nummo vetere.
322.	432.		3.		3. Annus Alex. KA *vicesimus primus*, a septembri huius anni, ex nummo vetere.
321.	433.		4.		4.
320.	434.	CXV.	1.	CXVIII.	1. Annus Alexandri KΓ *vicesimus tertius*, ex nummo vetere a sept. anni huius incipiens.
319.	436.		2.		2. Annus Alex. KΔ *vicesimus quartus*, ex nummo vetere, a septembri huius anni incipiens.
318.	436.		3.		3. Annus Alexandri KE *vicesimus quintus*, a sept. anni huius: ex nummis veteribus.
317.	437.		4.		4.
316.	438.	CXVI.	1.	CXIX.	1.
315.	439.		2.		2.
314.	440.		3.		3.
313.	441.		4.		4. Annus Alexan. A *tricesimus*, a septembri anni huius: ex nummis tribus veteribus.
312.	442.		1.		1. De Alex. M. 1 Macch. I, 6: « Et post haec decidit in lectum, et cognovit quia moreretur. Et vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti in juventute: et divisit illis regnum suum, quam adhuc viveret. Et regnavit Alexander in Graecia Syriaca annis

			duodecim; e et mortu est, mense circiter iunio In hunc locum egregi est Menochii nostri, plena iudicii, et spiritu vere Christiani vo » Negant hoc profan Scriptores, inquit, se gravior et potior apu nos sacrae scriptura auctoritas, quae ita f ctum affirmat. » Trium phasset, si sciret cu sacris literis, solis a lunae, Pliniique, a veterum numismatum testimonium facere.
341.	443.	2. Annus primus Seleucidarum a sept. mense superioris anni.	2. Annus primus Graeco rum a septembri mens superioris anni, » Macc I, 9, de Alexandro M » Et obtinuerunt puer eius regnum, unusquis que in loco suo; et im posuerunt omnes Seleu cus, Ptolemaeus, et ali sibi diadema, statim pos mortem eius. Seleuci fi lii et Ptolemaei post eo annis multis, et multi plicata sunt mala i terra. » Hinc aera Grae corum, cuius hic annu primus est, ab obit Alexandri coepit, hoc est tertio circiter post mens sive septembri.

In allatis autem numismatibus insigne prae caeteri est numisma octavum quod geminam notationem temporis exhibet; alteram anni in Perside prim alteram anni in Macedonia vicesimi, qui in annum illum primum Persic imperii incidebat. Prohibet autem praeterea nummus decimus tertius, i quo annus est tricesimus adnotatus, ne aliis aut ipse, aut nummi caeteri al figantur annis, quam quibus eosdem tribuimus. Demonstrat enim annum quidem regni tricesimum vidisse Alexandrum, sed non excessisse, siquiden annus sequens primus annus est aerae Graecorum. Nisi forte quis existimet non annos regni, sed aetatis Alexandri in nummis ipsius signari: id quo

nemo certe in hoc genere exercitatus probaverit, quum omnino sit insolens; et risum de se iam pridem praebuerit, qui id similiter de annis, qui sunt in graecis Commodi imp. nummis signati, asseruisset. Nihil igitur dici potest consentaneum magis cum ratione temporum, ac vera rerum gestarum seria, quae initio libri primi Machabaeorum describuntur, quam ista veterum numismatum inter se et cum illa narratione consensio est. Hahn.

Digitized by Google

EXCVRSVS II.

DE AERE ET EIVS RECREMENTIS.

Ad ea Plinii verba, lib. XXXIV, cap. 22

Namque ut ipse lapis, ex quo fit aes, cadmia vocatur, etc.

Aes vel cuprum vulgare : Χαλκός Graecorum : in venis purum quae doque reperitur, et varia figura, bracteolarum scilicet, stiriarum, virgularum, ramusculorum, globulorum, vel massularum : sed saepius in pyrite aut in peculiari minera reconditur. (*Protoxide, oxidé noir de cuivre, cristallisé, dendritique, mamelonné, filiforme*, etc. *Cuivre pyriteux, carbonaté, sulfuré*, etc.)

Aeris vena non ubique eadem est. Alia enim flavescens : alia purpurea, seu violacea : alia cinerea : alia nigra ; saepe cum scintillis aut venis aureis, et tinctura viridescente permixta.

Aes raro solum in sua minera continetur, sed alia metalla habet adiuncta, argentum ferrum, plumbum ; et magna sulphuris combustibilis copia separatu difficili ut plurimum involvitur. (*Cuivre antimonifère, argentifère, bismutifère, sulfuré*, etc.) Pro diversis rebus quae cum cupro permiscentur, eius minera diverso modo tractatur.

Vena quae primo sulphure turget, comburitur iteratis calcinationibus, donec totum sulphur exhalatum fuerit. Torrere id vocant artifices.

Goslariensis minera cupri in fragmenta pugni crassitie contusa, igne aperto, caesis lignis et nonnullis carbonibus admixta, comburitur. Deinde torrefacta minera in frustula minutiora contusa iterum calcinatur: tandem minutissime contusa tertiam subit torrefactionem; postea funditur in lapidescentem materiam rubram, quae cupri lapis dicitur. Tum quater iterum torrefit, iterumque liquatur ; et aes nigrum praebet : deinde torrendi vices iterum octo sustinet. Tunc quidem aes ab omni sulphure purgatum est, sed argentum continet, quod sic extrahitur.

Aeri argentifero quatuor circiter plumbi partes admiscentur, plus minusve, prout plumbum quod adhibetur purius est, vel argenti ferax. Haec intenso calore simul liquantur, et in formas effunduntur ad panes conficiendos. Panea metallici in fornace separatiora duobus lapidibus dimidio digito a se invicem seiunctis imponuntur, et superimpositis carbonibus igne mediocri eandefiunt ; ita ut plumbum argento consociatum colliqueretur, et ex aere in catinum subiectum defluat, aere tantum in fornace remanente, non liquato, sed spongiosam massam referente. Aerea haec massa argento carens, aes pauper dicitur, et excoquitur ac funditur, donec aes malleabile, et usibus aptum fiat.

Digitized by Google

Hoc in ultimo labore scoriae quaedam instar Lithargyri se produnt, aere, argento, plumboque gravidae; quae deinde, admixto Lithargyro, funduntur ad metallorum separationem perficiendam.

Aes propter summam ductilitatem et nitorem frequentioris est usus domestici. Verum ad usum medicum rarissime adhibetur, saltem interne. Hocce enim metallum inter venena recensetur, praesertim aerugo. Aedulia enim, vel etiam aqua aliquandiu in cupreis vasis servata, admodum noxia evadunt. Ventriculi et intestinorum dolores et tormina, vomitiones enormes, frequentes et inanes deiciendi conatus, intestinorum exulcerationes, interdum anhelitus difficultatem, et spasmodicas membrorum contractiones, ac triste lethum, pro maiori vel minori huius veneni quantitate, producunt.

Chalcitis, misy et sory corpora fossilia sunt inter se origine et viribus coniunctissima, quae potissimum in Cypriis aerifodinis in montibus Solorum reperiebantur. Galenus lib. *de Simplicium Medicamentorum facultatibus*, narrat se his in fodinis vidisse quasdam in longissimum porrectas veluti zonas, alias super alias numero tres, quarum infima erat ipsius soryos, super quam altera erat chalciteos, suprema misyos.

Praeterea idem Galenus observat chalcitin per tempus in misy transmutari. Frustum enim chalciteos, quod ipse in Cypriis fodinis collegerat, post annos circiter triginta in misy, quoad extimam superficiem conversum reperit, dum quod in medio erat, perfecta erat chalcitis nullamdum alterationem experta. At vero ex lavi quadam mutatione quam in sory, quod ab eodem tempore servabat, deprehendit id ipsum forte longo tempore in chalcitin mutari posse suspicatur.

(Haec hactenus Geoffraeus, Tract. de Mat. med. tom. I: de chalcitide vero, misi et sori, sic talium rerum vir inter paucos peritissimus, nostras Baoxeiart, *Diction. des sciences naturelles*).

Chalcite. Pline dit que ce minéral est celui qui donne le cuivre; qu'il se trouve dans le fond des mines; qu'il est friable; même mou; qu'il ressemble à un duvet serré. La meilleure chalcite est couleur de miel; elle est traversée de veines de cuivre; elle est friable, mais n'est point pierreuse.

Il est évident que cette pierre était un mineral de cuivre, et probablement un mineral de fer et de cuivre pyriteux, mêlé de cuivre malachite soyeux et susceptible de se décomposer; mais il n'est pas possible de rapporter cette dénomination à aucun variété déterminée de mineral de cuivre.

Pline décrit dans cette substance des altérations, et lui attribue des propriétés medicinales astringentes, qui ne peuvent laisser de doute qu'elle ne contînt ou ne donnât des sulfates de fer ou de cuivre, qu'il nomme *sory* et *misy*.

La chalcite était aussi une pierre couleur de cuivre que Pline ne fait que nommer dans l'énumeration des pierres qui ont des ressemblances ou des rapports avec divers objets.

Misy. On a beaucoup disserté sur cette substance dont Pline a noué l'histoire avec celle de la *chalcite* et du *sory*. Il est probable que c'était,

comme ces deux derniers, un sulphate métallique ou vitriol ; mais il est bien difficile de dire de quel métal, et il est plus probable que c'était l'état ou mélange de sulphate, provenant de la décomposition des pyrites, et par conséquent, de sulphates de fer et de cuivre. La couleur jaune qu'il lui attribue convient assez aux fleurs de sulphate de fer qu'on observe sur les schistes alumineux.

Sory. On convient généralement que le sory des anciens était ce qu'on appelle un sel vitriolique, c'est-à-dire, un sulfate métallique. Le sory faisait partie du *chalcitis*, minerai de cuivre pyriteux. Il résultait souvent du chalcitis ancien ou vieilli; il venait ou d'Egypte ou de Chypre. Celui d'Egypte était le plus vanté; celui de Chypre était au second rang. Le sory exhalait une odeur désagréable, devenait noir, avait une consistance spongieuse, un aspect gras quand on le broyait; son odeur était si nauséabonde qu'elle excitait au vomissement.

Il nous semble qu'il y a rarement dans les auteurs anciens des substances mieux décrites et mieux caractérisées que ne l'est ici la sory, et qu'on ne peut se refuser à y reconnaître un sulfate de cuivre, peut-être avec excès d'acide, et, par conséquent, un peu déliquescent et résultant de la décomposition du cuivre pyriteux, *chalcitis*.

J'ai reçu des environs de Cuança en Espagne, un sulfate de cuivre naturel, en masse, d'un blanc verdâtre sale, qui avait tous les caractères du sory, sa consistance spongieuse, son aspect gras dans le broyage, et son odeur nauséabonde.

(Nunc de variis cupri recrementis iterum inducimus Geoffraeum disserentem luculenter et doctè, ut solet, quamquam cautus nimis ac metiendosus in generibus definiendis videri potest.)

Varia cupri recrementa a Veteribus praeparata, et in medicamentis usurpata fuerunt, qualia sunt aerugo, flos aeris, aes ustum et squama aeris : ex his aerugo fere sola in usum venit.

Aerugo, seu viride aeris Offic. Ἰὸς χαλκοῦ Graecorum, gallice *verdet*, *vert-de-gris*. Est rubigo quaedam viridis ex laminis cupreis abrasa. (Conf. infra *carbonate de cuivre*, *sous acétate de cuivre*.)

Aerugo pictoribus et infectoribus inservit. A medicis vero rarissime interne exhibetur, saepius vero externe. Hulcera detergit et exsiccat, carnes fungosas et superfluas consumit, callos exedit. Vsurpatur in balsamo viridi Metensium D. Charas, in unguento viridi, unguento Aegyptiaco, unguento Apostolorum, etc.

Flos aeris Offic. Χαλκοῦ ἄνθος Graecorum, nihil aliud est quam aes in granula tenuissima, milii instar, redactum. Dum enim aes fusum in formas delabitur, antequam coëat in massam duram, aquae frigidae affusione haec minutissima granula undique erumpunt et dissiliunt.

(Χαλκοῦ ἄνθος Graecorum illud minime confundendum est cum calchantho eo, de quo Plinius hoc ipso lib. agit, quod nostri vocant *vitriol bleu*, *sulfate*, vel *hydro-sulfate de cuivre*, de quo conf. infra.)

Aes ustum Offic. Χαλκὸς κεκαυμένος Graecorum. Est cuprum in calcem eroeumve redactum, vel solum, vel cum sulphure et sale interspersis dim-

turniori calcinatione in furno reverberii combustum. Exsiccat et adstringit cum quadam acrimonie.

Squama aeris Offic. Λεπὶς χαλκοῦ Graecorum. Ab aere usto parum discrepat; sunt enim combustae aeris particulae, quae ex eo, dum malleis percutitur, dissiliunt. Haec squama, vel etiam eius loco aurichalci limatura cum sulphure et radice ireos pulverata calceis interspersa, tetrum pedum foetorem eprimit; sed non semper innocie. Si enim foetidus ille sudor incaute repurimatur, malora nonnunquam funestaque ingruunt mala.

Cadmia voc est quae variis rebus imposita fuit. Dioscorides Καδμεῖαν nominat recrementa quaedam aerea, quae ex aere in fornacibus candente oriuntur. Galenus hac voce duplicem substantiam designat: unam quae fit ex aere, eamdemque cum cadmia Dioscoridis; alteram nativam e Cypro insula oriundam, quem λιθώδη, lapidosem dicit. Plinius eamdem cadmiam ex aere factitiam cum Dioscoride et Galeno agnoscit; sed insuper alteram recenset nativam, quam aerosam nominat, ex eo quod aeris minera sit, ex qua cuprum exroquatur. Eadem est fortasse cum cadmie lapidosa Galeni.

Metallurgi cadmiam dixere lapidem calaminarem, quo ad aurichalcum ex aere conficiendum utuntur. Tandem Germani cadmiae nomen *cobalto* tribuere. Eam ob rem Agricola cum recentioribus triplicem cadmiae speciem constituit; metallicam unam (quae cobaltum ipsum, *le cobalte*, de quo hic agere supervacuum), fossilem alteram, tertiam fornaceam: quam divisionem retinebimus.

Cadmie native, Cypria, καδμία λιθώδης, Galeni: lapis aerosus, Plinii. Substantia fossilis est, seu potius quaedam cupri minera, ex qua Plinius narrat cuprum fusione extrahi variis in Asiae et Italiae locis. Eadem est fortasse quam Galenus in Cypro reperisse narrat, licet tamen non dixerit cuprum ex ea confici posse. Hodie nobis ignota est, aut saltem cum caeteris cupri mineris confunditur.

Lapis calaminaris, Offic. Substantia est fossilis, mediae consistentiae inter lapidem et terram, colore diverso, modo cinereo seu ex albo pallente, modo subluteo, modo ex nigro rubente. Haec spaerulis ferrugineis granorum piperis figura et crassitie tota conspersa est, et venulis albis distincta. Vberrime foditur in agro Bituricensi, et apud Andegavenses prope Salmurium. Ille vero in Germania et praesertim in agro Aquisgranensi reperitur.

Haec cadmia veteribus Graecis ignota fuisse videtur; saltem ad usum medicum non adhibebatur, quum a Dioscoride et Galeno nulla eius facta fuerit mentio. Hodie a medicis nonnunquam praescribitur, ad hulcera humida exsiccanda et sananda, ad infantium excoriationes procurandas, vel sub pulveris tenuissimi forma, vel unguentis admista.

(Cadmiam Cypriam, seu lapidem aerosum, multi tamen, neque, ut videtur, immerito ad nostratem cadmiam fossilem referunt, quae *cadmie fossile, pierre calaminaire*, vel *hydro-silicate de zinc, calamine*, nostris appellatur. Haec est cadmia quae aeri mista, *aurichalcum* (*laiton, cuivre jaune*) conficit; quanquam Plinius cap. 2 huius libri peculiarem aurichalci mineram affert, quae iam non, dum ea scriberet, effodiebatur, si unquam effossa fuit.)

Digitized by Google

Cadmia fornacum, seu factitia, duplex est; cadmia factitia Veterum, e cadmia factitia Recentiorum, seu Tuthia Officinarum.

Dioscorides, Galenus et Plinius per cadmiam factitiam nihil aliud intellexerunt praeter recrementum, quod ex aeris minera, dum in cuprum funditur, folium fictu avolat, et fornacis parietibus camerisque adhaeret, cuius variae sunt species pro diversis eius concretionis figuris, pro eius tenuitate vel crassitie, et colorum varietate (*cupnitis* videlicet, *botry is placitis, onychitis, ostracitis*).

Verum hae omnes cadmiae species nunc in officinis ignotae sunt. Nec Arabes eas norunt; immo parum solliciti de substantiis quae sub cadmia nomine a Dioscoride, Galeno et Plinio descriptae fuerant, et quae in Cyprianorum officinis fusoriis reperiri poterant, eadem nomina aliis rebus assignavere: unde orta est confusio multa.

(Recentiorem plerique tamen cadmiam fornaceam, sive *tuthiam* Officinarum eamdem cum cadmia factitia Veterum pronuntiant, neque pompholygos genera a Dioscoride memorata, ab iis quae nostri vulgo vocant, *nihil album, fleurs de zinc*, etc. differre arbitrantur.)

Cadmia Recentiorum: cadmia fornacum Agricolae: tuthia vulgaris Officin. non cupri, sed aurichalci recrementum est, seu potius est recrementum lapidis calaminaris cum cupro fusi; quum veterum cadmia ex solo cupro oriebatur. Tuthia itaque officinarum est lapis calaminaris ex aere fuso sublimatus ad superiorem fornacis partem, ubi ad ferreas hastas concrescit in crustam densam, quae postea excutitur in frustula semitubulata, arborum corticibus similia, sonora, intus laevia, sublutea, externe granulis admodum minutis conspersa, colore cinereo aliquantum ad caeruleum vergente.

Tuthia inter ophtalmica remedia praestantiora recensetur: abstergit enim, et exsiccat sine morsu. Vnde in hulceribus corneae adnatae et palpebrarum feliciter praescribitur; in oculorum pruritu, in ophthalmiis inveteratis, et ad lacrymantes vel fistulosos oculos sistendos.

Pompholyx et Spodos, vel Spodium Dioscoridis et Galeni in officinis nunc ignota sunt. Dioscorides et Galenus narrant Pompholygen duplici ratione confici posse, vel fit ex aeris materia in fornacibus fusa, cuius favilla in candidissimum et levissimum pollinem concrescit; vel conficitur ex cadmia sola eximie follibus proflata.

Pompholygos duo genera constituit Dioscorides: unum ad aeris colorem vergens, subpingue; alterum candidissimum, summamque levitatem nactum.

Candida pompholyx fit, inquit Dioscorides, quoties in perficiendo aere, fabri praestantiorem facere volentes, detritam cadmiam cumulatius insperserint (sive per hanc cadmiam auctor intelligat novam mineram, sive factititiam cadmiam, nempe metalli fuliginem); nam tenuissima favilla quae copiose effertur, in pompholygen coit. At vero conficiebatur quoque ex sola cadmia in fornacibus combusta, nempe minutis cadmiae fragmentis in ignem coniectis qui ante aerarium iacebat follem. Egesta enim suffitu tenuis materiae pars et levis, camera ad hoc parata excipitur. At vero quod

reflectens in pavimentum recidebat, spodos est seu spodium. Nigricat et plerumque ponderosus est, terra et spurcitie in acervatione refertum. Et revera erat quasi purgamentum quoddam, quod ab aerariarum officinarum pavimentis et fornacibus everritur; unde spodos pompholyge longe deterior censebatur.

Hae substantiae in aerariis officinis quaerendae forent, ubi aeris Cyprii vel rubri minera copiose funditur. Nunc vero non amplius ad nos devehuntur.

Spodos et spodium Graecorum quid sit ex supradictis patet, nempe cinis vel potius flos metallicus impurus qui in officinis aerariis colligebatur. A pompholyge parum discrepat. Plinius tamen eius plura genera constituit: spodon nempe aerariam, quae praestantissima est; argentariam, lauriotin vocari dicit a Saurio Atticae monte, in quo argenti erant fodinae; aurariam, quae in auri purgatione colligitur; et plumbariam, quam post Cypriam aerariam commendat Dioscorides.

Spodium Graecorum intus nocivum erat; quapropter externe tantum adhibebatur.

Arabes praeter haec spodii metallici genera, spodii nomine, quod cinerem significat, abutentes, alia adhuc constituere aut substituere; cineres nempe plantarum, vel animalium quorumdam. Haec succedanea a Graecis antispoda vocata fuerunt.

Quaedam a Dioscoride referuntur, ut folia myrti cum floribus et baccis immaturis calcinata et lota, oleastri folia, taurinum gluten, lana succida et aspera pice aut melle irrigata et combusta, et caetera huiusce modi.

(Quod ad cupri eiusdem recrementorum medicinas pertinet, in quibus recensendis Plinius ipse noster multus est, operae pretium iudicavimus nonnulla excerpere lectu quidem non iniucunda, scitu vero dignissima, quae D. Gvrsent de aere, aerisque usu scripsit.)

Principales propriétés physiques du cuivre. Jouissant, lorsqu'il est pur, de tout l'éclat de l'or, il en fournit en outre, dans nos nombreuses combinaisons, les couleurs métalliques les plus brillantes, le vert, l'azur et les plus belles nuances du brun. C'est par cette raison sans doute que les plus anciens chimistes avaient appliqué au cuivre le nom de *Vénus*. Ils prétendaient vraisemblablement, en consacrant ainsi ce métal à la déesse de la beauté, ou en le plaçant sous l'influence de l'une des planètes les plus éclatantes, indiquer par cette fiction combien il méritait de fixer tous les regards. A ces qualités physiques, il réunit celles bien plus précieuses d'être presque aussi dur et tenace que le fer, infiniment plus malléable, plus ductile et plus sonore. Un autre avantage qu'il possède à un très-haut degré, c'est de s'unir facilement avec beaucoup de substances métalliques, et de former avec elles des alliages très-utiles dans les arts. Le cuivre combiné dans différentes proportions, soit par la fusion avec le zinc, soit par la cémentation avec la pierre calaminaire, donne le similor ou l'or de Manheim, le tombac, le pinchbeck, le métal du prince Robert; et particulièrement le cuivre jaune, qui prend le nom de *laiton* lorsqu'il est passé à la filière. Ce même métal

allié superficiellement avec une lame très mince d'étain, nous protège lui-même contre les dangers auxquels notre négligence nous expose dans les besoins ordinaires de la vie. Il fournit aussi avec l'étain l'airain fulminant et le métal sonore des cloches. Si la proportion d'étain est encore plus considérable que dans ces alliages, et que le cuivre soit uni en outre avec le bismuth ou l'arsenic, on obtient un métal de couleur d'acier, susceptible d'un beau poli, qu'on nomme *cuivre blanc*, et qu'on emploie à la fabrication des miroirs de réflexions pour les expériences d'optique. Le cuivre se soude très-bien au fer, auquel il adhère fortement quoiqu'il ne se combine pas avec lui. Il est toujours allié dans le commerce avec l'or et l'argent, d'après des proportions déterminées, en conséquence desquelles sont fixés les différens titres des monnaies. Plus la quantité du cuivre est considérable, plus il rend l'argent fusible et solide; aussi se sert-on particulièrement de cet alliage pour les objets d'argenterie qui exigent beaucoup de soudure. Le cuivre se combine aussi avec l'or et l'argent réunis, et le cuivre de Corinthe, dont les anciens faisaient un si grand cas, était, à ce qu'il paraît, un alliage de ces trois métaux.

Le cuivre rouge et ses principaux alliages, tels que le cuivre jaune, le bronze, l'airain, etc. répandent, par le frottement, une odeur nauséabonde et vireuse; leur saveur est désagréable et comme styptique. Ils sont à l'état métallique bons conducteurs de l'électricité du galvanisme et du calorique. A l'air, surtout humide, ils s'oxident facilement, deviennent d'abord d'une couleur brune, irisée ou chatoyant, et se recouvrent enfin de vert-de-gris. Le cuivre et la plupart de ses alliages sont, dès qu'ils sont oxidés, très-attaquables par les acides, les sels, les graisses oxigénées et l'ammoniaque. Ils forment, avec les acides, des dissolutions et des sels de couleur ordinairement verte ou bleue, d'une saveur âcre et caustique, et avec l'ammoniaque, des dissolutions d'un beau bleu. Avant de faire connaître les effets des sels cuivreux sur l'économie animale, nous rappelerons ici les principaux caractères de ceux qui peuvent être de quelque intérêt pour le médecin.

Carbonate de cuivre, vert-de gris naturel, aerugo. Il se forme spontanément avec un grande facilité à la surface des vases de cuivre rouge, de laiton, d'airain, ou des alliages de cuivre et d'argent; on l'obtient par l'art, soit en précipitant le sulfate de cuivre par le carbonate de potasse, soit en faisant passer un courant de gaz acide carbonique au milieu de l'eau dans laquelle on a délayé de l'hydrate ou de l'oxide de cuivre. Ce sel est absolument insoluble dans l'eau froide, et même dans l'eau chaude pure, dans laquelle il reste en suspension; mais il se dissout promptement avec effervescence dans la plupart des acides, et sans effervescence dans les graisses oxigénées et l'ammoniaque. Les carbonates de cuivre à l'état natif sont connus sous le nom de *malachites*. La couleur dont on se sert dans le commerce pour la fabrication des papiers peints, et qui est désignée sous le nom de *cendre bleue*, est, suivant Pelletier, un mélange de carbonate de cuivre et de chaux.

Sous-acétate de cuivre, vert-de gris du commerce, ou verdet, aes viride. On le prépare dans le midi de la France, principalement à Montpellier et

à Grenoble ; en superposant des lames minces de cuivre sur des lits de rafles de raisin, imbibées de vin : on le ramasse ensuite en râclant ces lames, et on l'enveloppe dans des sacs de peau. Ce sel est d'un vert clair semblable au vert-de-gris naturel ; il est pulvérulent, gras et comme soyeux au toucher. Il se sépare dans l'eau en deux parties à peu près égales, que Proust considère comme deux espèces de sous-acétate, dont l'une est entièrement dissoluble, et l'autre reste suspendue à l'état de poudre fine très-verte. Cette portion insoluble desséchée, fait en partie effervescence avec l'acide sulfurique, et contient du carbonate et de l'oxide de cuivre. Le vert-de-gris est décomposable par l'action du feu qui en dégage l'acide acétique, et par l'acide sulfurique et la potasse.

Acétate de cuivre, verdet distillé, cristaux de Vénus, cristalli Veneris. Pour l'obtenir on se sert du verdet du commerce, auquel on ajoute une suffisante quantité d'acide acétique. Ce sel cristallise en pyramides tétraèdres tronquées. Il est d'une belle couleur verte. Exposé à l'air, il s'effleurit. L'eau froide le dissout difficilement ; mais cent parties d'eau bouillante en dissolvent environ un cinquième de leur poids. Il est également dissoluble dans l'alcool. Ce sel est décomposable par l'action du feu, l'acide sulfurique, l'eau de chaux, et la potasse. Lorsqu'on fait passer un courant de gaz hydrogène sulfuré à travers une dissolution de ce sel dans l'eau, le cuivre désoxidé se précipite à l'état d'un sulfure noir, et il reste un acide ayant la propriété de l'acide acétique. On s'est servi de la décomposition de l'acétate de cuivre par l'action du feu pour obtenir, en le distillant, l'acide acétique très-pur et très-concentré, qu'on nomme *vinaigre radical, acetum radicale, spiritus aeruginis.*

En faisant dissoudre l'acétate de cuivre dans l'ammoniaque, et en faisant évaporer à une chaleur douce, on obtient un acétate ammoniacal de cuivre, sous la forme de petits cristaux, d'une belle couleur bleue, très-déliquescents à l'air. Ce sel, à double base, pourrait être avantageusement employé en médecine, ainsi que l'acétate potassé de cuivre, qu'on prépare en faisant bouillir dans l'eau trois parties de tartrate acidulé de potasse purifié et une partie d'acétate de cuivre. On fait ensuite évaporer jusqu'à siccité. Le sel concret qui en résulte est verdâtre, très-déliquescent et se résout à l'air humide en une liqueur d'une belle couleur verte, d'une saveur âcre et caustique, à laquelle M. Chaussier donne le nom de *solution d'acétate potassé de cuivre.*

Sulfate acide de cuivre, vitriol bleu, vitriol de Chypre, couperose bleue, cuprum vitriolatum, sulfas cupri. Cristaux d'un bleu foncé, dont la forme primitive est un parallélipipède obliquangle, qui passe quelquefois à l'octaèdre et au décaèdre, et dont les bords des bases sont souvent tronqués. Ce sel est d'une saveur styptique et âcre, soluble dans quatre parties d'eau à quinze degrés cent. et dans moitié moins lorsque la température de ce liquide est à quatre-vingt-huit degrés cent. Il s'effleurit légèrement à l'air, et s'y recouvre d'une poussière d'un gris jaunâtre. L'action du feu le prive d'abord de son eau de cristallisation, et le convertit en une poudre blanche, bleuâtre, et ensuite en un oxide noir après que l'acide s'en est séparé. Le sulfate

acide de cuivre rougit les couleurs bleues végétales, et est décomposé par les alcalis et les terres. On le prépare en grand, soit par l'évaporation de quelques eaux minérales qui le contiennent en dissolution, soit par la combustion des sulfures natifs de cuivre, ou bien en les exposant à l'air après les avoir humectés avec de l'eau.

Indépendamment de la couperose, on emploie encore en médecine le sulfate ammoniacal de cuivre, *sulfas ammoniacae cupratus*, *cuprum ammoniacum*, qui est le spécifique antiépileptique de Weissmann. On prépare ce sel en faisant dissoudre du sulfate de cuivre dans l'eau pure; après avoir filtré cette dissolution, on y verse peu à peu de l'ammoniaque jusqu'à saturation, et on y ajoute de l'alcool rectifié jusqu'à ce que la liqueur cesse de se troubler; il se précipite alors une substance saline d'un beau bleu brillant qu'on fait promptement sécher sur un papier et que l'on conserve dans un flacon bien bouché, parce que l'action de l'air humide effleurit légèrement ce sel en le faisant passer à la couleur verte.

Tous les anciens usages du cuivre se sont perpétués jusqu'à nous; ils se sont même beaucoup multipliés et étendus à mesure qu'il est devenu plus commun et qu'on a mieux connu les moyens de le travailler. Depuis les épingles et les clinquants des jouets d'enfants jusqu'aux chef-d'oeuvres de burin, le cuivre, à l'état de métal, est l'objet ou l'instrument d'un nombre prodigieux de travaux dans les arts, et se retrouve dans la plupart de nos ateliers. Il n'est pas moins utile lorsqu'il est combiné avec les acides. Les sulfates, les acétates, l'arsenite de cuivre, et plusieurs autres, sont employés dans la peinture, dans la teinture, et pour colorer les émaux et les porcelaines. Enfin le cuivre, soit pur, soit allié avec différentes substances métalliques, ou à l'état salin, est, de tous les métaux, après le fer, celui qui est le plus en usage pour les besoins de la vie.

Les inconvénients et les dangers auxquels nous expose ce métal, surtout pour la préparation des aliments et des médicaments, n'ont pu l'emporter sur les avantages qu'il nous procure, et qui sont consacrés par l'empire puissant de l'habitude depuis des milliers de siècles. Aussi a-t-il résisté aux attaques réitérées que lui ont portées pendant le siècle dernier plusieurs philanthropes et médecins distingués, particulièrement Rousseau, Missa, Thiéry, Desessartz, qui voulaient qu'on proscrivît en entier ce métal pour les ustensiles de la cuisine et de la pharmacie. Mais dans les nombreuses discussions qui ont eu lieu à ce sujet, les annemis déclarés du cuivre ont souvent été entraînés par un esprit d'exagération au delà de la réalité, comme le prouvent les observations les plus exactes qui nous serviront ici de guide pour éclairer cette question.

Propriétés médicamenteuses du cuivre. Le cuivre est une des premières substances métalliques dont on ait fait usage, en matière médicale, tant à l'intérieur qu'à l'extérieur. Suivant quelques traditions, les plus anciens peuples de l'Asie l'employaient dès la plus haute antiquité. On le retrouve aussi dans la médecine des Egyptiens, d'où il a vraisemblablement passé chez les Arabes et chez les Grecs. Cependant ce remède était depuis long-temps à peu près abandonné, lorsque Stisser, Van Helmont, Boyle et Boërhave le tirèrent de l'oubli auquel voulaient encore le condamner des praticiens

trop timides. La plupart des préparations cuivreuses sont en effet des substances énergiques plus ou moins vénéneuses, comme nous l'avons vu, et dont on ne doit faire usage qu'avec une extrême précaution; mais c'est un inconvénient attaché aux remèdes les plus actifs tirés des minéraux, et cette raison seule ne peut les exclure de la pratique médicale, lorsqu'ils produisent de bons effets, étant sagement administrés.

On a employé avec succès les préparations cuivreuses, à l'intérieur dans beaucoup de maladies différentes: mais toutes les médications qu'on a obtenues par leur moyen peuvent se rapporter à trois sortes d'effets principaux, suivant la manière de les administrer. Lorsqu'on les donne à assez forte dose instantanément, on produit une irritation vive sur les organes de la digestion, d'où résultent des vomissements et des évacuations alvines; mais à des doses répétées et continuées pendant quelque temps; on obtient une excitation générale des systèmes nerveux et sanguin. Enfin, en faisant un usage journalier des sels cuivreux à des doses assez fortes pour solliciter constamment quelques évacuations et augmenter en même temps l'action des solides, ces médicaments agissent alors secondairement sur le système lymphatique, comme altérants et depuratifs, pour me servir de l'ancien langage des écoles.

Préparations cuivreuses comme émétiques et purgatives. C'est sous ce rapport qu'on a commencé à en faire usage. On se servait pour remplir ce but, d'une espèce d'oxide de cuivre, connu depuis long-temps sous le nom d'*aes ustum*. Cette préparation, qu'on a encore conservée dans quelques pharmacopées, est faite au moyen d'une calcination de cuivre seul, ou mélangé avec le nitre, le sel commun ou le soufre, d'où lui est venu le nom de *crocus Veneris*. Aretée conseillait ce médicament comme vomitif ou purgatif, combiné avec plusieurs substances aromatiques ou émétiques elles-mêmes, telles que la moutarde, le *cardamomum*, les fleurs de narcisse, etc. Il le donnait dans l'épilepsie, même chez les enfants; et en effet, dans le cas où cette maladie dépendait d'un état gastrique, ce médicament, comme tous les éméto-cathartiques, devait être très-utile. Les paysans des confins de la Silésie se servent encore de ce moyen comme purgatif: mais il cause souvent des violentes coliques; et maintenant que nous possédons des remèdes beaucoup plus sûrs et moins dangereux, on l'a entièrement abandonné.

Digitized by Google

EXCVRSVS III.

DE FERRO.

Ad ea Plinii verba, lib. XXXIV, cap. 41.

Differentia ferri numerosa. Prima in genere, etc.

Vti nullum metallum adeo humanis usibus necessarium est quam ferrum, ita quoque nullum est quod ubique fere locorum maiori ubertate proveniat; ita ut vix in orbe regio comperiatur, ubi id non praesto sit. Plurimae sunt huius fodinae in Gallia nostra: licet praestantiora sint ferrum et acies, quae in Germania effodiuntur. (De variis ferri generibus, iam satis in prioribus notis diximus.)

Vtilissimum metallum ferrum est, quo vita humana carere vix potest. Nam praeter tot ac tanta instrumenta quae ex hoc metallo conficiuntur, praestantissima suppeditat remedia adversus morbos quamplurimos. Antiquis Graecis salutares ferri intus sumpti vires non ignotae fuerunt. Ferri rubigini a Dioscoride vis restrictoria tribuitur, et praesertim ad sistenda uterina sanguinis profluvia. Ab eodem commendatur vinum vel aqua in qua ferrum ignitum extinctum fuit, ad coeliacos, dysentericos, lienosos, choleras laborantes, et dissoluto stomacho sanandos.

Duplex in ferro virtus a medicis agnoscitur, aperiendi nempe, et adstringendi. Menstrua enim suppressa promovet; hepatis, lienis et viscerum obstructiones resolvit, haemorrhagias sistit, et diarrhoeas, laxatas viscerum fibras adstringendo, sanat. Dicitur praeterea alexipharmacum mali hypochondriaci, et panacea cachexiarum. Quidam vim aperiendi quibusdam Martis praeparationibus tribuunt, vim adstringendi vero alii: sed omnes ferri praeparationes adstringunt simul et aperiunt, licet aliae longe efficacius, aliae vero debilius.

Ad usum medicum ferrum chalibe longe praestat; et limatura ferri sincera, tenuissima et velut in *alcool* redacta, omni praeparationi a multis anteponitur ad menses promovendos, et ad viscerum obstructiones reserandas.

(Multae aliae sunt e ferro medicinae, Officinis vulgo dictae crocus Martis, *safran de Mars*, vitriolum Martis, *vitriol vert*, *couperose*, sal Martis, etc. de quibus idonei auctores consulendi.)

Ex Tract. de Mat. med. Geoffraei, tom. I, p. 286 sqq.

Digitized by Google

EXCVRSVS IV.

DE PLVMBO ET STANNO.

Ad ea Plinii verba, lib. XXXIV, cap. 17.

Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur, etc.

Graeci, Latini, Arabes, plumbum et stannum designantia vocabula saepe confundunt, et indifferenter murpant. Quam plurimi κασσίτερον Graecorum stannum interpretantur: Plinius tamen κασσίτερον de plumbo albo docet accipiendum, quod etiam a stanno diversum facit. Quin immo stannus facit genus plumbi nigri, et ex eadem vena stannum illud, argentum et plumbum fluere scribit. Verum aut vana est haec differentia inter plumbum album et stannum a Plinio constituta: aut stannum veterum nihil aliud erat, quam plumbi pars purior et nitidior, vel etiam mixtura plumbi albi et nigri, aut plumbi nigri et argenti.

Plumbum purum in fodinis rarissime reperitur. Excoquitur ex plumbaria vena, quae diversa est: modo enim terra est nigra, caerulea, flava, aut cineracea, scintillis quandoque minutis splendentibus conspersa; modo lapis splendore plumbeo ex quadratis veluti tessellis constans inhaerentibus saxo candido aut rufo: nonnunquam etiam fluoribus albis, flavis, aut viridibus admiscetur.

Plumbi minera nonnihil argenti fere semper continet; et quibusdam in regionibus, ut in Angliae provincia quae *Cardigan* dicitur, plumbaria vena argenti adeo ferax est, ut ex minerae libris duobus millibus, decem, quindecim, et nonnunquam viginti argenti librae extrahantur.

Plures sunt plumbi minerae in Hispania, Italia, et Germania. In Gallia quoque non desunt, sed ex his metallum difficillime extrahitur. Frequentiores et divites sunt in Anglia fodinae.

Ob eximias huius metalli dotes, Paracelsus illud quartam medicinae columnam nuncupavit. Per se refrigerat, incrassat, repellit, absorbet, et humorum acrimonia demulcet. Veneream libidinem arcere creditur, sanguinis phlegmes, partiumque inflammationes compescere. Verum nervis prorsus inimicum est et noxium. Intus sumptum stomachi gravitatem cum torminibus diris invehit, alvum et urinam supprimit, membrorum tremorem et spasmum excitat, difficilem respirationem affert ac tandem suffocationem. Quod quidem a quamplurimis, tristi quidem experientia, comprobatum fuit, qui noxias gravissimas et saepe immedicabiles perpessi sunt a potu vinorum, quae acidiora vel acescentia per lithargyrum immissum nefando mangonar-

edulcata fuerunt. Plumbum itaque et omnia eius praeparata usui potius externo quam interno destinanda esse procul dubio censemus.

Inter plumbi praeparata recensenda sunt primo ea quae recrementa dicuntur; calx nempe seu cinis, minium, lithargyrus, plumbum ustum, et cerussa; deinde chymicae praeparationes, quae usui medico inserviunt, scil. est acetum saturni, sal seu saccharum saturni, balsamum, et eiusdem spiritus ardens ac oleum.

Calx, vel cinis plumbi, et minium sic praeparantur. Plumbum in patella terrea lata non vitriata, super carbones disposita, funditur. Metallum fusum spatula ferrea tamdiu agitetur, donec totum abeat in pulverem subnigrum vel cinereum, qui calx, vel cinis plumbi dicitur. Si paulo diutius continuaretur ignis, pulvis flavus evadit, et a pictoribus gallico idiomate *massicot* nuncupatur. Tandem in furno reverberii calcinatus fit rubicundissimus, et in officinis minium dicitur.

(Calx aut cinis plumbi, nostris, *oxide de plomb*; minium, *plomb oxidé rouge, tri-oxidé de plomb*.)

Hae plumbi praeparationes humorum acrimoniam obtundunt, inflammationem sedant, hulcera maligna corrigunt, expurgant et ad cicatricem deducunt. Minium usurpatur in unguento rubro seu de minio, in emplastro pro fracturis D. Charas, in emplastro styptico, et emplastro matricali roborante eiusdem.

Iam alibi observavimus minium veterum diversum esse ab officinarum minio.

Illud enim idem erat ac cinnabaris nostra, seu rubra et rutilans hydrargyri minera; hoc vero nihil aliud est nisi plumbum vehementi igne calcinatum.

(Cinnabaris nostris, *mercure sulfuré*, *sulfure de mercure*.)

Lithargyrus et spuma argenti Offic. λιθάργυρος Graecorum: martech et merdasengi Arabum. Duplex fuit apud Graecos coloris tantum ratione, sicut et apud nos: lithargyrus auri, qui chrysitis, quia flavo colore splendet; lithargyrus argenti, qui argyritis, quia albicante aut argenteo.

Frequens est lithargyri externe adhibiti usus in medicina. In omnibus fere emplastris usurpatur, quorum corpus seu basim cum oleis constituit. Lithargyrus enim, sicut et caetera plumbi recrementa ab oleis et pinguibus substantiis solvuntur, et simul emplasticam consistentiam sumunt. Exsiccat moderatissime, et abstergit cum modica adstrictione, cava explet hulcera, et cicatricem ducit, et ad femorum intertrigines valet.

Plumbum ustum Offic. μόλυβδος κεκαυμένος Graecorum. Est pulvis gravis, fuscus, factus ex plumbi laminis tenuissimis cum sulphure pulvere stratum super stratum alternatim dispositis in olla vitrea et vi ignis continua agitando calcinatis, donec in pulverem tenuissimum prorsus redigantur. Aqua limpida pluries abluitur hic pulvis, et exsiccatur. Vtile est medicamentum ad hulcera maligna blande corrigenda, expurganda, et ad cicatricem perducenda.

Ex Geoffraei Tract. Mater. med. tom. I, p. 271 seqq.

EXCVRSVS V.

DE ARSENICO

Ad ea Plinii verba, lib. XXXIV, cap. 56,

Itaque et causticis additur, et psilothris.

L'arsenic est un métal cassant et acidifiable, d'une couleur noire et brillante, lorsque la cassure est récente, mais se ternissant très promptement à l'air: la pesanteur spécifique de l'arsenic métal est de 8,038, il brûle avec une flamme bleue et en répandant une odeur d'ail très forte: cette odeur et la propriété que sa vapeur à de blanchir le cuivre, sont les deux principaux caractères qui le font reconnaître; il est si volatil au feu, qu'il se sublime avant d'être fondu. La nature le présente quelquefois à l'état natif dans les mines de Saxe, de Bohême, d'Angleterre, et de Sante-Marie en France; mais plus souvent on le rencontre uni au soufre, au cobalt, au cuivre, au fer, au nickel, ou à l'état d'oxide.

L'arsenic servant à peu d'usages dans son état métallique, on ne trouve ordinairement dans le commerce que l'oxide noir d'arsenic, qui n'est qu'une mine de cobalt arsénical vendue par certains droguistes sous le nom de *cobalt testacé, poudre pour tuer les mouches*, ou l'oxide blanc d'arsenic, plus exactement nommé *acide arsénieux*: cet acide est une matière blanche, pesante, ayant un aspect vitreux, une saveur très âcre qui resserre la gorge; on le vend en masses plus ou moins volumineuses paraissant formées de plusieurs couches; il est soluble dans les proportions de quatre-vingts parties d'eau à la température de douze degrés de Réaumur, sur une d'arsenic, et de quinze parties d'eaux à la température de quatre-vingts degrés: on obtient cet acide par la sublimation, en grillant des mines arsénicales de cobalt dans une cheminée dont le tuyau est incliné pour retenir plus facilement l'acide qui se volatilise, etc.

L'acide arsénieux est un des plus violents poisons que l'on connaisse, et la police ne saurait trop surveiller la vente de cette substance redoutable qu'un œil mal exercé peut confondre avec le sel, avec le sucre ou d'autres substances alimentaires, et qui a donné lieu à tant d'accidents funestes, suite de l'erreur ou de la malveillance.

Les symptômes qui caractérisent l'empoisonnement par l'acide arsénieux

sont une saveur austère, un resserrements du gosier, un ptyalisme, des vertiges et des douleurs atroces d'estomac; les lèvres, la langue le palais et la gorge s'enflamment; le malade éprove une fièvre ardente, une soif inextinguible, quelquefois des nausees, l'hoquet, des palpitations suivies d'une grande prostration de forces; la respiration devient difficile, la face prend une teinte livide, le corps s'enfle, les extrémités deviennent insensibles: quelquefois il survient un priapisme, une démangeaison sur toute la peau qui se couvre de taches rousses: l'haleine est infecte; les déjections sont fétides; l'urine est sanguinolente; le délire s'empare du malade, il pousse des soupirs, il a des syncopes fréquentes, il meurt.

Malgré l'effroi que doit inspirer un pareil tableau, des médecins ont été assez hardis pour essayer l'arsenic comme remède dans plusieurs maladies; mais ce n'est pas l'acide arsénieux pur qu'ils emploient: ils ont sans doute été conduits à cette tentative par l'exemple de quelques peuples qui se purgent, en faisant séjourner des boissons acides dans des vases de réalgar ou sulfure d'arsenic. Les Japonais et les Chinois, dit Romé de Lille, ont adopté cet usage. Le docteur Thomas Fowler, médecin de l'hôpital de Staffort; MM. Arnold, médecin du dispensaire de Leicester, et Withering, médecin de l'hôpital de Birmingham, ont, disent-ils, employé avec succès la dissolution d'acide arsénieux à très-petites doses dans les fièvres intermittentes: le docteur Girdlestone assure avoir guéri des maladies de peau et avoir détruit des vers intestinaux avec l'arséniate de potasse (*London medical and physical Journal*).

Parmi les divers modes d'administration indiqués par les auteurs, pour donner l'arsenic avec le moins de danger possible, on a surtout préconisé la méthode de Fowler; mais la préparation proposée récemment par le docteur Fodéré est préferable: elle consiste à prendre deux onces d'acide arsénique obtenu par la distillation, jusqu'à siccité, de l'acide nitro-muriatique; seize onces d'eau distillée bouillante; du carbonate de soude bien pur, bien cristallisé et réduit en poudre, en quantité suffisante pour saturer l'acide jusqu'au point de verdir légèrement plutôt que de rougir la teinture de tournesol: on filtre, on fait évaporer et on conserve les cristaux dans un flacon bien bouché et dans un endroit sec, parce que ce sel attire l'humidité de l'air.

Le docteur Fodéré met un grain de ce sel par once d'eau bien pure; il donne tous les matins à jeun, un gros de cette dissolution dans un verre de tisane ou d'infusion quelconque.

Pour rassurer sur les craintes que pourrait donner l'usage d'un remède aussi dangereux, le docteur Fodéré observe que l'once d'eau ne contenant qu'un grain d'arséniate de soude, le gros n'en contient qu'un huitième de grain; que l'acide arsénique absorbant, par sa neutralisation, environ un tiers en sus de son poids de soude, et le sel qui en émane contenant beaucoup d'eau de cristallisation, il en résulte que chaque gros de dissolution contient tout au plus un vingtième de grain d'acide arsénique; et qu'en en donnant deux fois par jour, le malade n'en prend réellement par jour, qu'un douzième de grain; ce qui est bien au-dessous des doses ordinaires du sublimé corrosif, poison très-actif avec lequel nous sommes aujourd'hui très-familiarisés.

Digitized by Google

Malgré ces calculs rassurants; on peut répondre qu'il n'y a point de parité à établir entre le mode d'action du sublimé corrosif et celui de l'acide arsénique. On ne saurait trop dire et répéter, d'après les observations des médecins cliniques les plus dignes de foi, que presque tous les malades qui ont été guéris par les préparations arsénicales sont morts quelques mois après, soit de phthisie, soit d'inflammations chroniques de la membrane muqueuse de l'estomac ou des intestins, ainsi que s'en est assuré un de nos meilleurs observateurs, M. Broussais.

Cadet de Gassicourt, *Dict. des Scienc. méd.* tom. II.

Digitized by Google

C. PLINII SECVNDI

NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXXV.

I.

Metallorum, quibus opes constant, agnascentiumque eis natura indicata propemodum est: ita connexis rebus, ut immensa medicinae silva, officinarumque tenebrae, et morosa caelandi fingendique, ac tingendi subtilitas simul dicerentur. Restant terrae ipsius genera lapidumque, vel numerosiore serie, plurimis singula a Graecis praecipue voluminibus tractata. Nos in iis brevitatem sequemur utilem instituti modo, nihil necessarium aut naturale omittentes. (1.) Primumque dicemus quae restant de pi-

1. *Agnascentiumque eis.* Broter. ex Reg. 3, *nascentiumque in eis.* Sic supra Plinius lib. XXXIII, c. 36: » In auri et argenti metallis nascuntur etiam pigmenta. » Ed. P.

Officinarumque. Medicorum inscitia, de qua libro sup. c. 25, et XXXIII, 38. Hard.

Caelandi. Ex argento, XXXIII, 55. *Ciseler.* Hard.

Fingendique. Ex aere, XXXIV, 9. Hard.

Ac tingendi. Cinnabari, minioque, XXXIII, 36 sq. H.

Vtilem instituti modo. Rationi propositi nostri accommodatam. Frustra Pintianus conliciebat, » utilem instituto: modo nihil necessarium, etc. » Hard. — Broter. ex MSS. Regg. 2 et 3, *utilem instituto; hoc modo*, etc. Ed. P.

Digitized by Google

ctura, arte quondam nobili, tunc quum expeteretur a regibus populisque, et illos nobilitante, quos esset dignata posteris tradere: nunc vero in totum marmoribus pulsa, iam quidem et auro; nec tantum ut parietes toti operiantur, verum et interraso marmore vermiculatisque ad effigies rerum et animalium crustis. Non placent iam abaci, nec spatia montis in cubiculo delitentia: coepimus et lapidem pingere. Hoc Claudii principatu inventum: Neronis vero,

Quos asset dignata, etc. Quorum effigiem pictura censuisset posteris tradendam. H.

Nunc vero in totum marmoribus pulsa. Nunc vero cessit pictura marmoribus, etiam et auro, a quibus iam parietes vestiuntur, « neque ita solum ut parietes toti solito marmore integantur: verum etiam ut intersecto marmori segmenta alia inserantur, quae referant effigies rerum et animalium, vermiculato opere. H.

Vermiculatisque ad effigies rerum et animalium crustis. Varmiculata dicuntur opera tessellata, quia minutis tessellis, quasi vermiculis sint variegata, distinctaque. Tritum illud Lucilii est: « Quam lepidae lexes compostae, ut tesserulae omnes Arte pavimento, atque amblemate vermiculato. » H. — *Interraso marmore vermiculatisque*. Haec sunt musiva opera, *les mosaïques*, quae non Romae tantum et in Italia, sed in toto orbe romano fuere pervulgata. Brot.

Non placent iam abaci. Abacos vocat crustas tabulasve quadratas e marmore, quae parietum ornamenta erant, iis tectorii vice inserta, a similitudine dicta ligneorum abacorum. Vtebantur nimirum antiqui ad tectoria parietum, praeter albarium opus, atqua marmoratum, sectis in quadrata, in sexangula, in triquatra, marmoribus, alabastrita, porphyrite, iaspide, at id genus lapidibus, atque vitro. Hae sic adactae crustationes nominabantur, at abaci. Vulgo, *compartiments*. H. — *Abaci*. Vt tradunt grammatici, ἄβαξ οὐ μόνον ἐπὶ σανίδος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ λίθων ὁμοιοσχημόνων τοῖς ξυλίνοις ἄβαξι. Vitruvius lib. VII, cap. 3: « Itaqua veteribus parietibus nonnulli crustas accidentes pro abacis utuntur, ipsaque tectoria abacorum et speculorum divisionibus (nimirum formarum quadratarum at rotundarum) circa se prominentes habent expressiones. » Turneb. l. XXVI, cap. 3; Casaub. ad Sueton. pag. 40. Dat.

Nec spatia montis in cubiculo delitentia. Nec a spatioso monte excisa marmora in cubiculum addere iam placet. Ita clare MSS. omnes at editi: quam scripturam nostra quoque, quae planissima est interpretatio, tuetur ac defendit: nequicquam coniiciente Salmasio in Hist. Aug. pag. 443: « Nec specla (vel *specula*) montis in cubiculo nitentia. » De marmore enim solum hic sermo, non de speculari lapide. Hard.

maculas, quae non essent, crustis inserendo, unitatem variare, ut ovatus esset Numidicus, ut purpura distingueretur Synnadicus qualiter illos nasci optarent deliciae. Montium haec subsidia deficientium: nec cessat luxuria id agere, ut quam plurimum incendiis perdat.

II. (II.) Imaginum quidem pictura quam maxime similes in aevum propagabantur figurae: quod in totum exolevit. Aerei ponuntur clypei, argenteae

Maculas quae non essent. Nam maculosum variumque marmor placebat: quod si natura tala non esset, arte fiebat. Species nimirum musivarii operis, seu vermiculationis duas attingit: paulo ante alteram, quae crustis marmorum diversicolorum vermiculatas animalium effigies referret. Nunc alterum his verbis, *maculas quae non essent*, quae marmoris maculas alieno marmori insereret, et orbes ac ovatas ἐλλείψεις (sic enim mathematici vocant) marmori includeret. Seneca, ap. LXXXVII, cuius initium, a Iu ipsa Scipionis Africani villa: » Pauper sibi videtur, inquit, ac sordibus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserunt: nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint: nisi illis undique operosa, et in picturae modum varia circumlitio praetexitur: nisi vitro absconditur camera, etc. « Quas ovatas Plinius figuras, Seneca orbes vocat. Vide XXXVI, 5 sq. H. — *Crustis inserendo.* Brot. ex MSS. Regg. Voss. et edit. princ. *in crustis inserendo*, et sic libri ante Hard. vulgg. Ed. P.

Vnitatem variare. Lapidem qui unius erat coloris, multis distinguere ac variare coloribus. H.

Vt ovatus esset. Ovatum intelligo, maculis notatum ovata figura ductis. Dal.

Numidicus. Lapis nimirum, seu marmor Numidicum, de quo XXXVI, 8. De Synnadico lapide (sic enim Romani vocabant, quem indigenae Docimitem), a Synnadis urbe Phrygiae, de qua Plinius V, 29, vide Stranonem, XII, pag. 577: Ἐπίκτινα δ' ἐστὶ Δοκιμία κώμη, καὶ τὸ λατόμιον τοῦ Συνναδικοῦ λίθου· αὐτὸν μὲν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, etc. H.

Vt purpura distingueretur. Vt purpureus color Synnadico marmori insereretur. Hard.

Montium haec subsidia. Ioventa haec in subsidium montium, e quibus maculosi lapides non amplius eruuntur. Hard.

Incendiis. Quibus obnoxiae domus in Vrbe. Hard.

II. *Aerei.* Nunc pictura omissa imaginum, viris summis clypei statuuntur, faciesque argenteae quae nullam fere referant similitudinem eius quem signat inscriptio: quum nulla sint pictura illuminatae figurae: capita statuarum permutantur item, ut alterius esse existimentur, quam antea essent. Sic Commodus imperator teste Lampridio in eius vita, p. 52: » Colossi caput dempsit, quod Neronis esset,

facies surdo figurarum discrimine, statuarum capita permutantur, vulgatis iam pridem salibus etiam carminum. Adeo materiam malunt conspici omnes, quam se nosci. Et inter haec pinacothecas veteribus tabulis consuunt, alienasque effigies colunt, ipsi honorem non nisi in pretio ducentes, ut frangat haeres, furis detrahat laqueus. Itaque nullius effigie vivente,

ae suum imposuit, et titulum more solito subscripsit, etc. » De aereorum autem clypeorum dedicatione cum statuis, tum in aliis veteribus monumentis mentio exstat, tum in inscriptione hac Nepesina, quam Gruterus retulit, pag. 444 : NESTORI. AVG. REPERTA. HIC. LVDOS. FECIT. ET. DEDICATIONE. STATVAE. PATRONI. QVAM. IPSE. POSVIT. ET. CLVPEI. AVI. ITERVM. MVNICIPIBVS. NEPESINIS. EPVLVM. DEDIT Jul. Capitolinus, de Antonino Pio, p. 18: « Clypeum Hadriano magnificentissimum posuit. » Trebellius Pollio, in D. Claudio, pag. 203, ubi de Claudio Caesare, cui Nero successit : « Illi clypeus aureus .. in romana curia collocatus est, ut etiam nunc videtur, etc. » Item Gruterus, pag. 374 : AM. BARBIO. DECVRIONES. PVBVS. PVBLICVM. STATVAM. EQVESTREM. CLIPEVM. ARGENTEVM. HARD. — *Aurei.* Aurei quoque et argentei. Argenteus Scipionis clypeus, in Rhodano repertus, item Hannibalis, exstant Parisiis in bibliotheca Regia. ED. P.

Surdo figurarum discrimine. Obscuro nec picturis illuminato. H. — *Surdo.* Obscuris et confusis figuris. BADE.

Statuarum capita permutantur. Exemplilia illa fuisse discimus ex Suetonio in Tiberio, cap. SAIL. DAL.

Salibus. In illam capitum permutationem iactata a plebe carmina, sales, iocosque, Plinius hic significat. HARD.

Pinacothecas. Pinacothecae, armaria in quibus tabulae pictae, caelatum argentum, stragulae vestes, signa et alia domus ornamenta reponebantur. DAL. — *Pinacotheca.* Loca spatiosa Veterum imaginibus exornata, *des galeries de tableaux.* Vitruvius, VI, 5, cui lemma praefixum, « De triclinii, et oecia, et pinacotheca, et eorum dimensionibus : Pinacothecae, inquit, uti exhedrae, amplia magnitudinibus sunt constituendae. » Sic exhedrae loca sunt similiter spatiosa, quae sedes habent, in quibus philosophi, rhetores, caeterique qui studiis delectantur, disputare sedentes possint, *des salles de conversation.* Qua de voce uberrime Gothofredus egit, in cod. Theod. XV, tit. I, LIII, pag. 326. HARD.

Honorem. Honorem in solo imaginum pretio ponentes, quas haeres frangat, quas fur dolo subripiat. H. — *Nonnisi in pretio.* Gronov. et al. sato Hard. *nonnisi pretio*; et statim mos Brot. *furisque*, addita ex Regg. codd. copula. Forte legendum, *furisve.* ED. P.

Itaque nullius effigie, etc. Itaque quum nullus existat, qui viva dici eorum effigies possit, imagines relinquunt, quae eorum divitias, non quae vultus, mores que, et facta ex-

imagines pecuniae, non suas, relinquunt. Iidem palaestras athletarum imaginibus, et ceromata sua exornant, et vultus Epicuri per cubicula gestant, ac circumferunt secum. Natali eius vicesima luna sacrificant, feriasque omni mense custodiunt, quas icadas vocant, hi maxime qui se ne viventes quidem nosci volunt. Ita est profecto; artes desidia perdidit: et

primant: s opum suarum, non virtutum, monumenta relinquunt. » H.

Ceromata. Ceromata, κονιστήρια: locum ubi athletae pulvere conspergebantur, ut prehendi firmius possent; alii ἐλαιοθήκια malunt, ubi cera oleo diluta ungebantur. D. — *Ceromata.* Κήρωμα nunc locus est palaestrae, aut gymnasii, in quo ceromate, hoc est, unguento quod ex cera fiebat oleo subacta, perungebantur athletae. Ea voce etiam usus Seneca de Brevitate vitae, XI, p. 733. H.

Vultus Epicuri per cubicula gestant. De hoc more eleganter more sun Casaub. ad Suet. p. 69. Dal. — *Et vultus.* Cicero de Fin. V, n. 3: » Nec tamen Epicuri licet oblivisci, si cupiam: cuius imaginem non modo in tabulis familiares, sed etiam in poculis et anulis habent. s Atque hinc quidem εἰκαδιστὰς vir eruditus nuper putabat dictos Epicureos esse, ἀπὸ τῆς εἰκόνος, quod magistri imagine numquam destituerentur, quod abesse a vero, tum ea quae mox docemus, proditura sunt apertissime: tum vero illud in primis, quod ab εἰκὼν, εἰκονισταὶ dicendi, non εἰκαδισταὶ forent. H.

Circum ferunt secum. Anulis insculptos, hoc fausti omnis sibi generique suo existimantes. Dalec.

Natali. In honorem natalis eius: non quod in eum diem natalis eius inciderit, quem septimo Gamalionis diei assignat Apollodorus apud Diogenem, nec ipse Epicurus in testamento suo satis aperte prodit, quis ille fuerit: sed quod ea luna fieri ille commemorationem natalis sui optaverit, aliique praeterea die, Gamelione mense. Hann.

Quas icadas. Εἰκάδας. Est autem εἰκὰς dies lunae vicesima. Cicero de Finib. II, n. 101, refert Epicurum s caviase, ut haeredes sui darent, quod satis esset ad diem agendum natalem suum quotannis mense Gamelione: itemque omnibus mensibus vicesimo die lunae darent ad eorum epulas, qui una secum philosophati sint. s Graeca ipsa testamenti verba exstant apud Diogenem Laërtium in Epicuri vita, X, pag. 271, ubi iubet inter alia praestari ad haeredibus: εἰς τὴν γινομένης σύνοδον εἰκάστου μηνὸς ἑαῖς εἰκάσι, ad solemnem conventum, qui vicesima quaque die mensis fieri solet. Hinc Epicureus ille εἰκαδιστὴς vocatur apud Athen. VII, Ἐπικούρειος δέ τις εἰκαδιστής, etc. Porro quum εἰκὰς mensium omnium Atticorum, vel interprete Tullio, vicesimi sint lunae dies, inde Petavius colligit Varr. Diss. IV, 7, in Vranol. p. 157, lunares omnes menses exstitisse, et quidem civiles: quod non aliis quam popularibus mensibus natales hominum dies adscribuntur, ut et testamenta. Quod et Is. Tzetzes adnotat

quoniam animorum imagines non sunt, negliguntur etiam corporum. Aliter apud maiores in atriis haec erant quae spectarentur, non signa externorum artificum, nec aera, aut marmora: expressi cera vultus singulis disponebantur armariis; ut essent imagines, quae comitarentur gentilitia funera; semperque defuncto aliquo totus aderat familiae eius, qui umquam fuerat, populus. Stemmata vero lineis discurrebant

in Comm. ad Lycophronis versum, Οἰκτρὸν γάρ, οἰκτρόν, etc. Ἐπειδὴ οἱ παλαιοί, inquit, κατὰ σελήνην τοὺς μῆνας ἐψήφιζον· διὰ δὲ τῶν μηνῶν ὁ χρόνος ἀπαρτίζεται. « Quandoquidem veteres menses ad lunam computabant: annus autem mensibus absolvitur. » H. — *Hi maxime.* Broter. ex Regg codd. *ii maxime.* En. P.

Expressi cera vultus. Tritum illud Iuvenalis, Sat. VIII, vs. 19: « Tota licet veteres exornent undique cerae Atria, nobilitas sola est atque unica virtus. » Hard.

Disponebantur armariis. Haec etiam scribit Polybius, qui et armaria, κατίδια, id est, aediculas vocat, quo nomine et Suetonius usus est. Dal. — *Armariis.* Ligneis quibusdam thecis, unde essequiarum tempore deponebantur, quae ante in atriis ornamento erant. Hard.

Vt essent imagines. Non integri illae quidem corporis, sed oris tantummodo simulacrum effingentes, summorumque humerorum pectoris tenus, *des bustes.* Paternae vero maternaeque gentis imagines nobilium funeribus adhibebantur. Epit. Livii XLVIII: « M. Aemilius Lepidus, qui princeps senatus ab sextis iam censoribus erat lectus, antequam exspiraret, praecepit filiis, lecto se stratu sine linteis, sine purpura efferrent: in reliquum funus ne plus quam aeris denos consumerent: imaginum specie, non sumptibus nobilitari maximorum virorum funera solere. » De Germanici funere Tacitus II: « Funus sine imaginibus et pompa per laudes et memoriam virtutum eius celebre fuit. » Hunc morem Propertius detestatur lib. II, eleg. 13: « Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa. » Hard.

Stemmata. Stemmata intelligo in quacumque imagine, eius qui expressus fuerat, praenominis, nominis, cognominis appellationem: honorum quos gessisset titulos: et progeniei gradum ac ordinem in tritavis, abavis, proavis, etc. Sic autem dicta fuerunt, quod earum rerum inscriptio ac monumentum ornaretur coronis circumpictis, ut fit etiam hodie. Dal. — *Stemmata vero l. discurrebant*, etc. Stemmata sunt minores et orbiculatae figurae quae ad latera ductis lineis adscitae, in aliqua tabula, genus illius et avos signant, cuius imago in superiore tabellae parte expressa et affigiata cernitur. Sic tabulas hodieque genealogicas, ut mos est appellandi eas, vulgo delineant. Seneca de Benef. III, 28, pag. 47: « Qui imagines in atrio exponunt et nomina familiae suae longo ordine, ac multis stem-

ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur, et monumentis rerum in magistratu gestarum. Aliae foris et circa limina domitarum gentium imagines erant, affixis hostium spoliis, quae nec emptori refigere liceret, triumphabantque etiam dominis mutatis ipsae domus: et erat haec stimulatio ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. Exstat Messalae oratoris indignatio, qua prohibuit inseri genti suae Levinorum alienam imaginem. Similis causa Messalae seni expressit volumina illa, quae de Familiis condidit, quum Scipionis Pomponiani transisset atrium, vidis-

matum illigata flesuris, in parte prima aedium collocant, etc.» H.

Tablina. Locus ubi tabulae, sive codices asservabantur. Festus: «Tablinum proxime atrium locus dicitur, publicarum rationum causa factus: quod antiqui magistratus in suo imperio tabulas rationum ibi habebant.» Hand.

Domitarum gentium imagines. Prius legebatur, *animorum ingentium imagines.* Pintianus coniiciebat, *alienarum gentium.* Alius, *minorum gentium.* In Reg. 2, *amitorum gentium.* In Colbert. 3, *damicorum* Vnde haud dubia coniectura, *domitarum* fecimus, quum sit mos ille hodieque receptus, qui iam tum in usu fuit, ut hostibus detracta spolia, signaque, affixa domibus, domitarum gentium symbola sint et argumenta. Livius, X: «Quorum domos spoliis hostium affixis insignes inter alias feceritis.» Lib. XXIII: «Qui spolia ex hoste fixa domi haberent.» Sueton. in Nerone, XXXVIII, ubi de Vrbis incendio: «Tunc praeter immensum numerum insularum, domus priscorum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatae, etc.» Vidit hoc quoque Gronovius. H.

Refigere. Revellere, detrahere fixa in sublimi loco. Cicero epist. ad Famil. XII, 1: «Cuius aera refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus?» Et Philipp. XII, n. 12: «Num figantur rursus hae tabulae, quas vos decretis vestris refixistis.» Virg. Aen. VI, 622: «Fixit leges pretio, atque refixit.» Prius *refringere* legebatur, vitiose. In Reg. 2, *refugere.* Hand.

Levinorum. E gente Valeria, ex qua et Messalae praedierunt: sed familiae diversae. Hand. — *Levinorum.* Brot. *Laevinorum.* In nummis enim Fastisque Capitolinis VALERIVS LAEVINVS Ed P.

Quum Scipionis Pomponiani. Id ei cognomen a Pomponio obtigisse significat, homine praedivite, cuius filiam duxisset uxorem: et cuius testamento factus haeres Scipio fuerat, ut Pomponiani nomen assumeret. Eidem autem Scipioni, fortassis a parente acceptum etiam Salutionis

setque adoptione testamentaria Salutiones (hoc enim ei fuerat cognomen), Africanorum dedecore irrepentes Scipionum nomini. Sed pace Messalarum dixisse liceat: etiam mentiri clarorum imagines, erat aliquis virtutum amor: multoque honestius, quam mereri, ne quis suas expeteret. Non est praetereundum et novitium inventum. Siquidem non solum ex auro argentove, aut certe ex aere in bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animae in locis iisdem loquuntur: quin immo etiam quae non sunt, finguntur, pariuntque desideria non traditi vultus, sicut in Homero evenit. Quo maius (ut equidem ar-

cognomen haesit, ob vultus similitudinem, ut dictum est VII, 10. — *Pomponiani.* Sic MSS. Reg. 2, Colb. 3, caeterique; Parmensis quoque editio, et aliae vetustiores Hermolao. Cur id nomen in *Africani* postea immutarint, incertum. Factum sane temere et imperite. Mox vero ex iisdem MSS. edidimus, » Salutiones (hoc enim ei fuerat cognomen), Africanorum dedecore irrepentes Scipionum nomini. « Quum libri vulgati praeferant, » Salutionis (hoc enim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem, etc. « At MSS. et ea voce *notam* omnino carent, et *irrepente Scipionum nomini* exhibent. Hard.

Salutionis. Iulius Caesar ad eludendas vaticinationes, quibus ferebatur nomen Scipionum in Hispania felix ac invictum esse, quum in ea res gereret, despectatissimum quemdam ex gente Corneliorum secum habuit in castris, cui ob opprobrium vitae Salutionis cognomen erat. Sueton. in Iulio, cap. LIX. Dalec.

Hoc enim ei fuerat. Brot. ex MSS. Regg. Voss. edit. principe, *hoc enim fuerat*, τῷ ei deleto. Ed. P.

Africanorum. Qui et ipsi Scipiones, erant ex Corneliorum Scipionum gente. Hard.

Etiam mentiri clarorum imagines. Etiam inserere genti suae imagines clarorum virorum, sed alienae gentis, argumento erat virtutes illorum quodammodo amari: multoque id est honestius, quam ita homines vivere, ut nemo post obitum eorum imagines expetat. Hard.

In bibliothecis. De hoc more eleganter Seneca, de Tranq. cap. VIII, pag. 682, quem consule. Sueton. in Tiberio, LXX: » Fecit et graeca poëmata, imitatus Euphorionem, et Arianum, et Parthenium: quibus poëtis admodum delectatus, scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicavit. « Hard.

Non traditi vultus. Cuius vera non exstat effigies. Hard. — *Non traditi.* Brot. ex MSS. Regg. et edit. principe, *non traditos vultus*; nec male. Ed. P.

Sicut in Homero evenit. Homeri

bitror) nullum est felicitatis specimen, quam semper omnes scire cupere, qualis fuerit aliquis. Asinii Pollionis hoc Romae inventum, qui primus bibliothecam dicando, ingenia hominum rem publicam fecit. An

picture elegans (nam et pictura quaedam poësis est) exstat in Anthologia Graeca, l. V, cuius initium, Ἐκφρονα χαλκὸν Ὁμηρος ἐδείκνυεν, etc. Grotius latine sic reddidit: » Aes vita vegetum nobis ostendit Homerum: Non animus, non sensus abest; sed solius ille Vocis eget: mirum quo vis processerit artis: Quis Deus hoc nobis dedit aes, et in aere figuram? Non etenim, si quid dignum est ma iudice credi, Hoc vir opus faciens aliquis dederit ad ignem: Diva sed ipsa suis manibus Tritonia finait, Corporis insessi quondam non immemor: ipsa Quippe per os magni cantus edebat Homeri, Consors, Phoebe, tibi. Sic quem vice patris adoro, Maeonides stetit hic. Senium praeferre videtur Dulce, sed hoc senium est, et ab illo dilior ori Gratia: conveniunt gravitas et amabile quiddam: Blanda verecundo maiestas lucet in ore: Innatat in curve canus cervice corymbus Vertice descendens, et circumfunditur aures. Mento barba cadens spatio dispescitur amplo, Mollibus illa pilis multoque volumine, nec se Cogit in angustum, sed late excurrit, et infra Et vestis simul est ea pectoris, et decus oris. Nuda comis frons est: et adest sapientia fronti, Vnde sibi mores ducat puer: exstat utrimque Vmbra supercilii: namque ars hoc provida vallum Addiderat, vacui suberant quia luminis orbes. Aspicions coecum non posses credere: tanta Obscuris oculis admixta est gratia: felix Hoc vitium est, labesque oculorum profui arti, Vt magis ex imo veniens lux corde pateret. Nonnihil introrsum sese cavat utraque mala, Vtraque sulcatur rugis, sed utrique venustus Est pudor, in socia recipit qui sede pudorem. Errat apis circum divino satis in ore, Pierios paritura favos. Manus altera pelmam Alterius portat, baculus sustentat utramque, Viventi mos qualis erat: sed et arrigit auris Dextere se, Phoebum cupiens audire loquentem, Aut de Pierio nympham grege, volvere secum Multa animo manifesta fides: namque edita cura Ex adyto mentis nunc huc, nunc vertitur illuc, Texat ut armisonae Sirenis nobile carmen. e H.

Asinii Pollionis hoc Romae inventum. Diximus de eo in Auctorum Indice. Sed Isidorum audi, Origg. VI, 5: » Romae primus librorum copiam advexit Aemilius Paulus, Perse Macedonum rege devicto: deinde Lucullus e Parthica praeda. Post hos Caesar dedit M. Varroni negotium causa maxime bibliothecae conservandae. Primum autem Romae bibliothecas publicavit Pollio, graecas simul atque latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de Dalmatarum manubiis magnificentissimum instruxerat. e Haeo.

Bibliothecam dicando. Dedicando, consecrando, publici iuris faciendo. Plinius iunior I, epist. 8, meminit » sermonis eius, quem apud municipes suos habuit, bibliothecam dedicaturus. » Hard.

Rem publicam fecit. Publici iuris fecit Hard.

priores coeperint Alexandriae et Pergami reges, qui bibliothecas magno certamine instituere, non facile dixerim. Imaginum amore flagrasse quondam testes sunt et Atticus ille Ciceronis, edito de his volumine, et Marcus Varro benignissimo invento, insertis voluminum suorum fecunditati, non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed et aliquo modo imaginibus: non passus intercidere figuras, aut vetustatem aevi contra homines valere, inventor muneris etiam diis invidiosi, quando immortalitatem non so-

An priores coeperint. Scribit Galen, Comm. I in Hipp. de Natura hum. inter Alexandriae et Pergami reges, contentionem fuisse, quis plura veterum volumina compararet. Tum vero multos ab hominibus pecuniae avidis falsis auctorum nominibus libros inscriptos esse, quo vetustatis plurimum iis et auctoritatis accederet. In Pergamensi bibliotheca fuisse ducenta voluminum millia, auctor est Plutarch. in Antonio. In Alexandrina, usque ad septingenta, Gellius VI, cap. ult. sub finem. Conflagravit ea casu bello civili, quum Caesar in urbe ipsa Alexandria bellum cum incolis gereret. H.

Non facile dixerim. Antecessit horum aetatem Aristotelis ac Theophrasti cura in bibliotheca adornanda, a Neleo deinde Corisci filio coëmpta: a quo postea libros eos mercatus Ptolemaeus Philadelphus, Alexandriam transtulit, teste Athenaeo, I, pag. 3. Clearchi quoque primi Heracleae Ponticae tyranni, eius qui Platonis et Isocratis auditor fuit: is enim bibliothecam struxit, quam laudat impense Memnon apud Photium, cod. 224. Hard.

Imaginum amore flagrasse quondam. Brot. ex Dalec. cod. *flagrasse quosdam*; alit. emendandum est, *amorem*, ut Gron. aliique ediderunt, nisi quis *homines quosdam* subintelligi velit. Ed. P.

Edito de his volumine. De imaginibus quae solerent in bibliothecis collocari. Volumen illud a Cicerone scriptum, cui nomen fecit *Atticus*, penitus intercidit. H. — *Atticus ille Ciceronis.* Non est Ciceronis cuiusdam libri titulus, ut eruditus vir commentus est, sed Pomponius ipse Atticus, Ciceronis *amicus*, ut iam Brot. vidit. Sic *Agrippina Claudii*, subintell. *uxor*; neque Nostro ita infrequens locutio, quae Graecis usitatissima. Ed. P.

Benignissimo invento. Inventum illud sane fuit, ut imagines in Varronianis libris calamo delineatae viderentur. Brot.

Inventione muneris etiam diis invidiosus (sic prius). Melius in cod. *inventor muneris etiam diis invidiosi.* Pint.

Immortalitatem. Augustis suis principibus immortalitatem, hoc est, famam sempiternam, Veteres optavere. Sic in nummo Claudii Gothici, ex aere minimo, in Cimelio D. Abbatis Fauvel sic inscripto: DIVO C CIVS AIO: legebamus iam olim DIVO *Clau-*

lum dedit, verum etiam in omnes terras misit, ut praesentes esse ubique et claudi possent.

III. (III.) Et hoc quidem alienis ille praestitit. Suorum vero clypeos in sacro vel publico privatim dicare primus instituit (ut reperio) Appius Claudius, qui consul cum Servilio fuit anno Vrbis CCLIX. Posuit enim in Bellonae aede maiores suos: placuitque in excelso spectari, et titulos honorum legi. Decora res, utique si liberorum parvulis imaginibus ceu nidum aliquem sobolis pariter ostendat: quales clypeos nemo non gaudens favensque aspicit.

IV. Post eum M. Aemilius, collega in consulatu Quinti Lutatii, non in basilica modo Aemilia, verum et domi suae posuit, id quoque Martio exemplo.

dio CIVI *Suo Arelatenses Immortalitatem Optant*: quem in allo numismate dixere iidem frui iam AEQVIS OPTIMORVM MERITORVM. H.

Et claudi possent. Quidam MSS. *ubique credi possent.* Male. *Claudi* hic est, in bibliothecis detineri, asservari, includi virorum summorum imagines: qui ope picturae non modo esse praesentes ubique subiode possint: sed et simul ubique claudi. H. — *Claudi.* Brot. ex MSS. Regg. et edit. princ. *ubique et credi possent.* Ed. P.

III. *Appius Claudius.* Appius Claudius Sabinus, qui prius Clausus vocabatur, gessit consulatum eo anno cum P. Servilio Prisco. Auctor Livius II. In clypeorum porro eiusmodi dedicationibus epulas dari civibus solitas docent inscriptiones aliquot veteres, apud Grut. pag. 444 et 496. Hard.

In Bellonae aede. Regione nona Vrbis: »Aedes Bellonae versus portam Carmentalem«: ante hanc aedem columna index belli inferendi. » P. Victor. Hard.

Vtique. Ita sane, si liberorum parvae imagines in eodem clypeo depictae simul ostendant quasi nidum aliquem sobolis: quae clypeorum forma est iucundissima visu. H. — *Si liberorum parvulis.* Gronov. et al. ante Hard. *si liberorum turba parvulis*, etc. Ed. P.

IV. *M. Aemilius.* M. Aemilius Lepidus, Lepidi triumviri pater, gessit consulatum, Syllanis fere temporibus (nam acta Syllae rescindere conatus est, Q. Lutatio Catulo contra obsistente) an. V. 671. De eius obitu dictum est supra lib. VII, cap. 36. H.

Basilica modo Aemilia. Basilica haec vetus Pauli Aemilii fuit, in quarta Vrbis regione. Sed et in nova quoque, quae in octava fuit, clypeos appensos eiusmodi fuisse nummi docent, quos XXXVI, 24, laudaturi sumus, ubi de nova Pauli basilica dicemus. Hard.

Martio exemplo. Bellico. Cave Mar-

Digitized by Google

Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum continebantur imagines: unde et nomen habuere clypeorum: non ut perversa grammaticorum subtilitas voluit a eluendo. Origo plena virtutis, faciem reddi in scuto cuiusque, qui fuerit usus illo. Poeni ex auro factitavere et clypeos, et imagines, secumque in castris tulere. Certe captis eis talem Asdrubalis invenit Marcius, Scipionum in Hispania ultor: isque clypeus supra fores Capitolinae aedis usque ad in-

cii exemplo interpretere, de quo paullo post agitur: sed bellico exemplo intellige, hoc est, originem eius rei a bello usque Troiano petitam. Hand.

Continebantur imagines. Quales in Achillis clypeo ab Homero prolixe describuntur, Il. Σ, v. 478 sqq. Et in Aeneae scuto similiter, a Marone, Aen. VIII. Vel potius imago vultus eius, cuius erat scutum, thorace tenus depicta: Trebellius Pollio, in Claudio Gothico, p. 203: «Illi clypeus aureus, vel, ut grammatici loquuntur, clypeum aureum senatus totius iudicio, in romana curia collocatum est, ut etiam nunc videtur: expressa thorace vultus eius imago.» Hand.

Unde et nomen habuere clypeorum. Vult clypeos dici, quasi *glypeos*, ἀπὸ τοῦ γλύφειν, quod est sculpere, quod caelentur insculptis imaginibus. Sosipater Charisius Inst. Gramm. I, pag. 59: «Clypeus masculino in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait: neutro autem genere imaginem significat.» Plinius Dubii Sermonis secundo, indistincto genere dici ait, sed littera differre, ut pugnatorium per *i* clipeum dicamus, quod est a *clipeo*, id est, caelare dictum: imaginem vero per *u* clupeum, a *eluendo*. Sed haec differentia nihil displicet propter communionem *i* et *u* litterarum: nam et maximus dicimus, et maxumus: et optimus, et optumus: nec tamen ulla differentia secernimus.» Hand.

A eluendo. Id est, pugnando. Inde fit clypeare, armare, e tanquam clypeo tegere, ut et galeare. Pacuvius in Hermione apud Nonium: «Currum linquit, chlamyde astu contorta clypeat brachium.» Servius putat ἀπὸ τοῦ κλέπτειν, quod tegerent et celarent corpus, clypeos dictos. Dan.

Marcius. L. Marcius, de quo II, 3, diximus. Hoc loco praenomen codices MSS. non exhibent: editi libri perperam Quinti praefixere. De hoc L. Marcio, vide Livium, XXV, p. 276 sqq. ubi haec Livius: «Apud omnes magnum nomen L. Marcii ducis est.., monumentumque victoriae eius de Poenis usque ad incensum Capitolium fuisse in templo clypeum, Marcium appellatum, cum imagine Asdrubalis.» Hand.

Scipionum. Cnei et Publii, qui adversus Asdrubalem decertantes, in Hispania obierunt. Vide Livium, XXV, pag. 276; Val. Max. VIII, 15, n. 11. Hand.

cendium primum fuit. Maiorum quidem nostrorum tanta securitas in ea re annotatur, ut L. Manlio, Qu. Fulvio coss. anno Vrbis DLXXV M. Aufidius tutelae Capitolii redemptor, docuerit patres argenteos esse clypeos, qui pro aereis per aliquot iam lustra assignabantur.

V. De picturae initiis incerta, nec instituti operis quaestio est. Aegyptii sex millibus annorum apud ipsos inventam, priusquam in Graeciam transiret, affirmant, vana praedicatione, ut palam est. Graeci autem alii Sicyone, alii apud Corinthios repertam, omnes umbra hominis lineis circumducta. Itaque talem

Ad incendium primum. Syllanis temporibus, bello civili, ut diximus, XXXIII, 5. Ex Fulvio consule, qui postea memoratur, genus traxit et Fulvia Plautilla Aug. Antonini Severi Aug coniux; et Augusti duo fratres, Fulvius Iulius Quietus, et Fulvius Iulius Macrianus. Sic enim ille in nummo graeco inscribitur, qui est apud D de Bose: ΑΥΓ. ΦΟΥΛ. ΙΟΥ. ΚΥΗΤΟϹ C. hoc est, Σεβαστός. Iste, ΑΥΓ. Φ ΙΟΥΛ ΜΑΚΡΙΑΝΟϹ. Ε. ϹΕΒ. Εὐσεβὴς Σεβαστός, *Pius Aug.* Hard.

Tutelae capitolio redemptor. Qui certo pretio Capitolii tutelam susceperat, ut illud sartum tectum, integrumque tueretur. Liv. XXIV, pag. 254: «Quum censores ob inopiam aerarii se iam locationibus abstinerent aedium sacrarum tuandarum, etc.» Hard.

Docuerit. Senatores admonuerit, clypeos argenteos esse, qui aerei dumtaxat a censoribus, qui lustra faciebant, aestimabantur. H.

Argenteos. Fuit praeterea aliud clypeorum genus, quod nimirum muneris loco mittebatur Principibus vel Augustis. Eiusmodi ille fuit «aureus magnus, pondo minarum mille, a quem Simon Iudas Macchabaei frater populo romano misit, «ad statuendam cum eis societatem a, 1, Macch. XIV, 24. Pondus id fuit centum millium denariorum argenteorum. Eiusdem generis clypeos videre est pictos in nummo Antonini Pii ex aere magno in Gaza Regia, et apud Angeloni, p. 471, ex aere mediocri in Museo nostro. Clypei duo sunt insigni arte elaborati. Hinc S. inde C. *Senatusconsulto.* Infra ANCILIA. Haec esse *arma caelestia*, sive caelo lapsa, magna fabulositate quidam finxerunt. Hic certe non sunt. Nam quid ad Antoninum arma caelestia pertinent? Sententia hic latet totidem vocum, quot sunt litterae: «Augures Narbonenses Clypeos Insignes Legaverunt Imperatori Antonino.» De huiusmodi clypeis dicemus adhuc inferius Hard.

V. *Graeci autem alii Sicyone.* Idem Plinius inferius, cap. 40, de pictore Pausia: Sicyone et hic vitam egit, diuque fuit illa patria picturae.» H.

Omnes. Omnes initia picturae in hoc posita esse aiunt, ut umbra ho-

primam fuisse: secundam singulis coloribus, et monochromaton dictam, postquam operosior inventa erat: duratque talis etiam nunc. Inventam linearem dicunt a Philocle Aegyptio, vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius, et Telephanes Sicyonius, sine ullo etiamnum colore, iam tamen spargentes lineas intus. Ideo et quos pingerent, ad-

minie, aut alterius similiter rei lineis tantummodo describeretur sine ullo colore: idem ferme tradit Athenagoras in legat. pro Christ. auctoremque eius picturae Sauriam quemdam nominat. pag. 16: Καὶ σκιαγραφίας μὲν εὑρηθείσης ὑπὸ Σαυρίου, ἵππον ἐν ἡλίῳ περιγράψαντος. « Umbratilem enim picturem, equi umbra in sole circumscripta Saurias invenit. » Vetustissimam hanc picturam linearem σκιαγραφίαν vocant, quo nomine hodie designamus adumbrationem primam in picturae operibus, quae veluti initium est, exordiumque reliquorum. « Primis tantum lineis, » ut ait Quintilianus, IV, 2, pag. 517, illa constabat: atque, ut idem alibi, « lineas modo extremas umbrae, quam corpora in sole fecissent, circumscribebant. » Solebat hoc genus picturae *monogrammum* vocari, quod una simplicique linea constabat. Nonius, c. 1, n. 168: « Monogrammi dicti sunt homines macie pertenues ac decolores: tractum a pictura, quae prius quam coloribus corporatur, umbra fingitur. » Ad eam allusit picturam Cicero de Nat. Deor. II, quum monogrammos Deos vocat. Hard.

Secundam. Alterum hoc genus picturae, coloratum scilicet, sed colore unico, qui tabulae toti aequaliter inducitur. Hard.

Et monochromaton. Μονοχρώματον, vel μονόχροον, ab uno colore. Picturam hanc monochromaton Quintilianus appellat simplicem colorem, XII, 10, pag. 893: « Clari pictores fuisse dicuntur Polygnotus, atque Aglaophon, quorum simplex color tam sui studiosos adhuc habet, etc. » Monochromata Dalecampius cum monogrammis, quae fuere coloris expertia, male confundit. Hard.

Vel Cleanthe Corinthio. Alter hic e Cleanthe Corinthio, cuius picturas laudat Strabo, lib. VIII, pag. 343. Hard.

Etiamnum colore. Broter. ex MSS. Regg. et edit. principe, *etiamnum hi colore.* Ed. P.

Spargentes lineas intus. Altera haec linearis pictura est, rudiore illa perfectior, quae primo loco explicata est: nam illa lineis tantum fiebat comprehendentibus exteriorem pingendae rei ambitum: haec plurimas eddebat alias intus pro umbrae ratione sparsas. Nominetur haec alias etiam *graphis*, graeca imitatione. Vitruvius, I, 1, ubi loquitur de architecto: « Debere ait graphidos scientiam habere, quo facilius exemplaribus pictis, quam velit operis speciem, deformare valeat. » Neque enim solent exemplaria aedificiorum aliter, quam pictura lineari confici. Hoc vero inventum picturae linearia Cratoni Athenagoras attribuit, loco ante cit. Hard.

scribere institutum. Primus invenit eas colorare, testa, ut ferunt, trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuisse, quem tradit Cornelius Nepos sequutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Prisci romani regis patrem, fugientem a Corintho iniurias Cypseli tyranni, mox docebimus.

VI. Iam enim absoluta erat pictura etiam in Italia. Exstant certe hodieque antiquiores Vrbe picturae Ardeae in aedibus sacris, quibus equidem nullas aeque demiror tam longo aevo durantes in orbitate tecti, veluti recentes. Similiter Lanuvii, ubi Atalanta,

Adscribere institutum. Per initia adeo rudis pictura fuit, ut ex linea vultus hominis aut animalis agnosci non posset, nisi nomen adscriberetur. Aelianus Var. Histor. X, 10: Οὕτως ἄρα ἀτέχνως εἶχαζον τὰ ζῶα, ὥστε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας, τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος. Haan.

Primus invenit eas colorare, etc. Nimirum simplicissimus color conveniebat rudimentis artis: quandoquidem absolutissimi etiam artifices, Apelles et eius aetatis alii, non nisi quatuor coloribus pinxisse leguntur. Gelen.

Testa, ut ferunt, trita. Rubro igitur colore. Haan.

Cypseli. Qui Corinthiorum tyrannus fuit, Eetionis F. de quo Herod. Clio, I, n. 14, p. 6: Κύψελος ὁ Ἠετίωνος. Haan.

Docebimus. Cap. 43. Haan.

VI. *Quibus equidem nullas aeque.* Nempe nullas demiror aeque ac illas quae durant, etc. Hac loquendi formula iam Noster usus est, l. XXIV, c. 32: » Gutta aeque propoli ea aqua efficax, » id est, sunt pares guttae vires in usu medico, ac propoli. Sic Plautus in Amphitr. act. I, sc. 3, vs. 137: » nullus est hoc meticulosus aeque. » Eo. P.

In orbitate tecti, veluti recentes. Id sane merito Plinius miratur. Ars autem illa prorsus ignota est nostris pictoribus, quorum colores tam cito deleruntur; at notissima fuit antiquissimis pictoribus, siquidem P. Sicaru vidit in Aegypto picturas Ardeatinis picturis multo antiquiores, in eadem tecti orbitate, et splendidissimas. Immo et nota fuit in regionibus nunc barbaris. P. Marquette, quum anno 1673 fluvium *Mississipi* exploraret, et pervenisset ad altissimas rupes imminentes fluvio *Pekittanoui*, qui in priorem influit, vidit duo grandia monstra, visu horrenda, affabre tamen picta, coloribus viridi, rubro et subnigro, in hac ferme inaccessa rupium altitudine. Fuerene artes ibi excultae antiquissimis temporibus? Ipse vidi Romae, in Castro praetorio, multa monochromata, sub Imperatoribus romanis, quum adhuc vigerent artes, eleganter picta; licet tot abhinc saeculis aëris temporumque iniuriis obnoxia, adhuc tamen conspicua. Brot.

Lanuvii. In templo Innonis Sospitae quam illic colebant capite caprina

et Helena, cominus pictae sunt nudae ab eodem artifice, utraque excellentissima forma, sed altera ut virgo: ne ruinis quidem templi concussae. Caius princeps eas tollere conatus est, libidine accensus, si tectorii natura permisisset. Durant et Caere, antiquiores et ipsae: fatebiturque, quisquis eas diligenter aestimaverit, nullam artium celerius consummatam, quum Iliacis temporibus non fuisse eam appareat.

VII. (IV.) Apud Romanos quoque honos mature huic arti contigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabii clarissimae gentis, princepsque

pelle tecto, qualis eius imago signata est in quodam romano denario, additis his literis I. S. M. R. id est, Iuno Sospita, vel, ut est apud Festum, Sispita, Magna Regina. Eius praeterea simulacrum hastatum et scutatum cum repandis caleeis fuisse tradit Cicero lib. de Nat. Deor. Vasinvs.

Atalanta, et Helena. Haec belli Troiani causa; illa apri Aetoliam devastantis, ut ferunt fabulae, vulneratrix: a Meleagro deinde adamata. H. — Brot. *Atalante.* Ed. P.

Cominus pictae. Pictae ut cominus aspiciantur; quod maiorem artis diligentiam postulat: quae magna debuit esse, quum utraque esset excellentissima forma, et distingueretur virgo. Haec autem erat Atalanta. Brot.

Caius princeps. Sic codices nostri omnes ac Pintianus. Ex inepta superiorum vocum repetitione, fecerant Plinii editores, a Pontius legatus Caii Principis. a Haso.

Durant et Caere. Vrbe Etruriae, de qua lib. III, in Geographicis. H. — Quae dicitur nunc *Cerveteri*. Mox Brot. *antiquiores ipsae*, omissa nempe copula. Ed. P.

Quum Iliacis temporibus. Quibus temporibus in Achillis clypeo caelaturam exstitisse vidimus paullo ante. H. — *Non fuisse eam.* Picturam fuisse Iliacis temporibus non constat Graecorum libris: at eam multo antiquiorem fuisse constat Aegyptiorum monumentis. Ars ergo non fuit adeo celeriter consummata. Brot.

VII. *Pictorum.* Caput princepsque gentis C. Fabius, M. F. qui primus Pictor e re ipsa cognominatus, quod aedem Salutis pinxit, quam C. Iunius Bubulcus censor locarat dedicaratque an. V. 450, quum eam consul Samnitium bello vovisset. Auctor Livius, X, pag. 170. Filius ei fuit C. Fabius Pictor, qui post annos XXXV in consulatu nummum argenteum primo cudi iussit, ut diximus XXXIII, 43, an. V. 485. Ex hac ortum familia constat Q. Fabium Pictorem, quem in Auctorum Indice, Romanorum omnium historiae conditorem antiquissimum esse diximus. Post cladem Cannensem, quae contigit ann. V. 538, missus est Delphos ad Apollinem legatus. Vide de tota ea Pictorum familia plura apud Gr. Ioh.

eius, cognominis ipse, aedem Salutis pinxit anno Vrbis conditae CCCCL, quae pictura duravit ad nostram memoriam, aede Claudii principatu exusta. Proxime celebrata est, in foro boario aede Herculis, Pacuvii poëtae pictura. Ennii sorore genitus hic fuit: clarioremque eam artem Romae fecit gloria scenae. Postea non est spectata honestis manibus: nisi forte quis Turpilium equitem romanum e Venetia nostrae aetatis velit referre, hodieque pulchris eius operibus Veronae exstantibus. Laeva is manu pinxit, quod de nullo ante memoratur. Parvis gloriabatur tabellis; exstinctus nuper in longa senecta, Antistius Labeo praetorius, etiam proconsulatu provinciae Narbonensis functus. Sed ea res in risu et contumelia erat. Fuit et principum virorum non omittendum de pictura celebre consilium. Qu. Pedius nepos Qu. Pedii consularis triumphalisque, a Caesare dictatore cohaeredis Augusto dati, quum natura mutus esset, eum Messala orator, ex cuius familia pueri avia erat, picturam docendum censuit, idque etiam divus Augustus comprobavit. Puer magni profectus in ea arte

Vossium de Hist. Lat. I, 3. Hard.

Aedem Salutis. Regione Vrbis sexta: » Templum Salutis in colle Quirinale, » inquit P. Victor in dese. Romae. Hard.

In foro boario. P. Victor, regione Vrbis octava: » Forum Boarium... Aedes Herculis Victoris... in foro boario, cognomine rotunda et parva. » Hard.

Pacuvii poëtae pictura. A Pacuvio poëta, eodemque pictore elaborata. Hard.

Ennii. Numantini belli temporibus claruit, » Tragoediae scriptor clarissimus, gravitate sententiarum, verborum pondere, et auctoritate personarum, » ait Fabius, X, 1. H.

Postea non est spectata. Post illud tempus non est animadversum artem eam tractari honestorum virorum manibus. H.—Mox Brot. ex Regg. codd. 2, 3, et ed. princ. *nostrae aetatis e Venetia.* Ed. P.

Antistius Labeo. Dixi de eo in auctorum Indice. Hard.

Nepos Qu. Pedii. Qui sorore C. Iul. Caesaris prognatus consulatum cum Octavio consobrino gessit, Hirtio et Pansa apud Mutinam caesis: haereditatisque Caesarianae parte sua Octavio cessit. Hoc de eo referunt

obiit. Dignatio autem praecipua Romae increvit, ut existimo, a M. Valerio Max. Messala, qui princeps tabulam picturae praelii, quo Carthaginienses et Hieronem in Sicilia devicerat, proposuit in latere Curiae Hostiliae, anno ab Vrbe condita cccccxc. Fecit hoc idem et L. Scipio, tabulamque victoriae suae Asiaticae in Capitolio posuit: idque aegrè tulisse fratrem Africanum tradunt, haud immerito, quando filius eius in illo praelio captus fuerat. Non dissimilem offensionem et Aemiliani subiit Lucius Hostilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat, situm eius oppugnationesque depictas proponendo in foro, et ipse adsistens populo spectanti singula enarrando: qua comitate proximis comitiis consulatum adeptus est. Habuit et scena ludis Claudii

Tullius, Paterculus, Suetonius, Appianus, Dio. Hard.

A. M. Valerio Max. Messala. Ann. Vrbis 490, M. Valerius Maximus, et M. Otacilius Crassus consules creati adversus Hieronem, et Poenos missi, feliciter res gesserunt, multis oppidis mediterraneis aut receptis, aut expugnatis. In ea expeditione Messala capta, Valerius Messala cognominatus est. Dal. — *Qui princeps.* Broter. ex Reg. cod. 5 et edit. principe, *quum princeps.* Ed. P.

Curiae. P. Victor in descript. Romae, regione secunda: « Regia Tulli Hostilii, templumque, quod is in Curiam redegit, ordine a se aucto, id est, Patribus minorum gentium. » Hard.

Anno. Ante Parilia anni 494, ut disimus VII, 60. Hard.

L. Scipio. Asiaticus, Africani prioris frater. Hard.

Quando filius eius. Africani scilicet. Vide Livium, XXXVII, pag. 479, et Val. Max. II, 10, n. 2. pag. 134. Hunc a militibus interceptum rex Antiochus, bello quod cum Romanis gerebat, honoratissime excepit, regiisque muneribus donatum, ultro et celeriter patri remisit. H. — *Quando.* Gron. et al. *quoniam.* Ed. P.

Aemiliani. Scipionis Africani sequentis, qui ab Aemilia coniuge, Aemilii Pauli filia dictus est Aemilianus, ut Domitianus a Domitia, et alii similiter. Hard.

Consulatum adeptus est. Cum M. Aemilio Lepido, Vrbis anno 609, quum anno superiore 608 capta Carthago esset. Is est Hostilius Mancinus, qui Numantinis deditus iussu senatus, a suis desertus ante Numantiae portas, nec receptus ab hostibus, illacrymabile utrisque spectaculum praebuit, ut ait Orosius, V, 4. Hard.

Ludis. De his ludis, ornatuque picturarum, Val. Max. II, 4, n. 6, pag. 99: « C. Pulcher scenam varietate colorum adumbravit, vacuis ante pi-

Pulchri magnam admirationem picturae, quum ad tegularum similitudinem corvi decepti imagine advolarent.

VIII. Tabulis autem externis auctoritatem Romae publice fecit primus omnium Lucius Mummius, cui cognomen Achaici victoria dedit: namque quum in praeda vendenda, rex Attalus $\overline{\text{VI}}$ sestertium emisset tabulam Aristidae, Liberum patrem, pretium miratus, suspicatusque aliquid in ea virtutis, quod ipse nesciret, revocavit tabulam, Attalo multum

ctura tabulis extentam. » Hard. — *Ludis Claudii Pulchri.* Ann. V. C. 654. Ed. P.

VIII. *Rex Attalus VI millia sestertium emisset Aristidis tabulam Liberum patrem continentem:* (sic prius). Voss. « in praeda vendenda rex Atalia XVI, emisset tabulam Aristides Liberum patrem pretio miratus. » Dictat certe, *denarium sex millibus.* At eadem de re lib. VII, 38: « Aristidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus est. » Vbi si valere altera summa debet, scribendum, « unam tabulam talento licitatus est. » Quod si verius pretium est centum talenta (nam et hoc capite infra ubi de operibus eiusdem Thebani agit, « qua in arte valuit ita, ut Attalus rex unam tabulam eius centum talentis emisse tradatur), » hic, « denarium sexcentis millibus » reponendum, ut secum Plinius concordet. Etenim talentum sine alia descriptione, et talentum Atticum, sex millia denarium vel drachmum, Varrone, Plinio, Verrio Flacco, Servio testibus, viginti quatuor sestertia Seneca et Prisciano: decem talenta, denarium vel drachmum sexaginta millia, sestertia ducenta quadraginta: centum talenta, denarium drachmumve sexcenta millia, sestertium quater et vicies. Vulgo praeterea liber optimus: *tabulam Aristidae Liberum Patrem,* sine τῷ *continentem,* quod et alii nostri tres aspernantur et liber Pintiani. Dicitur enim per epexegesin, quam vulgo *appositionem* vocant: « Liber Pater, tabula Aristidae. » Sic lib. XXXV, 11: « Eodem tempore fuit et Cydias, cuius tabulam Argonautas H-S. CXLIV Hortensius orator mercatus est. » *Pretio* quoque forsan retinendum, ut legas: « Namque quum in praeda vendenda rex Attalus denarium sex millium (sive malis *sexcentorum millium*) emisset tabulam Aristidae Liberum Patrem pretio, miratus suspicatusque aliquid in ea virtutis, quod ipse nesciret, etc. » Gron. — *$\overline{\text{VI}}$ sestertium.* Hoc est, sexies centenis sestertium millibus. Hard. — *$\overline{\text{VI}}$ sestertium.* Brot. ex Voss. post Gronovium, et Plinii loc. sup. laud. *Attalus distraxisset, et X. $\overline{\text{VI}}$ emisset,* hoc est, denarium sexcentis millibus, seu gallicae monetae libb. 456,875. Ed. P.

Quod ipse nesciret. L. Mummius, qui Corinthum diruit, « tam rudis fuit, inquit Velleius, I, p. 5, ut capta

querente, et in Cereris delubro posuit, quam primam arbitror picturam externam Romae publicatam. Deinde video et in foro positas vulgo. Hinc enim ille Crassi oratoris lepos agentis sub Veteribus, quum testis compellatus instaret: Dic ergo, Crasse, qualem me reris? Talem, inquit, ostendens in tabula pictum inficetissime Gallum exserentem linguam. In foro fuit et illa pastoris senis cum baculo, de qua Teutonorum legatus respondit, interrogatus, quanti eum aestimaret, sibi donari nolle talem vivum, verumque.

Corintho, quum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas in Italiam portandas locaret, iuberet praedici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros.» Haan.

Et in Cereris delubro. Regione Vrbis undecima. Hard.

Ille Crassi oratoris lepos. Simile plane quod de C. Iul. Caesare narratur a Tullio, de Orat. II, n. 266: «Vt meum illud, inquit Caesar, in Helmium Manciam: Iam ostendam cuiusmodi sis: quum ille, Ostende quaeso: demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico, sub Novis, distortum, eiecta lingua, buccis fluentibus. Risus est commotus; nihil tam Manciae simile visum est.» Et a Fabio, Instit. VI, 3, pag. 472: «Vt fecit C. Iulius, qui quum Helmio Manciae saepius obstrepenti sibi diceret: Iam ostendam qualis sit: isque plane instaret interrogatione, qualem se tandem ostensurus esset, digito demonstravit imaginem Galli in scuto Mariano Cimbrico pictam, cui Mancia tum simillimus est visus. Tabernae autem erant circa forum, ac scutum illud signi gratia positum.» Hard.

Agentis sub Veteribus. Partem fori eam aiunt fuisse, in qua qui pecuniam foenori dabant, accipiebantve, consistebant et versabantur. Tabernas veteres legimus apud Plautum, in quibus mensarii, sive mensularii, sive collybistae, sive argentarii, argentariam permutationem, negotiaque maiora exercebant. Alii: *sub veteribus rostris.* Dalec. — *Sub Veteribus.* Tabernis scilicet circa forum positis, uti non modo ex Fabii allato proxime loco coniicimus, sed etiam ex Livio, III, pag. 58: «Prope Cloacinae, ad Tabernas, quibus nunc Novis est nomen.» Sub his, non sub Veteribus, id a Iul. Caesare dictum fuisse, Tullius est auctor. Non debent hic Rostra vetera intelligi, quanquam pro *Rostris Veteribus* laudatum a Druso Augustum, apud Tranquillum legimus, cap. 6, sed Meniana Vetera, de quibus nos iterum inferius, cap. 37. Ibi et Curias Veteres fuisse suspicamur: de quibus Varro de Ling. Lat. «Curiae duorum generum: nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut Curiae veteres: et ubi senatus humanas, ubi Curia Hostilia fuit.» Et Livius, XLIV, pag. 566: «Aedes P. Africani pone Veteres ad Vortu-

IX. Sed praecipuam auctoritatem fecit publice tabulis Caesar dictator, Aiace et Medea ante Veneris Genetricis aedem dicatis. Post eum M. Agrippa, vir rusticitati propior quam deliciis. Exstat certe eius oratio magnifica, et maximo civium digna, de tabulis omnibus signisque publicandis: quod fieri satius fuisset, quam in villarum exsilia pelli. Verum eadem illa torvitas tabulas duas Aiacis et Veneris mercata est a Cyzicenis x. III. In Thermarum quoque calidissima parte marmoribus incluserat parvas tabellas, paulo ante quum reficerentur, sublatas.

X. Super omnes divus Augustus in foro suo celeberrima in parte posuit tabulas duas, quae belli pictam faciem habent et triumphum. Idem Castores ac Victoriam posuit, et quas dicemus sub artificum

mni signum. » Fuit porro Vortumni aedes in octava regione, in qua et Forum et Rostra, ex P. Victore. H.

IX. *Aiace et Medea.* Attigit hoc iam antea Plinius, VII, 39, ubi duas illas tabulas a Caesare dictatore emptas octoginta talentis, seu Gallicae monetae, ut ait Brot. libris 373,500. Ed. P.

Ante Veneris Genetricis aedem. Regione Vrbis octava. Quid sit *Venus Genetrix* diximus ad lib. II, p. 89. Hasd.

Signisque publicandis. In publico exponendis. Hasd.

X. III. Ita MSS. omnes. Hoc est, denarium tribus millibus: sive quod idem est, sertertium duodenis millibus. H. — *X III.* Brot. superposita lineola, *X. III*, hoc est, ter centenis denarium millius, seu Gallicae monetae libris 228,437. Ed. P.

In Thermarum, etc. Thermae sunt Agrippae, quae in regione Vrbis nona fuere. Brot.

X. *In foro.* Forum Augusti, in regione Vrbis octava. Hasd. — Vet. apud Dalec. *in fori sui cel. parte.* Ed. P.

Belli pictam faciem habent et triumphum. Post victoriam Actiacam. De hisce tabulis totoque triumphi apparatu Dio, LI, pag. 459. H. — *Belli faciem pictam.* Sic MSS. Regg. et edit. princeps. Duae illae tabulae erant Apellis, ut infra dicetur c. 36. De belli autem tabula Servius: « In foro Augusti introëuntibus, ad sinistram fuit bellum pictum, et Furor sedens super arma, aenels vinctus, eo habitu quo poëta dixit. Illam enim tabulam Virgilius expressit Aeneid. I, 294: « dirae ferro et compagibus arctis Claudentur belli portae. Furor impius intus Saeva sedens super arma, et centum vinctus ahenis Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento. » Altera tabula erat Alexander in curru triumphans. Brot.

mentione, in templo Caesaris patris. Idem in Curia quoque, quam in Comitio consecrabat, duas tabulas impressit parieti: Nemeam sedentem supra leonem, palmigeram ipsam, adstante cum baculo sene, cuius supra caput tabula bigae dependet. Nicias scripsit se inussisse: tali enim usus est verbo. Alterius tabulae admiratio est, puberem filium seni patri similem esse, salva aetatis differentia, supervolante aquila draconem complexa. Philochares hoc suum opus esse testatus est: immensa, vel unam si quis tantum hanc tabulam aestimet, potentia artis, quum propter Philocharem, ignobilissimos alioqui Glaucionem filiumque eius Aristippum, senatus populusque romanus tot saeculis spectet. Posuit et Tiberius Caesar minime comis imperator, in templo ipsius Augusti, quas mox indicabimus.

XI. (v.) Hactenus dictum sit de dignitate artis mo-

In templo Caesaris. P. Victor in descript. Romae, regione octava: « Templum Julii Caesaris in Foro. » Hard.

In Comitio. Comitium, inquit Asconius in III contra Verrem, locus est prope senatum, quo coire equitibus et populo rom. licet. Hard.

Nemeam. Νεμέα silva Peloponnesi fuit, in qua leonem Hercules interfecit: unde Nemeaea sacra postea celebrata. Vt porro urbes ipsa ac regiones, sic muliebri statu habituque silvas antiqui pinxere, cum insigni aliquo: ut exempli gratia, Nemeam cum palma, ac leone. Pictam ab Aristophonte Nemeam, quae Alcibiadem in complexu suo teneret, prodidit Plutarch. in Alcibiade, pag. 199. Hard.

Nicias. Pictor Atheniensis, de quo inferius, c. 40. Hard.

Inussisse. Hoc est, pinxisse encaustica ratione, de qua dicemus infra cap. 39. Inscripsit is igitur geminae huic tabulae suum nomen in hunc modum: Ο ΝΙΚΙΑΣ ΕΝΕΚΑΥΣΕΝ. Atque adeo a tribus operibus, quae absoluta fuisse inscripta, ILLA FECIT, indicavit praefatio ad Titum, duo haec sunt Niciae: tertium Lysippi, de quo inferius, cap. 39. Hard.

Philochares. Φιλοχάρης. H.

Glaucionem. Pictos in ea tabula: homines caeteroqui ignobiles: quorum laus tota ab ea pictura, commendatioque petitur. Cave Aristippum existimes philosophum eum Cyrenaeum esse, cuius vitam Laërtius describit, II, 49, quum huius patrem Suidas Αρετάδην vocet. Hard.

Quas mox indicabimus. Cap. 40 huj. lib. Hard.

rientis. Quibus coloribus singulis primi pinxissent, diximus, quum de pigmentis traderemus in metallis. Qui monochromatea genera picturae vocaverint, qui deinde, et quae quibus temporibus invenerint, dicemus in mentione artificum, quoniam indicare naturas colorum, causa instituti operis prior est. Tandem se ars ipsa distinxit, et invenit lumen atque umbras, differentia colorum alterna vice sese excitante. Deinde adiectus est splendor, alius hic quam lumen: quem quia inter hoc et umbram esset, appellaverunt tonon: commissuras vero colorum et transitus, harmogen.

XI. *Quibus coloribus singulis.* Cinnabari, minio Ephesio, rubrica, sinopide, ut dictum est, XXXIII, 39. Haan.

Monochromatea genéra. Haec genera tabularum uno colore picta nobis hodie dicuntur, *camaieux.* Ed. P.

Et quae quibus temporibus, etc. Broter. ea Regg. codd. et edit. principe, *et quae invenerint, et quibus temporibus.* Ed. P.

Lumen. Haec propria pictorum vocabula; opacitas, quae atro colore efficitur, umbra: claritas, quae candido colore praestatur, lumen. Dal. — Nobis quoque, *les ombres, la lumière.* Ed. P.

Differentia colorum alterna vice sese excitante. Diversis coloribus alternatim se excitantibus. His verbis signat se iam non de monochromatis picturis amplius agere, sed de polychromatis. Quod Latini aiunt, umbris in pictura colorum claritatem excitari, Galli sic reddunt: *les ombres d'une peinture rehaussent l'éclat des couleurs.* Haan.

Splendor. Coloris vigor: graece τόνος. Est enim in omnibus coloribus languor quidam in defectu, cui oppositus est vigor, feriens ac percellens oculos acrimonia coloris. A luce et colore plurimum differt. Nam quum lux conficiatur albo, hic fit suo genere coloris etiam in monochromatis picturis: in rubris rubro, in caeruleis caeruleo. Nec tamen rubrum tantum est, aut caeruleum: sed huius illiusque quoddam veluti fastigium, quum validius intenduntur, vegetumque fulgorem accipiunt. Atque illud fuit post nativos colores demum, post lucem umbramque inventum, singulari praeparatione, purificatione, mixtione, uniusque cum altero colore inductione erudita, quam falsationem vulgo vocant. Ita fere Schefferus, lib. de Arte pingendi, p. 138. Haan.

Alius hic quam lumen. Non igitur luminis intensio est, ut Vossio placuit, Iunioque: maxime quum Plinio teste *inter hoc*, id est, inter lumen, *umbramque sit*: nam quod est inter utrumque, ea his alterum essa non potest, nedum alterius intensio, sive incrementum. H. — *Appellaverunt tonon.* Nos quoque dicimus, *le ton.* Br.

Commissuras. Incisuras vocavit

XII. (VI.) Sunt autem colores austeri, aut floridi. Vtrumque natura, aut mixtura evenit. Floridi sunt, quos dominus pingenti praestat, minium, Armenium, cinnabaris, chrysocolla, Indicum, purpurissum. Caeteri austeri. Ex omnibus alii nascuntur, alii fiunt. Nascuntur sinopis rubrica, paraetonium, melinum, Eretria, auripigmentum. Caeteri finguntur, primumque quos in metallis diximus. Praeterea e vilioribus, ochra, cerussa usta, sandaracha, sandix, Syricum, atramentum.

XXXIII, cap. ultim. nunc cum Graecis ἁρμογήν. Consistit in eo haec commissura, ut unus color cum altero apte committatur, ut paulatim minuantur, misceanturque sic, ut transire unus in alterum in confinio videatur. Quod nisi apte fiat, neque luci, neque umbrae sua ratio constabit. Hard. — *Harmogen.* Harmoge illa, nobis quoque est *l'harmonie.* Brot.

XII. *Austeri.* Austerum colorem Graeci vocant τὸ βαρὺ καὶ πικρὸν χρῶμα. Galli, *couleur chargée, foncée, qui n'a point d'éclat.* Floridum illi, ὀξὺ χρῶμα, isti *couleur vive, éclatante.* Hard.

Quos dominus pingenti praestat. Qui picturam, seu tabulam faciendam locat. Hic colores qui modo appellantur, emebat de suo, praestabatque pictori, propter magnitudinem pretii. Hard.

Indicum, purpurissum. Vt Indicum spuma est innatans cortinis, in quibus glastum coquitur pannis tingendis, sic purpurissum spuma est collecta effervescente purpura, quum es ea tinctura conficitur. Loco purpurissi pictores nunc utuntur lacca mixta cum caerulea. Dal.

Ex omnibus alii nascuntur, alii fiunt. Alii, inquit, colores nativi sunt, alii fictitii. Transcripsit hunc locum ex Plinio Isidorus, XIX; ex Isidoro Papias, in Vocabulario, sed uterque mendose: « Colores autem aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur, ut sinopia, rubrica, paraetonium, melinum, fretia (Papias, *frecia*), auripigmentum. » Vbi nemo non intelligit vocem esse nihil *fretia* pro *Eretria*, amanuensium vitio substitutam. Hard.

Nascuntur sinopis, rubrica, etc. Is. XIX, 17. Hard.

Quos in metallis diximus. Vt aerugo, de qua superiore libro egimus. Hard.

Praeterea e vilioribus, ochra. Legendum ex vet. cod. « Praeterea e vilioribus ochra usta, rubrica: cerussa, sandya, scyricum: sandaracha: atramentum. » Ochra quidem nativa prorsus est, quod aperte Victorius testatur: verum ex ea fit rubricae genus, ut ex cerussa sandyx et scyricum. Dal.

Cerussa. Quae et adulterina sandaracha tum appellatur, ut dicetur cap. 22. Hard.

XIII. Sinopis inventa est primum in Ponto: inde nomen a Sinope urbe. Nascitur et in Aegypto, Balearibus, Africa: sed optima in Lemno, et in Cappadocia, effossa e speluncis. Quae saxis adhaesit, excellit. Glebis suus colos, extra maculosus: hacque usi sunt veteres ad splendorem. Species sinopidis tres, rubra, et minus rubens, et inter has media. Pretium optime in libras x. III. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Eius, quae ex Africa venit, octoni asses: cicerculum appellant. Quae magis caeteris rubet, utilior abacis. Idem pretium eius, quae pressior vocatur, et est maxime fusca. Vsus eius ad bases abacorum. In medicina vero blandus, em-

XIII. *Sinopis inventa est* Rubricam sinopicam μίλτον σινωπικὴν vocat Diosc. V, 111, et Theophr. lib. περὶ λίθων. Dalec. — *Sinopis.* Genus est rubricae laudatissimae. Vitruvius, VII, 7, p. 139: « Rubricae copiose multis locis eximuntur, sed optimae paucis, ut in Ponto Sinope, et Aegypto, et in Hispanis Balearibus, non minus etiam Lemno, cuius insulae vectigalia Atheniensibus S. P. Q. R. concessit fruendus. » H.

Inde. Hanc vocem ex Reg. 5 et edit. princ. delet Brot. Ed. P.

Et in Cappadocia. Aetius, II, 5, p. 49: Πρωτεύει δὲ πᾶσα ἡ Σινωπικὴ μὲν καλουμένη, γινομένη καὶ ἐν Καππαδοκίᾳ. Diosc. loc. cit. Συλλέγεται δὲ ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ἐν σπηλαίοις τισί. H. — *In Cappadocia.* Vnde purgata Sinopen defertur. Diosc. Dal.

Glebis suus colos. Iotus colos est glebis unicus ac simplex, ὁμόχρους, inquit Dioscor. extra varius, instar maecularum. Hard.

Species, etc. Isid. ad verb. Origg. XIX, 17. Hard.

In libras X. III. Brotqr. ex Voss. post Gronovium *in libras X. II*, h. e., denarii duo, seu gallicae monetae asses 22. Sinopis autem nobis dicitur, *sinope*, *bol rouge*, vel *rouge brun*. Ed. P.

Octoni asses. Subintellige pretium in libras. H. — Gallicae monetae asses circiter 8. Ed. P.

Cicerculum. Vnde cicerculus color, qui vulgo *griseus* appellatur, *gris*, *gris-brun*. Ioh. Bapt. Confectius in Coll. Privil. Mend. ubi de Honorio IV Papa: « Fratribus Carmelitanis hispida et inculta palla indutis, cappam albam super tunica et scapulari cicerculi coloris concessit. » Hard.

Vtilior abacis. Abaci hoc loco figurae quadratae vocantur, ad parietum ornamenta, variis distinctae coloribus: vulgus apud nos *compartiments* nuncupat. De his cap. 1.

Idem. Octoni asses. Hard.

Quae pressior. Coloris magis obscuri, magisque fusci. Presso saturum opponitur, ut alibi monuimus. H.

In medicina vero blandus, etc. Dioscor. V, 111. Hard.

plastrisque. et malagmatis, sive sicca compositione eius, sive liquida, facilis: contra hulcera in humore sita, veluti oris, sedis. Alvum sistit infusa: feminarum profluvia, pota denarii pondere. Eadem adusta siccat scabritias oculorum, e vino maxime.

XIV. Rubricae genus in ea voluere intelligi quidam secundae auctoritatis. Palmam enim Lemniae dabant, minio proxima haec est, multum antiqui celebrata, cum insula, in qua nascitur. Nec nisi signata venumdabatur: unde et sphragidem appellavere. Hac minium sublinunt adulterantque. In medicina, praeclara res habetur. Epiphoras enim oculorum mitigat et dolores circumlita. Aegilopas manare prohibet.

Sive sicca compositione. Sive sicca ex ea amplastra fiant, sive diluatur. Et pastillos exsiccantes adstrictoriosque componi ex ea, auctor est Diosc. loc. cit. Hard.

In humore. In locis humidis.

Alvum sistit infusa. Clystere ἱστησι δὲ καὶ κοιλίαν ἐν ὑγρῷ λαμβανομένη καὶ ἐγχυζομένη. Diosc. l. c. H.

XIV. *Rubricae.* Rubrica, *terre rouge:* quo in genera quidam sinopicae secundum locum assignabant: lemniae, primam auctoritatem. Hard.

Rubricae genus in ea voluere intelligi quidam secundae auctoritatis Lege: « Rubricae genus in ea voluere maxime intelligi. Quidam secundae auctoritatis, palmam enim Lemniae dabant. Minio proxima haec est, multum antiquis celebrata cum insula in qua nascitur, nec nisi signata venumdabatur. Unde et sphragidem appellavere. » Vide Salmas. p. 1156.

Nec nisi signata. Dioscorid. V, 113, de terra lemnia: Ἣν οἱ ἐκεῖ ἄνθρωποι ἀναπλάσσοντες καὶ σφραγίζοντες εἰκόνι αἰγός, Σφραγῖδα καλοῦσιν αἰγός. « Hanc deinde incolae coactam in pastillos, caprae imagine signant: unde ai sphragida aegos, hoc est, caprae sigillum appellavere. » Dianae imagine signari Galanus ait de Fac. simpl. med. IX, p. 246, quod Dianae scilicet capra sacra foret. Quae terra lemnia sigillataque Dioscoridi et Galano dicitur, eadem rubrica lemnia a colore nominata est. Vide Aldrovand. de Metall. II, 17, p. 263. Nunc Turcici imperii sigillo signatur. Iconem Bellonius αὐτόπτης exhibet, Obss. I, p. 22. Vide etiam librum inscriptum, *Mélanges d'histoire et de littérature*, tom. II, p. 319 et 320. H. — *Signata. Effigie caprae* Diosc. *imagine Dianae* Galen. Quoniam rubra effoderetur, Dioscorides hominum sermonibus credidit hircinum sanguinem admiscari. Dal. — *Signata.* Nunc quoque dicitur, *terre sigillée.* Argillae species est (*silicate alumineux*), nullius fere apud nos in medicina usus. Ed. P.

Sanguinem reiicientibus ex aceto datur bibenda; bibitur et contra lienum renumque vitia, et purgationes feminarum. Item et contra venena, et serpentium ictus terrestrium marinorumque, omnibus ideo antidotis familiaris.

XV. Ex reliquis rubricae generibus, fabris utilissima Aegyptia et Africana, quoniam maxime sorbentur picturis. Nascitur autem et in ferrariis metallis.

XVI. Ex ea fit ochra, exusta rubrica in ollis novis luto circumlitis. Quo magis arsit in caminis, hoc melior. Omnis autem rubrica siccat, ideoque et emplastris convenit igni etiam sacro.

Sanguinem reiicientibus. Ita Galenus loc. cit. pag. 249. Aetius item, II, 4, pag. 48, cum oxycrato, μετ' ὀξυκράτου. Quin et aspectu eius torrae sanguinem cohiberi scribit Theod. Prisc. II, P. 11, 9, vel per se, vel ex aceto si illinatur. Ad stringendi vim pariter ut Lemnia, ea habet quae nunc apud nos e Lusitania devehitur: pariterque a signo eidem impresso, sigillata dicitur.

Item et contra venena. Haec totidem verbis Dioscorid. V, 113. Galenus et Aetius ll. cc. Bellonius item in Obss. I, 23. Hard.

XV. *Fabris utilissima.* Non item medicinis. Diosc. V, 112: Ἡ δὲ τεκτονικὴ μίλτος ἥττων ἐστὶ κατὰ πάντα τῆς Σινωπικῆς. Ἀρίστη δὲ ἡ Αἰγυπτιακὴ, καὶ Καρχηδονικὴ, etc. » Rubrica fabrilis, etc. » Hard.

Sorbentur. Colorem, quo a fabris rubrica ea gemina tingitur, celeriter utraque sorbet. Sic creta cap. 26, » rubiam cogitur sorbere. » Digna risu Salmasii coniectura legentis, *directuris*, quam vocem nec latinae aures, nec loci huius sententia ferat. H.

Nascitur autem et in ferrariis metallis. Sic et Reg. 5 et edit. princeps. Gronov. et al. ante Harduin. » Picturis autem apte nascitur et in ferrar metallis. » Brot. ea MSS. Regg. 2 et 3, Hermol. Pintian. alia interpunctione: » Nascitur autem et in ferrariis metallis ochra; ex ea fit exusta rubrica, etc. » ita ut haec. *nascitur autem*, etc. sequenti cap. adnectantur; bene. Ed. P.

XVI. *Ex ea fit ochra*, etc. Haec totidem verbis Isidor. Origg. XIX, 17. Cardanus item de Subt. V. Sed et ochra vicissim exusta similitudinem quamdam fieri rubricae auctor est Diosc. loc. citat. Et Theophr. περὶ λίθων. Γίνεται μίλτος καὶ ἐκ τῆς ὤχρας κατακαιομένης. H. — *Ex ea fit ochra.* Immo ex ochra exusta fit rubrica, at ex rubrica non fit ochra. Brot. *ex ea fit exusta rubrica*, quod placet; sic enim cum graecis auctoribus Noster consentit. Cf. not. super. Ed. P.

Quo magis arsit in caminis, etc. Isid. loc. cit. Hard.

Omnis Diosc. V, 111, de rubrica

XVII. Sinopidis Ponticae selibra, silis lucidi libris x et melini Graeciensis duabus mixtis tritisque una per dies XII, leucophoron fit, hoc est, glutinum auri, quum inducitur ligno.

XVIII. Paraetonion nomen loci habet ex Aegypto: spumam maris esse dicunt solidatam cum limo: et ideo conchae minutae inveniuntur in eo. Fit et in Creta insula, atque Cyrenis. Adulteratur Romae creta Cimolia decocta, conspissataque. Pretium optimo in pondo sex x. I. E candidis coloribus pinguissimum, et tectoriis tenacissimum propter laevorem.

XIX. Melinum candidum et ipsum est, optimum

universe: Δύναμιν δὲ ἔχειν ξηραντικὴν, ἐμπλαστικήν. Διὸ καὶ ἐμπλάστροις τραυματικαῖς μέγνυται. H.

XVII. *Silis lucidi.* Hoc est, ochrae, ut diximus XXXIII, 56.

Graeciensis. Graeciense pro graeco usurpavit etiam Gellius lib. XIX, c. 10, ut et graecanicum l. XXXIV, c. 9. Dal.

Leucophoron. Sic MSS. omnes, editique: tum hoc loco, tum XXXIII, 20, tum demum in Indice: frustra quibusdam *chrysophoron* rescribentibus. Hard.

XVIII. *Paraetonion nomen loci habet ex Aegypto.* Haec totidem verbis Vitruvius, VII, 7, p. 139. De paraetonio, V, 6. Non aliud est, quod in nostro hoc orbe, ut in Saxonia invenitur, et paraetonium appellatur: creta nempe littoralis, candidissima, glutinosa, pinguis, quae colligis sine limo et marina spuma non potest: in qua et conchas minutulas delitescere interdum notatur. Vide Agricolam de Nat. foss. II, pag. 202. In causa id fuit, cur spumam maris esse paraetonium dicerent cum limo solidatam. Hard.

Creta C. decocta. Ita dicitur a Cimolo insula, *Cimoli*, vel *l'argentière.* Est argilla (*silicate alumineux*) candida et pinguis, quam quoque appellamus *argile cimolite.* Ed. P.

Pondo sex X. I. Hoc est, in ses libras denarius unus. Sic reg. 2 et alii. Editi hactenus libri perperam, *in pondo sexdecim.* H. — Denarius unus nostrae monetae gallicae asses circiter 16. Ed. P.

E candidis. Plinius supra, XXXIII, 27: « Paraetonium, quoniam est natura pinguissimum, et propter levorem tenacissimum, atramento inspergitur, ne paraetonii candor pallorem chrysocollae afferat. » Hard.

XIX. *Melinum.* Totidem verbis Isid. loc. cit. Melinum metallum appellat Vitruv. VII, 7. Dioscor. V, 180, Meliam terram sit colore cineream Eretriam imitari: Ἡ δὲ Μηλὶς τὴν μὲν χρόαν καὶ αὐτή ἐστιν ἐμφερὴς Ἐρετριάδι τῇ σποδοειδεῖ. Sed Eretria terra gemina est, teste Dioscor

in Melo insula. In Samo quoque nascitur: sed eo non utuntur pictores propter nimiam pinguitudinem. Accubantes effodiunt ibi, inter saxa venas scrutantes. In medicina eumdem usum habet, quem Eretria creta. Praeterea linguam tactu siccat. Pilos detrahit et mitigat. Pretium in libras sestertii singuli. Est et colos tertius e candidis, cerussae, cuius rationem in plumbi metallis diximus. Fuit et terra per se in Theodoti fundo inventa Smyrnae, qua veteres ad navium picturas utebantur. Nunc omnis ex plumbo et aceto fit, ut diximus.

XX. Vsta casu reperta incendio Piraei, cerussa in

V, 171; alter vehementer alba. H.

Sed eo. Samio nempe metallo, teste Theophrast. περὶ λίθων, p. 13: Διὰ τὸ λίπος ἔχειν, καὶ πυκνότητα, etc. At utuntur Melino, teste eodem Theophrast. et Diosc. ll. cc. H.

Effodiunt ibi. In Samo. Theophr. loc cit. Hard.

In medicina. Diosc. haec totidem fere verbis, de terra Melia, V, p. 180. Hard.

Eumdem usum habet. Sanguinis sistendi. Dal.

Linguam tactu siccat. Aluminoso gustu Diosc. Dal. — *Siccat.* Nos vernacule dicimus, *happer à la langue.* Ed. P.

Et mitigat. Extenuat, λεπτύνει τὰς τρίχας, Diosc. loc. cit. Hard.

In plumbi metallis diximus. Lib. XXXIV, 54. Hard.

Fuit. Fuit, inquit, et ad colorem candidum terra quaedam apta cerussae plane par, et eo quoque nomine, nec tamen ex plumbo, sed ex ipsa tellure per se nota, quasi nativa cerussa. Vitruv. VII, 7, pag. 139, terram, seu cretam viridem vocat: a Creta viridis, inquit, pluribus locis nascitur: sed optima Smyrnae. Hanc autem Graeci Θεοδότιον vocant, quod Theodotus nomine fuerat, cuius in fundo id genus cretae primum est inventum. a Fuit nimirum, ut Fallopius animadvertit V, 18, diversa cerussae colos, apud antiquos: quum alia candidissima foret, alia minus: alia rubescens, alia livida, quae forsan viridis a Vitruvio appellatur. Hard.

In Theodoti fundo. Cerussa illa nativa forte minera plumbi est (*plomb carbonate*), quae, modo pura sit, cerussae fictitiae apud nos aliquando miscetur. Ed. P.

Aceto fit. Nunc omnis cerussa fit ex plumbo et aceto, ut dictum est supra lib. XXXIV, cap. 54. Brot.

XX. *Vsta casu reperta.* Idem fere Theophr. lib. περὶ λίθων de ochra in rubricam mutata incendio tabernae. Dal. — *Vsta.* Quam pictores ustam vocant, ex cerussa fit cremata. Affinis est sandarachae adulterinae, de qua cap. 22, sed multo praestantior. Officinae nunc minium vocant, et *mine de plomb.* H. — Conf. de cerussa Exc. IV ad calc. superior. lib. Ed. P.

orcis cremata. Hac primus usus est Nicias supra dictus. Optima nunc Asiatica habetur, quae et purpurea appellatur. Pretium eius in libras x. vi. Fit et Romae cremato sile marmoroso, et restincto aceto. Sine usta non fiunt umbrae.

XXI. Eretria terrae suae habet nomen. Hac Nicomachus, et Parrhasius usi. Refrigerat, emollitque. Explet vulnera, si coquatur, ad siccanda praecipue utilis, et capitis doloribus, et ad deprehendenda

Nicias supra dictus. Cap. 10. H.

In libras X. VI. Denarii sex. Ita Reg. 2 aliique probati codd. In editis perperam, *aeris quinque.* Hard. — Gallicae monetae libra 4 cum assibus 13. Ed. P.

Cremato sile marmoroso. Hoc est, cremata ochra, ut diximus XXXIII, 56. Vitruv. VII, 11, pag. 45: » Vasa vero, quae satis habet utilitatis in operibus tectoriis, sic temperatur: gleba silis boni coquitur, ut sit in igne candens: ea autem aceto extinguitur, et efficitur purpureo colore. « Hard.

XXI. *Eretria.* Ab Eretria Euboeae oppido, de quo IV, 21. H. — *Eretria.* Eretria, *la terre rouge d'Érétrie* Brot.

Refrigerat. Dioscor. V, 174: Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, καὶ ψυκτικὴν, κούφως μαλακτικὴν, καὶ κοιλωμάτων πληρωτικὴν, καὶ ἑναίμων κολλητικὴν. Hard.

Ad siccanda praecipue utilis. Brot. ex MSS. Regg. et edit. princ. » ad siccanda utilis; praecipua et capitis doloribus. « Ed. P.

Ad deprehendenda pura. Ad deprehendendum num in thorace pus delitescat. — Terram Eretriam ait thoraci impositam, utilem esse ad deprehendendum, num in thorace pus latent; quod quum Dalecampius medicus non intelligeret, in margine admonuit, *ad deprehendenda obscura* forte legi commodius: hoc est, ut in notis adiecit, ad ea deprehendenda, » quae non patent oculis, quae in calva sub cute latent osse vulnerato. « Obstat vero praeter omnium exemplarium consensum Hippocrates, qui eadem quae Plinius prodidit. Enim haec verba sunt de Morbis, III, n. 27, pag. 116: Ἢν δὲ ὑπὸ πάχεος τὸ ὑγρὸν μὴ κλυδάζηται ... μὴ ἐξαπατάτω, ἀλλ' εὖ ἴσθι πλήρη ἐόντα τὸν θώρηκα πύου. Ἐς τὴν ἐρετριάδα γοῦν ὑγρὴν καὶ λίην τετριμμένην, καὶ χλιαρὴν ἐπιβάψας ὀθόνιον λεπτὸν, περικάλυψον κύκλῳ τὸν θώρηκα· καὶ ὅκου ἂν πρῶτον ξηραίνηται, ταύτῃ χρὴ τάμνειν, ὡς ἐγγυτάτω τῶν φρενῶν, φυλασσόμενος αὐτῶν τῶν φρενῶν, etc. » Quod si prae crassitudine humor non fluctuet ... ne te tamen ista decipiant: sed thoracem pure plenum esse probè noris. Proinde in Eretriâ terra liquida, et valde trita, tepidaque, linteum tenue tingito, eoque thoracem circum circa integito: et qua parte primum resiccatum fuerit, ea secato aut urito (sub ea enim pus delitescit), quam proxime ad septum

pura. Subesse enim ea intelligunt, si ex aqua illita non arescat.

XXII. Sandaracham et ochram Iuba tradit in insula Rubri maris Topazo nasci: inde nunc pervehuntur ad nos. Sandaracha quomodo fieret, diximus. Fit et adulterina ex cerussa in fornace cocta. Colos esse debet flammeus. Pretium in libras, asses quini.

XXIII. Haec si torreatur aequa parte rubrica admixta sandycem facit. Quanquam animadverto Virgilium existimasse herbam id esse, illo versu :

transversum, cavendo tamen ne hoc ipsum laedas, etc. » Harp.

Subesse enim ea, etc. Pura videlicet. H. — *Non arescat.* Hippocrates contra, si cito arescat. H.

XXII. *Sandaracham.* Isidorus totidem verbis, XIX, 17. Et alibi nasci tradit Diosc. V, 121. Harp.

In insula Rubri maris. Est ante urbem Berenicem Topazus, nunc *Zemorgete.* Brot.

Inde nunc pervehuntur ad nos. Sic MSS. omnes. Editi contra, « sed inde non pervehuntur ad nos. » Harp.

Sandaracha. Vbi nempe effoderetur, diait anteriore libro, c. 35. Cf. etiam de sandaracha (*sulfure rouge d'arsenic*) quae dicta sunt Exc. Vad calcem eiusd. lib. Eo. P.

Fit et adulterina ex cerussa. Haec Isidorus totidem verbis loc. citat. a Plinio, ut arbitramur, aut a Vitruvio, VII, 12, pag. 146: « Cerussa inquit, quum in fornace coquitur, mutato colore ad ignis incendium, efficitur sandaracha: id autem incendio facto ex casu didicerunt homines: et ea multo meliorem usum praestat, quam quae de metallis per se nata foditur. » Harp.

Colos esse debet flammeus. Paulus ex Festo: « Sandaracha genus coloris. Navius: Merula sandaracino ore. » Habet autem merula rostrum luteum. Harp.

XXIII. *Haec si torreatur.* Cerussa scilicet in fornace cocta, sive sandaracha, iisdem verbis Isidor. loc. citat. scriptoresque alii permulti, quos laudat sequiturque Caesius, de Mineral. II, 4, cap. 8, pag 240. H. — Cf. de Psimmythio vel cerussa Exc. IV ad calc. anterior. lib. Eo. P.

Quanquam animadverto Virgilium. Iudicium Plinii doctis non placet. Quamvis enim pecoris Virgilius in eo versu meminerit herbis vescentis, non propterea tamen sandycis color ad herbam referendus est, nec magis quam muricis in carmine adiuncto, Eclog. IV, 45: « Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti Mutice, iam croceo mutabit vellera luto. » Est ergo sandyx coloris, non herbae nomen. Dal. — *Herbam id esse.* Hesychius florem sandyeis ait habere colorem similem cocco, *à l'écarlate*: Σάνδυξ, δίνδρον θαμνῶδες, οὗ τὸ ἄνθος χρώιν κόκκῳ ἐμφερῆ ἔχει, ὡς Σωσίβιος. Ignotus est, fictusque hic

Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Pretium in libras, dimidium eius, quod sandarachae. Nec sunt alii colores maioris ponderis.

XXIV. Inter factitios est et Syricum, quo minium sublini diximus. Fit autem sinopide et sandyce mixtis.

XXV. Atramentum quoque inter factitios erit, quanquam est et terra geminae originis. Aut enim salsuginis modo emanat, aut terra ipsa sulphurei

frutex. Vetus Glossarium Puteani, ita referente Salmasio in Hist. August. pag. 369: « Sandyx herba tincturae apta, quam vulgus *garanciam* vocat. » Falso: est enim *garancia* erythrodanos. Hard. — *Herbam.* Virgilius loc. laud. significat agnos esse vestiendos vellere coccino. Ideo sandyx Virgilio est color, vel si herba, est erythrodanos, de qua iam egimus, XXIV, 56. Mox Brot. ex MSS. et ed. pr. *alii duo colores.* Vid. Virg. nost. ed. t. I, p. 134. Ed. P.

XXIV. *Syricum.* Συρικὸν Aetio, II, 59, caeterisque scriptoribus, librisque Plinii MSS. non *Scyricum*, ut libri hactenus editi habent. Isid. XIX, 17: « Syricum rubri coloris pigmentum, ex quo et librorum capita pinguntur. Ipsum est et phoeniceum appellatum ita, eo quod in Syria colligatur, in littoribus maris, ubi Phoenices habitant. Est autem inter factitios, nam saepe fit sinopide et sandyce mixtis. » Hard.

Diximus. XXXIII, 40. Hard.

Fit autem sinopide et sandyce mixtis. Sic Isidorus loc. citat. Aliter Aetius, II, 59, p. 56. Sincerae cerussa si crematur, in Syricum transmutatur, quod medici vocant sandycem: quod cerussa cremata subtilior redditur, etc. MS. Graecus: Καόμενον καὶ τὸ καθαρὸν ψιμύθιον, εἰς τὸ καλούμενον Συρικὸν μεταβάλλεται, ὅπερ οἱ ἰατροὶ σάνδυκα ὀνομάζουσι. λεπτομερέστερον δὲ, etc. H.

XXV. *Atramentum quoque inter factitios erit.* Atramentum tribus modis pictores clarissimi faciunt: primum quidem ex fuligine olei nucum usti: deinde ex ebore cremato: tertio, quod est praestantissimum, ex ossibus persicorum ustis. Dal. — *Atramentum Le noir.* Hard.

Quanquam est et terra geminae originis. Praeter factitium, inquit, est et nativum, et fossile atramentum, gemina ratione e terra natum, *noir de terre.* Totidem verbis, atque adeo explanatius Diosc. V, p. 118: Τῆς δὲ μελαντηρίας, ἡ μέν τις τῶν ὀρυγμάτων στομίοις, ἀφ' ὧν ἂν μεταλλευθῇ ὁ χαλκὸς, ἐπιπήσσεται ἀλμυρίδος τρόπον· ἡ δὲ ἐκ τῆς ἄνωθεν ἐπιφανείας τῶν προειρημένων τόπων, ἥτις καὶ γεώδης ἐστὶν ... Διαφέρει δ' αὐτῆς ἡ θειόχρους, etc. Hard.

Aut enim salsuginis modo emanat. Melanteriam, quae atramentum metalicum et nativum est, duplicem significat: alteram raram, levem, et mollem, lanugini aut salsugini similem, teste Agricola lib. IV de Fossilibus: alteram glebosam, duram, et solidam, et, ut inquit Dioscorid. terrenam. Eam, quae sulphurei coloris est, caeteris omnibus praeferat

coloris ad hoc probatur. Inventi sunt pictores, qui e sepulchris carbones infectos effoderent. Importuna haec omnia ac novitia. Fit enim et fuligine pluribus modis, resina vel pice exustis. Propter quod officinas etiam aedificavere, fumum eum non emittentes. Laudatissimum eodem modo fit e tedis. Adulteratur fornacum balinearumque fuligine, quo ad volumina scribenda utuntur. Sunt qui et vini faecem siccatam excoquant: affirmantque, si ex bono vino faex fuerit, Indici speciem id atramentum praebere. Polygnotus et Micon celeberrimi pictores Athenis, e vinaceis fecere: tryginon appellant. Apelles commentus est ex ebore combusto facere, quod elephantinum vocavit. Apportatur et Indicum ex India, inexplo-

Dioscor. quoniam efflorescere super ea solet velut sulphureus quidam pulvis gustu misyos. Dal.

Carbones infectos effoderent. Carbones cum cineribus usti cadaveris in urnam coniectos. Dal.

Fit enim et fuligine pluribus modis. Haec totidem verbis Dioscor. V, 183; Oribas. XIII, f. 230, b. Isidor. Origg. XIX, 17. Multo uberius conficiendi modum Vitruvius edocet, VII, 10, p. 143. Hanc fuliginem nostri vulgo vocant *noir de fumée*. H. — *Fit enim et fuligine.* Brot. ex MSS. Regg. Pint. Dalec. etc. *fit enim e fuliginie.* Ex hac atramentum hodie conficitur oleo temperatum, quod typographicum vocant. Hanc vero mixturam, sicut et artem typographicam, antiqui prorsus ignoravere. Ed. P.

E tedis. Diosc. loc. cit. ἐκ δᾳδίων. Genus esse arboris picem ferentis tedam antea diximus. Hard.

Sunt qui et vini faecem. Fit hodieque et sic a pictoribus Italis, usta vini faece, quam ii *Feccia di botte* vocant. Vitruvius, VII, 10, pag. 144: „Non minus si faex vini arefacta, et cocta in fornace fuerit, et ea contrita cum gluino in opere inducetur, perquam atramenti suavem efficiet colorem: et quo magis ex meliore vino parabitur, non modo atramenti, sed etiam indici colorem dabit imitari.“ Sic pariter Isid. loc. cit. Hard.

Indici speciem. De Indico inferius cap. 27. Harn.

Tryginon appellant. Τρύγινον, faecatum: nam τρὺξ faecem et mustum sonat. Harn.

Ex ebore combusto. Atque hic etiamnum mos est pictoribus nostris: neque ex ebore tantum cremato parant, sed et ex ossibus persicorum ustis. H.

Apportatur et Indicum ex India. Atramentum scilicet, tam nobis hodieque, quam Plinio olim ignotum. At non Leoni Allatio, qui penes se habuisse testatur atramentum e Sinica regione advectum, nigerrimum, lucidissimumque, sed inexploratae sibi praeparationis, ut ipse ait in Animad.

ratae adhuc inventionis mihi. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhaerescit aereis cortinis. Fit et e tedis ligno combusto, tritisque in mortario carbonibus. Mira in hoc sepiarum natura: sed ex his non fit. Omne autem atramentum sole perficitur, librarium gummi, tectorium glutino admixto. Quod autem aceto liquefactum est, aegre eluitur.

XXVI. E reliquis coloribus, quos a dominis dari diximus, propter magnitudinem pretii, ante omnes est purpurissum e creta argentaria: cum purpuris

ad Antiq Etrusc. n. 79, p. 144. Plinium igitur Salm. frustra coarguit in Solin. p. 255. Hard. — *Apportatur et Indicum ex India.* Brotier. ex MSS. Regg. 2, 3, et Pintian. postrema duo verba delet, quae tamen exhibent Reg. cod. 5 et edit. princeps. Ed. P. — Optimi atramenti origo ex India videtur repetenda. Anno 620 ante Christum, rex Coreae, quum annuum tributum Sinarum imperatori penderet, misit lucidissimas atramenti tabulas factas e fuligine arborum pinearum et glutino cornus cervini. Quum autem ignorarent Sinenses, ut atramentum, quod nunc habent, excogitarent ac perficerent, multum insudavere. Absolutum perfectumque fuit tantum anno circiter post Chr. nat. 900. Vide du Halde, *Description de la Chine*, tom. II, p. 246. Brot.

Ex flore nigro, qui, etc, Isidor. XIX, 17. Hard.

Fit et e tedis ligno combusto. Vitr. VII, 10, pag. 143: » Sarmenta, aut tedae schidiae comburantur: quum erunt carbones, exstinguantur: deinde in mortario cum glutino terantur. Ita erit atramentum tectoribus non inventustum. » Hard.

Mira in hoc sepiarum natura. Septentrionales populi nigro sepiae, addito tantillo aluminis, atramenti loco scribunt, nec incommode. Dal.

Sed ex his non fit. Non fit, sed nascitur; vel non fit, quod nempe sit pictoribus usui. Persius, Sat. III, sine controversia atramenti e sepia meminit: » Nigra quod infusa vanescat sepia lympha. » Et Ausonius: »Notasque furvae sepiae. » Afros sepia sibi atramentum parasse aiunt glossae veteres, Cornutus, Casaubonus, caeterique. Hard.

Librarium gummi. Reg. 2, *comme*: hoc est, adiecto gummi: in sexto, ut aiunt, casu, voce ea efferri olim sic solita Vitruv. loc. cit. » Fuligo: quae circa parietem et camerae curvaturam adhaerescit, inde collecta, partim componitur ex gummi subacto ad usum atramenti librarii: reliqua lectores, glutinum admiscentes, in parietibus utuntur. » Hard.

Tectorium. Librarium est, quod exscribendis libris: tectorium, quod parietibus illinendis, incrustandisque adhibetur. Hard.

XXVI. *Diximus.* Cap. 12. Gronov. et al. ante Hard. *E liquidis.* Ed. P.

Purpurissum. Haec totidem verbis Isid. Origg. XIX, 17. De creta argen-

pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius lanis. Praecipuum est primum, fervente aheno rudibus medicamentis inebriatum. Proximum, egesto eo addita creta in ius idem. Et quoties id factum est, levatur bonitas pro numero, dilutiore sanie. Quare Puteolanum potius laudatur, quam Tyrium, aut Gaetulicum, vel Laconicum, unde pretiosissimae purpurae. Causa est, quod hysgino maxime inficitur,

taria dicetur inferius c. 58, dictumque iam supra XVII, 4. Ea liquore purpurae imbuta, purpurissum vocabatur, ab eo colore quem acceperat, reddebatque. Ad fucandam faciem, ut cerussam olim, sic et purpucissum adhiberi mos fuit. Plautus in Most. act. I, sc. III, vers. 101: « PHI. Cedo cerussam. Sc. Quid cerussa opusnam? PHI. Qui malas oblinam. Tum tu igitur cedo purpurissum. Sc. Non do: scita es tu quidem. Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum. Non istunc aetatem oportet pigmentum ullum attingere: neque cerussam, neque melinum, neque ullam allam offuciam. » Et in Trucul. act. II, sc. II, v. 45: Quinque istas buccas tam belle purpurissatas habes. » HARD.

Est primum. Isid. loc. cit. totidem verbis. HARD.

In ius idem. In eumdem liquorem. Ita nimirum se res habuit: dum purpura in aheno coqueretur, cretae istius partes immittebantur eo, ut inebriarentur: celeriusque quam ipsae lanae hunc succum bibebant. Hunc succum, hoc ius Graeci ζέμα vocant. Isid. loc. cit. *in vas idem.* HARD.

Levatur. Sic etiam MSS Isidor. loc. cit. *elevatur*, rectius. Minoris bonitatis est ac pretii colos ille, quum creta secundo additur, quam quum primo: tertio, quam quum secundo, et sic deinceps, quia quo saepius additur, eo dilutior fit color. HARD.

Dilutiore sanie. Hoc est, liquore purpurae magis diluto, minus saturo. HARD.

Puteolanum. Nunc quoque in Puteolano littore, ubi illud quod *Mare mortuum* accolae vocant, prope Misenum promontorium purpurae capiuntur: sed cibis tantum, nec iam tingendis lanis expetitae. Vide Fab. Columnam de Purpura, p. 18. H.

Hysgino maxime inficitur. Hysginum nunc tinctura est e cocco prius, deinde e purpura Tyria, supra lib. IX, cap. 41; nunc tinctura e rubia cocci loco, et purpura, vel purpurae loco, hysgino. Vitruvius lib. VII, c. 14. Est autem hysginum hoc arbuscula, quam lib. XVI, cap. 18, vacainium Plinius appellat, et lib. XXI, c. 26, falso hyacinthum exponit, quia hyacinthum Graecorum Latini quidam vaccinium interpretarentur. Vulgus Mahalab vocat. Ex huius arbusculae nigro fructu succus exprimitur ad purpuream tincturam aptissimus. Virgilius scilicet ideo *vaccinia nigra* dixit, et interpres Nicandri φυτὸν εἶναι ξανθὸν τῷ χρώματι (nam tale lignum est) καὶ μέλαν (talis est fructus) πρὸς ἰοδαφεῖν ἐπιτήδειον. DAL. — *Hysgino.* Colore videlicet, de quo IX, 65, et XXI, 67. HARD.

rubiamque cogitur sorbere. Vilissimum a Canusio. Pretium huic a singulis denariis in libras, ad triginta. Pingentes sandyce sublita, mox ovo inducentes purpurissum, fulgorem minii faciunt. Si purpuram facere malunt, caeruleum sublinunt, mox purpurissum ex ovo indncunt.

XXVII. Ab hoc maxima auctoritas Indico. Ex India venit, arundinum spumae adhaerescente limo: quum teritur, nigrum: at in diluendo mixturam purpurae caeruleique mirabilem reddit. Alterum genus eius

A Canusio. Auctor libri de Simpl. med. ad Patern. inter Galeni opera, tom. XIII, pag. 997: a Purpurissum, inquit, quod et fucum aliqui dicunt, glebulae sunt quadratae et pusillae, in modum tessellarum, quae ab infectoribus tinguntur colore roseo. Tale est maxime Canusinum: sequens Puteolanum. » Hard. — Cannusium, Apuliae oppidum, nunc *Canosa.* Ed. P.

Ad triginta. Pro coloris scilicet ac pigmenti bonitate, ac temperatura. Hard. — Triceni denarii sunt gallicae monetae librae 23. Ed. P.

Mox ovo. Ex ovi candido, sive albumine, quo usi videntur antiqui ad temperandos colores. Hard.

Caeruleum sublinunt. Hodie pictores caeruleo sublinunt, deinde laccam inducunt. Dal. — *Caeruleum.* De quo XXXIII, 57. Hard.

XXVII. *Ex India venit.* Indicum nihil aliud esse, quam pigmentum confectum in Guzarate ex Indico glasto, Garcias auctor est, lib. II, cap. 26 *Anil* Turcae vocant, Indi *Gali*, plerique *Nil.* Dioscorides fabulose, ut pleraque alia, inquit, pigmentum hoc sponte nasci in arundinibus Indicis, οἷον ἔφβρασμα, veluti spumosum ac ebulliens quoddam eiectamentum. Dal. — *Ex India.* Totidem fere verbis Dioscor. V, 107: Τοῦ δὲ λεγομένου Ἰνδικοῦ, τὸ μὲν αὐτομάτως γίνεται, οἱονεὶ ἔκβρασμα ὂν τῶν Ἰνδικῶν καλάμων... ἄριστον δὲ ἡγητέον εἶναι τὸ κυανοειδές, etc. Nobis id hodie Indici genus incompertum, ut aevo Pliniano perrarum. Eius vice paratur ex arte geminum: alterum ex isatl seu glasto, mola macerata; formataque in panes. Hi mox in cortinis confectoriis ebullientes efficiunt coloris caerulei spumam, quae postea siccata Indicum subministrat, *de l'Inde.* Alterum ex simili herba quam *indigo* vocant, ex Guatimala novae Hispaniae regione ad nos allata. H. — Ἰνδικόν Diosc. loc. laud. nobis est *Indigofera tinctoria* (*Diad. decand.* gen. 1741 Pers. *Legumin.* Juss.), *indigo*, infectoribus nunc usitatissima. Habitat in India orientali. Cf. Spreng. Hist. Rei herb. I, 484. Ed. P.

Mixturam. Isid. XIX, 17.

Alterum genus eius est. Totidem verbis Diosc. loc. cit. Τὸ δὲ βαφικόν ἐστιν, ἐπανθισμὸς πορφυροῦς ἐπαιωρούμενος τοῖς χαλκείοις, ὃν ἀποσύραντες ξηραίνουσιν οἱ τεχνῖται. a Alterum dant infectorum officinae,

est in purpurariis officinis innatans cortinis: et est purpurae spuma. Qui adulterant, vero Indico tingunt stercora columbina: aut cretam Selinusiam: vel anulariam vitro inficiunt. Probatur carbone: reddit enim, quod sincerum est, flammam excellentis purpurae: et, dum fumat, odorem maris. Ob id quidam e scopulis id colligi putant. Pretium Indico, x. x in libras. In medicina Indicum rigores et impetus sedat, siccatque hulcera.

XXVIII. Armenia mittit, quod eius nomine appellatur. Lapis est hic quoque chrysocollae modo

estque purpureus quasi flos aereis innatans cortinis, quem derasum artifices siccant. » Hard.

Stercora columbina, aut cret. Sel.... ultro inficiunt (sic prius). Legend. » Qui adulterant, vero Indico tingunt stercora columbina, aut cretam Selinusiam vel anulariam vitro inficiunt. » Creta Selinusia vel anularia vitro infecta indicum imitabatur, cuius color κυανοειδής. Salmas. pag. 255, a. Hard.

Aut cretam Selinusiam. Vitruv. VII, 14, pag. 149: » Item propter inopiam coloris indici, cretam Selinusiam aut anulariam, vitro quod Graeci isatin appellant, inficientes, imitationem faciunt Indici coloris. » Locum hunc ita legendum recte admonuit. Turnebus Advv. VI, 17, pag. 180. De vitro, seu isati herba, egimus XXII, 2. H.

Vel anulariam. De eo cretae genere dicetur cap. 30. H. — *Vitro.* Gron. et al. ante Hard. *ultro.* Ed. P.

Odorem maris olet (sic prius). Dele verbum *olet*, praecessit enim paullo ante verbum *reddit.* Pint.

X. X. in libras. Denarii decem. Ita porro Mss. non ut editi, *denarii viginti*: connexis praepostere his duabus denarii notis, quas divelli a se invicem oportuit. H. — Denarii deni sunt gallicae monetae librae 7 cum assibus 15. Ba.

In medicina, etc. Dioscor. V, pag. 107: Εστι δὲ τῶν στυφόντων ἁλαφρῶς καὶ ῥησσόντων φλεγμονάς, καὶ οἰδήματα· ἀναχαθαίρει δὲ καὶ καταστέλλει ἕλκη. » Inter medicamenta est, quae leniter adstringunt, et inflammationes humoresque rumpunt. Hulcera quoque purgat et reprimit. H.

XXVIII. *Armenia mittit.* Armenium Trallianus et sequuti medici tam Graeci quam Arabes observarunt, aeque valenter ac caeruleum, veratrumque nigrum, melancholicum humorem vacuare. Dal. — *Quod eius nomine appellatur.* Armenium scilicet. Αρμένιον, Dioscor. V, 105. Αρμενιακόν, ᾧ οἱ ζωγράφοι χρῶνται, Aelio lib. II ex Ms. H. — Nobis, *bol d'Arménie.* Brot.

Chrysocollae modo infectus. Lapidem hunc aeque ac chrysocollam luto herba infici indicat, pingique ipsum antequam pingat. Vide quae dicta sunt XXXIII, 26. H.

infectus: optimusque est, qui maxime vicinus est, communicato colore cum caeruleo. Solebant librae eius tricenis nummis taxari. Inventa per Hispanias arena est, similem curam recipiens. Itaque ad denarios senos vilitas rediit. Distat a caeruleo candore modico, qui teneriorem efficit colorem. Vsum in medicina ad pilos tantum alendos habet, maximeque in palpebris.

XXIX. Sunt etiamnum novitii duo colores, et vilissimi: viride quod Appianum vocatur, et quod chrysocollam mentitur, ceu parum multa sint mendacia eius. Fit et ex creta viridi, aestimatum sestertiis in libras.

XXX. Anulare quod vocant, candidum est, quo

Optimusque est qui maxime vicinus est. Qui proxime ad chrysocollae colorem accedit. Ita Reg. et Colb. 3, non, ut in editis legitur, *Optimumque est, quod .. viret.* H.

Tricenis nummis taxari. Hoc est, XXX sestertiis: nostrae monetae librae 5 cum assibus 16. Ed. P.

Itaque ad denarios senos. Sive ad sestertios XXIV, de tractis ex priore indicatione sestertiis sex. H. — Denarii seni, gallicae monetae librae 4 cum assibus 13. Gron. et al. ante Hard. *utilitas* non vilitas. Ed. P.

Distat a caeruleo. Affinitatem esse inter Armenium caeruleumque maximam, atque eodem Lazuli lapidis nomine ab Arabibus appellari, auctor est Fallopius IV, 33. H. — Mox Brot. *teneriorem hunc efficit col.* Ed. P.

Vsum in medicina. Dioso. V, 33: Ἐστὶ δὲ καὶ τῶν ἐν βλεφάροις τριχῶν αὐξητικόν. Harp.

XXIX. *Viride quod Appianum.* E terra Appiana. An ab Appio, loci illius Domino, ubi ea primum inventa, an apianum, ab apio, cuius ea colorem referret, incertum est. Laudatur a Celso V, 27, *Viride Alexandrinum*, quod idem forte cum Appiano. In agro Veronensi terra viridis effoditur, pictoribus expetita. H.

Et quod crysocollam luteam mentitur, ceu parum multa sint mendacia eius (sic prius). Detrahe verbum *luteam*, et adde verbum dicta: a ceu parum multa dicta sint mendacia eius. a Pint.

Fit et ex creta viridi. Eius cretae viridis, quae colore et viribus est multum infra chrysocollam, Agric. lib. II de Nat. fossil. Dal. — *Ex creta viridi.* Creta viridis seu prasiana Isidor. Origg. XIX, 17. H.

Aestimatum sestertiis. Hoc est, singulis sestertiis sive assibus ferme quatuor, in singulas libras. Ed. P.

XXX. *Anulare.* Haec totidem plane syllabis Isidorus Origg. XIX, 17 ex Plinio: et ex Isidoro Papias. Haec anularia creta, superius indicata cap. 27. Harp.

muliebres picturae illuminantur. Fit et ipsum ex creta, admixtis vitreis gemmis ex vulgi anulis, unde et anulare dictum.

XXXI. (VII.) Ex omnibus coloribus cretulam amant, udoque illini recusant, purpurissum, Indicum, caeruleum, Melinum, auripigmentum, Appianum, cerussa. Cerae tinguntur iisdem coloribus ad eas picturas, quae inuruntur, alieno parietibus genere, sed classibus familiari, iam vero et onerariis navibus: quoniam et pericula expingimus, ne quis miretur et rogos pingi; iuvatque pugnaturos ad mortem, aut certe caedem, speciose vehi. Qua contemplatione tot colorum tanta varietate subit antiquitatem mirari,

XXXI. *Ex omnibus.* Ex supradictis coloribus, tectorio quod fuerit crata recente inductum, vel udum, illini recusant, qui sequuntur colores. H.

Cretulam amant. Ipse Plinius supra XXXIII, 57, de caeruleo spaciatim agens: « Vsus in Creta calcis impatiens. » Et in indice huius loci: «Qui colores udo non inducantur: » subinlallige, udo tectorio, siva albaria, ac recenti: quod gallici sermonis consuetudine appellamus, *peindre à fresque.* E contra hi qui modo appellantur colores, cretulam siccam sibi substerni amant. Haan. — *Cretulam amant.* Cretulam siccam, *un enduit sec*, amant, udoque tectorio illini recusant. Bagt.

Ad eas picturas. Ad picturas encausticas, quo picturae genere pingi parietes non possunt: possunt classes, navesque. Haan.

Quae inuruntur. Encaustice pingendi ratio fit aut ceris, aut coloribus, aut metallis igne liquescentibus: ceris, ut in navium pictura, quum scalptae variis figuris tabulae, cera diversis etiam coloribus picta oblinebantur: coloribus, ut in figlinis, Italicis praecipua, ac operibus Opimiana vitro, quod *émail* vocant, depictis: metallis, ut in genere artificii quod *damasquiner* appellant. Pertinent et ad encausticen imagines in ebore ferro candenti delineatae, postea carbone insperso nigrescentes. Dal. — *Quae inuruntur.* Haec est pictura encaustica, *l'encaustique*, quam recentioribus curis revocavit, scriptisque et experimentis illustravit Cl. nostras de Caylus. Ba.

Alieno parietibus genere. Picturas, inquit, quae inuruntur, parietes non ferunt. Haan.

Sed classibus familiari. Ovid. Fast. IV, 275: « at picta coloribus ustis Caelestum matrem concava puppis habet. » Haan.

Et pericula expingimus. Naves, quibus qui vehuntur, periclitantur de vita, extra pingimus. Haan.

Et rogus pingi. Qualis illa, qui ab Herodiano describitur, IV, H.

Speciose vehi. Pictis videlicet navibus. Haan.

XXXII. Quatuor coloribus solis immortalia illa opera fecere: ex albis Melino, ex silaceis Attico, ex rubris Sinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus, clarissimi pictores, quum tabulae eorum singulae oppidorum venirent opibus. Nunc et purpuris in parietes migrantibus et India conferente fluminum suorum limum, et draconum, et elephantorum saniem, nulla nobilis pictura est. Omnia ergo meliora tunc fuere, quum minor copia. Ita est, quoniam, ut supra diximus, rerum, non animi, pretiis excubatur.

XXXII. *Quatuor coloribus solis.* Ita Philostratus de vita Apollonii, II, 10, pag. 48. Cicero in Bruto, n. 70: « Similis in pictura ratio est, in qua Zeuxim, et Polygnotum, at Timanthem, at eorum qui non sunt usi plus quam quatuor coloribus, formas et lineamenta laudamus. At in Echione, Nicomacho, Protogene, Apella iam perfecta sunt omnia, et nescio an reliquis omnibus idem evaniat. Nihil est enim simul et inventum, et perfectum. » Apud eundem Tullium, in eo paradoxo; cuius initium, *Laudetur vero hic Imperator*: ubi legitur, *Actaeonis tabula*, ex hoc Plinii loco optimisque Plinii exemplaribus, *Echionis* legendum censemus. Melanthium pictorem laudat Quintilianus, XII, 10, p. 891; Nicomachum Vitruv. in praef. III, p. 37. Hasn.

Ex albis Melino, ex silaceis Attico, etc. Si album Melinum, non ex eo nomen habere potuit color μήλινον, qui lutaus est. Salm. — *Ex albis melino.* Ex omnibus albis coloribus, Melino solo usi sunt: ex silaceis, solo Attico, etc. A terra autem malia, de qua dictum est cap. 19. Ab hoc autem discrepat μήλινον χρῶμα, qui color idem cum luteo: neque a Malo insula nomen habet; sed ἀπὸ τῶν μήλων sumpsit appellationem. H.

Ex silaceis. Qui color flavus fuit: nam sil et ochra sunt idem, ut saepius monuimus. Hasn.

Venirent. Emarantur. Hasn.

Nunc et purpuris, etc. Nunc etsi purpuras habeamus, quibus etiam parietes tinguntur... nulla tamen hodie nobilis pictura est. Hasn.

Fluminum suorum limum. Indicum: quod e limo asse adhaerescente arundinum spumae, superius indicavit, cap. 27. Hasn.

Saniem. Sanguinem draconis alephantorum morientium elisi pondere, ut dictum est XXXIII, 38. Hasn. — *Saniem.* Error est, quem de cinnabari iam vidimus supra lib. XXXIII, cap. 38. Cinnabaris nativa, *le cinabre natif* (nobis *Mercure sulfuré*), e fodiois aruitur. Sanguis vero draconis, *le sang de drugon*, est resina ab arbore stillans, quae Linnaeo *Pterocarpus Draco*, vel etiam *Pterocarpus Santalinus*, aliis *Dracaena Draco*, aliis *Calami* quaedam species inhetur. Conf. Linn. Mater. med. pag. 200 sqq. ed. Schreber. Eo. P.

XXXIII. Et nostrae aetatis insaniam ex pictura non omittam. Nero princeps iusserat colosseum se pingi cxx pedum in linteo, incognitum ad hoc tempus. Ea pictura quum peracta esset in Maianis hortis, accensa fulmine cum optima hortorum parte conflagravit. Libertus eius quum daret Antii munus gladiatorium, publicas porticus investivit pictura, ut constat, gladiatorum, ministrorumque omnium veris imaginibus redditis. Hic multis iam saeculis summus animus in pictura. Pingi autem gladiatoria munera, atque in publico exponi coepta a C. Terentio Lucano. Is avo suo, a quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit, tabulamque pictam in nemore Dianae posuit.

Vt supra diximus. Cap. 2: »Honorem non nisi in pretio ducentes... Imagines pecuniae, non suas relinquunt.« Frustra locum hunc sollicitat Pintianus ut legat: »res non menu pretiis aestimebantur.« Hard.

XXXIII. *Incognitum.* Incognitum ad id tempus ait fuisse eam, quae nunc pervulgata est, pingendi in linteis relinem, inventamque propter magnitudinem picturae. Ante id tempus materia, in qua pingebatur, tabulae fuere ligneae, prius dealbatae creta: e larice praesertim femina, propterea quod non temere findetur, ut dictum est XVI, 73. H. — Brot. paulo supra ex MSS. Regg. et edit. principe, *iusan. in pictura*, non *ex pictura*. Ed. P.

In Maianis hortis. In edit. Parm. *in Lamianis hortis.* Aliae quaedam, *in Marianis*, nos *Maianis*, ex Reg. 2 rescripsimus. Apud Gruter. pag. 589: PROC. HORTORVM. LAMIANORVM. ET. MAIANORVM. Et pag 602: VILLICO. HORTORVM. MAIANORVM. H.

Publicas porticus investivit purpura. Sic Hermoleus e codice veteri (nec aliter tres nostri) quum esset *occupavit.* Sed ille toties optimus inventus Voss. *porticus ecurav t.* Puto *decoravit*, ut sequenti cap. »digna loca picturis condecoravit.« Lib. XXXVI, 5: »Agrippae Pentheum decoravit Diogenes.« Gron.

Investivit. Ita Colb. 3, at Reg. 2, *occupavit.* Mox *ut constat*, frustra iterum sollicitat Pintianus, ut *iusta* reponat. Veras, inquit auctor, constat ibi depictas imagines, gladiatorum ac ministrorum.

Summus animus in pictura. Generosa magnificentia, primariis viris ac excellentibus digne curae, et liberalitas. Dal. — *Summus animus.* Apud Antistas, inquit, iam e multis saeculis non fuere viri vere summo animo: fuere tantummodo in pictura. Frustra Dalec. censuit in publicis porticibus pictura vestiendis, dignam summis animis excellentibusque viris curam intelligi. Hard.

In nemore Dianae. Nemoris Dianae meminit et Vitruv. IV, 7, p. 77.

XXXIV. (VIII.) Nunc celebres in ea arte quam maxima brevitate percurram: neque enim instituti operis est talis exsecutio. Itaque quosdam vel in transcursu, et in aliorum mentione obiter nominasse satis erit, exceptis operum claritatibus, quae et ipsa conveniet attingi, sive exstant, sive intercidere. Non constat sibi in hac parte Graecorum diligentia, multas post Olympiadas celebrando pictores, quam statuarios, ac toreutas; primumque Olympiade nonagesima, quum et Phidiam ipsum initio pictorem fuisse tradatur, Olympiumque Athenis ab eo pictum: prae-

Sic appellabant templum Dianae Aricinae in nemore positum. Strabo, V, pag. 239: Τὸ δὲ Αρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος ... Τῆς δὲ Αρεκίνης τὸ ἱερόν, etc. Ovidius: «Ecce suburbanae templum nemorense Dianae.» Et sacerdos eius rex Nemorensis appellabatur. De Aricia Latii oppido diximus in Geograph. III. Hard. — *In nemore Dianae.* Est lucus Dianae in suburbano Tusculani agri, *Frascati*, colle; de quo dictum supra lib. XVI, cap. 91. Cf. Tacit. Annal. lib. XII, cap 8. Brot.

XXXIV. *Talis.* Brot. ex MSS. Reg. Dalec. et ed. principe, *ampla exsecutio.* Ed. P.

Vel in transc. Brot. ex Reg. 5 et ed. princ. *velut in transc.* Ed. P.

Operum claritatibus. Operibus clarioribus; ut alibi *herbarum claritas*, pro *clarioribus herbis.* Ed. P.

Tam multas post Olympiadas celebrando pictores, quam statuarios auctores (sic prius). Qui sunt isti *auctores statuarii?* Voss. «statuarios actore ut has primumque.» Lege sine dubio: *quam statuarios ac toreutas.* Quos alibi *caelatores* vocat, et artem illorum *toreuticen*: cap. 10: «primusque artem toreuticen aperuisse atque demonstrasse merito indicatur.» In auctoribus librorum XXXIII et XXXIV, Menaechmus, «qui de toreutice scripsit.» Et nota *toreumata.* Sic invenit, sic expedivit hunc locum et Pintianus: sed τὸ *tam*, in quo ille collocando laborat, quatuor nostri non agnoscunt. Et certe Plinii mens illud repudiat, quemadmodum (quae altera Pintiani coniectura est) τὸ *quam* demi non patitur. Miratur enim fuisse qui scriberent, nobiles statuarios et toreutas claruisse aliquot Olympiadibus antequam pictores, et hos coepisse demum nosci Olympiade nonagesima, quum constet Phidiam, etc. Gron. — Τορευτὰς, caelatores, vel etiam sculptores, ait Falconet. Ed. P.

Quum et Phidiam ipsum, etc. Quem floruisse Olymp. LXXXIV, superiore libro indicavit, cap. 19. Hard.

Olympiumque Athenis ab eo pictum. Quaeris quis sit iste *Olympius?* Pericles. Lib. XXXIV, 8: «Et Olympium Periclem dignum cognomine.» Iterumque: «Periclis Olympii vernula hic fuit.» Diodorus Siculus lib. XII: Ταῦτα δὲ ῥᾳδίως συνετέλεσε διὰ τὴν

terea in confesso sit, octogesima tertia fuisse Panaenum fratrem eius, qui clypeum intus pinxit, Elide, Minervae, quam fecerat Colotes Phidiae discipulus, et in faciendo Iove Olympio adiutor. Quid quod in confesso perinde est, Bularchi pictoris tabulam, in qua erat Magnetum praelium, Candaule rege Lydiae Heraclidarum novissimo, qui et Myrsilus vocitatus

δεινότητα τοῦ λόγου, δι' ἣν αἰτίαν εἰνομάσθη Ολύμπιος. Lib. XIII: Περικλῆς ὁ Περικλέους τοῦ προσαγορευθέντος κατὰ τὴν δύναμιν Ολυμπίου. Hermogenes in Partitionibus: Εἶτα μέντοι οὐδὲ καινά· καὶ γὰρ καὶ Περικλῆς Ολύμπιος ἐκλήθη. Et lib I, de Inventione: Ηνέχθη σκηπτὸς ἐπὶ τὴν Περικλέους εἰκόνα, καὶ συμβουλεύει τις μηκέτι αὐτὸν Ολύμπιον καλεῖν. Valerius Maximus l. V, 10: «Non sine causa igitur tanti roboris animus ad Olympii cognomen ascendit.» Sic praeclare Christoph. Colerus eiecto vocabulo *Iovis*, quod hic quoque imperiti obtruserant. Gron. — *Olympiumque*. Hoc est, Iovem. In libris ad hunc diem vulgatis, *Clypeumque Athenis*. In Colb. 3, *Olympiumque Iovem*. Hanc vero vocem postremam *Iovem* caeteri non agnoscunt. *Olympium* itaque retinuimus ac de Iove, ut oportuit, interpretati sumus, a Plinio ipsomet admoniti, qui mox subiicit, «Coloten Phidiae discipulum, et in faciendo Iove Olympio adiutorem fuisse.» Igitur vox ea *Olympius*, quamvis sola ponatur, Iovem designat: ut in Ps. LXVII, 15, vox illa *caelestis*, Deum verum denotat: «Dum discernit Caelestis reges,» hoc est, qui in caelo habitat. H. — Non Iovem, sed Periclem, cognomine Olympium, ipse Brot. post Gronovium intelligit. Ed. P.

Panaenum In libris hactenus editis, *Panaeum*, male. Pausan. Eliac. prior. V, pag. 306 sq. Πάναινος μὲν δὴ οὗτος ἀδελφός τε ἦν Φειδίου, καὶ αὐτοῦ καὶ Αθήνησιν ἐν Ποικίλῃ τὸ Μαραθῶνι ἔργον ἐστὶ γεγραμμένον. Hard.

Elide. Sic libri omnes tum editi, tum manu exarati Reg. 2, Colbert. caeterique: Parm. editio, aliaeque ante Hermolaum, qui sic interpolat: «Clypeum intus pinxit: et in Aegide Minervae.» Ipso refragante Plinio, XXXVI, 55: «In Elide aedes est Minervae, in qua frater Phidiae Panaenus lectorium induxit, etc.» H.

Colotes. Mensam ille fecit apud Eleos, super qua victoribus coronae deponuntur. Dal. — *Colotes*. Κολότην Parium fuisse, Pasitelis discipulum ait Pausan. Eliac. priorib. V. Hard.

Et in faciendo Iove Olympio. Quem Phidias fecit, ut dictum est XXXIV, 19. Hard.

Bularchi pictoris tabulam. Dictum est de ea tabula superius VII, 39. Suot hi Magnetes in Asia. Hard. — *Candaule rege*. Brot. ex Regg. codd. *a Candaule*. Ed. P.

Heraclidarum novissimo. Heraclidarum familia Lydiae principatum obtinuit, ab Hercule ducta gentis origine usque ad Candaulem, quem Gyges occidit, ut refert Herodot. lib.

est, repensam auro? Tanta iam dignatio picturae erat. Id circa aetatem Romuli acciderit necesse est: duo enim de vicesima Olympiade interiit Candaules: aut, ut quidam tradunt, eodem anno, quo Romulus, nisi fallor: manifesta iam tum claritate artis atque absolutione. Quod si recipi necesse est, simul apparet multo vetustiora principia esse; eosque qui monochromata pinxerint (quorum aetas non traditur), aliquanto ante fuisse: Hygiemonen, Diniam, Charmadam, et qui primus in pictura marem feminamque discrevit, Eumarum Atheniensem, figuras omnes imitari ausum: quique inventa eius excoluit, Cimonem Cleonaeum. Hic catagrapha invenit, hoc

I, n. 7, p. 4, et n. 12, p. 16. Mermnadae deinde successerunt, quorum primus Gyges, Croesus postremus exstitit. Hard.

Qui et Myrsilus. Herodotus, Clio, I, n. 7, pag. 3: Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσίλον καλέουσι, τύραννος Σαρδίων, etc. Hard.

Quo Romulus. Olymp. XVIII incidit calculo Pliniano, in annum Vrbis 34. Romuli autem obitus post annum unum aut alterum videtur a Plinio collocari. Hard.

Claritate artis atque absolutione. Sic et libri ante Hard. editi. In MSS. Regg *claritate artis adeo absolutiore*; Dalec. vet. cod. *artis tantum non absolutae.* Vnde Brot. fecit, *claritate artis adeo non absolutae*; nec male: absurda enim erat vulgata lectio, et contra Plinii mentem infra asseverantis multo serius artem fuisse absolutam atque consummatam. Conf. cap 36. Ed. P.

Hygiemonen. Ὑγιήμονα, Δινίαν, Χάρμαδαν. Sic Reg. 2 et Colbert. 3. In editis hactenus libris, *Hygiaenonem, Diniam, Charmam*, Ὑγιαίνοντα, Δινίαν, Χάρμαν, quae perinde graeca sunt. Hard.

Discrevit, Gr. *discreverit.* Ed. P.

Cimonem. Exstat in hunc Cimonem epigramma elegans in Anthol. IV, 6, in pictores et statuarios: Οὐκ ἀδαὴς ἔγραψε Κίμων τάδε· παντὶ δ' ἐπ' ἔργῳ Μῶμος, ὃν οὐδ' ἥρως Δαίδαλος ἐξέφυγεν. a Ista Cimon pinxit minime rudis: omne sed est qui Culpet opus: nec tu, Daedale, liber eras. a Apud Aelian. Var. Hist. VIII, 18, laudatur Conon Cleonaeus pictor: forte pro *Cimon.* Hard.

Catagrapha. Linum κατάγραφον, Catullo, in passere, varie depictum. Athenaeo lib. II: τῶν βοσκάδων καλουμένων, ὁ μὲν ἄρρην κατάγραφος. Turneb. lib. XXV, cap. 22. Dal. — *Hic catagrapha invenit.* Quae a latere ceruuntur imagines, ut rectae, quae a fronte. *Des figures de profil.* Aliud est *catagraphon linon*, apud Catullum carm. XXV, est enim ibi lintenm tantum variis figuris notatum, textumque: quoniam Graecis καταγράφειν, *deformare* est, *describere*, delineare, variis rerum formis, ac nou-

est, obliquas imagines: et varie formare vultus, respicientes, suspicientesque, et despicientes. Articulis etiam membra distinxit. Venas protulit: praeterque in veste et rugas, et sinus invenit. Panaenus quidem frater Phidiae, etiam praelium Atheniensium adversum Persas apud Marathona factum pinxit. Adeo iam colorum usus increbruerat, adeoque ars perfecta erat, ut in eo praelio iconicos duces pinxisse tradatur, Atheniensium Miltiadem, Callimachum, Cynegirum: Barbarorum Datim, Artaphernem.

nunquam etiam variis coloribus: quo sensu Athen. IX, pag. 387, attagenem ait esse κατάγραφον τὰ περὶ τὸν κῶτον. Pictura Antigoni, quae vultum latere tantum uno ostendebat, vere obliqua et κατάγραφος fuit, ut dicetur cap. 36. Hard.

Articulis. Articuli, *les articulations des membres.* Brot.

Panaenus. Hanc eius picturam in Poecile porticu Atheniensi collocatam, ex Pausania paulo ante vidimus. Vnde illa appellata Persio, Sat. III, « Braccatis illita Medis Porticus. » Similem et ibi picturam Polygnoti, sive Miconis positam esse refert Aelianus, Hist. Anim. VII, 44; sed Polygnoti fuisse, auctor est Suidas, verbo Ποικίλη. Hard.

Apud Marathona. Boeotiae oppidum, ubi tracenta Persarum millia devicta, anno tertio Olympiadis LXXII. Hard.

Adeoque ars perfecta erat. Haec in edit. princ. desunt, et Brot. omittit. Articulis nempe distincta membra, prolatae venae, in veste rugae ac sinus, probant quidem colorum usum increbruisse, minime vero artem fuisse perfectam. Et ipse Plinius, de Apollodoro qui XCIII Olymp floruit: « neque ante eum tabula ullius ostenditur, quae teneat oculos. » Infr. cap. 36. En. P.

Iconicos duces. Sive, Iconicas ducum imagines: hoc est, ut ipse Plinius interpretatur XXXIV, 9, eorum imagines, qui ter superavissent, ea membris ipsorum similitudine expressa. Hard. — Iconicae imagines, *des portraits ressemblans.* At Marathonium praelium contigit anno tertio Olympiad. LXXII; anno sequenti mortuus est Miltiades. Vel iuvenis ergo pinxit Panaenus, vel duces ex aliorum imaginibus expressit. Brot.

Miltiadem, etc. Μιλτιάδην, Καλλίμαχον, Κυνέγιρον, qui quo singuli eventu pugnarint, ex Plutarcho disce in Parall. p. 305, itemque ex Herodoto, Erato, VI, p. 365, 370 sq Is. Tzetza, Chil. I, v. 868, et Iustino, II, 9. In Cynegiri effigiem elegantia duo exstant epigrammata, in Anthol. IV, 8. Alterum ea his, quod brevius est, afferre non pigeat: Οὔ σε, μάκαρ Κυνέγειρε, τὸν ὦ; Κυνέγειραν ἔγραψε Φάσις, ἐπεὶ βριαραῖς ἄνθετο σὺν παλάμαις. Ἀλλὰ σοφός τις ἦν ὁ ζωγράφος, οὐδέ σε χειρῶν Νόσφιστε, τῶν

XXXV. (IX.) Quinimmo certamen picturae etiam florente eo institutum est Corinthi ac Delphis; primusque omnium certavit cum Timagora Chalcidense, superatus ab eo Pythiis: quod et ipsius Timagorae carmine vetusto apparet, chronicorum errore non dubio. Alii quoque post hos clari fuere ante nonagesimam Olympiadem, sicut Polygnotus Thasius, qui primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit, plurimumque picturae primus contulit. Siquidem instituit os adaperire, dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare.

χειρῶν οὕνεκεν ἀθάνατον. Grotius ita reddidit: « Te Phasis, Cynegire, tamen non ut Cynegirum, Instructum siquidem fecit utraque manu. Sed sapuit pictor, manibus qui noluit orbum Pingere, qui manuum nomine morte caret. » Alterum est Pauli Silentiarii, à Grotio pariter sic latine redditum: « abscidit a summa pendentes puppe securis Sanguine Medorum quae maduere manus; Quum trepidam, Cynegire, ratem velut ancora curvo Dente tenax digiti detinuere tui. Iam quoque desectae de corpore, tigna carinae Mordebant, magnus terror Achaemenidis. Nunc ipsas Medus quis habet victoria mansit Mopsopiis, manibus debita nempe tuis. » Hard.

Barbarorum Datim, Artaphernem. Vide Aemilium Probum in vita Miltiadis, ac Trogum Pompeium lib. II, et Herodotum VI, cui Datis dux Darii Medus natione fuit, Artaphernes autem Darii nepos ex fratre Artapherne. Pint. — *Datim.* Δᾶτιν, καὶ Ἀρταφέρνεα, classis Darii regis Persarum ambo duces. Hard.

XXXV. *Florente eo.* Panaeno videlicet pictore. Hard.

Pythiis. Cf. Strab. IX. Dalec. — *Pythiis.* Πύθια, Ludi Apollinares, in honorem Apollinis celebrari soliti, ob caedem Pythonis serpentis, ab eo interempti. Ovid. Metam. I, v. 446. In nummis passim inscripta cernas, ΠΥΘΙΑ. Hard.

Polygnotus Thasius. Polygnotus, de quo apud Plutarchum in Cimone scripsit Melanthius poëta: Αὐτοῦ ταῖς δαπάναισι θεῶν ναοὺς ἀγοράν τε Κεκροπίαν κόσμησ' εἰκόσιν ἡμιθέων. « Deorum templa forumque Athenis ornavit sumptu suo heroum imaginibus. » Idem in varia porticu dum Troadas pingeret, Elpinices uxoris ac sororis Cimonis, parum pudicae, cum qua stupri commercium habuerat, faciem pro Laodicea expressit. Dal. — *Polygnotus.* Cuius patrem, patriam ac picturam de Ilii excidio singularem exhibet Simonidis epigramma: Γράψε Πολύγνωτος, Θάσιος γένος, Ἀγλαοφῶντος Υἱὸς, περθομένην Ἰλίου ἀκρόπολιν. « Sacra Polygnotus Thasio satus Aglaophonte, Argivum pinxit Pergama capta manu. » Pausan. in Phocic. X, p. 662. Sic etiam Harpocration, pag. 248; Aelianus Var. Hist. IV, 3. Hard.

Huius est tabula in porticu Pompeii, quae ante curiam eius fuerat: in qua dubitatur, ascendentem cum clypeo pinxerit, an descendentem. Hic Delphis aedem pinxit: hic et Athenis porticum, quae Poecile vocatur, gratuito, quum partem eius Micon mercede pingeret: unde maior huic auctoritas. Siquidem Amphictyones, quod est publicum Graeciae concilium, hospitia ei gratuita decrevere. Fuit et alius Micon, qui minoris cognomine distinguitur: cuius filia Timarete et ipsa pinxit.

XXXV. Nonagesima autem Olympiade fuere Aglao-

In porticu Pompeii. Habebat theatrum Pompeii, nona regione Vrbis, exiguo dissitas intervallo, porticum, Regiam sive Basilicam, et Curiam. Vide Dionem, XLIV. Curia occiso in ea Caesare occlusa est. Hard.

An descendentem. Hoic Plinii loco plurimum conviciatur Cl. Falconet. Cur tamen pingi non potest miles, qui in urbis obsidione murumque superans, ambiguum relinquat, ascendatne, an descendat? Brot.

Hic Delphis aedem pinxit. De hac pictura fuse Pausan. Phoc. X, pag. 662. H. *Aedem pinxit.* Illa aedes Delphis dicebatur Λέσχη, id est, confabulationis locus. Ibi Troiae excidium pinxit Polygnotus. Patet ex Pausaniae loc. citat. descriptione, in illa tabula non fuisse egregiam artem, sed prope rudia, ac velut futurae mox artis primordia, ut loquitur Quintilianus, Inst Orat. XII, 10. Brot.

Quae Poecile vocatur. Ποικίλη, hoc est, *varia*, a picturarum varietate, quas Polygnotus fecit. Meminit Pausan. in Attic. I, pag. 27. Laërtius in Zenone, VII, Ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ Πισιανακτίῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου Ποικίλη. Vide Suidam, verbo Ποικίλη. Similis fuit et Sicyone Ποικίλη στοά, de qua librum conscripsit Polemon, teste Atheoaeo, XIII, p. 577. H.

Gratuito. Idem Laërtius, loc. cit. Plutarchus in Cimone, p. 481, Suidasque testantur. Hard.

Micon. Graecis Μίκων, iam cum Polygnoto superius appellatus XXXIII, 56. Atheniensem fuisse Pausanias ait. Hard.

Vnde maior huic auctoritas. Certe illa auctoritas fuit Polygnoto, non Miconi; quum Polygnotus gratuito pinxisset, et Thasius fuerit, non Atheniensis; unde hospitia ei gratuita decreta. Nec quis haereat, quod dicitur, *huic auctoritas*. Iam bis supra *hic* occurrit. Praeterea et apud optimos scriptores *hic* ad remotius nonnunquam refertur, ut iam observavi ad Tacitum, Hist. lib. II, cap. 77. Brot.

Amphictyones. De his VII, 37. H.

Timarete. Τιμαρέτη. H.

XXXVI. *Aglaophon.* Athenaeus, pag. 264, vers. 16, lib. X, scribit, Alcibiadem tabulas duas pictas ab Aglaophonte in publico posuisse. In

phon, Cephissodorus, Phrylus, Evenor pater Parrhasii, et praeceptor maximi pictoris, de quo suis annis dicemus: omnes iam illustres, non tamen, in quibus haerere expositio debeat, festinans ad lumina artis: in quibus primus refulsit Apollodorus Atheniensis nonagesima quarta Olympiade. Hic primus species exprimere instituit, primusque gloriam penicillo iure contulit. Eius est sacerdos adorans, et Aiax fulmine incensus, qui Pergami spectatur hodie: neque ante eum tabula ullius ostenditur, quae teneat oculos.

Ab hoc artis fores apertas Zeuxis Heracleotes in-

altera Pythias et Olympias ipsum coronabant: in altera super Nemeae sedentis genibus Alcibiades fuit pulchriore facie, quam vel mulierem deceret. Dalec. — *Aglaophon.* Alter hic ab illo Polygnoti patre, de quo ante diximus. De isto, qui nunc a Plinio appellatur, Quintilianos egit XII, 10, pag. 893: « Primi, quorum quidem opera, non vetustatis modo gratia visenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur, Polygnotus, atque Aglaophon: quorum simplex color tam sui studiosos adhuc habet, ut illa prope rudia, ac velut futurae mox artis primordia, maximis qui post eos exstiterunt, auctoribus praeferantur. Post Zeuxis, etc. » Hard.

Evenor. Pausanias, I, 51: Παρράσιος ὁ Εὐήνορος. Harpocration, pag. 236, ex Iuba, quem auctorem Plinius in hoc opere sequitur: Ἰόβας ἐν ἑγδόῃ περὶ ζωγράφων, φησὶ Παρράσιον εἶναι υἱὸν μαθητὴν Εὐήνορος, Ἐφέσιον δὲ τὸ γένος. Hard.

De quo suis annis Nempe Olymp. xcv. Hard.

Omnes iam. Brot. ex Reg. 5 et ed. princ. *omnes hi iam ill.* Ed. P.

Apollodorus Atheniensis. Plutarchus in libello, cui titulum fecit, Bellone an pace illustriores Athenienses fuerint, pag. 346: Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος, ἀνθρώπων πρῶτος τὴν ἐν ἀρῶν φθορὰν καὶ ἀπόχρωσιν σκιᾶς, Ἀθηναῖος ἦν. « Apollodorus pictor, qui primus hominum reperit colorum mixturas, et umbrae usum, Atheniensis fuit. » Plinius *species* hoc loco appellat, oris et habitus venustatem. Hard.

Quarta. Brot. ex cod. Reg. 5 et edit. princ. *tertia*, et sic libb. ante Hard. vulgg. Ed. P.

Neque ante eum tabula ullius ostenditur. Mirum hoc, quum opera Phidiae supra tanti fecerit. Dal.

Zeuxis. De Zeuxidis patria consentiunt Aelian. Varr. Hist. IV, 22; Cicero de Invent. II, aliique. Tzetzes nihilominus, Chil. VIII Histor. 169, Ephesium facit. Quae porro ea Heraclea sit, in tanta cognominum urbium multitudine, quae praeclaris illius monumentis atque picturis gloriantur ex aequo, statuere haud in promptu est. Crotoniatis operam suam in Italia quum navasse Zeuxis a Tullio dicatur

travit, Olympiadis nonagesimae quintae anno quarto, audentemque iam aliquid penicillum (de hoc enim adhuc loquimur) ad magnam gloriam perduxit, a quibusdam falso in octogesima nona Olympiade positus, quum fuisse necesse est Demophilum Himeraeum, et Neseam Thasium; quoniam utrius eorum discipulus fuerit, ambigitur. In eum Apollodorus supra dictus versus fecit, « artem ipsis ablatam Zeuxin ferre secum. » Opes quoque tantas acquisivit, ut in ostentatione earum, Olympiae aureis litteris in palliorum

loc. cit. sit autem Heraclea in eodem tractu Crotoni vicina, haud scio an auspicari liceat, oriundum ex ea fuisse. De Zeuxide (nam et id obiter inseri iuvat) versiculus vulgo fertur, in quo latinae omnes litterae reperiuntur: « Zeuxis erat pictor, quem flebat dura Phrygum gens. » Hard.— *Heracleotes.* Ab Heraclea Italiae, Tarentinorum colonia, prope ostium fluvii Aciris, nunc *Agri.* Brot.

Olympiadis nonagesimae quintae, etc. Incidit id tempus in ann. V. 345. Haro.

De hoc enim adhuc loquimur. Genus plagendi duplex: alterum penicillo, encausto alterum: illud coloribus, ceris istud et inustione fiebat. De priore tantum genere loqui se modo Plinius admonet. De posteriore inferius, cap. 41. Hard.

In octogesima nona Olympiade. Vaticanus codex, et Reg. male *LXXIX*, pro *LXXXIX*, ut alii habent cum vetustis editionibus. Nam Romana anni 1470, *in octogesima nona Olympiade* habet, aliaeque omnes. Haro.

Artem ipsis. Forte *ipsius*, Apollodori scilicet. Haro.

In ostentatione earum ... in palliorum tesseris intertextum nomen suum ostentari (sic prius). MSS. *inscitum.* Sed quis aequis auribus in Plinio acciplet, *in ostentatione ... ostentari?* Coulicio: « Opes quoque tantas adquisivit, ut in ostentationem earum Olympiae aureis litteris in palliorum tesseris insertum nomen suum gestaret. » *Tesseras* intelligo notas et titulos, quibus dominus noscitur: ut nunc quoque in sudariis, indusiis, mappis et huiusmodi lino primis litteris nomina possidentium acu et alio colore pinguntur. Rem confirmat, quod leginus apud Fl. Vopiscum in Carino: « Matris tunicam dedit mimae, lacernam patris mimo... Inscriptum est adhuc in choraulse pallio Tyrianthino (quo ille velut spolio nobilitatis exsultat) Messalae nomen et uxoris. » Zeuxidis quoque litteras auro solido et unciali potius fuisse quam intextas aut acu pictas crediderim: hoc enim potius congruit ostentatori pecunioso. Neque hinc abhorrere *tesserae* vocabulum Iustinus docet lib. III: « Vt non de salute, sed de sepultura solliciti, tesseras insculptis suis et patrum nominibus dextra brachio deligarent: ut si omnes adversum praelium consumpsisset, et temporis spatio con-

tesseris intextum nomen suum ostentarit. Postea donare opera sua instituit, quod ea nullo satis digno pretio permutari posse diceret, sicuti Alcmenam Agragantinis, Pana Archelao. Fecit et Penelopen, in qua pinxisse mores videtur; et athletam: adeoque sibi in illo placuit, ut versum subscriberet, celebrem ex eo,

fusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturae possent. » Polyaenus in eadem re, lib. I Strateg. ἵνα δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναιρέσει γνωρίζοιτο ἕκαστος, ἐπὶ τὰς σκυταλίδας τοὔνομα γραψάντων. Iustinus igitur quoque licet tabellas indicet, facile tamen hinc colligas quodvis pittacium, massulam, laciniam, limbum, denique quamcumque materiam, cui nomen possit incidi, inscribi, addi, atque adeo ipsam partem vestis, quae nomen aut notas tales continet, *tesseram* vel *titulum* recta dici. Gron. — *In palliorum tesseris.* Tesseras Gronovius intelligit notas, et titulos, quibus dominus noscitur: ut nunc quoque in sudariis, indusiis, etc. nomina possidentium primis litteris acu et alio colore pinguntur. Laudat adductum supra Vopisci locum Rubenius de Re vest. I, 10. Sed tesseras ille arbitratur esse quadratas tabellas paliis intextas, quibus litterae, quae nomen domini referrent, essent inscriptae: atque, ut opinor, rectius. Nam et in orbiculis olim nomen descriptum legimus. Anastasius in Leone IV: » Atque super ipsum altare fecit vestem auro textam, candidis per totum margaritis fulgentem, et in dextra laevaque tabulas gemmatas habentem, cum aureis per circuitum orbiculis, quibus insigne ipsius praesulis nomen est descriptum. » Sic vestibus sacris hodieque gentilitias tesseras intextas cernimus. Sic in palliis equitum torquatorum, textum opere phrygio ordinis sui insigne. H. — *In palliorum tesseris.* Aliter Raphael in tabulis suis, palliorum tesseris nomen suum saepe inscripsit, RAPHAEL. РАФАИЛ. RAPHAELLO. Br. — *Intextum . . . ostentarit.* Brot. ex MS. Reg. 2, et edit. principe, *insertum . . . ostentaret.* Ed. P.

Diceret. Quum, ut recte Quintilianus, XII, 7, pag. 883: »Pleraque hoc ipso possint videri vilia, quod pretium habent. » Hand.

Alcmenam Agragantinis. Sic omnes MSS: non *Agrigentinis.* Fuit oppido nomen graecum Acragas, Latinis Agrigentum, ut Plinius ipse in Geographicis admonuit. Crotoniatis contra magno pratio conductus Helenam pinxit, ut Cicero refert de Invent. cap. 1. H. — Brot. ex Reg. cod. 5 et edit. principe; *Agrigentinis.* Ed. P.

Archelao. Macedoniae regi, ante Alexandrum Magn. annis fere 65. Hand.

In qua pinxisse mores. Ita libri omnes, non *amores*, ut Hermolao visum. Mores exprimere in tabella, artis est eximiae dos praeclara: atque id picturae genus ἠθικὸν Veteres appellabant. De eo Martialis, X, ep. XXXIII: »Ars utinam mores, animumque effingere posset. Pulcrior in terris nulla tabella foret. » Hand. — *Mores.* Sic Reg. cod. 5 et edit. princeps; in

« Invisurum aliquem facilius, quam imitaturum. » Magnificus est Iupiter eius in throno adstantibus diis: et Hercules infans dracones strangulans, Alcmena matre coram pavente et Amphitryone. Deprehenditur tamen Zeuxis grandior in capitibus articulisque; alio-

MSS. Regg. 2 et 3, *amores*, ut Barbaro placebat. Ed. P.

Invisurum aliquem facilius, etc. Plutarch. lib. de Gloria Atheniens. pag. 346, ab Apollodoro pictore, de quo superius dictum, versum hunc primo usurpatum scribit: Μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται. « Facilius haec culpabit quis, quam imitabitur. » Carolus Dati Italice reddidit: « Fia chi l'invidii più, che chi l'imiti. » Hard.

Magnificus est Iupiter, etc. Sic libri omnes. Pintiano magis placet, *magni factus est*: nobis, non item. Pingi porro solitum in throno Iovem testis est Albricus philosophus lib. de imag. Deorum, cap. 2, de Iove: « Iupiter Saturni filius, inquit, cui caelum et caeli regnum in sortem cessit, pingebatur in throno eburneo, in sua maiestatis sede sedens, sceptrum regium in manu tenens, scilicet sinistra, etc. » Hard.

Hercules infans dracones strangulans. Plautus in Amphitr. « Devolant angues iubati deorsum in impluvium duo Maxumi; continuo extollunt ambo capita. » Et paulo post: « Postquam conspexit angues ille alter puer, Citus a cunis exsilit, facit recta in angues impetum; Alterum altera eos manu prehendit perniciter. » Dal. — *Hercules*. In Anthol. Graec. IV, 8, elegans exstat epigramma in eam rem: Θλῖβε δρακοντείους περιμήκεας ὄβριμε θῆρας, Ἡρακλες, δακέτων ἀγχιβατεῖς φάρυγας. Ἐξέτι σηπιάχοιο, χόλον ζηλήμονος Ἥρης Ἀμπαυσον, μοχθῶς γνῶθι καὶ ἐκ βρέφεος. Οὐ γάρ σοι κρητὴρ χαλκήλατος, οὐδὲ λέβητες, Ἀλλ' ὁδὸς εἰς αὐλὴν Ζηνός, ἔπαθλον ἔφυ. Hoc est, interprete Grotio: « De effigie Herculis infantis duos prementis angues: Stringe feris longis fauces, animose, profundas, Alcide: valida comprime monstra manu. Iam nunc intrepidis adsuesce laboribus infans, Iunonisque odiis disce satisfacere. Non crater te namque vocat, nec ab aere lebetes Dona, sed ad superi limina regis iter. » Hard.

Deprehenditur Zeuxis grandior in capitibus articulisque. Exiliora corporum membra faciebat, quam ut capitibus articulisque responderent. Sic omnes libri editi cum Reg. 2, Colb. 3, aliisque. Deprehendi hoc loco idem est, ac videri: quod de Euphranore inferius: « Hic primus expressisse dignitates heroum ». Sed fuit universitate corporum exilior, capitibus articulisque grandior. » De Zeuxi Quintilianus, XII, 10, pag. 893: « Nam Zeuxis plus membris corporis dedit, id amplius atque augustius ratus; atque, ut existimant, Homerum sequutus, cui validissima quaeque forma, etiam in feminis placet. » In Vaticano *reprehenditur*: quod defendi potest simili sententia Quintiliani loc. cit. pag. 895, ubi de statuariis: « Demetrius, inquit, reprehenditur, tanquam in ea nimius, etc. » H.

qui tantus diligentia, ut Agragantinis facturus tabulam, quam in templo Iunonis Laciniae publice dicarent, inspexerit virgines eorum nudas, et quinque elegerit, ut quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet. Pinxit et monochromata ex albo.

Aequales eius et aemuli fuere Timanthes, Androcydes, Eupompus, Parrhasius. (x.) Descendisse hic in certamen cum Zeuxide traditur. Et quum ille detulisset uvas pictas tanto successu, ut in scenam aves advolarent, ipse detulisse linteum pictum, ita veritate repraesentata, ut Zeuxis, alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam; atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse volucres fefellisset, Parrhasius autem se artificem.

Agragantinis facturus tabulam, q. in templo, etc. Qui tabulam faciendam locarant, quam in templo Iunonis Laciniae, quod prope Crotonem in Italia fuit, ex voto facto dedicarent. Simile Zeuxidis factum refert et Cicero de Inv. II, cap. 1, quum vellent Crotoniatae templum illud ipsum Iunonis egregiis picturis locupletare: atque ita ex selectis quinque virginibus Helenam finxisse tum dicitur. Quamnam Agrigentinis picturam expresserit, non constat. De Iunonis Laciniae ara II, 144, p. 123. H. — *Agragantinis*. Brot. ut semper alias, *Agrigentinis*. Eu. P.

Pinxit et monochromata ex albo. Hoc est, tabellas simplicis coloris. Ante ipsum in tabellis cretalis pingebant rubro, expressis umbris. Ille in tabellis nigris pinxit albo, expresso lumine, quod erat difficilius. Aristoteli λευκογραφία videtur id Scheffero dictum, lib. de Arte pingendi, pag. 77, etsi ibi interpretes explicent, *delineare creta*. H.

Timanthes. De Timanthe inferius. De Androcyde, Athen. VIII, p. 346, qui eum in pingendis piscibus fuisse eximium ait. De Eupompo et de Parrhasio infra dicetur. Hard.

Androcydes. Androcydes pinxit Thebanorum victoriam duce Charone equestri praelio ad Plataeas, Plutarch. in Pelopida. Inter omnia eius opera maxime laudatos fuisse pisces, quos circa Scyllam pinxit, auctor est idem, lib. IV Sympos. quaest. 2; pinxisse vero tam ingeniose, quod eas piscium maxime delectaretur. Dal.

Cum Zeuxide traditur. Ridentem obiisse Zeuxidem quum vetulam a se pictam aspiceret, tradunt. Apud Festum hi versus exstant citati ex vetere quodam poëta: »Nam quid modi facturus risu denique? Nisi pictor fieri vult qui risu mortuus est.« Dal.

Fertur et postea Zeuxis pinxisse puerum uvas ferentem, ad quas quum advolasset avis, eadem ingenuitate processit iratus operi, et dixit: « Vvas melius pinxi, quam puerum: nam si et hoc consummassem, avis timere debuerat. » Fecit et figlina opera, quae sola in Ambracia relicta sunt, quum inde Musas Fulvius Nobilior Romam transferret. Zeuxidis manu Romae Helena est in Philippi porticibus: et in Concordiae delubro Marsyas religatus.

Fertur et postea Zeuxis pinxisse puerum. Confer ista cum iis quae Seneca pater de hac ipsa re afferi, in Controv. lib. V, 34. HARD.

Advolasset. Gronov. et al. ante Hard. *advolassent aves.* ED. P.

Iratus operi. Seneca Controv. lib. X, 5, narrat uvas deletas a Zeuxide, servatumque puerum ut meliorem, quamvis non ita similem. DALEC.

Fulvius. Anno V. 666. Eumenius Rhetor in oratione pro restaurandis Scholis, n. 7: « Aedem Herculis Musarum in Circo Flaminio Fulvius ille Nobilior ex pecunia censoria fecit, non id modo sequutus, quod ipse litteris, at summi poëtae amicitia duceretur: sed quod in Graecia quum esset Imperator, acceperat Herculem Musagetem esse, id est, comitem ducemque Musarum: idemque primus novem signa, hoc est, omnium Camenarum ex Ambraciensi oppido translata, sub tutela fortissimi numinis consecravit, etc. » De expeditione Fulvii in Ambracienses vide Livium, XXXVIII, pag. 482. Nummus antiquus Pomponiae gentis, HERCVLES MVSARVM, in quo Hercules cum lyra: ex parte altera caput Numae Pompilii, a quo gens Pomponia duxit originem. Hinc imperiti finxere « Aedem Herculis Musarum, » vel « Herculis et Musarum: » quum sententia iis litteris expressa sit: « HERCVLES Signis MVSarum Ambraciensibus Romuli Vrbem Muneravit. » Ad transferenda utique senes signa novem Herculea opus fuit lacertorum vi. Hinc fictus et apud Gruterum, Ἡρακλῆς Μουσαγέτης. HARD.

Helena est. Eam picturam scortum vocatum fuisse, τὴν ἑταῖραν, quod ad eam spectandam neminem Zeuxis admitteret, qui certam pecuniae summam non persolvisset, Aelianus, Histor. lib. IV, cap. 12. Nicostratum pictorem eam tabulam cum stupore aspexisse, refert idem auctor, Hist. lib. XIV, cap. 47. Scitu vero dignum quod scribit Valer. Max. lib. III, c. 7, Zeuxin exspectandum non putasse quid de eo opere sensuri homines essent, sed protinus hos versus ex Iliadis Γ adiecisse: Οὐ νέμεσις Τρῶάς τε καὶ εὐκνήμιδας Ἀχαιοὺς Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν· Αἰνῶς ἀθανάτοισι θεαῖς εἰς ὦπα ἔοικεν. DAL.

In Philippi porticibus. Porticus Philippi Marcii in regione Vrbis nona a P. Vietore statuitur, in qua et is Herculis Musarum aedem instauravit. Martialis, lib. V, epigr. 1: « Vites censeo porticum Philippi: Si te viderit Hercules, peristi. » HARD.

Parrhasius Ephesi natus, et ipse multa constituit. Primus symmetriam picturae dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, confessione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Haec est in pictura summa sublimitas. Corpora enim pingere et media rerum, est quidem magni operis: sed in quo multi gloriam tulerint. Extrema corporum facere, et desinentis picturae modum includere, ra-

Et in Concordiae delubro. Regione Vrbis octava, Hard.

Parrhasius. Sic Athen. XII, pag. 543; Strabo, XIV, p. 642; Tzetzes, Chil. VIII, Hist. 198. Seneca pater loc. citat. ab Atheniensibus donatum civitate innuit: ut et interpres Horatii ad Carm. IV, Od. 4. Hard. — *Parrhasius.* Gron. et al. *Parasius.* Ed. P.

Primus symmetriam picturae dedit. Picturae Parrhasius, ut statuariae Euphranor: de quo ipse inferius cap. 40: »Euphranor Isthmius ... Fecit et colossos... Hic primus videtur expressisse dignitates heroum, et usurpasse symmetriam.« Vel usurpasse hic dicitur, seu retulisse in usum, quod alter invenerat. Hard.

Argutias vultus. Huc pertinet quod Melicus Simonides dixit: ζωγραφίαν εἶναι ποίησιν σιωπῶσαν καὶ σιγῶσαν, ποίησιν δὲ ζωγραφίαν λαλοῦσαν καὶ φθεγγομένην. Vict. lib. XXII, c. 24. Dal. — *Argutias.* Elegantiam, vim, leporem, gratiam. Plinius, XXXIV, 19, de Lysippo: »Propriae eius videntur esse argutiae operum, custoditae in minimis quoque rebus.« Sic Virgil. in Georg. *Argutumque caput*, disisse meminimus. H.

Summa sublimitas. Ita Reg. 2, Colb. 3, caeterique: libri editi *subtilitas.* Et Quintil. XII, 10, pag. 893: *existimasse subtilius lineas* Parrhasium tradit: tamen praeter MSS. fidem, quod sequatur proxime, »est quidem magni operis: et rerum in successu artis« magis arridet, *sublimitas.* H.

Extrema corporum facere. Polycletus eleganter et argute dicere solebat, molestissimum opus esse quum ad ungues pervenisset, nempe maximam difficultatem obiici quum summa operi imponenda est, ut ad unguem quod factum est perpoliatur, ne quid hiet, asperiusve protuberet ac emineat. Ars enim quum ab informi rudimento et atypoto incipiat, particulatim formam addit, perfectoque et absoluto opere manum addit, sed labore maximo, quamobrem χαλεπώτατόν ἐστιν ἔργον ὅταν ἐν ὄνυχι πολὺς γένηται. Hadr. Iun. lib. IV, c. 48. Dal. — *Extrema.* Summa commendatio picturae est, ut corpora in tabula extremis lineis tanta subtilitate praecidat, ut quum desinere ibi corpus certum sit, visum tamen omnino fallat, et ambire sese extremitas ipsa videatur, aliaque post se promittere: hoc est, ut revera id corpus emineat, et quod in superficie planum est, foris exstare videatur. Intelligimus pariter lineas extremas extimasque, quibus depicta corpora includuntur. Hard.

rum in successu artis invenitur. Ambire enim debet se extremitas ipsa, et sic desinere, ut promittat alia post se; ostendatque etiam quae occultat. Hanc ei gloriam concessere Antigonus et Xenocrates, qui de pictura scripsere: praedicantes quoque, non solum confitentes. Alia multa graphidis vestigia exstant in tabulis ac membranis eius, ex quibus proficere dicuntur artifices. Minor tamen videtur, sibi comparatus, in mediis corporibus exprimendis. Pinxit et Demon Atheniensium, argumento quoque ingenioso. Volebat namque varium, iracundum, iniustum, inconstantem: eumdem exorabilem, clementem, misericordem, excelsum, gloriosum, humilem, ferocem, fugacem-

De pictura. Brot. ex Regg. codd. 2, 3, *de picturis*; teste Laërtio in Chrysippo, περὶ πινάκων scripserat Antigonus. Eq. P.

Alia multa graphidis vestigia. Γραφὶς est pictura linearia, ut iam diximus. Haec graphidia exemplaria, *des dessins*, *des crayons*, vulgus vocat. Haan.

Minor tamen videtur. Graciliores fecisse medias corporum partes videtur, si cum universo corpore conferrentur, ut contra Zeuxis in capitibus, quemadmodum dictum est supra, grandior deprehensus. Haan.

Pinxit et Demon Atheniensium. Δῆμον, hoc est, populi Atheniensis, seu civium in communi concilio consessuve multitudinem. Iuvat tamen hoc loco integram adscribere adnotationem Caroli Dati in hunc Plinii locum ex libro Italico, quem inscripsit, *Vite de' Pittori antichi*, pag. 73: « Con qual arte o invenzione Parrasio potesse esprimere tanta varietà d' inclinazioni e d'affetti, io certamente non saprei dire, e sin ora confesso ingenuamente di non me l'esser saputo immaginare. Ma chi si contentasse di vedere in cambio della pittura una bella descrizione del Genio d'Atene, ricorra a Plutarco, nel primo de' precetti per amministrar la repubblica. Pausania nelle cose dell'Attica dice che Leocare scultore fece la statua del popolo Ateniese. Giuseppe Ebreo Ant. Giud. XIV, 16; Meurs. II, 11. Aten. Attic. Aristolao figliuolo e scolare di Pausia dipinse la plebe d'Atene. » Plin. XXXV, 11. Imago Atticae plebis: « Ma questa forse fu una cosa simigliante a quella frequenza di donne dipinta pure in Ateone da Enione Maronita, del quale poco sopra il medesimo Plinio, « Athenis frequentiam, quam vocavere Polygynaecon. Hard. — *Demon.* Ingeniosa fuit illa tabula, et Socrate Parrhasii amico digna. In tabula quoque Raphaëlis, quae Paulum in Areopago concionantem exhibet, multos et diversissimos sensus videre est. Brot.

que, et omnia pariter ostendere. Idem pinxit Thesea, qui Romae in Capitolio fuit: et Navarchum thoracatum. Et in una tabula, quae est Rhodi, Meleagrum, Herculem, Persea. Haec ibi ter fulmine ambusta, neque obliterata, hoc ipso miraculum auget. Pinxit et Archigallum: quam picturam amavit Tiberius princeps: atque, ut auctor est Decius Eculeo, ex sestertiis aestimatam, cubiculo suo inclusit. Pinxit

Idem pinxit Thesea. Quae pictura cum simili Euphranoris tabella componitur, cap. 40. Picturae huius argumentum explanat vetus epigramma in Anthologia graeca, lib. IV, 8: Εἰς ἀνδριάντα Θησέως, καὶ τοῦ Μαραθωνίου ταύρου. Ταῦμα τέχνης ταύρου τε καὶ ἀνέρος, ὧν ὁ μὲν ἀλκὰν Θῆρα βίῃ βρίθει, γυῖα τιταινόμενος· Ἶνας δ' αὐχενίους γνάμπτων, παλάμησιν ἔμαρψε Λαιῇ μυκτῆρας, δεξιτέρῃ δὲ κέρας. Ἀστραγάλους δ' ἐλέλιξε, καὶ αὐχένα θὴρ ὑπὸ χερσὶν Δαμνάμενος κρατεραῖς, ὤκλασεν εἰς ὀπίσω. Ἔστι δ' οἴσασθαι τέχνης ὕπο τῷδ' ἐνὶ χαλκῷ Θῆρα μὲν ἐμπνείειν, ἄνδρα δ' ἱδρῶτι ῥέειν. Grotius interpres: «De imagine Thesei, et tauri Marathonii: Artis opus mirae: vir, et ingens corpore taurus: Ille premit, tendens fortia membra, bovem: Cervicisque fibras urget dum poplite, nares Laeva tenet, cornu flexile dextra manus. Iam domitus collo luxatis verticulis bos Deficit, et labens in sua crura sedet. Quis spectans spirare ferum non dicat in aere Sudantemque suo rore madere virum?» Hard. — *Pinxit Thesea.* Egregia est Thesei tabula in picturis Herculanensibus. *Pitture antiche d'Ercolano*, t. I, tab. 5, quae forte ex Parrhasiana fuit expressa. Brot.

Navarchum thoracatum. Classis praefectum. Quidam legunt *Nearchum*, tyrannum, qui Zenonem philosophum et torqueri, et necari iussit. Valer. cap. et lib. III; Diog. Laërt. in Zenone. Nearchi ducis Atheniensis meminit Thucydides. Quidam *Nicarchum* legunt memoratum a Xenophonte. Dal.

Meleagrum. Pinxit et alteram Parrhasius, Meleagri cum Atalanta tabulam, teste Tranq in Tib. xliv, de qua mox dicemus. Hard.

Pinxit et Archigallum. Sic appellatur sacerdotum Magnae Matris deum antistes. Tertull. in Apologetic. cap. 25, pag. 24: «Archigallus ille sanctissimus, die nono kal. april. quo sanguinem impurum lacertos quoque castrando libabat.» Similis argumenti alteram *Parrhasii tabulam* Tiberius amasse dicitur, auctore Tranquillo, cap. cit. «in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub conditione, ut si argumento offenderetur, decies pro ea sestertium acciperet: non enim modo praetulit, sed et in cubiculo dedicavit.» Valde inclinat animus, ut eamdem esse picturam existimem, quam Tranquillus, et quam Plinius ait a Tiberio adamatam. Hard.

LX. Sestertiis. Sive lx sestertium millibus: gallicae monetae libris 11,671. Ed. P.

et Cressam nutricem, infantemque in manibus eius; et Philiscum, et Liberum patrem adstante Virtute, et pueros duos, in quibus spectatur securitas, et aetatis simplicitas: item sacerdotem adstante puero cum acerra et corona. Sunt et duae picturae eius nobilissimae: Hoplitites alter, in certamine ita de-

Infantemque in manibus eius. Sic MSS. omnes. Pelicerius in Notis MSS. quas citat. Car. Dati, coniiciebat, « infantesque in mammis eius, » emendatione haud valde necessaria: quum sit eadem utrobique sententia. Maro, Aen. V, simile expressit argumentum picturae: « Olli serva datur, operum haud ignara Minervae, Cressa genus Pholoë, geminique sub ubera natl. » Cressam autem, hoc est, Cretensem vocat, quasi ex tali regione venirent quae praecipuas feminas mitteret, ut exponit Donatus. Hard.

Et Philiscum. Eum fortassis quem apes in agris coluisse, et scripsisse de iis auctor est Pliuius, XI, 9, vel tragoediarum scriptorem potius, de quo inferius cap. 20. Fuit aliquando suspicio, legi pro *Philisco Philocteten* oportere: quod exstat perelegans in pictnram eam Parrhasii epigramma in Anthol. IV, 8: Καὶ τὸν ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν πολυώδυνον ἥρω Τόνδε Φιλοκτήτην ἔγραψε Παῤῥάσιος. Εὖ τε γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐσκληκόσι κωφὸν ὑποικεῖ Δάκρυ, καὶ ὁ τρύχων ἐντὸς ἔνεστι πόνος. Ζωογράφων ὦ λῷστε, σὺ μὲν σοφός, ἀλλ' ἀναπαῦσαι Ἀνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει. « Vidit et hunc, credo, miserum Poeante creatum Parrhasius: forma est tam bene picta viri. Quippe subest oculis arentibus abdita quaedam Lacryma, seque dolor tam ferus intus agit. Eximium nemo te, pictor, in arte negabit: Desinere illius sed mala tempus erat. » Hard. — *Philiscum.* Philiscum Abydenum memorat Xenophon lib. VII Rerum Graec. missum ab Ariobarzane ingenti pecunia, ut Thebanos ac Lacedaemonios ad pacem hortaretur. Aelianus, Histor. lib. IX, cap. 42, Alcaeum et Philiscum Epicureos Roma pulsos fuisse tradit. Quidam Philiscum volunt unum e triginta tyrannis, quos Atheniensibus Lysander imposuit. Philisci meminit et Aelianus, Hist. lib. IX, cap. 44, Alexandro praecepta dantis, quem hic significari puto. Dal.

Et Liberum patrem. Bacchum eximie pictum a Parrhasio scribit quoque Suidas, verbo Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Quam picturam Corinthii quum viderent, spretis aemulorum eius operibus, exclamasse admirabundos ait, « Quid haec ad Parrhasii Liberum? » Τί πρὸς τὸν Διόνυσον; Hard.

Cum acerra. Acerra videtur fuissa arcula thuraria, in qua thus incendi ad suffimentum solet. Ovid. Fast. IV, 934: « Cumque meri pathera thuris acerra fuit. » Vtrumque pariter iungit et Tullius de Legg. II, cap. 24, § 60: Haec praeterea sunt in legibus de unctura... ne sumptuosa aspersio, ne longae coronae, ne acerrae praetereantur. » Hard.

Hoplitites. Ita Reg. 2. In editis ridicule, *hoplitides*; nam de feminis accipi ista non possunt. Οπλιτίτης, qui Polluci ὁπλιτοδρόμος, dicebatur is qui armatus cucrebat: quod in

currens, ut sudare videatur: alter arma deponens, ut anhelare sentiatur. Laudantur et Aeneas, Castorque ac Pollux in eadem tabula: item Telephus, Achilles, Agamemnon, Vlysses. Fecundus artifex, sed quo nemo insolentius et arrogantius sit usus gloria artis: namque et cognomina usurpavit, Abrodiaetum se appellando, aliisque verbis principem artis, et eam ab se consummatam. Super omnia Apollinis se radice ortum: et Herculem, qui est Lindi, talem a se pictum, qualem saepe in quiete vidisset. Ergo magnis suffragiis superatus a Timanthe Sami, in Aiace armorumque iudicio, herois nomine se moleste ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus esset.

Olympicis fiebat, et aliis sacris certaminibus. Vide Platonem de Legg. VIII. Hard. — *Hoplitites alter.* Brot. ex codd. Regg. et editione principe postremum verbum delet. Ed. P.

Fecundus artifex. De Lysippo superius XXXIV, 19: « Fecundissimae artis, qui plurima ex omnibus signa fecit. » Infra de Antidoto, cap. 40: « Ipse diligentior, quam numerosior. » De Protogene: « Et ideo minor fertilitas. » Hard.

Abrodiaetum se appellando. Mollem, delicatum, lautum. Idem Aelian. Histor. lib. IX, c. 11, refert cum purpurea veste usum fuisse, caput aurea corona redimire solitum, scipionem gestare aureis claviculis circumdatum, calceorumque ansas ligulis aureis obstringere, ut non immerito se Αβροδίαιτον cognominaret. Dal. — *Cognomina usurpavit; Abrodiaetum se appellando.* Exstat Parrhasii epigramma apud Athenaeum, XII, pag. 543, quod ille picturis suis inscribere solitum ferunt: Αβροδίαιτος ἀνὴρ ἀρετὴν τε σέβων τόδ' ἔγραψε Παῤῥάσιος, κλεινῆς πατρίδος ἐξ Ἐφέσου. « Haec pinxit mollis, virtutis cultor, et idem Clara Parrhasius ex Epheso patria. » Hard.

Aliisque verbis. Quae recitat idem Athenaeus, loc. citat. Φημὶ γὰρ ἤδη Τέχνης εὑρῆσθαι τέρματα τῆςδε σαφῆ Χειρὸς ὑφ' ἡμετέρης· ἀνυπέρβλητος δὲ πέπηγεν Οὖρος· ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἔγεντο βροτοῖς. « Iam dico profecto Huius adest artis meta reperta mihi. Hoc nostrae valuere manus: praestantia fingunt; inculpata tamen nulla reperta viris. » Hard.

Et Herculem, etc. Totidem hoc verbis refert Athenaeus, l. c. Parrhasiique in eam rem carmen recitat: Οἷος δ' ἐννύχιον φαντάζετο πολλάκι φοιτῶν Παῤῥασίῳ δι' ὕπνου, τοῖος ὅδ' ἐστὶν ὁρᾷν. « Talis adest specie, qualem per somnia vidit Parrhasius pictor, culta figura Dei. » Hard.

In Aiace armorumque iudicio. In tabula quae Aiacis et Vlyssis contentionem exhiberet, de Achillis armis. Haec totidem plane verbis Athenaeus loc. cit. Hard.

Pinxit et minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis ioci se reficiens.

Nam Timanthi vel plurimum adfuit ingenii. Eius enim est Iphigenia, oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, quum moestos pinxisset omnes, praecipue patruum, et tristitiae omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius vultum velavit, quem digne non poterat ostendere. Sunt et alia ingenii eius exemplaria, veluti Cyclops dormiens in parvula tabella: cuius et sic magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxta Satyros, thyrso pollicem eius metientes. Atque in omnibus eius operibus intelligitur plus semper, quam pingitur: et quum ars summa sit, ingenium tamen ultra artem est. Pinxit et heroa absolutissimi operis, artem ipsam comple-

Pinxit et minoribus tabellis libidines. Pictoribus poëtisque vulgare hoc vitium, homine semper indignum. Huiusmodi libidines in sua villa non esse pictas sibi gratulatur Sidonius Apollinaris, Epist. II, 2: » Non hic per nudam corporum pulchritudinem turpis prostat historia, quae sicut ornat artem, sic devenustat artificem.» Brot.

Eius enim est Iphigenia. De hac pictura Val. Max. VIII, 11, pag. 400: « Quid ille alter aeque nobilis pictor, luctuosum immolatae Iphigeniae sacrificium referens, quum Calchanta tristem, moestum Vlyssem, clamantem Aiacem, lamentantem Menelaum, circa aram statuisset, caput Agamemnonis involvendo, nonne summi moeroris acerbitatem, arte exprimi non posse confessus est?» Vide et Tullium in Orat. n. 73, et Fabium, qui hoc elegantius prodidit, II, 13, p. 115. Hard.

Patris ipsius vultum velavit. Pictor, quamvis id eius industriae tribuatur, ac posteritas in eam partem sit interpretata, Euripidis ingenium sequutus, ita fecisse videtur ... Εμπαλιν στρέψας κάρα, Δάκρυα προῆγεν, ὀμμάτων προθεὶς πέπλον. Dal. — *Vultum velavit, quem digne non poterat ostendere.* Vana multa adversus illud velamen effutiere Cll. Voltaire et Falconet, quae refutare puderet. Quanto melior iudex artifesque Raphaël! Ipse in tabula, qua mulieres Christum mortuum adorantes expressit, Mariae caput velavit; sed ea est veneratione, tali corporis habitu, ut reverentior moestiorque excogitari minime possit. Non per invidiam conviciaque antiquorum, sed per eorum laudes et imitationem, ad summam gloriam est via. Brot.

In omnibus eius operibus. Broter. ex MSS. Regg. 2, 5, Piot. Dalec et edit. princ. *in unius huius operibus.* Ed. P.

Artem ipsam complexus viros pin-

xus viros pingendi: quod opus nunc Romae in templo Pacis est.

Euxenidas hac aetate docuit Aristidem praeclarum artificem: Eupompus Pamphilum Apellis praeceptorem. Est Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens. Ipsius auctoritas tanta fuit, ut diviserit picturam in genera tria, quae ante eum duo fuere; Helladicum, et quod Asiaticum appellabant. Propter hunc qui erat Sicyonius, diviso Helladico tria facta sunt, Ionicum, Sicyonium, Atticum.

Pamphili cognatio, et praelium ad Phliuntem, et

gendi. Vt alii in mulieribus effingendis, sic ille in viris eximius. H.

In templo Pacis. Quod proxime forum romanum Vespasianus condidit, auctore Tranquillo, cap. IX. H.

Euxenidas. Εὐξενίδας. H.

Aristidem. Athenaeus, XIII, scribit, Aristidem, Pausaniam, Nicophanem pictores, dictos πορνογράφους, quod scorta et meretrices venuste pingerent. Alius fuit Aristides Nicomachi frater et discipulus, memoratus infra hoc capite. DAL.

Pamphilum Apellis praeceptorem. Apellis hunc praeceptorem pariter faciunt Plutarchus in Arato, et Suidas, verbo Ἀπέλλης. HARD.

Propter hunc, Eupompum videlicet. HARD. — *Qui erat Sycionius.* Id est, quod scribit Plutarchus in Arato, Sicyone floruisse gloriam et elegantiam pictoriae artis, quoniam illic tantum splendorem inviolatum retineret. Quamobrem Apellem eo se contulisse in mercedemque talentum solvisse, ut cum pictoribus in ea civitate consuetudinem haberet, simulque et in artis, et in existimationis societatem veniret. Aratum praeterea Melanthi et Pamphili tabulas emere solitum, quas ob artis praestantiam nobiles Ptolemaeo regi donaret. DAL.

Tria facta sunt, Ionicum. Ionia Graecorum fuit colonia in Asiam deducta: Athenae autem caput erant verae Helladis, in qua est et Sicyon, altera post Athenas picturae patria: unde mox generibus ipsis cognomina sunt facta, Atticum, Sicyonium, et Ionicum, olim Asiaticum appellatum. GELEN. *Sicyonium.* Sicyone in primis haesit picturae gloria. Plutarchus l. c. pag. 1032. HARD. — Sic nobis sunt *l'Ecole romaine, lombarde, vénitienne, flamande, française*, etc. BROT.

Pamphili cognatio. Subintellige, est: ut supra, *est Eupompi victor.* In libris hactenus vulgatis, *Pamphili pictura est*, sed ab interpolatore adiectae hae voces desunt in MSS. HARD.

Cognatio. Τὴν φρατρίαν, innuit, sodalitatem, sodalitium, tribum, contubernium, conventiculum, curiam, ἀπὸ τῶν κοινῶν φράτρων. Atheniensis populus divisus erat in duodecim tribus. Harum singulae in trea φρατρίας, sive curias, aut cognationes. DAL. — *Cognatio.* Una haec pictura fuit, quae sociale bellum adversus Phliasios ex-

victoria Atheniensium: item Ulysses in rate. Ipse Macedo natione, sed primus in pictura omnibus litteris eruditus, praecipue arithmetice et geometrice, sine quibus negabat artem perfici posse. Docuit neminem minoris talento annis decem; quam mercedem ei

primeret, quorum fidem in fuenda societate laudat in primis Xenophon. Hist. Graec. lib. VII, pag. 624 seqq. Castellum Phlius in Achaia fuit, IV, 6, huius Pliniani operis. Hard.

Ad Phliuntem. Cuius magistratu ac ductu ad Phliuntem commissum id praelium sit, aut quo saeculo, non reperio. Suspicantur quidam Pericle res gerente id accidisse, quum Sicyonijs ad Nemeam praelia fusis ac fugatis trophaeum erexit. Est autem Sicyoni Phlius contermina. Quidam id accidisse putant Lacedaemoniis a Nicia superatis ad Pylum, et a Cleone postea in Sphacteria captis. Athenienses certe eius felicitatis illustrandae causa aeneam imaginem victoriae in arce dedicaverunt, auctore Pausania, lib. IV. Alii coniectantur id evenisse, quum Timotheus Laconicam populatus classem Lacedaemonum in fugam vertit. Alii quum Iphicrates superatis Lacedaemonum copias disiecit, et fugam arripere coegit. Invenio quidem apud Thucydidem sub finem libri quinti, Argivos Phliasium agrum vastantes, exceptos insidiis a Phliasiis et exsulibus suis: eoque conflictu desideratos circiter octoginta: tum etiam eodem tempore Athenienses, qui in Pylo erant Lacedaemoniis praedae multum eripuisse, quod huic loco recte convenit. Caeterum magis placet hic significari praelium ad Phliuntem cum Pellenaeis commissum victoribus Phliasiis magna hostium clade, a Xenophonte descripsum, lib. VII Rerum Graecarum. Dal.

Victoria Atheniensium. Victoriam ἄπτερον significari puto, nempe alis destitutam, cuius meminit Pausanias in Atticis. Sic autem fingebant Athenienses, quasi ab eorum dominatu numquam recessura, aut evolatura esset: quemadmodum alij Fortunam compedibus vinclam, ut semper apud se propitiam detinerent, veluti captivam. Dalec. — *Et victoria.* Repugnantibus omnibus libris, in quibus *et victoria* legitur veremur hic et *victoria* scribere, quod nobis olim placuerat. H.

Ulysses in rate. Ulyssis tandem misertus Jupiter, per Mercurium Calypsoni imperavit, eum ut dimitteret. Confecta igitur rate, mari se iterum is commisit. Id videlicet est, quod Pamphilus pinxit. Dalec.

Ipse Macedo natione. Ex oppido Amphipoli, in confinio Macedoniae Thraciaeque, ut Suidas est auctor. Hard.

Arithmetice. Sunt haec substantiva, ut vocant, nunuina, non adverbialia, ut Rob. Stephano visum. Quin et in Chifletian. codice *aritmetica et geometricae* legi aiunt, sed mendose, ut reatur. Vide quae disimus XXX, 2. Hash.

Minoris talento annis decem. Sententia videtur esse, exegisse Pamphilum singulis annis talenta singula: neminem vero, nisi cuncta edoctum dimisisse ante decennium; quo tem-

Digitized by Google

Apelles et Melanthius dedere. Et huius auctoritate effectum est Sicyone primum, deinde et in tota Graecia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est, picturam in buxo docerentur, recipereturque ars ea in primum gradum liberalium. Semper quidem honos ei fuit, ut ingenui exercerent, mox ut honesti: perpetuo interdicto ne servitia docerentur. Ideo neque in hac, neque in toreutice, ullius qui servierit opera celebrantur.

Clari etiam CVII Olympiade exstitere Echion et Therimachus. Echionis sunt nobiles picturae, Liber pater, item Tragoedia et Comoedia: Semiramis ex

poris spatio tota ediceretur ars. HARD. — *Annis decem.* Brot. emendat, *minoris talento annuo*, ex iis quae sequuntur, « quam mercedem ei Apelles et Melanthius dedere. » Petet enim ex Plutarcho in Arato, pag. 1032, Apelleni dedisse tantum unum talentum, Atticum nempe, seu nostrae monetae libras 4,668. ED. P.

Et huius. Pamphili. HARD.

78. *Ante omnia.* Vel, eadem sententia, ex MSS. codicum fide, ipso Pintiano teste, *ante omnia.* HARD.

Graphicen. Sic MSS. omnes, non *diagraphicen.* Γραφική ars delineandi est. Busus olim ad id electa potissimum propter laevorem materiae, simoique densitatem, quod minime colorem biberet, nec lineas fluidas redderet. HARD.

Liberalium. Liberales artes dicuntur, quae coluntur ingenio: ideoque dignae sunt ingenuis hominibus. HARD.

Perpetuo interdicto, etc. Vide quae in hanc rem erudite congerit Gothofredus in cod. Theod. XIII, tit. 4, in qua pictorum immunitates, si modo sint ingenui, uti cavetur, recensentur perquam accurate. HARD.

Echion et Therimachus. Inter fictores huius olympiadis appelleti superius, lib. XXXIV, 49. HARD.

Semiramis ex ancilla regnum adipiscens. Eam vernae regii ancillam ac concubinam Ninus ipsius forma captus amavit, et stupri consuetudine obstrictus sic dilexit, ut nihil petenti denegaret. Itaque quum poscenti concessisset, ut in suo solio iussedens diceret, eiusque iussis omnes parerent, regio imperio ac potestate cultuque illa prodiit, et quum quaedam levia imperanti obtemperarent omnes, satellitibus et stipatoribus regis edicit, ut eam comprehendant, vinciant, interficiant. Ita ex diurno diuturnum principatum adepta est. Muret. Variar. lib. VI, cap. 17. DAL. — *Semiramis.* Ctesiem Plinius auctorem sequi creditur qui quo estu Semiramis regnum adepta sit, quum esset humilis fortunae femina, describit luculenter apud Diodor. Sic. Bibl. II, p. 107. HARD.

ancilla regnum adipiscens, anus lampadas praeferens, et nova nupta verecundia notabilis.

Verum omnes prius genitos futurosque postea superavit Apelles Cous, Olympiade CXII. Picturae plura solus prope, quam caeteri omnes, contulit, voluminibus etiam editis, quae doctrinam eam continent. Praecipua eius in arte venustas fuit, quum eadem aetate maximi pictores essent: quorum opera quum admiraretur, collaudatis omnibus, deesse iis unam Venerem dicebat, quam Graeci Charita vocant: cae-

Anus lampadas praeferens. Manifestum est ex ea tabula notam fuisse antiquis luminum et umbrarum rationem, *le clair-obscur.* Brot.

Apelles Cous. Coum Apellem fuisse Coensium quoque nummi testantur, ille in primis quem Seguinus edidit, p. 18 secundae editionis. Ex una parte virum nudum exhibet, dextro brachio ad latus reflexo: puerum sinistra gestat leoninae pelli insidentem. Viros significat in ea insula robustos esse, et ad Herculeos labores suscipiendos a puero institui. Epigraphe: ΚΩΙΩΝ. Ex altera parte ΚΑΛΜΟΣ. Caput virile, nudum, senile ac barbatum. Sententia sub his litteris latens haec est: versu graeco iambico comprehensa: Κώους Απέλλης Λαμπρύνει Μορφῶν Σοφῶς. « Coos Apelles nobilitat, qui delineabat subtiliter. » Spectat haec epigraphe certamen Apellis cum Protogene, de quo mox Plinius dicet. Testantur et alii. Ephesium tamen appellant Strabo, lib. XIV; Aelianus, Hist. An IV, 50; Tzetzes, Chil. VIII, Hist. 197; alii, quod ab Ephesiis scilicet, ut moris erat, donatus civitate fuerit. — Ita plane MSS. omnes Reg. 2, Colb. 3, et quem Pintianus vidit, et quos Becichemius Scodrensis sequutus est: praeterquam quod il *propinavit* exhibent, non *prope*: haud dubie mendose. At longe corruptius libri ad hunc diem vulgati: « Apelles eousque olympiade CXII in pictura provectus, ut plura solus prope, quam caeteri omnes, contulerit. » At ubi hic Apellis patria, qua in assignanda unicuique e reliquis diligentissimus est Plinius? Deinde *in pictura provectus*, Plinianam orationem vix resipit: sapit illa maxime, « picturae plura contulit. » Lib. XXXIV, cap. 19, de Lysippo: « Statuariae arti plurimum traditur contulisse. » Lib. XXXV, cap. 35, de Polygnoto: « Plurimumque picturae primus contulit. » Cap. 36, de Apollodoro: « Primusque gloriam penicillo iure contulit. » H.

Vnam. Gronov. et al. ante Hard. *unam illam Venerem.* Eo. P.

Graeci Charita vocant. Χάριτα, Quintilianus gratiam vocat, et pulchritudinem. Est nimirum in picturis, praeter naturae imitationem, quae pars picturae prima est, quiddam quod visum moveat, quod oculos delectet, idque non repugnans quidam naturae, sed ab ea tamen paulisper recedens, et accommodans sese intuentium iudicio ac voluptati. Id

tera omnia contigisse, sed hac soli sibi neminem parem. Et aliam gloriam usurpavit, quum Protogenis opus immensi laboris ac curae supra modum anxiae miraretur. Dixit enim, omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora: sed uno se praestare, quod manum ille de tabula non sciret tollere: memorabili praecepto, nocere saepe nimiam diligentiam. Fuit autem non minoris simplicitatis, quam artis. Nam cedebat Amphioni de dispositione, Asclepiodoro de mensuris, hoc est, quanto quid a quo distare deberet.

Scitum est, inter Protogenem et eum quod accidit. Ille Rhodi vivebat: quo quum Apelles adnavigasset, avidus cognoscendi opera eius fama tantum

quod ex Lysippo intelligimus, quem dicere solitum Plinius ait, lib. XXXIV, cap. 49: « A veteribus factos quales essent homines: a se, quales viderentur esse. » Illud similitudinis, istud pulchritudinis esse Fabius dixit, loc. cit. p. 895, quum Demetrium affirmat in veritate exprimenda nimium fuisse, eoque nomine reprehendi, quod erat « similitudinis, quam pulchritudinis, amantior. » H.

Protogenis opus immensi laboris. Haec sane est Ialysi tabula, de qua mox infra dicetur, quam ut perficeret, septem annos explevit Protogenes. Ea visa, prae admiratione ita obstupuit Apelles, ut vox eum deficeret: deinde dixit ingentem esse laborem et inclytum opus, defici tamen gratiis, ob quas picturae suae eadem attingerent. Cf. Plutarchum in Demetrio, p. 898. Baer.

Quod manum ille de tabula non sciret tollere. Cicero in Orat. n. 73, in quo Apelles « pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent quid esset satis. » H.

Dispositione. Dispositio situs est figurarum omnium ac personarum, quibus tabula constat, sic aptus ac institutus, ut suo quidque loco, non alieno, collocetur. *L'ordonnance d'un tableau.* Hand. — *Nam cedebat Amphioni de dispositione.* In MSS. Regg. *Miamphio de dispositione cedebat.* Brot. codicum manu exaratorum vestigia sequutus, emendat, *Melanthio de dispositione cedebat.* Etenim Amphion ille Plinio caeterisque scriptoribus ignotus; Quintilianus vero, Instit. Orator. lib. XII, cap. 10: « Cura Protogenes, ratione Pamphilus et *Melanthius*, facilitate Antiphilus, ingenio et gratia, quam in se ipse maxime habet, Apelles est praestantissimus. » Ed. P.

De mensuris. Mensura proportio est, convenientiaque partium; non in membris quidem corporis unius, sed in toto opere, ac partibus tabellae. Plinius infra de hoc ipso Asclepiodoro: « Eadem aetate fuit Asclepiodorus, quem in symmetria admirabatur Apelles. » Hand.

sibi cogniti, continuo officinam petiit. Aberat ipse, sed tabulam amplae magnitudinis in machina aptatam picturae, anus una custodiebat. Haec Protogenem foris esse respondit: interrogavitque, a quo quaesitum diceret. « Ab hoc » inquit Apelles: arreptoque penicillo lineam ex colore duxit summae tenuitatis per tabulam. Reverso Protogeni, quae gesta erant, anus indicavit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse Apellem venisse: non enim cadere in alium tam absolutum opus: ipsumque alio colore tenuiorem lineam in illa ipsa duxisse: praecepisseque abeuntem, si redisset ille, ostenderet, adiiceretque hunc esse quem quaereret: atque ita evenit. Revertitur enim Apelles, sed vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. At Protogenes victum se confessus, in portum devolavit, hospitem quaerens: placuitque sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum praecipuo miraculo. Consumptam eam priore incendio domus Caesaris in

Officinam petiit. Broter ex MSS. Regg. et edit. princ. *officinam petiit.* Ed. P.

In machina. Le chevalet. H.

Lineam. Lineam cave credas in pictura idem ac in geometrice esse, longitudinem sine latitudine. Est penicilli ductus, quem Graeci γραμμὴν vocant, ut γραφεῖς pictores, opusque γράμμα. Nos tractum penicilli vocamus: hinc omnibus lineis absolutum opus de consummato dicimus, quod est ex pictura desumptum, κατὰ μεταφορά. Linearum porro tenuitate opus est, in multis lineamentis effingendis, in capillamento exempli gratia, in venis, similibusque exacte formandis: hic enim non pressiore nisu, sed delicata ac suspensa manu geri rem oportet. Statius in Here. Vind. « Linea quae veterem longe fateatur Apellem. » Hard. — *Lineam ex colore duxit.* Sunt qui velint ab Apelle ductam tantum rectam lineam quam secuit Protogenes, et deinde iterum secuit Apelles. At quum ve in arte et eruditione summus, Michaël Angelus, existimaverit lineam illam fuisse *un contour*, ipseque uno impetu talem lineam cum summa omnium admiratione circumduxerit, ab eius sententia vix licet discedere. Vide quoque Cl. de Piles, *Vies des Peintres*, p. 116. Brot.

Priore incendio. Meminit Tranquillus in Octavio, xvii: « In resti-

Palatio audio: spectatam olim tanto spatio nihil aliud continentem, quam lineas visum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem, et eo ipso allicientem, omnique opere nobiliorem.

Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo, numquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in proverbium venit. Idem perfecta opera proponebat pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia quae notarentur auscultabat, vulgum diligentiorem iudicem, quam se praeferens: feruntque a sutore reprehensum, quod in crepidis una intus pauciores fecis-

tutionem Palatinae domus incendio absumptae, etc. » Interpolatus hic locus foedissime in libris vulgatis ad hunc diem sic legitur: « Consumptam eam constat priore incendio domus Caesaris in Palatio, avide ante a nobis spectatam, spatiosiore amplitudine nihil aliud continentem, etc. » In Reg. 2, cod. « Consumptam .... in Palatio audio, spectatam nobis ante spatiose nihil aliud continentem, etc. » Si prius illud incendium est, ut esse necesse est, quod Octavii principatu contigisse diximus, tabulam eam quae tum consumpta traditur, spectatam a se Plinius gloriari iure nequit: quam *spectatam olim* maluimus: *tanto* autem *spatio* etiam Pintianus approbat. Hard.

Inani. Ab omni pictura nudam: quum lineas modo tenues, nullam effigiem contineret. Hard.

Quod ab eo in proverbium venit. Tralatitio versu: « Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit: » Quem ex Horatio falso Salmasius citat in Solin. pag. 5; vide Erasmum Chil. 1, cent. 4, Adag. 12: « Nullam hodie lineam duxi. » Hard.

Pergula. Sunt qui *in pergula* legant, Lucilius Satyrarum xx, citatus a Lactantio, I, 22: « Pergula pictorum veri nihil, omnia ficta. » Pergula locus est accommodatus exponendis rebus venalibus, in edito positus Cod. Theod. XIII, IV, t. 4: « Picturae professores .... pergulas et officinas in locis publicis sine pensione obtineant. » Graeci ὑπόρροιον vocant. Et artium caeterarum professoribus pergulae quoque huiusce modi fuere profitendae arti. De mathematicis testis Suetonius in Augusto, ubi de Theagene. De grammaticis, idem lib. de illustr. Gramm. ubi de Crassitio. Hard.

Vulgum diligentiorem iudicem. Huc pertinet illud Ciceronis de Orat. III, n. 54: « Mirabile est, quum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in iudicando. » Et lib. de Opt. gen. or. n. 4: « Ad picturam probandam adhibentur etiam inscii faciendi, cum aliqua solertia iudicandi. » Scilicet de absolutione artis non potest nisi artifex iudicare: de

set ansas: eodem postero die, superbo emendatione pristinae admonitionis cavillante, circa crus, indignatum prospexisse, denuntiantem, ne supra crepidam iudicaret, quod et ipsum in proverbium venit. Fuit enim et comitas illi, propter quam gratior Alexandro Magno erat, frequenter in officinam ventitanti: nam, ut diximus, ab alio pingi se, vetuerat edicto. Sed et in officina imperite multa disserenti silentium comiter suadebat, rideri eum dicens a pueris qui colores tererent. Tantum erat auctoritati iuris in regem, alioqui iracundum; quanquam Alexander honorem ei clarissimo praebuit exemplo: namque quum dilectam sibi ex pallacis suis praecipue, nomine Campaspen, nudam pingi ob admirationem formae ab Apelle iussisset, eumque tum pari captum amore

erratis, etiam homo rudis, etiam vulgus potest. Hard.

Ansas. Ansas vocat, crepidarum vincula nesusque. Ea voce pariter usus Val. Max. in hac ipsa prodenda re, VIII, 12, pag. 402: « Mirifice, inquit, et ille artifex, qui in opere suo moneri se a sutore de crepida et ansulis passus, de crura etiam disputare incipientem, supra plantam adscendere vetuit. » Tibull. I, el. 8: « Ansaque compressos colligat arcta pedes » Gregor. M. Moral. II: « Sed ecce quaestioni quaestionem inagimus, et quasi, dum ansam solvere nitimur, nodum ligamus. » H.

Diximus. Lib. VII, c. 38. H.

Multa disserenti. Alexandro videlicet Hard.

Rideri eum dicens. Plutarch. de Discrimine adulatoris et amici, pag. 58, et de Tranquill. animi, p. 451, id ab Apelle dictum Megabyzo, non Alexandro, refert. Aelian. Var. Hist. II, 2, a Zeuxide eidem Megabyzo. Hard.

Clarissimo praebuit exemplo. Brot. ex Gron. MSS. Voss. et Reg. 5, *perhibuit*, quae locutio satis Nostro frequens, ut constabit ex Indice. Ed. P.

Ex pallacis. Graeca ea vox est, παλλακή, et concubinam sonat. Vaurpata quoque Tranquillo in Vespas. c. XXI: « Quieti vacabat, accubante aliqua pallacarum, quas in defunctae locum Caenidis plurimas constituerat. » Hard.

Campaspen. Παγχάστην vocat Aelianus, Var. Hist. XII, 34: Lucianus quoque in Dial. cui titulus, *Imagines*. Hard.

Tum pari captum amore sensisset. Alexander conspectis captivis multis et corporis magnitudine et forma praestantibus, Περσίδες, inquit, οἷον ὀμμάτων ἀλγηδόνες. Victor. lib. II, cap. 5. Dalec. — *Eumque tum pari captum.* Brot. in MSS. Regg. Vatic.

sensisset, dono eam dedit: magnus animo, maior imperio sui: nec minor hoc facto, quam victoria aliqua. Quippe se vicit, nec torum tantum suum, sed etiam affectum donavit artifici: ne dilectae quidem respectu motus, ut quae modo regis fuisset, modo pictoris esset. Sunt qui Venerem Anadyomenen illo pictam exemplari putant.

Pintian. et edit. princ. *eumque, dum paret, amore captum.* Ed. P.

Anadyomenen. Venerem ἀναδυομένην Apellis pictam, Venerem Cnidiam Praxitelis sculptam fuisse ad exemplar Phrynes κλαυσιγέλωτος, sive σωστοῦ, quum in Eleusiniorum panegyri spectante universa Graecia nudasset corpus, et in mare soluta coma descendisset, scribit Athenaeus. Verba Rhodig. lib. XIV, cap. 15, sunt haec: « Postea Phrynen miramur, non Hyperidis actione, quanquam admirabili, sed conspecto corporis, quod illa speciosissimum alioqui, deducta nudaverat tunica, periculo liberatam: interposito mox decreto, ne quis misericordiae captandae gratia epilogis uteretur. Haec vero est, de qua Propert. ita canit: « Nec quae deletas potuit componere Thebas, Phryne, tam multis facta beata viris. » Eius statuam fuisse apud Delphos auream scribit Libanius. Commeminit in praeceptis sanitatis etiam Plutarchus, eam dicere solitam prodens, ubi iam consenuisset, ac flaccida toto foret corpore, τὴν τρύγα πλείονος πωλεῖν διὰ τὴν δόξαν; id est, plus ris faecem vendere ex opinione quam de ipsa concepissent homines. Hanc denique dicere Graeci lecythum habere in malis: quod exponens Suidas, velut in sinu plane servans Graecorum omnia, ad faciei retulit tumorem: credo, quia sit lecythus protuberans vas; etiamsi de corporis habitu, hoc est, a parvitate, Olpem piscatorem nuncupatum, coniectant Graecorum nonnulli; quoniam Olpe lecythum indicet. Ego ad formae elegantiam referendum contenderim. Vt illam intelligamus naturali specie praesignem, accersitam commendationem, et peregrinas haud magnopere nugas conquisivisse: quando lecythum Plinii Caecilii testimonio, et Marci Tullii in epistolis ad Atticum, pro orationis etiam splendore, ac excussa in scribendo cura novimus accipi. Erat enim oleo dicatum vas lecythus, sed et unguentis quoque, unde et Lecythophorus puer Pollucis. Verum et trochaicum dimetrum catalecticum, quod Euripidion dicunt, etiam Lecythium vocatur vel ex Aristophanis scommate, vel trochaici bombi ratione: quem exhibet lecythium quoque. » Hactenus Rhodiginus, qui loco citato paulo post: « Scribit Apollodorus Phrynes fuisse duas; alteram quarum Clausigelota cognominarunt; alteram vero Sarpedion. Clausigelos verbum apud Xenophontem est libro Rerum Graecarum septimo, πάντας δὲ τοὺς παρόντας τότε γε τῷ ὄντι κλαυσίγελως ἔσχεν, id est, praesentes autem universos tunc sane sonantior habebat risus. Herodicus celebratam rhetoribus Phrynen σωστόν, id est, Sestum vocitatam, tradit, quod allaminaret

Apelles et in aemulis benignus. Protogeni dignationem primus Rhodi constituit. Sordebat ille suis, ut plerumque domestica: percontantique quanti liceret opera effecta, parvum nescio quid dixerat: at ille quinquagenis talentis poposcit: famamque dispersit, se emere, ut pro suis venderet. Ea res concitavit Rhodios ad intelligendum artificem; nec nisi augentibus pretium, cessit.

Imaginem adeo similitudinis indiscretae pinxit, ut

despoliaretque adeuntes. Δόθεν, attaminare est Quum avarior quispiam subblandiens diceret, Aphrodisium Praxitelis es; es tu, inquit Phryne, amor Phidiae. Demum libet lucubrationi huic, quam videmur, ducente stylo, in feminas declamasse, quas tamen alibi summis celebrare laudibus non expavimus, inserere breve quiddam ex Graecorum sanctuariis, non bonas lacerando, sed a malo malas deterrendo: Θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή. Θηρῶν ἁπάντων ἀγριωτέρα κακὴ γυνή. Θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ κακὰ τρία. Thesaurus est malorum mulier mala. Feris omnibus immitior mulier mala. Mare, ignis, mulier, mala tria. » Hactenus Rhodiginus. Anadyomenes meminit Pausanias in Corinthiacis. Dal. — *Anadyomenen.* Ἀναδυομένην Ἀφροδίτην, *Venerem e mari exeuntem*, ad imaginem potius Phrynes meretricis ab Apelle pictam, scribit Athenaeus, XIII, pag. 591. Exstat in eam picturam Ausonii epigramma, 104: « Emersum pelagi nuper genitalibus undis Cypria Apellaei cerne laboris opus, etc. » Et Ovid. de Ponto, IV, el. 1, v. 29: « Vt Venus artificis labor est et gloria Coi Aequoreo madidas quae premit imbre comas. » Vetus inscriptio, si tamen vetus, apud Reines. pag. 127: Venerl. Pelag. *Veneri Pelagiae.* Hard.

Dignationem. Auctoritatem conciliavit et famam. Hard.

Sordebat ille. Brot. ex MSS. Regg. et edit. principe, *sordebat suis*, postrema nempe voce *ille* omissa. Ed. P.

Vt plerumque domestica. Eleganter in eam sententiam Plinius Iun. VIII, Ep. 20: « Ad quae noscenda iter ingredi, transmittere mare solemus, ea sub oculis posita negligimus: seu quia ita natura comparatum est, ut proximorum incuriosi, longinqua sectemur: seu quod omnium rerum cupido languescit, quum facilis occasio est: seu quod differimus, tamquam saepe visuri, quod datur videre, quoties velis cernere, etc. » H.

Quanti licitaretur opera effecta. (sic prius.) Voss. *liceret*; nam et venditor *licere* dicitur. Suetonius Calig. XXXVIII: « Monitum a Caio praeconem, ne praetorium virum crebro capitis motu nantem sibi praeteriret, nec licendi finem faciam. » Martialis, lib. VI, epig. 66: « Vendebat modo praeco Gelliamus. Parvo quum pretio diu liceret. » Sic etiam codex Pintiani. Gron.

At ille Apelles. Harn.

Quinquagenis talentis. Attica talenta

(incredibile dictu) Apion grammaticus scriptum reliquerit, quemdam ex facie hominum addivinantem (quos Metoposcopos vocant) ex iis dixisse aut futurae mortis annos, aut praeteritae. Non fuerat ei gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemaeo: quo regnante, Alexandriam vi tempestatis expulsus, subornato fraude aemulorum plano regio invitatus, ad regis coenam venit: indignantique Ptolemaeo, et vocatores suos ostendenti, ut diceret a quo eorum invitatus esset, arrepto carbone extincto e foculo, imaginem in pariete delineavit, agnoscente vultum plani rege, ex inchoato protinus. Pinxit et Antigoni regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi: obliquam namque fecit, ut quod corpori deerat, picturae potius deesse videretur: tantumque eam partem e facie ostendit, quam totam poterat ostendere. Sunt inter opera eius et exspirantium imagines. Quae autem nobilissima sint, non est facile dictu.

Venerem exeuntem e mari divus Augustus dicavit

intellige: gallicae monetae libras 233,437. Ed P.

Metoposcopos. Μετωποσκόπους, qui hominum ingenium diiudicant ex fronte, lineamentisque corporis, atque inde futura augurantur. Vsus etiam ea voce Tranquillus. Hard.

Cum Ptolemaeo. Lagi F. qui primus post Alexandri obitum Aegyptum tenuit. Hard.

Plano. Vox haec impostorem astutum significat, qui artem profitetur imponendi etiam spectantibus. « Hic ille planus improbissimus » inquit Cicero pro Cluentio, n. 72. H.

Regis. Hanc vocem Brot. ex MSS. Regg. et edit. princ. omittit. Ed. P.

Pinxit et Antigoni regis imaginem. Quintil. II, 13, pag. 145: « Habet in pictura speciem tota facies. Apelles tamen imaginem Antigoni latera tantum altero ostendit, ut amissi oculi deformitas lateret » Hard.

Primus. In pictura scilicet. Sic in statuis Periclis artifices, ut Plutarchus adnotat, pag. 153, vitium texere oblongioris paulo capitis, addita galea. Hard. — *Primus.* Brot. ex Reg. cod. 5, et edit. principe, *prius*; bene. De catagraphis obliquisve imaginibus, *des profils*, dictum supra est, cap. 34, ubi hanc vitia condendi rationem longe ante Apellem, repertam, Cimonis Cleonaei exemplo, Plinius ipse testatur. Ed. P.

Venerem exeuntem e mari. Ἀναδυο-

in delubro patris Caesaris, quae Anadyomene vocatur, versibus graecis tali opere, dum laudatur, victo, sed illustrato. Huius inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit reperiri. Verum ipsa iniuria cessit in gloriam artificis. Consenuit haec tabula carie: aliamque pro ea Nero principatu substituit suo, Dorothei manu. Apelles inchoaverat aliam Venerem Cois, superaturus etiam suam illam priorem. Invidit

μένην, de qua supra cap. 12. H.

In delubro patris Caesaris. Quod in Foro fuit, regione in octava. Strabo, XIV, pag 657: Ἦν δὲ καὶ ἡ ἀναδυομένη Ἀφροδίτη, ἣ νῦν ἀνακεῖται τῷ θεῷ Καίσαρι ἐν Ῥώμῃ, τοῦ Σεβαστοῦ ἀναθέντος τῷ πατρὶ τὴν ἀρχηγέτην τοῦ γένους αὐτοῦ, etc. H.

Versibus graecis. Exstant in Anthologia, IV, 12, epigrammata graeca quinque de hoc argumento, εἰς τὴν Ἀφροδίτην, ἀνερχομένην ἀπὸ θαλάσσης, Antipatri, Archiae, Democriti, Iuliani et Leonidae. Tu ea, si otium est, consule. Habe interim ea latine ex Grotio: Antipatri quidem Sidonii. » Maternis primum de fluctibus emergentem Cypria Apellaei cerne laboris opus. Vt manibus mulcens raspersos aequore crines De madidis spumam cogit abire comis! Non tibi de forma post hac certabimus, ipsae Dicant, si videant, nata sororque Iovis. » Archiae: » Fallimur? an Venerem nudam spectavit Apelles, Quum de caeruleo surgeret orta mari? Sic illam pelagi pinsit de rore madentem: Ecce comam tenera tergit utraque manu. » Democriti: » Nuda Venus pelagi primum quum surgeret undis, Auratas spuma de maris uda comas, Tainter Aegaeo siccavit ab aequore tractam, Caesariem tenera pulcra pec ora manu. Exstans uberibus qua fas tenus: hanc, ita vel Mars Si videat subitus, pectora turbet amor. » Iuliani ex Praefecto Augustali: » En Cytheres recens maris e genitalibus undis: Lucinae, ingenium fecit Apellis, opus. Sed cito te tabula remove, ne te irriget imbre Quae pluit abstersis spuma marina comis Si sic unda Venus stetit in certamine mali: Troia quod interiit, Pallas iniqua fuit. » Leonidas denique Tarentini: » Adhuc ab ipso matris orientem sinu, Adhuc strepentem spumeo Cyprin solo, Videns Apelles, inclytum formae decus, Non aemulatus arte: sed vivum dedit. Videsne summis manibus ut stringat comam, Micetque puris fulgurans oculis amor, Matura tangi turgeant ut ubera? Nunc ipsa dicat Pallas et coniux Iovis: Actum est, nec ultra, Iupiter, contendimus. » Ex quibus carminibus, aut certe haud absimilibus, Plinius victum Apellis opus, sed illustratum dicit. Hard.

Victo, sed illustrato. Ita quidem libri omnes scripti et editi. At certe emendandum est, *non victo*. Exstant quidem in Anthologia, IV, 12, plura epigrammata de hac Venere, quibus illustrata fuit, sed minime victa. Br.

Cois. De hac Ovidius: » Si numquam Venerem Cois pinxisset Apel-

mors peracta parte: nec qui succederet operi ad praescripta lineamenta inventus est. Pinxit et Alexandrum Magnum, fulmen tenentem, in templo Ephesiae Dianae, viginti talentis. Digiti eminere videntur, et fulmen extra tabulam esse. Legentes meminerint omnia ea quatuor coloribus facta. Tabulae pretium accepit aureos mensura, non numero.

les, Mersa sub aequoreis illa lateret aquis. » Dan.

Invidit mors. Cicero de Offic. III, n. 10: « Vt nemo pictor esset inventus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret: oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat. » Et Famil. I, ep. 9: « Vt Apelles Veneris caput, et summa pectoris politissime arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam homines in capite meo solo elaborarunt, etc. » Hard.

Pinxit et Alexandrum Magnum. De hac pictura dicere solitum ferunt Apellem, duos Alexandros esse: alterum Philippi ἀνίκητον, Apellis alterum ἀμίμητον. Plutarch. Or. 2, de Fort. Alexand. p. 335. Hard.

Viginti talentis. In libris editis, atque in ipso Reg. 2 cod. sed imperita recentioris cuiusvis interpolatoris manu, erasa quae suberat voce, legitur *viginti talentis auri.* Talenta auri sicubi poetae dixere, ut Mart. non semel, de ingenti auri pondere accipimus, non de certa mensura pertinaie, quae auro potius quam argento, constet: sed *auri* illi eddidere scilicet, quod eius tabulae meniprétium auro solutum mox dicatur. Talenta Attica argenti intelliga: quorum vicena monetae gallicae efficiunt libras 48,000. H. — *Viginti talentis* Brot. ex MSS. Regg. 2, 3, et edit. principe, *viginti talentis auri*, quae gallicae monetae libras efficiunt 1,350,000. Ed. P.

Legentes meminerint, etc. Vide quae diximus cap. 32. Hard.

Quatuor . . . . facta. Abest vox ea postrema a codice Reg. 2. In Colb. 3, *quatuor coloribus constare.* Hard.

Tabulae. Ita sanissime Colb. 3. In Reg. 2 et Pintiani cod. minus sincere: « Tabula in nummo aureo mensura accepit, non numero. » Parm. ed. « Immane tabulae pretium accepit aureos mensura, non numero. » Quid sit manipretium, alibi diximus. Sententia porro est, tanto nummorum numero tabulam esse repensam, quantum ipsius spatium, quanta amplitudo foret: ut de alia pictura similiter dictum est VII, 39. Horat. Sat. I, 4, 1. « Dives, ut metiretur nummos. » H. — *Tabulae pretium accepit aureos mensura.* Brot. ex MSS. Vatic. Dalecamp. et edit. principe, *immane tabulae pretium accepit*, etc. « Haec Alexandri Magni tabula, eius aureis coopertta, fuit alta pedes circiter sedecim, lata pedes decem. Illam altitudinem latitudinemque implent viginti talenta auri, seu nostrae gallicae monetae libras 1,350,000. Inde autem patet quam temere recentiores editores superius omiserint *auri*; quum nec Apelle, nec Alexandro, nec loco digna fuisset tabula viginti talentorum

Pinxit et Megabyzi sacerdotis Dianae Ephesiae pompam: Clitum equo ad bellum festinantem galeam poscenti armigerum porrigentem. Alexandrum et Philippum quoties pinxerit, enumerare supervacuum est. Mirantur eius Habronem Samii, et Menandrum regem Cariae Rhodii. Item Ancaeum: Alexandriae Gorgosthenem tragoedum: Romae Castorem et Pollucem,

argenti, seu gallicae monetae librarum 93,375. » Ex Brot. not. ad hunc loc. Ed.

Pompam. Pompam Dianae Ephesiae, cui Megabyzus sacerdos praeeset. Quint. V, 12, pag. 406: » Statuarum artifices, pictoresque clarissimi, quum corpora quam speciosissima fingendo pingendove efficere cuperent . . . non Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis sumunt sibi, etc. » Μεγάβυζον Xenophon Ἀνάβασ. V, pag. 359, interpretatur, τὸν τῆς Ἀρτέμιδος νεωκόρον, » qui Dianae sacra perageret. » Strabo, XIV, p. 641, Μεγαλόβυζον, ἱερέα. Plinius, *sacerdotem.* Vnde suspicari licet, quid sit, quod in nummis frequenter occurrit, ΝΕΩΚΟΡΩΝ et ΔΙϹ ΝΕΩΚ, quod nos alibi singulari opere de nummis antiquis explanavimus. Harr.

Clitum. Κλεῖτον, inter Alexandri amicos non postremum, mox ab eodem inter pocula interemptum. Arrian. de Exped. Alex. IV, pag. 560. Harr.

Galeam poscenti armigerum porrigentem. Certe haec tabula a superiore est distincta; aliter Plinius scripsisset; *eique galeam poscenti.* Id non attendere Cll. Durand. et Falconet. Brot. — Gron. et cl. ante Hard. et ei *galeam poscenti.* Ed. P.

Habronem. Sic MSS. recte, non *Abronem.* Habron Argivus, ex Suida, cui a mollitie nomen inditum: unde in splendide viventes iactatur paroemia, Ἁβρωνος Βιος, *Habronis vita.* Fuit et alter Habron sophista, Lycurgi oratoris F. de quo Plutarchus, in decem Rhetorum vitis, pag. 843. Harr. — *Habronem.* Brot. ex MS. Reg. 5, et editione principe, *Abronem*; et sic quoque Gron. et cl. ante Hard. Rectius. Ed. P.

Et Menandrum. Caeteris scriptoribus incognitum. Harr. — *Menandrum.* Quidam legendum volunt *Minoëm*, quem in Caria primum regnasse, Strabo auctor est lib. XIV. Alii *Idrica* legunt, quem Hecatomni filium fuisse et Mausoli fratrem, idem tradit. Alii vero legendum censent, *Minoëm et Idrica reges Cariae Rhodii.* Invenio et apud eumdem auctorem, lib. XI, Menandrum quemdam natione graecum, multas in India provincias subegisse, et victorias suas longius protulisse, quam Alexandrum. Menander Atheniensium dux et Niciae collega Thucydidi celebratur, lib. VI. Dal.

Item Ancaeum. Qualis et ab Aristophonte pictus dicitur interius, cap. 40, not. 71. Harr. — *Ancaeum.* Vel Tegeatem, Lycurgi filium, Argonautam: vel Samium Neptuno genitum, etiam Argonautam, ab apro in vinea occisum, de quo proverbium, » Multa cadunt inter calicem supremaque labra. » Dalec.

cum Victoria et Alexandro Magno. Item Belli imaginem, restrictis ad terga manibus, Alexandro in curru triumphante. Quas utrasque tabulas divus Augustus in fori sui partibus celeberrimis dicaverat simplicitate moderata. Divus Claudius pluris existimavit, in utrisque excisa facie Alexandri, divi Augusti imaginem subdere. Eiusdem arbitrantur manu esse et in Antoniae templo Herculem aversum: ut, quod est difficillimum, faciem eius ostendat verius pictura, quam promittat. Pinxit et heroa nudum: eaque pictura naturam ipsam provocavit.

Est et equus eius, sive fuit, pictus in certamine: quod iudicium ad mutas quadrupedes provocavit ab hominibus: namque ambitu aemulos praevalere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit: Apellis tantum equo adhinnivere, idque et postea

Item belli imaginem. Qualis est furoris, apud Maron. Aen. I, v. 298: « Furor impius intus Saeva sedens super arma, et centum vinctus aenis Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento. » H.

In utrisque excisa. Brot. ex MSS. Regg. et edit. princ. *utrisque excisa*, omissa nempe praepositione. Ed. P.

Et in Antoniae templo. Huius Antoniae templum, quo Urbis situ fuerit, incompertum. Fuit illa Antonii triumviri filia, ex sorore Augusti, Claudii Caesaris Augusti parens: in nummis ANTONIA ex patre, AVGVSTA ex matre. HARD.

Herculem aversum. Hercules aversus, *Hercule vu par derrière.* Tanta erat ars in illis tabulis, ut faciem non promitteret, sed ostenderet: adeo in aversa parte intelligebatur antica. BROT.

Pinxit et heroa nudum. Sic etiam Reg. 2. Suspicabamur olim *Pinxit et Herona nudam*: quod Heronis ad Leandrum, vicissimque huius ad illam litterae inter Heroidum epistolas sint apud Nasonem. Sed nec vox *Herona* ipsa per se placet, et Plinius ipse supra similiter de Timante: « Pinxit et heroa absolutissimi operis, artem ipsam complexus viros pingendi. » HARD.

In certamine. In picturae certamine cum sociis artis. HARD.

Quod iudicium ad mutas quadrupedes. In quo certamine iudices habere quadrupedes, quam homines maluit. HARD.

Inductis equis. Quos in medium et veluti in scenam induxerat. HARD.

Apellis tantum equo adhinnivere. Valer. Max. VIII, 11, p. 400: « Quo excusabilior est error equi, qui visa pictura equae, hinnitum edere coactus est. » HARD.

semper illius experimentum artis ostentatur. Fecit et Neoptolemum, ex equo adversus Persas, Archelaum cum uxore et filia, Antigonum thoracatum cum equo incedentem. Peritiores artis praeferunt omnibus eius operibus eumdem regem sedentem in equo: Dianam sacrificantium virginum choro mixtam: quibus vicisse Homeri versus videtur idipsum describentis. Pinxit et quae pingi non possunt, tonitrua, fulgetraque: Brontem, Astrapen, Ceraunobolian appellant.

Inventa eius et caeteris profuere in arte. Vnum imitari nemo potuit, quod absoluta opera atramento illinebat ita tenui, ut idipsum repercussu claritates colorum excitaret, custodiretque a pulvere et sordibus, ad manum intuenti demum appareret. Sed et cum ratione magna: ne colorum claritas oculorum

Fecit et Neoptolemum. Neoptolemum intelligit, qui cum hasta et clypeo Alexandrum sequutus, post eius obitum Armeniam commovit et aliquanto post commisso praelio, ab Eumene cum Cratero occisus est. Plutarchus in Eumene. Fuit et alius Neoptolemus Olympiadis pater, de quo Pausanias, lib. I. Dal. — *Fecit*, etc. Plutarch. in Eumene, pag. 585. In nummo aureo didrachmo, e Gaza Regia, quem Seguinus vulgavit, pag. 54, caput Jovis Dodonaei est, corona quercea redimitum, sine epigraphe. In aversa parte, fulmen cui sidus solis superpositum est, regiae dignitatis symbolum: infra, spiculum, designans Epirum. Epigraphe: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΥ. Alexandri numisma, qui Neoptolemi filius. Hard.

Archelaum. Vel physicum Anaxagorae discipulum, Socratis praeceptorem, vel Macedoniae regem. Dal. — *Archelaum.* Macedoniae regem quem Socrates aiebat, minas argenti XL in domum suam impendisse, Zeuxide Heracleota conducto, qui picturis eam ornaret: in se ipsum nihil. Aelian. V. H. XIV, 17. Hard.

Dianam sagrificantium virginum. Virgines illae ab Homero non dicuntur sacrificantes, sed ludentes, παίζουσαι, sed venationes ac ludos, sacrificia Dianae grata esse bene notum. Ed P.

Homeri. Odyss. Z, v. 102: Οἴη δ' Ἄρτεμις εἶσι, etc. Virgilius item Aen. I. Hard.

Fulgetraque. Gron. et al. ante Hard. *fulguraque.* Ed. P.

Bronten, Astrapen, Ceraunobolon appellant. Haec verba Graeculi alicuius potius quam Plinii puto. Pint. — *Brontem.* Βροντὴν, Ἀστραπὴν, Κεραυνοβολίαν. Sic Reg. 2. Hard.

Atramento illinebat. Galli dicunt, *vernir, appliquer le vernis.* H.

Cum ratione. Sed et istud cum ratione ac modo fiebat. H.

aciem offenderet, veluti per lapidem specularem intuentibus e longinquo: et eadem res nimis floridis coloribus austeritatem occulte daret.

Aequalis eius fuit Aristides Thebanus. Is omnium primus animum pinxit, et sensus hominis expressit, quae vocant Graeci ethe; item perturbationes: durior paulo in coloribus. Huius pictura est, oppido capto ad matris morientis e vulnere mammam adrepens infans: intelligiturque sentire mater et timere, ne emortuo lacte sanguinem lambat. Quam tabulam Alexander Magnus transtulerat Pellam in patriam suam. Idem pinxit praelium cum Persis, centum homines ea tabula complexus, pactusque in singulos mnas denas a tyranno Elatensium Mnasone. Pinxit et currentes quadrigas, et supplicantem paene cum voce: et venatores cum captura: et Leontionem pictorem: et Anapauomenen, propter fratris amorem.

Aequalis. Apellis scilicet. Meminit Aristidae Thebani Polemon, libro de tabulis quae Sicyone fuerunt, apud Athenaeum, lib. XIII, p. 567. Hard.

Is omnium primus animum pinxit. Arte et industria: alii priores casu tantum et rarius. Hard.

Quae Graeci vocant ethe. Ἤθη, mores. Spectat huc aculeatum in primis Pisonis epigramma, Anth. II, c. 43, in hominem egregie deformem; Ψυχὴν μὲν γράψαι χαλεπὸν, μορφὴν δὲ χαράξαι Ῥάδιον· ἀλλ' ἐπί σοι τοὔμπαλιν ἀμφότερα. Τῆς μὲν γὰρ ψυχῆς τὸ διάστροφον ἔξω ἄγουσα Ἐν τοῖς φαινομένοις ἡ φύσις εἰργάσατο. Τὸν δ' ἐπὶ τῆς μορφῆς θόρυβον, καὶ σώματος ὕβριν, Πῶς ἄν τις γράφῃ, μηδ' ἐσιδεῖν ἐθέλων; « Ardua res animum, facilis depingere formam: In te sed se rem constat habere secus. Nam pravos animi mores natura latere, Exponens oculis obvia signa, vetat. Sed foedum corpus, confusa sed ora videre Quum metuant omnes, pingere nemo potest. » Hard.

Ne emortuo. Reg. 2; *ne mortuae factae.* Colb. 3, « ne mortuae sanguinem infans lambat. » H.

Mnas denas. Mna centum drachmarum est, drachma denarii pondere, ac fere pretio. Hard. — *Mnas denas.* Mnae denae sunt gallicae nostrae monetae librae 778 cum assibus aliquot. Tabula autem centum homines complexa, empta est minis mille, gallicae monetae libris 77,812. Brot.

Elatensium. In Locris. Vide IV, 42. De Mnasone rursum inferius. H.

Anapauomenen. Ἀναπαυομένην τοῦ βίου, hoc est, vita defunctam. Byblidem intelligit Cauni fratris amore mortuam. Vide Ovid. Metam. IX, 453. Libri editi, *morientem*, frustra

Item Liberum patrem, et Ariadnen, spectatos Romae in aede Cereris: tragoedum, et puerum, in Apollinis: cuius tabulae gratia interiit pictoris inscitia, cui tergendam eam mandaverat M. Junius praetor sub die ludorum Apollinarium. Spectata est et in aede Fidei in Capitolio imago senis cum lyra puerum docentis. Pinxit et aegrum sine fine laudatum. Qua in arte tantum valuit, ut Attalus rex unam tabulam eius centum talentis emisse tradatur.

Simul, ut dictum est, Protogenes floruit. Patria ei Caunus, gentis Rhodiis subiectae. Summa eius pau-

hic addunt. Hard. — Egregia fratris sororisque statua nuper reperta est in Hadriani villa. Bvot.

Ariadnen. Minois filiam, quam Bacchus duxit uxorem, quum huius dei admonitu, Theseus a quo primum abducta fuerat, hanc dimisisset. Geminum, non de pictura quidem, sed de statua Ariadnes, extat in Anthologia epigramma perelegans, IV, 9: Οὐ βροτὸς ὁ γλύπτας, οἶκν δέ σε Βάκχος ἱρωστὰς εἶδεν, ὑπὲρ πέτρας ἕζεσ σκληρόταν. « Non te sculpsit homo; sed qualem rupe lacentem Viderat, expressit marmore Bacchus amans. » Σάξοι, ἀλλείας μὴ ψαύετε τᾶς Ἀριάδνας, Μὴ καὶ ἀναθρώσκῃ Θησεὺς διζομένᾳ. « Saxea sit quamvis Ariadne, tangere noli: Thesea ne properans quaerate, prosiliat. » Hard.

In aede Cereris. Regione Urbis undecima. Hard.

In Apollinis. Urbis regione decima. Hard.

Iunius. Cuius Cicero meminit in or. pro Cluentio. Hard.

Apollinarium. Quos singulis annis exhibebant Romani stato die, circa nonas quintiles. Horum ludorum cultus ritusque Macrobius explicat Sat. I, 17, pag. 277. Hard. — *Die ludorum Apollinarium.* Celebrabantur die 3 Iulii, in Kalendario Herwartiano: ut NON. IVL. LVDI APOLLINARES. Per novem dies edebantur. Inde in eodem Kalendario III ID. IVL. APOLLINARES, CMXXIIII, id est, circenses missus viginti quatuor. Bvot.

In aede Fidei. Cic. de Off. III, n. 104: « Qui iusiurandum violat, is Fidem violat, quam in Capitolio Iovis Opt. Max. maiores nostri esse voluerunt. » Hard.

Qua in arte. Nempe aegros pingendi. Hard. — *Centum talentis emisse.* Sive nostrae gallicae monetae libris 456,875. Ed. P.

Patria ei Caunus. In Caria. Pausan. Attic. I, pag. 6: Πρωτογένης Καύνιος. Sic pariter Plutarch. in Demetrio. Suidas Xantho oriundum facit, Cariae oppidulo, prope Caunum: et Constant. Porphyrog. I, Them. 14, p. 42. Hard.

Summa. Quint. XII, p. 394: Protogenem cura, ut Apellem gratia, praestantissimum sit fuisse. Hard. — *Summa eius.* Postremam vocem Brot. ex MSS. Regg. et edit. principe de-

pertas initio, artisque summa intentio, et ideo minor fertilitas. Quis eum docuerit, non putant constare. Quidam et naves pinxisse usque ad annum quinquagesimum: argumentum esse, quod quum Athenis celeberrimo loco Minervae delubro propylaeon pingeret, ubi fecit nobilem Paralum et Hammoniada, quam quidam Nausicaam vocant, adiecerit parvulas naves longas in iis, quae pictores parerga appellant: ut appareret a quibus initiis ad arcem ostentationis opera sua pervenissent. Palmam habet tabularum eius Ialysus, qui est Romae, dicatus in

let; et mox *delubri*, non *delubro*. Eo. P.

Minor fertilitas. Minime fecundus artifex. Harp.

Quidam et naves pinxisse. Quod et da Heraclide dicitur. Harp.

Propylaeon. Προπύλαιον, porticulum, vestibulum. Harp.

Paralum, etc. Navium haec nomina sunt. Prior ab heroë eius nominis, cuius grammatici meminere omnes: altera ab Hammone Iove, cui dona nave ea devehebantur: eadem Ναυσικάν, eodem quo Alcinoi filia nomine, nuncupata. In libris fere hactenus editis, auctore Barbaro, *Hemionida*. At in Regg. *Amoniadam*.Col. 3, *Hamoniadam*. Parm. ed. *Hammoniadam*: quae nostrae emendationi omnia egregie favent. Quinque fuere sacrae triremes: ab initio binae tantum: processu temporis tres additae sunt: priorum altera Salaminia, vel Deiia; altera Paralus vocabatur. Posteriorum alia Antigonis, alia Ptolemais, alia Hammonis. Haec sic dicta fuit, quod per eam victimas Iovi Hammoni mitterent. Vipianus in Comm. ad Medianam Demosthenis: Ὑστερον δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς ἐγένοντο, Αντίγονις, Πτολεμαΐς, Αμμωνιάς, ἐπειδὴ τῷ Αμμωνι δι' αὐτῆς τὰς θυσίας ἔπεμπον. Τούτων δὲ τῶν ἱερῶν τριήρων αὐτὴ ἡ πόλις ἐπεμελεῖτο, etc. Etymologici auctor: Πάραλος, ἱερὰ τριήρης, ὥσπερ καὶ Αντίγονις, καὶ Δημητριάς, etc. verbo, ἱεραὶ τριήρεις. Meminit huiusce Parali navis Cicero in Verr. Or. IV, n. 135. Nomen habet ab auctore Paralo, de quo VII, 57. Harp.

Parerga. Πάρεργον, operis appendix, accessioque dicitur: quod alicui rei praeter propositum additur: ut si pictor Iunonem pingens, ornandae tabellae gratia, arbuscula, aviculaque, aut aliquid huiuscemodi, corollarii vice, addiderit. Has autem adiecit navicnlas, ut a quibus initiis ad maiorum navium absolutionem pervenisset, ostenderet. Harp.

Ialysus. Strabo, XIV, p. 652: Καὶ αἱ τοῦ Προτογένους γραφαὶ, ἥ τε Ιάλυσος, καὶ ὁ Σάτυρος παρεστὼς στύλῳ. Cicero ad Attic. lib. II, ep. 24: « Et ut Apelles si Venerem, aut si Protogenes Ialysum illum suum coeno oblitum videret, etc. » Venerem cum Ialyso qui componit, non urbis nomen esse, ut quidam putarunt, sed viri,

templo Pacis: quem quum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent et sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturae quater colorem induxit, subsidio iniuriae et

Ialysum indicat haud obscure: quem Solis nepotem Cicero vocat de Natura Deor. III, n. 54, a quo nomen urbis in insula Rhodo datum. In ea pictura conficienda annos septem insumpsisse Protogenem, auctor est Aelianus, Histor. Var. XII, 41, et Plutarch. in Demetrio. Haan.

In templo Pacis. Incendio Romae absumptam scribit Plutarch. in Demetrio, pag. 898. Haso.

Huic picturae quater colorem induxit, subsidio iniuriae et vetustatis. Hermolai est. Codd. vett. ut antea edebatur: s induxit contra subsidia iniuriae et vetustatis. s Novum iis hoc visum, qui *subsidium* ubique fere pro auxilio et adiumento poni memiuerant. Sed Plinius *subsidia* potuit dicere, quo sensu Vegetius *subsessus*, quasi pro insidiis aut inopinata vi: vel pro vi atque impetu serioris temporis. Nam *subsidia* sunt robur secundum et posterum, primam aciem excipiens et sustinens. Multi, qui principia constanter toleravere aut etiam impulere, post principiis cessere: vel, ut clarius dicam, qui primae aciei hostili restiterant, aut etiam eam loco moverant, victi sunt a *subsidiis*, postquam res ad triarios rediisset. Praesentem iniuriam, omnibus custodiam praestantibus, receus tabula facile effugit; ab aetate vitium non metuit, haud ita tuta ab sequutura ioiuria, quum post longam diem securius habetur, ab sequuturo situ: et haec sunt, s subsidia iniuriae et vetustatis. s Si tamen id durum cuiquam videatur, possumus scribere: s contra obsidia Iniuriae et vetustatis. s Sic Columella, II, 8: s dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiosorum animalium diripiantur. s Item lib. IX, 7: s contra fallaciam lacerti, qui velut custos vestibuli prodeuntibus inhians apibus affert esitium, eaeque pauciores intereunt, quum licet vitare pestis obsidia per aliud vadentibus effugium. s Eodem libro, cap 9: s nisi curatoris obsidio protinus excepti sunt, diffugiunt. s Nec minoris elegantiae *obsidio* apud Plautum, Ciceronem, Plinium. Iste Asin. act. II, scen. II, v. 14: s Herum in obsidione linquet, inimicûm animos auxerit. s Alter Epist. ad Familiar. lib. VI, n. 5: s nec putant ei nummos deesse posse, qui es obsidione foeneratores exemerit. s Tertius in Paneg. s nec mediocre pacis decus habebatur submota campis irruptio ferarum, et obsidione quadam liberatus agrestium labor. s Gronov. — *Quater colorem induxit.* Hodiernos, credo, pictores latet hoc artificium. Haso. — *Huic picturae quater colorem induxit.* Vt diutius servarentur tabulae, viguit in Oriente multis etiam post saeculis ille usus, quem nos docuere repertae in antiquissimis Christianorum templis pictae sanctorum imagines tabulaeque, ea arte bis terque repetitae. Qui eas videre, ut accepi ab eorum epistolis, docent inducto tectorio pictam fuisse tabulam: super pictam tabulam inductum fuisse alterum tectorium, et iterum pictam fuisse tabulam: sic etiam tertio repe-

vetustatis, ut decedente superiore inferior succederet. Est in ea canis mire factus, ut quem pariter casus pinxerit. Non iudicabat se exprimere in eo spumam anhelantis posse, quum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) sibi ipse satisfecisset. Dis- 39
plicebat autem ars ipsa, nec minui poterat, et videbatur nimia, ac longius a veritate discedere, spumaque illa pingi, non ex ore nasci; anxio animi cruciatu, quum in pictura verum esse, non verisimile vellet: absterserat saepius, mutaveratque penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremo iratus arti, quod intelligeretur, spongiam eam impegit inviso loco tabulae, et illa reposuit ablatos colores, qualiter cura optabat, fecitque in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo similis et Nealcem successus 40

tilam: Protogenes etiam et quarto Ex Brot. nott. ad hunc lib. Ed. P.

Subsidio Subsidio contra iniuriam vetustatis. Hard. — *Subsidio iniuriae*, etc. MSS. vett. et editio princeps, *contra subsidia*, etc. sine ullo fere sensu. Broter. omissa praepositione, *subsidia iniuriae*, etc. Ed. P.

Ut quem pariter casus pinxerit. Cum arte, vel cum artifice. In libris hactenus editis, *casus et ars.* Sed has voces *et ars* MSS. omnes pro nothis habent. Hard. — Broter. quoque eas voces delet. Ed. P.

Exprimere in eo spumam anhelantis posse. Brot. post Groo. ex codd. Regg. aliisque et editione principe ultimum delet verbum, quod nobis sane superfluere constat. Ed. P.

Absterserat. Spongia. Hard.

Quod intelligeretur. Quod in ea pictura ultimum artis videretur. H.

Inviso loco. Molestae illi se difficili tabulae parti. Hard.

Qualiter cura optabat. Quo plane modo animi illius intentio peroptabat. H. — *Optabat.* Brot. ex Delec. MSS. Regg. editione principe, etc. *qualiter cura optaverat.* Ed. P.

Fecitque, etc. Expressit in tabula fortuna casusque spumam, qualem natura ipsa faceret. Hard.

Hoc exemplo similis. Nealces pictor a Plutarcho laudatur in Arato, pag. 1032. Huius in spuma equi successum, tacito pictoris nomine, referl Val. Mas. VIII, 11, pag. 401: » Praecipuae artis pictor, inquit, equi naribus spumas adiicere cupiens, tantus artifex in tam parvula materia multum ac diu frustra tenebatur. Indignatione deinde accensus spongiam omnibus imbutam coloribus forte iusta se positam apprehendit, et veluti corrupturus opus suum, tabulae illisit: quam fortuna ad ipsas equi nares directam, desiderium pictoris coëgit esplere. Itaque quod adumbrare non valuit, casus imitatus est.» Sic et Plut. de Fort. Alex. Apelli si-

in spuma equi, similiter spongia impacta, sequutus dicitur, quum pingeret poppyzonta retinentem equum. Canem ita Protogenes monstravit et fortuna. Propter hunc Ialysum, ne cremaret tabulas Demetrius rex, quum ab ea parte sola posset Rhodum capere, non incendit; parcentemque picturae fugit occasio victoriae. Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo,

millem casum adscribit Sext. Emp. Pyrrh. Hypot. I, 12, pag. 7. H. — *Hoc exemplo similis.* Brot. ex MSS. Regg. Voss. et edit. princ. *hoc exemplo, eius similis.* Ed. P.

Quum pingeret poppyzonta retinentem equum. Canem ita Protogenes monstravit et fortuna, etc. Hic quoque locus est habitus pessime. Primum satis fuit dicere Plinio, *quum pingeret Poppyzonta.* Id nomen tabulae, ut *Anadyomene* Apellis, Antiphili *Aposcopeuon*, Aristidis *Anapauomenen.* Satis intelligitur, quum appellatur ποππύζων, praesto ei equum fuisse: sunt enim ποππύσματα κολακεῖαι εἰς τοὺς ἀδαμάστους ἵππους, ut interpretantur Graeci. Deinde scribo e vestigiis MSS. *Retinent Parii equum.* Quod est, personam ποππύζοντος periisse nescio quo casu; eam partem, qua equus erat pictus, superesse apud istos. Parius, e colonia Pario: lib. XXXIV, 8: » In Pario colonia laudatur Hercules Isidori. » Lib. XXXVI, 5: » Eiusdem et alter nudus in Pario colonia Propontidis, par Veneri Cnidiae. » Stephanus: Πάριον, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ κληθεῖσα ἀπὸ Παρίου τοῦ Ἰασίωνος· τὸ ἐθνικὸν Πάριος· ὁ πολίτης Παριανός. Λέγονται καὶ Παριανεῖς. Noster hoc libro, c. 11: » Polygnoti et Niesnoris et Arcesilai Pariorum. » Denique legn: » Ita Protogenes monstravit et fortunam, » quum alii artifices et doctores tantummodo artem monstrent. Praeivit nimirum Nealci ad exprimendum fortuito coniectu coloris, quod ars se posse perficere desperabat. Omnem locum ex optimo sic lege: » Hoc exemplo eius similis Nealcem successus in spuma equi similiter spongia impacta sequutus dicitur, quum pingeret Poppyzonta. Retinent Parii equum. Ita Protogenes monstravit et fortunam. » Grox. — *Quum.* Ποππύζοντα hoc est, adulantem equo nondum perdomito, tenui sibilo ore emisso: vel demulcentem, blandeque manibus attrectantem. Utitur eo verbo Sophocles, ποππύζεις καὶ ζευγηλάτας, quemadmodum observat Iul. Pollux, Onom. VII, pag. 370. Quin idem quoque in primo, pag. 54, sisti equum poppysmo doceet, hoc ipsum usurpans vocabulum. Frigidum est, quod hic quidem legunt, » Poppyzonta. Retinent Parii equum: » etsi in Reg. 2 legitur, *retinent pancum.* Hard.

Propter hunc Ialysum. Refert haec totidem ferme verbis Plutarchus in Demetrio, p. 898, idemque in Apophth. p. 185; Aelianus, Var. Hist. lib. XII, cap. 41; multoque expressius Gellius, lib. XV, cap. 31, p. 855. H. — *Ne cremaret tabulas.* Brot. ex MSS. Reg. 2, et edit. principe, *ne cremaret tabulam.* Ed. P.

Demetrius rex. Poliorceles dictus. Hard.

hoc est, Demetrii castris. Neque interpellatus prae- 41
liis inchoata opera intermisit omnino: nisi accitus a rege interrogatusque, qua fiducia extra muros ageret, respondit, scire se cum Rhodiis illi bellum esse, non cum artibus. Disposuit ergo rex in tutelam eius stationes, gaudens quod posset manus servare, quibus iam pepercerat: et ne saepius avocaret, ultro ad eum venit hostis, relictisque victoriae suae votis, inter arma et murorum ictus spectavit artificem: sequiturque tabulam eius temporis haec fama, quod eam Protogenes sub gladio pinxerit. Satyrus hic est, 42
quem Anapauomenon vocant, ne quid desit temporis eius securitati, tenentem tibias. Fecit et Cydippen, Tlepolemon: Philiscum tragoediarum scriptorem me-

Inchoata opera. Plutarchus in Demetrio, p. 898, ait Protogenem hunc pinaisse suum Ialysum; quod falsum est ex Plinio et Aulo Gellio, lib. XV, c. 31. Ialysus erat intra urbem Rhodum: Protogenes vero diversabatur in suburbano hortulo suo, et inchoata alia opera ac maxime Satyrum pingebat. Brot.

Sed accitus a rege interrogatusque. Pro *sed*, in vetustis legitur *nisi*, quod idem est. Loquendi genus nec Ciceroni, Terentio, Plauto, Sallustio infrequens. Dalec.

Scire se cum Rhodiis ... bellum esse. Simile Nealcis pictoris dictum refert Plutarchus in Aratoⁿ, p 1032. H.

Sequiturque. Et tabulam alteram eo tempore factam fama haec comitatur, quod eam Protogenes inter arma militum ensesque pinxerit. Hard. — *Eius temporis.* Broter. ex MSS. Regg. et edit. princ. *illius temporis.* Ed. P.

Satyrus Strabo, lib. XIV, p. 652: Καὶ αἱ τοῦ Πρωτογένους γραφαὶ, ὅ τε Ἰάλυσος καὶ ὁ Σάτυρος παρεστώς στύλῳ, etc. » Tum Protogenis picturae, Ialysus et Satyrus columnae adstans, etc. » Hard.

Anapauomenon. Requiescentem vocant: ac ne quid deesse videatur, quo securitas illorum temporum ex pictura quoque intelligatur, Satyrus tibias tenet. Hard.

Tenentem. Gr. et al. ante Hard. *teneus.* Ed. P.

Cydippen. Cydippe et Aconitius noti sunt ex Ovidio. Dal. — *Cydippen.* Graece Κυδίππην. Hard.

Tlepolemon. Sic etiam MSS. Hunc bello Troiano Sarpedon interfecit, Herculis filium, regem Rhodiorum. Inter epigrammata ab H. Stephano Anthologiae adiecta, istud est: Ἐπὶ Τληπολέμου κειμένου ἐν Ῥόδῳ. Α δ' Ἡρακλείδην ῥηξήνορα θυμολέοντα Τληπόλεμον κατέχει κυματόεσσα Ῥόδος. » De Tlepolemo sepulto Rhodi: Belligerum, quo nec leo fortior, Hercule natum, Tlepolemum tegit haec aequore cincta Rhodus. » Hard.

ditantem, et athletam, et Antigonum regem, et imaginem matris Aristotelis philosophi: qui ei suadebat ut Alexandri Magni opera pingeret, propter aeternitatem rerum. Impetus animi et quaedam artis libido in haec potius eum tulere. Novissime pinxit Alexandrum, ac Pana: fecit et signa ex aere, ut diximus.
43 Eadem aetate fuit Asclepiodorus, quem in symmetria mirabatur Apelles. Huic Mnason tyrannus pro duodecim diis dedit in singulos mnas tricenas: idemque Theomnesto in singulos heroas mnas centenas.

Et athletam. Quia omnes aliae certae sunt et notae personae, *Alcetam* malim legere, illum Perdiccae fratrem. Gron.

Et Antigonum regem. Demetrii Poliorcetae patrem, Asiae regem. Haro.

Imaginem matris Aristotelis. Nomen illi Pythias, Πυθιάς, auctore Laërtio fuit, V, p. 117. Haro.

Qui ei. Protogeni. Sic MSS. Reg. 2 et alii. Prius, *qui etiam*, in editis legebatur. Hard.

Impetus. Impetus ac libido in eam mentem hunc potius impulit, ut opera Alexandri pingeret, quam philosopho obsecundandi studium. H.

Pana. Maximae venerationis deum, ac in bellicis conflictibus potentissimum ob panicos terrores, quibus immissis acies profligat. Vide Politianum, Miscell. c. 38 Dal.

Ut diximus. Lib. XXXIV, cap. 19. Scriptor idem et libros de pictura edidit duos, περὶ γραφικῆς καὶ σχημάτων, teste Suida. Haro.

Asclepiodorus. Ασκληπιόδωρος, pictor Atheniensis, de quo Plutarchus de Gloria Athen. pag. 346. Plinius supra de Apelle: « Nam cedebat Amphioni de dispositione: Asclepiodoro de mensuris, hoc est, quando quid a quo distare deberet. » H

Huic Mnason. Elatensium scilicet tyrannus, de quo supra, c. 19. H.

Mnas tricenas. Mnae singulae, ut supra diximus, centenis denariis aestimantur. Itaque tricenae, tribus denarium millibus; sive quod idem est sestertium millibus duodecim. H. — Mnae tricenae efficiunt gallicae monetae libras 2,334 cum assibus aliquot. Pro duodecim diis datae sunt gallicae nostrae monetae librae 24,900. Brot.

Theomnesto. Θεομνήστῳ Sardiano fictori, ut quidem videtur, de quo diximus lib. XXXIV, cap. 19; nam et hunc in pictura clarum fuisse, uti Protogenem suspicamur.

Mnas centenas. Sive denarium decem millia: vel quod eodem recidit, sestertium millia quadraginta. H — *Mnas centenas.* Broter. ex MSS. Regg. et edit. principe, *mnas vicenas*, quae sunt gallicae nostrae monetae librae 1,556. Celeberrimus Guido Reni, vulgo *le Guide*, in singulas quae erant in suis tabulis figuras, teste

His adnumerari debet Nicomachus, Aristodemi fi- 44
lius ac discipulus. Pinxit hic raptum Proserpinae, quae tabula fuit in Capitolio in Minervae delubro super aediculam Iuventatis. Et in eodem Capitolio alia, quam Plancus imperator posuerat, victoria quadrigam in sublime rapiens. Hic primus Vlyssi addi-

Brot centum nummos romanos accipiebat. Eo. P.

Aediculam Iuventatis. Victor in Descript. Romae regione octava, prope Capitolium: *delubrum Minervae: aedicula Iuventae.* Dicta est antiquis, *Dea Iuventas, et Iuventa:* non *Iuventus.* Sic etiam MSS. omnes. Profert Mediobarbus, pag. 211, e museo suo nummum aereum Aurelii Caesaris, cum hoc lemmate in altera parte, IVVENTAS SC. Dea stans ad aram sacrificat. Est et in museo nostro argenteus. Significat a iuvene M. Aurelio Caesare rempublicam pie administrari; quem Antonino Aug. Pio dedit senatus, velut in regendo imperio vicarium: natura vero peculiari vigore animi et corporis robore donavit: nam tanti boni natura largitrix iuventuti, *Iuventas* appellatur. Haso.

Planous. L. Munscius Plancus, de quo Plinius, XIII, 5 H.

Hic primus Vlyssi addidit pileum. Hieroglyphicon auctor est apud Graecos pileum fuisse iudicium nobilitatis, ideoque additum imagini Ulyssis, quod ab utroque parente esset nobilissimus. Ovidius: « Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi, Iupiter huic: neque enim quisquam damnatus, et exsul. Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis Altera nobilitas. » In antiquo denario Romanorum, cuso e Manilio Limetano, qui suam familiam a Telegono Circes et Vlyssis filio Tusculi conditore ortam esse indicabat, impressus est altera parte Mercurius cum galero alato et caducen: altera Vlysses pileatus, cum scipione, et cane dominum agnoscente et adblandiente, cum his litteris Q. MANIL. LEMETAN. Vrsinus, 150. DALEC. — *Pileum.* Vlyssem pileatum, effigiemque canis a quo agnoscitur, nummus argenteus exhibere creditur Mamiliae gentis in museo nostro, qualem Patinus sculpsit, p. 163, sed magno errore. Nihil aliud ea effigie significatur, quam C. Mamilii Limetani imperatoris providentia et cura factum esse, ut tuta ab hostium vel latronum incursionibus itinera haberent mercatores. Nam et hi quum se dant viae, canem habent comitem. Eam ob rem et Traianus imperator Mamilium restituisse dicitur in nummo argenteo, ibidem: quoniam simili beneficio rempublicam affecisset. In aversa nummi parte Mercurius pingitur, qui praeest mercaturae; cum caduceo, pacis symbolo. HARD. — *Vlyssi addidit pileum.* De hoc pileo D. Hieronymus, epist. 120: « Quartum genus est vestimenti, rotundum pileolum, quali pictum in Vlysseo conspicimus, quasi sphaera Media sit divisa, et pars una ponatur in capite; non habet acumen in summo. » Vlyssem ita pileatum vide in nummis Mamiliae gentis (de quibus supra). BROT.

dit pileum. Pinxit et Apollinem et Dianam, Deumque Matrem in leone sedentem : item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris : Scyllamque, quae nunc est Romae in templo Pacis. Nec fuit alius in ea arte velo-
45 cior. Tradunt namque conduxisse pingendum ab Aristrato Sicyoniorum tyranno, quod is faciebat Telesti poëtae, monumentum, praefinito die, intra quem perageretur: nec multo ante venisse, tyranno, in poenam accenso: paucisque diebus absolvisse, celeritate et arte mira. Discipulos habuit Aristidem fratrem, et Aristoclem filium, et Philoxenum Eretrium, cuius tabula nullis postferenda, Cassandro regi picta, continuit Alexandri praelium cum Dario. Idem pinxit lasciviam, in qua tres Sileni comessantur. Hic cele-

Deumque matrem. De matre deum vide quae diximus ad lib. II, cap. 6. Hard.

Nobiles Bacchas. Mulieres quae Baccho sacrificia faciebant. H.

Scyllamque. Monstrum navigantibus infestum, uti et Charybdis. Ex aere quoque fusum affabre testatur epigramma perelegans in Antholog. IV, 44 : εἰς Σκύλλαν χαλκῆν. Εἰ μὴ χαλκὸς ἔλαμπεν, ἐμήνυε δ' ἔργον ἄνακτος Ἐμμεναι Ἡφαίστου δαιδαλεοῖο τέχνης, Αὐτὴν ἄν τις Σκύλλαν οἴσατο τηλόθι λύσσων Εστάμεν, ἐκ πόντου γαῖαν ἀμειψαμένην. Τόσσον ἐπισσείει, τόσσον κότον ἀντία φαίνει, Οἷον ἀπὸ πιλάγους συγκλονέουσα νέας. » Aere nisi fulgeret opus, si tale quid esset, Qualia Daedaliae Mulciber artis habet, Eminus aspiciens Scyllam quis crederet ipsam Migrato terras nunc habitare mari: Tam furit horrendum, tantas insurgit in iras, Ceu foret in maribus iam crepitura ratis. » Eius formam aliter Homerus describit, Odyss. M, capitibus sex, bissenis pedibus, triplici dentium ordine: aliter Maro, Aen. III : » At Scyllam caecis cubitbel spelunca latebris Ora exsertantem, et naves in saxa trahentem. Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo, Pube tenus: postrema immani corpore pistris, Delphinum caudas, utero commissa luporum. » Hard.

Ab Aristrato. Aristratus is viguit aevo Philippi. Pinxerunt eum Melanthii pictoris discipuli, triumphali currui insidentem cum victoria, magna eius tabulae claritate, cui et manum apposuisse dicitur Apelles. Plutarchus in Arato. Dal.

Telesti poëtae. Fuit is Selinuntius, ut opinor, e Sicilia: poëmata eius, seu fabulas laudat Athenus, lib. XVI, pag. 616 sq et 637. Hard.

Cassandro regi picta. Macedoniae regi. Hard.

Lasciviam Τὴν ἀσέλγειαν, λαγνείαν, iocosam ludibundamque petulantiam, κῶμον. Dalec. — *Lasciviam.* Lasciviae ac mollitiei imaginem. Hard.

ritatem praeceptoris sequutus, breviores etiamnum quasdam picturae vias et compendiarias invenit.

Adnumeratur his et Nicophanes elegans et concinnus, ita ut venustate ei pauci comparentur. Cothurnus ei et gravitas artis. Multum a Zeuxide et Apelle abest Apellis discipulus Perseus, ad quem de hac arte scripsit. Huius fuerat aetatis Aristides Thebani discipulus. Fuerunt et filii, Niceros, et Ariston, cuius est Satyrus cum scypho coronatus. Discipuli, Antorides et Euphranor, de quibus mox dicemus. 46

In qua tres Sileni comessantur. Sic libri omnes. Sileni Bacchi ministri dicuntur, Σειληνοί, teste Strabone, X, pag. 468. Nomen habere a Silenn Nysiorum rege, qui subsidium Baccho tulerit, auctor Diod. Sicul. in Bibl. lib. IV. Hinc Catullus, LXIV, 253: » Cum thiaso Satyrorum, et Nysigenis Silenis. « Propert. II, eleg. 32: » Sileuique senes et pater ipse chori. « Haan.

Quasdam picturae vias et compendiarias invenit. Brotef. ex MSS. Reg. et editione principe, » quasdam picturae compendiarias invenit. « Compendiaria enim apud antiquos substantive usurpabatur, ut videre est apud Varronem, Senecam, Epist. XXVII, et Petronium in Satyric. Compendiariae illae videntur esse, *les grotesques*, quae ita nobis appellantur quod in cavernis, *grottes*, repertae sint, teste Raphaële Borghinio. Earum usum egregie revocavit Raphaël; et antiquis multum placuere, ut patet ex tot eorum monumentis, quae supersunt, et picturis Herculanensibus. Ex Brot. nott. ad hunc locum. Ed. P.

Ita ut venustate ei pauci comparentur. Sic totidem plane syllabis, nec pluribus, MSS. Reg. 2, et Pintiani. Libri editi adiiciunt hia multa, sed spuria: » Ita ut vetusta opera pingeret propter aeternitatem rerum, impetuosi animi, et cui pauci comparentur. « Haan.

Cothurnus ei et gravitas artis. Pingendi ratio grandis, excelsa, nobilis. Galli dicunt, *la manière grande et noble.* Cothurnos induebant tragoedi, quum in theatro fabulam acturi erant: unde pro alto et exaggerato dicendi, aliudve faciendi genere accipiuntur. Horatius in Arte: » Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni. « Haan.

Huius fuerat aetatis Aristides. Ita egregie Reg. 2, quum in editis hactenus libris omnia perturbata, immutataque sic legantur: » Ad quem de hac arte scripsit, qui huius fuit aetatis. Aristidis Thebani discipuli fuerunt, etc. « De Aristide Thebano dictum superius. Huic discipulum fuisse cognominem nunc Plinius asseverat. Hard.

Fuerunt. Huius filii, hoc est, Persei, non Aristidis. Hard.

Niceros et Ariston. Νικηρὼς et Ἀριστων. Ita Reg. 2 et alii. In libris editis *Aristippus.* Ariston is videtur esse, de quo XXXIV, 19. Hard.

Discipuli. Eiusdem Persei, cuius

XXXVII. Namque subtexi par est minoris picturae celebres in penicillo, e quibus fuit Pyreicus: arte paucis postferendus: proposito, nescio an destruxerit se: quoniam humilia quidem sequutus, humilitatis tamen summam adeptus est gloriam. Tonstrinas, sutrinasque pinxit, et asellos, et obsonia, ac similia: ob hoc cognominatus Rhyparographos, in iis consummatae voluptatis. Quippe eae pluris veniere, quam
2 maximae multorum. E diverso Maeniana, inquit Varro, omnia operiebat Serapionis tabula sub Veteribus. Hic

filii proxime appellati. Hard.

XXVII. *Minoris picturae.* Modicae amplitudinis, *de petit volume.* Hard.

Pyreicus Meminit Propertius, lib. III, eleg. 8, ex emendatione Beroaldi: » Pyreicus parva vindicat arte locum.« Prius apud Propertium *Parrhasius* legebatur. In Plinianis codd. MSS. *Preicus* et *Pracius* leginus. Quid statui certe de ea voce oporteat, haeresmus. Harn.

Proposito, nescio an destruxerit se. Concinnior lectio *detriverit*, quam *destruxerit.* Dal. — *Proposito.* Proposito vero suo, in humilibus operibus haerendo, nescio an non ipse adversatus sit: nam licet res humiles pinxerit, per eas tamen ingentem in eo rerum humilium genere gloriam picturae est adeptus: »nec humilia rerum humilium pictor fuit.« H.

Ob hoc cognominatus Rhyparographos. Lege: *Rhopographos.* Ρωπογραφία opponitur μεγαλογραφία, quae in rebus magnis et argumentis nobilibus exsequendis versatur. Salmas. — *Rhyparographos.* Ita clare Reg. 2, cum libris omnibus editis, post Hermolaum. Ρυπαρογράφος intelligitur, sordidarum atque humilium rerum pictor. Hard. — *Rhyparographos.* Sic nobis sunt *les bambochades*, festivum, sed tenue picturae genus. Brot.

Maeniana. Pergulae proiectae fuere in foro Romae, unde pictorum tabulae venales pendebant, ut supra diximus. Nomen habet a Maenio, a quo et columna Maenia appellata, Cod. Theod. lib. XV, tit. 1; lib. XLV: » Tabulata intercolumniis adfixa:« unde videlicet populus spectare poterat. Labeo I. C. *Proiecta.* Nominis causam docet Ascon. in Divin. » Maenius quum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut ibi Basilica aedificaretur, exceperat ius sibi unius columnae, super quam lectum proiiceret ex provolantibus tabulatis: unde ipse et posteri eius spectare munus gladiatorum possent: quod etiam tum in foro dabatur. Ex illo igitur columna Maenia vocitata est.« Festus: » Maeniana aedificia a Maenio sunt appellata. Is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora.« Hoc loco Maeniana Varro, pro tabulis, quae ibi venales proponebantur, accepit. Harn. — *Maeniana.* Maeniana, *des balcons*, *des balustrades.* Brot.

Serapionis tabula. Pictoris, σκηνογράφου. Harn.

Sub Veteribus. Sub Veteribus fori

scenas optime pinxit, sed hominem pingere non potuit. Contra Dionysius nihil aliud, quam homines pinxit, ob id Anthropographus cognominatus. Parva et Callicles fecit: item Calades comicis tabellis: utraque Antiphilus. Nam et Hesionam nobilem pinxit, et Alexandrum ac Philippum cum Minerva, qui sunt in schola in Octaviae porticibus: et in Philippi, Liberum patrem, Alexandrum puerum, Hippolytum tauro

tabernis, pergulisve, ut diximus c. 8. His etiam veterum Maenianorum nomen fuit, uti ex Cicerone disrimus, Acadd. Quu. IV, num. 70: « Veterum, ut Maenianorum sic Academicorum umbram sequutus est. » De Veteribus Plautus in Curcul. act. IV, scen. 1, vs. 19: « Sub Veteribus, ibi sunt qui dant, quippe accipiunt foenore. » Hard.

Contra Dionysius nihil aliud, quam homines pinxit. patria is Colophonius fuit, ut quidem Aelianus prodidit, Var. Hist. IV, 3. Hard. — *Anthropographus.* Brot. ex MSS. Reg. 5 et edit. princ. *Anthropographos.* Ed. P.

Parva et Callicles fecit. Idem fortassis et fictor Megarensis, cuius opera laudantur in primis a Pausania, Eliac. poster. VI. Hard.

Calades. Καλάδης, quo nomine is fuit qui leges Atheniensibus dedisse fertur, Αθηναίοις, ὡς λέγεται, νόμους γράψας, et ab iis idcirco statuae honorem obtinuisse. Qui hunc Pausaniae locum accuratius pensitarit, intelliget is profecto vanam illius coniecturam esse, qui sic emendat, κώμους γράψας, hoc est, comessantium tabellas: ut eum ipsum signari a graeco scriptore suadeat, cuius comicae tabulae a Plinio commendantur. Dignum scilicet statua opus. Et quis tabulas comicas sic interpretari velit? Hic libri editi *Calaces* habent: MSS. *Calates.* Hard. — *Calades.* Sic emendatum ex coniectura Meursii. Brotier. ex MSS. Regg. Voss. et ed princ. *Calates.* Ed. Par.

Comicis tabellis. Quae personas repraesentent, quales in Comoedorum fabulis inducuntur. Hard.

Antiphilus. Αντίφιλος ζωγράφος Tzetzae, Chil. VIII, Hist. 197, v. 395. Pictorem hunc ab eximia facilitate laudat Quintil. XII, 10, p. 894. H.

Hesionam. Quam expositam ceto Hercules liberavit, occiso monstro. Dalec. — *Hesionam nobilem pinxit.* Laomedontis filiam, Priami sororem. Consule mythologos, et Maronem, Aeneid. VIII, 157. Hard.

In schola in Octaviae porticibus. Schola in porticibus, locus et statio quaedam instar litterarii ludi, in quem philosophi, et reliquis doctrinis exculti homines convenire solebant, ut publicis disputationibus ac colloquiis exercerentur. Dal. — *In Octaviae porticibus.* Nomine sororis Octaviae porticum Augustus condiderat, ut auctor est Sueton. XXIX. Fuit regione Vrbis nona, prope theatrum Marcelli; complectebatur ea templa duo, Iunonis et Apollinis, curiam, scholam, bibliothecam. H.

Et in Philippi. In porticu Philippi, de qua diximus c. 36. H.

emisso expavescentem: in Pompeia vero Cadmum et Europen. Idem iocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Vnde hoc genus picturae grylli vocantur. Ipse in Aegypto natus didicit a Ctesidemo.
4 Decet non sileri et Ardeatis templi pictorem, praesertim civitate donatum ibi, et carmine, quod est in ipsa pictura his versibus:

Dignis digna loca picturis condecoravit,
Reginae Junonis Supremi coniugis templum,
Marcus Ludius Helotas Aetolia oriundus,
Quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat.

5 Eaque sunt scripta antiquis litteris latinis: non fraudando et Ludio, divi Augusti aetate, qui primus

In Pompeia. Prope theatrum Pompeii, regione Vrbis bona, et porticus Pompeiana fuit, de qua Vitruv. V, 9, pag. 92. Hard.

Idem iocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Lege, *deridiculi*, ut codex Pintiani. Vt Plautus, Amphit. II, 2: » Quid in me deridiculi gratia sic salutas? » Milite, II, 2: » Is deridiculo est, quaqua incedit omnibus. » Pseud. IV, 5: » Mihi illum verba per deridiculum dare. » Tacit. Annal. lib. III: » Deridiculo fuit senex foedissimae adulationis tantum infamia usurus. » Gronov. — *Gryllum ridiculi habitus.* Idem pinxit hominem habitu ridiculo, nomenque tabulae finxit, Gryllum. Hard. — Brot. post Gron. ex MSS. *deridiculi*; Ed. P.

Hoc genus picturae Grylli vocantur. Gryllos illos dicimus, *des caricatures.* Talea videre est in picturis Herculanensibus, *Pitture antiche d'Ercolano*, tom. III, tab. 26. Brot.

Ardeatis templi. Cuius picturas antiquiores esse urbe Roma dictum est superius, cap. 6: » Exstant certe hodieque antiquiores Vrbe picturae Ardeae. » Hard.

Dignis digna loca, etc. Sic Grut. addidit, in Inscript. pag. 1065, ex vetusto lapide: DIGNIS. DOCTILOQVEIS. PICTVRIS. CONDECORAVIT. REGINAE. IVNONI. SVPREMI. CONIGI. TEMPLVM. MARCVS. LVDIVS. ELOTAS. ARTOLIA. ORIVNDVS. QVEM. NVNC. ET. POST. SEMPER. OB. ARTEM. HANC. ARDEA. LAVDAT. Hard. — *Dignis digna loca.* Broler. ex MSS. Regg. et edit. princ. *dignis digna loco picturis*, etc. Ed. P.

Supremi coniugis. Hoc est, Iovis. Ita MSS. Reg. 2, Colberl. 3, aliique: non, ut editi hactenus libri, *supremae.* Hard.

Helotas. Εἵλωτες, Lacedaemonii transfugae appellati. Strabo, lib. VI, p. 278. Hard.

Antiquis litteris latinis. De his egimus VII, 58. Hard.

Non fraudando et Ludio. Neque praetermittenda Ludii commendatio

instituit amoenissimam parietum picturam, villas et porticus, ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piscinas, euripos, amnes, littora, qualia quis optaret, varias ibi obambulantium species, aut navigantium, terraque villas adeuntium asellis aut vehiculis. Iam piscantes, aucupantesque, aut venantes, aut etiam vindemiantes, sunt in eius exemplaribus: nobiles, palustri accessu villae, succollatis sponsione mulieribus, labantes trepidique feruntur: plurimae praeterea tales argutiae facetissimi salis: idemque subdialibus maritimas urbes pingere instituit, blandissimo aspectu, minimoque impendio. Sed nulla gloria artificum est, nisi eorum qui tabulas pinxere: eoque venerabilior apparet antiquitas. Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos uno in loco mansuras, quae ex incendiis rapi non possent. Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo. Nulla in Apellis tectoriis pictura erat. Nondum libebat pa- 6

est. Familiaris locutio Plinii, ut constabit ex Indice. H. — *Amoenissimam parietum picturam*, etc. Antiqui id genus picturae, *les paysages*, attigerant, ut videre est apud Vitruvium VII, 5. At ubi id Romae pervulgavit Ludius, usus ubique invaluit, ut patet ex quam plurimis picturis Herculanensibus. Brot.

Optaret. Gronov. et al. ante Hard. *optarat*. Ed. P.

Nobiles palustri accessu villae, succollatis sponsione, etc. Nobiles ut baiuli, per accessum palustrem cuiusdam villae, colla mulieribus ex sponsione onerati vacillantes ac veluti oneri metuentes incedunt. Hunc locum ex fide Reg. cod. 2, Colb. 3, aliorumque refinximus: quum prius ita legeretur, interpolante Barbaro: sunt etiam vindemiantes. Sunt in eius exemplaribus nobiles, palustri accessu villae, succollantium specie mulieres, labentes trepidaeque feruntur. 5 In Reg. 2, Colb. 3, et Parm. edit. *sponsione*. Gronovius *personis* pro *sponsione* scribit. Vox porro succollare latina est, et Tranquillo quoque nota. H. — *Trepidique feruntur*. Broter. ex MSS. Regg. 2, 5, *trepidisque feruntur*. In MS. Reg. 3 et editione principe, *trepideque feruntur*. Pleraque haec argumenta, quae Plinius memorat, in Herculanensibus picturis tractata videre est. Ed. P.

Subdialibus. In iis, quae sub dio sunt, inambulationibus. H.

Venerabilior apparet antiquitas Broter. ex MSS. Regg. Dalec. et editione principe, *venerabilior antiquitatis prudentia apparet*. Ed. P.

rietes totos pingere. Omnis eorum ars urbibus ex-
7 cubabat, pictorque res communis terrarum erat. Fuit
et Arellius Romae celeber paulo ante divum Augustum: nisi flagitio insigni corrupisset artem, semper alicuius feminae amore flagrans, et ob id deas pingens, sed dilectarum imagine. Itaque in pictura eius scorta numerabantur. Fuit et nuper gravis ac severus, idemque floridus, humilis rei pictor Amulius. Huius erat Minerva, spectantem adspectans, quacumque adspiceretur. Paucis diei horis pingebat, id quoque cum gravitate, quod semper togatus, quanquam in machinis. Carcer eius artis domus aurea fuit: et ideo non exstant exempla alia magnopere. Post eum fuere in auctoritate Cornelius Pinus, et Accius Priscus, qui Honoris et Virtutis aedes imperatori Vespasiano

Omnis eorum ars urbibus excubabat. *Orbi* malim legere, quam *urbibus*, nam sequitur confestim, « pictorque res communis terrarum erat. » Pint. — *Omnis.* Reg. 2, *omnium eorum.* Malim ego, *omnibus.* H. — *Omnis eorum ars.* Brot. ex MSS. Regg. et ed. princ. *omnium eorum ars.* Ed. P.

Res communis. Rem communem vocat, propter tabulas, quae domi, atque in locum alium transferri possent: ut ex Achaia L. Mummium transtulisse permulta superius vidimus. Hard.

Spectantem adspectans. Broter. ex MSS. Regg. et edit. princ. *spectantem spectans.* « Id minime mirabile, licet multi quotidie id adhuc mirentur. Caput enim pictum in aequo, *une surface plane*, spectantem spectat, quacumque adspiciatur: immo spectantes singulos, quacumque adspiciant, spectat. Id autem contingit, si pictor in se conversos tenet eius, quem pingit, oculos. » Ex Brot notl. ad hunc lib. Ed. P.

Quanquam in machinis. Vt sunt ii, qui vel in scala sublimes, vel suspensi in corbibus, summa aedium tabulata, camerarumque fornices picturis exornant. His quanquam in machinis penderet ille, nunquam tamen induxit animum ut pingeret, nisi togatus. H. — *In machinis.* Machinas illas dicimus, *les échafauds, les échelles des peintres.* Brot.

Carcer eius artis domus aurea fuit. Nam in ea domo, velut in carcere, pictores, ne effugerent aut dilaberentur, conclusos retineri Nero iubebat. Dalec. — *Carcer.* Praeclara eius artificis opera domu Neronis aurea inclusa fuere. De aurea domo dicturi sumus lib. seq. cap. 24. H.

Honoris et Virtutis aedes. Fuerunt aedes geminae, prosime inter se iunctae. Symmachus, I, ep. 44: « Bene ac sapienter maiores nostri, ut sunt

Augusto restituenti pinxerunt: sed Priscus antiquis similior.

XXXVIII. (XI.) Non est omittenda in picturae mentione celebris circa Lepidum fabula. Siquidem in triumviratu quodam loco deductus a magistratibus in nemorosum hospitium, minaciter cum iis postero die expostulavit, somnum ademptum sibi volucrum concentu. At illi draconem in longissima membrana depictum circumdedere loco: eoque terrore aves tum siluisse narratur, et postea cognitum est ita posse compesci.

XXXIX. Ceris pingere, ac picturam inurere quis excogitaverit, non constat. Quidam Aristidis inventum putant postea consummatum a Praxitele. Sed aliquanto vetustiores encausticae picturae exstitere, ut Polygnoti, et Nicanoris, et Arcesilai Pariorum. Lysippus quoque Aeginae picturae suae inscripsit

alia aetatis illius, aedes Honori atque Virtuti gemellas iunctim locarunt: commenti, quod in Ia (Ausonium alloquitur) vidimus: ibi esse praemia honoris, ubi sunt merita virtutis.» P. Victor in prima regione Vrbis, iuxta portam Capenam, «Vicus Honoris et Virtutis» ab aedibus uiuirum proximis sic appellatus. Sunt Galbae, et Vitellii et Vespasiani nummi inscripti HONOS ET VIRTVS. H.

XXXVIII. *Narratur.* Brot ex MSS. Reg. et editione principe, *narrantur.* Ed. P.

XXXIX. *Ceris pingere.* Ceris discoloribus pingebant antiqui; picturamque inurebant: quod quomodo fieret, dicemus inferius, c. 41. Interim de discoloribus ceris Varro lectis de Re Rust. II: «Pictures loculatas magnas habent arculas, ubi discoloris sunt cerae.» H.—*Quis.* Brot. *qui primus excogitaverit.* Ed. P.

Quidam Aristidis inventum putant. Eius qui Polycleti discipulus fuit, de quo XXXIV, 19. De Praxitele ibidem. Hard.

Arcesilai Pariorum. Pinxit is in Piraeeo cum liberis suis Leosthenem, qui Atheniensium et Graecorum aliorum dux vicit Macedonas ter, in Boeotia, ad Thermopylas, et ad Zamiam fluvium. Pausanias in Atticis, I, p. 2. Dal.

Lysippus. Hoc igitur tertium opus ex iis est, quae absolute inscripta fuisse scribitur in praefatione ad Titum, ILLE FECIT: non pendente titulo, ILLE FACIEBAT: hoc est non Λύσιππος ἐνεκαίει, sed ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΕΝΕΚΑΥΣΕΝ. H.— *Inscripsit* ἐνέκαυσεν. Iuussil. Haec est encaustica pictura, *l'encaustique.* Hoc saeculo ea excelluit Cl. Zonso. Brot.

ἐνέκαυσεν: quod profecto non fecisset, nisi encaustica inventa.

XL. Pamphilus quoque Apellis praeceptor non pinxisse tantum encausta, sed etiam docuisse traditur Pausian Sicyonium primum in hoc genere nobilem, Brietis filius hic fuit, eiusdemque primo discipulus. Pinxit et ipse penicillo parietes Thespiis, quum reficerentur quondam a Polygnoto picti: multumque comparatione superatus existimabatur, quoniam non suo genere certasset. Idem et lacunaria primus pingere instituit, nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. Parvas pingebat tabellas, maximeque pueros. Hoc aemuli eum interpretabantur

XL. *Pamphilus.* De quo egimus supra cap. 36. Hard.

Pausian Sicyonium. Idem fortassis qui et Pauson. Eius festivum dictum refert Aelianus, Histor. lib. XIV, cap. 15. Dal. — *Pausian.* Παυσίου pictoris opera laudat Pausan. in Corinth. II, pag. 234. Horat. II, Sat. 7, v. 95: » Vel quum Pausiaca torpes, insane, tabella. «

Pinxit et ipse Penicillo parietes Thespiis. Pausias scilicet. Sic libri editi: in MSS. *Thepis*: quid si *Delphis* potius? Nam de Polygnoto Thasio, cuius refici nunc picturs dicitur, Plinius ipse supra cap. 35: » Hic Delphis aedem pinxit, « cui et Pausaniam adstipulari diximus. H. — *Thespiis.* Brot. ex MSS. Regg. et edit. principe, *Thebis.* En. P.

Quoniam non suo genere certasset. Non in quo maxi ne excellebat genere picturae. Pausias enim encausto, Polygnotus penicillo excelluit. Encausto pingere, et penicillo pingere, differunt: ceris illud, istud coloribus. Hard.

Nec cameras ante eum taliter, etc. Camerae lacunaribus ornabantur, aut musivo opere pingebantur. Ipsa lacunaria vel deaurari solebant, vel pingi coloribus, quod Pausiae primo inventum fuit. Auctor quaestionum Veteris et Novi Testamenti, qu. 106: » Sicut enim ad ornamentum domus pertinet, si camera eius habeat auro distincta laquearia, etc. « Isidor. XIX, 12: » Laquearia sunt, quae cameram ambiegunt et ornant, quae et lacunaria dicuntur: quod lacus quosdam quadratos vel rotundos ligno vel gypso, vel coloribus habeant pictos, cum signis intermicantibus. « Quem Isidori locum immerito Salmasius reprehendit, in Nott. ad Fl. Vopiscum, pag. 393, ubi negat lacunaria cameris umquam suppositis fuisse. Atqui hoc Plinius diserte confirmat. Et Constantinus M. in epistola, quam Eusebius recitat, lib III, de eius vita, cap. 32: Τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς καμάραν, πότερον λακωνάρίαν, ἢ δι' ἑτέρας τινος ἐργασίας γενέσθαι σοι δοκεῖ, παρὰ σοῦ γνῶναι βούλομαι. Εἰ γὰρ

facere, quoniam tarda picturae ratio esset illa. Quamobrem arti daturus et celeritatis famam, absolvit uno die tabellam, quae vocata est hemeresios, puero picto. Amavit in iuventa Glyceram municipem suam, inventricem coronarum: certandoque imitatione eius, ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam. Postremo pinxit illam sedentem cum corona, quae e nobilissimis eius tabula appellata est stephaneplocos; ab aliis stephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas sustentaverat paupertatem. Huius tabulae exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit Dionysiis Athenis.

Pausias autem fecit et grandes tabulas, sicut spectatam in Pompeii porticibus boum immolationem. Eam enim picturam primus invenit, quam postea 3

λακωνικὴ εἶναι μέλλοι, δυνήσεται καὶ χρυσῷ καλλωπισθῆναι τὸ λειπόμενον. e Porro cameram Basilicae utrum laqueatam, an alio quopiam operis genere faciendam censeas, certior a te fieri velim. Nam si laqueata fiet, auro quoque poterat exornari. a H. — Lacunaria; *les plafonds*; camerae; *les appartemens*. Brot.

Hemeresios. Ἡμερήσιος, diei unius pictura. Hard.

Amavit in iuventa Glyceram municipem suam. Sicyoniam igitur. At Glycere meretrix, quae Praxitelis amica a Strabone dicitur, IX, p. 410, Thespiensis e Boeotia fuit. H.

Inventricem. Sic libri omnes, etiam MSS. non *vitricem*, ut fingit Salmasius in Solin. pag. 246, inaudita prorsus in Latio voce, quum *vietricem* dici potius ars pateretur, quanquam aegre. Hard.

Pinxit illam. Brot. ex MSS. Reg. et ed. princ. *pinxit ipsam*. Ed. P.

Eius. Brot. ex MSS. Regg. et ed. princ. vocem hanc delet. Ed. P.

Stephaneplócos. Ita Reg. 2, non *stephanoplocos*; quanquam et istud aeque graece dicitur. Στεφανηπλόκος, *textrix coronarum*; στεφανόπωλις, *venditrix coronarum*. Hard.

Apographon vocant. Quod ad exemplar effingitur, ἀπόγραφον Graeci dicunt, *une copie*. Hard.

L. Lucullus. Is qui post bellum Mithridaticum, conversus ad otium, tradidit se luxui, magnificentiaque villarum, signorum et tabularum ornamentis Romanos omnes superavit. Hard.

Duobus. Atticis nimirum: gallicae monetae librae sunt 9,337. Ed. P.

Dionysiis. Festis ludisque Dionysiacis, qui magno apparatu ab Atheniensibus celebrabantur. Eadem Bacchanalia appellata. In libris hactenus

imitati sunt multi, aequavit nemo. Ante omnia quum longitudinem bovis ostendere vellet, adversum eum pinxit, non transversum: et abunde intelligitur amplitudo. Dein quum omnes, quae volunt eminentia videri, candicantia faciant, coloremque condant nigro: hic totum bovem atri coloris fecit, umbraeque corpus ex ipso dedit; magna prorsus arte in aequo exstantia ostendens, et in confracto solida omnia. Sicyone et hic vitam egit, diuque fuit illa patria picturae. Tabulas inde e publico omnes propter aes alienum civitatis addictas, Scauri aedilitas Romam transtulit.

4 Post eum eminuit longe ante omnes Euphranor Isthmius, olympiade centesima quarta, idem qui inter fictores dictus est a nobis. Fecit et colossos, et marmora, ac scyphos scalpsit: docilis ac laboriosus ante omnes, et in quocumque genere excellens, ac sibi aequalis. Hic primus videtur expressisse dignitates heroum, et usurpasse symmetriam. Sed fuit universitate corporum exilior, capitibus articulisque grandior. Volumina quoque composuit de symmetria et coloribus. Opera eius sunt, equestre praelium, duo-
5 decim dii: Theseus, in quo dixit, eumdem apud Par-

edilis, a *Dionysio*. At MSS. Reg. 2, et Pintiani, *Dionysius*. Hardo.

Condant. Gron. et al. ante Hard. *condiant nigro*. Ed. P.

Et in confracto solida omnia. Et quum veluti fracta sint unius corporis membra omnia, solida tamen omnia videantur. Hardo.

Scauri aedilitas. De qua lib. XXXVI, cap. 24. Hardo. — *Aedilitas*. Anno Urbis conditae 678. Ed. P.

Inter fictores dictus est. lib. XXXIV, cap. 19. Hardo.

Sed fuit universitate corporum exilior, etc. Corpora tota fecit exiliora, grandiora capita. Quod vitium et in Zeuxide notatum superius, cap. 36: »Deprehenditur tamen Zeuxis grandior in capitibus, articulisque.« H.

Equestre praelium. Laudatur id Euphranoris opus et a Pausania, Attic. I, pag. 5. Equestre illud praelium ait fuisse, in quo ex Atheniensibus Gryllus, Xenophontis filius, e Boeotis Epaminondas in primis claruere. H.

Duodecim dii. De hac pictura Pausanias loc. cit. Elegantius vero Val. Max. VII, 11, pag. 46. Iis illi Ennii

rhasium rosa pastum esse, suum vero carne. Nobiles eius tabulae Ephesi, Vlysses simulata vesania bovem cum equo iungens: et palliati cogitantes: dux gladium condens.

Eodem tempore fuit et Cydias, cuius tabulam Argonautas H-S CXLIV Hortensius orator mercatus est, eique aedem fecit in Tusculano suo.

Euphranoris autem discipulus fuit Antidotus. Huius est clypeo dimicans Athenis, et luctator, tibicenque inter pauca laudatus.

Ipse diligentior, quam numerosior, et in coloribus severus, maxime inclaruit discipulo Nicia Atheniensi, qui diligentissime mulieres pinxit. Lumen et umbras custodivit, atque ut eminerent e tabulis picturae,

versibus continentur: aluno, Vesta, Minerva, Cerea, Diana, Venus, Mars: Mercurius, Iovi', Neptunus, Volcanus, Apollo. a Hard.

Eundem apud Parrhasium rosa pastum esse. Tradit eadem et Plutarch. de gloria Atheo. I, p. 346: Ὥσπερ Εὐφράνορ τὸν Θησέα τοῦ ἑαυτοῦ, τῷ Παῤῥασίου παρέβαλε, λέγων τὸν μὲν ἐκείνου ῥόδα βεβρωκέναι· τὸν δὲ ἑαυτοῦ κρέα βόεια. Vnde Pintiani emendatio exsufflatur, libris invitis omnibus ita scribentis, *rore pastum esse*, non *rosis*. Hard.

Et palliati cogitantes: dux gladium condens. Sic Reg. 2, caeterique probatiores libri primitivi, typique. Frustra sunt, qui ex nescio quo exemplari inducunt, »Et Palamedes dux fasce gladium condens.« Plinius inferius iterum, de Timomachi pictura: »Palliati, quos dicturos pinxit, alterum stantem, alterum sedentem.« H.

Et Cydias. Κυδίας Eustathio in Dion. v. 526, ubi hunc pictorem e Cyntho, quae Cycladum una est, oriundum esse ait. Hard.

H-S. CXLIV. Hoc est, sestertium centum quadraginta quatuor millibus. Gallicae monetae librae sunt 28,012. Ed. P.

Ipse diligentior, quam numerosior. Diligens, inquit, pictor Antidotus fuit: sed non plurimas idem tamen pinxit: non uti Zeuxis, de quo supra: »Fecundus artifex.« Sic lib. XXXIV, cap. 19: Myron »numerosior arte quam Polycletus« dicitur. Hard.

Et in coloribus severus. Brot. ex MS. Reg. Pint. et edit. principe, *in coloribus severior*. Ed. P.

Nicia Atheniensi. Νικίας ζωγράφος Ἀθηναῖος, Plutarcho de gloria Athen. p. 346. Nicomedis filium facit Pausanias Attic. lib. I, p. 57, et in pingendis etiam animalibus eximium tradit: Ἀθηναῖος Νικίας ὁ Νικομήδους ζῷα ἄριστος γράψαι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ. Vide et quae de eo refert Aelian. Var. Hist. lib. III, cap. 31. H.

maxime curavit. Opera eius, Nemea advecta ex Asia Romam a Silano, quam in curia diximus positam. Item Liber pater in aede Concordiae: Hyacinthus, quem Caesar Augustus delectatus eo secum deportavit Alexandria capta: et ob id Tiberius Caesar in templo eius dicavit hanc tabulam: et Diana. Ephesi vero est Megabyzi sacerdotis Ephesiae Dianae se-
8 pulcrum: Athenis Necromantia Homeri. Hanc vendere voluit Attalo regi talentis sexaginta, potiusque patriae suae donavit, abundans opibus. Fecit et grandes picturas, in quibus sunt Calypso, et Io, et An-

Nemea. Nemeam, quae sedentem in compleau suo Alcibiadem tenebat, Aristophontem pinxisse Plutarchus refert in Alcibiade. Dal. — *Nemea.* Diximus de ea, libri huius cap. 10. Hard.

A Silano. A Licinio Nerva Silano, cuius nomen in nummis Antiochensium legitur: ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Fuit is pater Silani, qui nepos neptis Augusti fuit, ut Plinius ait, VII, 11. H. — *Silano.* Sic post Gronovium Hard. antea, *Syllano.* Teste Broterio, est C. Silanus, proconsul Asiae, de quo Tacit. Annal. III, 66. En. P.

Diximus positam. Cap. 10. H.

In aede Concordiae. Regionne Vrbis octava. Hard.

Hyacinthus. Lusit in hanc tabulam Martialis, lib. XIV, ep. CLXXIII, cuius lemma: „Hyacinthus in tabula pictus: Flectit ab inviso morientia lumina disco, Oebalina, Phoebi culpa dolorque, puer." Hard.

In templo eius. Templum Augusti in foro romano fuit. Hard.

Megabyzi sacerdotis. Diximus de eo superius, cap. 36. Hard.

Necromantia Homeri. Hanc vendere voluit Attalo, etc. Legit Victorius, lib. V, cap. 15, *Necyomantian.* Plutarch. de vita secund. Epicur. pag. 1093, *Necyan.* A Ptolemaeo rege, non ab Attalo, eius picturae manipretium, 60 talenta oblata fuisse Plutarchus scribit, ac praeterea Niciam, dum illam pingeret, tantopere studio suo delectatum, ut saepius servos interrogaret, num prandisset. Dal. — *Necromantia.* Vaticinium mortuis evocatis, locumque ubi id umbrae reddunt, vox ea sonat, νεκρομαντεία. Ciceroni Tusc. I, n. 37, *νεκυία* Homeri appellatur: eaque pars Odysseae A intelligitur, qua inferos Vlysses descendisse fingitur, umbrasque ibi esse alloquutus. Hard.

Talentis sexaginta. Atticis nimirum: quae gallicae monetae libras efficiunt, 280,125. En. P.

Calypso. Calypso, quae naufragum Vlyssem hospitaliter recepit. Io a Iove adamata, et in vaccam conversa. Andromeda, quam ceto expositam Perseus periculo liberavit. Huius picturae argumentum explanat geminum epigramma, in Anthol. IV, 9, ex quo adiectum intelligimus et Gorgonis caput, cuius ope virginem Perseus liberavit: simulque Cassiopen Andromedae matrem, quae Ne-

dromeda : Alexander quoque in Pompeii porticibus praecellens, et Calypso sedens. Huic quidem adscribuntur quadrupedes. Prosperrime canes expressit. Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus, quae maxime opera sua probaret in marmoribus: quibus Nicias manum admovisset: tantum circumlitioni eius tribuebat. Non satis discernitur, alium

reidas a alligandam scopulo filiam, ut a ceto voraretur, concitarat, quod eam Nereidas antecellere forma iactitaret. Prius est Antiphili: Αἰθιώπων ἀ βῶλος· ὁ δὲ πτερόεις τὰ πέδιλα, Περσεύς. Α δὲ λίθῳ πρόσδετος Ανδρομέδα. Απροτομά, Γοργοῦς λιθοδερκέος· ἆθλον ἔρωτος Κῆτος· Κασσιόπας, ἄλαλος εὐτεκνίη. Χ' ἁ μὲν ἀπὸ σκοπέλοιο χαλᾷ πόδας ἠθάδι νάρκα, Νωθρόν· ὁ δὲ μναστὴρ νυμφοκομεῖ τὸ γέρας. « Aethiopum regio est: qui fert talaria, Perseus: Haec adiuncta foris cautibus, Andromede. Gorgonis hoc sectum caput est: certamen amoris Bellua: Cassiopea, garrula fertilitas. Liberat illa pedes longa torpedine segnes A scopulo: potitur virgine victor amans. » Alterum Arabii Scholastici: Κηφεὺς Ανδρομέδην, ἢ ζωγράφος ἄνθετο πέτραις; Καὶ γὰρ ἀπ' ὀφθαλμῶν ἡ κρίσις ἀμφίβολος· Κῆτος δὲ σπιλάδεσσιν ἐπὶ γναμπτῇσι χαράχθη, Η ἀπὸ Νηρῆος γείτονος ἐξανέδυ; Εγνων ταῦτα· σοφός τις ἀνὴρ κάμε. Δεινὸς ἀληθῶς Τεύξατο καὶ βλεφάρων καὶ πραπίδων ἀπάτην. « Cepheus Andromeden, an pictor rupe ligavit? Namque oculus non quit cernere, credat utrum. Picta super scopulos ostenditur horrida pistrix, An de vicino tollitur illa mari? Agnosco vix signa manus: O magnus in arte, Lumina qui potuit fallere, quique animos! » Quae porro commiuiscendae huius de Andromeda fabulae, causa exstiterit, cetumque vere navigii, non belluae nomen fuisse, aliaque huc spectantia, prolixe Conon explicat in Bibl. Photii, cod. CLXXXVI, Hist. 40, pag. 448. HARD.

In Pompeii porticibus. De quibus cap. 37. HARD.

Huic quidem. MSS. *fidem*, mendose. Sunt qui *Phidiae* reponant, vitiosius. In quadrupedibus pingendis palmam tulisse Niciam auctor est Pausanias paulo antea a nobis laudatus. HARD.

De quo dicebat Praxiteles, etc. Dicebat, inquam, ea sibi opera maxime probari, quibus Nicias manum admovisset. Simili textura verborum usus ipse cap. 8: « De qua Teutonorum legatus respondit interrogatus, etc. » HARD.

Circumlitioni eius tribuebat. Marmora coloribus tenuissimis illinebant, qui repercussu claritatem marmoris excitarent, custodirentque a pulvere et sordibus. Galli dicunt, *vernir*. Seneca, ep. LXXXVI, cuius initium est: « In ipsa Scipionis Africani villa, pauper sibi videtur ac sordidus... nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt: nisi illis undique operosa et in picturae modum variata circumlitio praetexitur. » H.

Non satis discernitur, alium eodem nomine, etc. At satis discerni tempo-

eodem nomine, an hunc eumdem quidam faciant olympiade centesima duodecima.

9 Niciae comparatur, et aliquanto praefertur Athenion Maronites, Glaucionis Corinthii discipulus, et austerior colore, et in austeritate iucundior, ut in ipsa pictura eruditio eluceat. Pinxit in templo Eleusine Phylarchum, et Athenis frequentiam, quam vocavere Syngenicon. Item Achillem virginis habitu

rum ratione ambo a se invicem videntur, quum illius aetas, qui olympiade CXII vixit, ab Attali temporibus distet annis fere XC, cui regi is, qui nunc laudatur, vendere dicitur tabulam noluisse. H. — Si idem ait Antidotus qui floruit olympiade CXII, et is qui Attalo regi *Necromantiam* vendere noluit, tunc certe senior fuit. Attalus enim regnum auspicatus est anno tertio olympiadis CXXXIV. Brot.

Maronites. Ab oppido Thraciae Maronea, de quo IV, 18: Ἀθηνίων ὁ τοῦ Γλαυκίωνος. Hard.

Phylarchum. Phylarchum, cuius heroicum sacellum Minervae Pronoae vicinum Delphis fuisse Pausanias scribit lib. X. Persis irruentibus is Phocensibus auxilium tulit. Phylarchum historicum memorat Plutarchus in Arato, et lib. de Isid. ac Osir. Aelian. vero, Hist. Anim. lib. VI, cap. 29. Dalec. — *Phylarchum.* Historicum, ut videtur, cuius in auctorum Indice meminimus. H.

Athenis frequentiam. Brot. ex MSS. Regg. et editione principe, *at Athenis frequent.* Ed. P.

Syngenicon. Συγγενικόν, *cognationem.* Ita cum Pintiano scripsimus, quod in MSS. Reg. 2, aliisque, *lyngenicon* vidimus. Et quod paulo post *cognatio* pariter *nobilium*, picturae argumentum affertur. Num. item 38, *Oenias Syngenicon* pinxisse dicitur. Editi ante nos libri, *polygynaecon*, πολυγυναικόν, quae vox mulierum frequentiam sonat. Hard.

Item Achillem virginis habitu occultatum. Narrat hanc historiam Hyginus, fab. XCVI: « Thetis Nereis, quum sciret Achillem filium suum, quem ex Peleo habebat, si ad Troiam expugnandam isset, periturum, commendavit eum in insulam Scyron ad Lycomedem regem: quem ille inter virgines filias habitu femineo servabat, nomine mutato .... Achivi autem quum rescissent ibi eum occultari, ad regem Lycomedem oratores miserunt, qui rogarent, ut eum adiutorium Danais mitteret. Rex quum negaret apud se esse, potestatem eis fecit, ut in regia quaererent. Qui quum intelligere non possent, quis esset eorum, Vlysses in regio vestibulo munera feminea posuit, in quibus clypeum et hastam, et subito tubicinem iussit canere, armorumque crepitum et clamorem fieri iussit. Achilles hostem arbitrans adesse, vestem muliebrem dilaniavit, atque clypeum et hastam arripuit. Ea hoc est agnitus, arasque operas Argivis promisit, et milites Myrmidones. » Hard.

occultatum, Vlysse deprehendente. Et in una tabula, sex signa: quaque maxime inclaruit, agasonem cum equo. Quod nisi in iuventa obiisset, nemo ei compararetur.

Est nomen et Heraclidi Macedoni. Initio naves pinxit: captoque rege Perseo Athenas commigravit, ubi eodem tempore erat Metrodorus pictor, idemque philosophus, magnae in utraque scientia auctoritatis. Itaque quum L. Paulus devicto Perseo petisset ab Atheniensibus, ut sibi quam probatissimum philosophum mitterent ad erudiendos liberos, itemque pictorem ad triumphum excolendum, Athenienses Metrodorum elegerunt, professi eumdem in utroque desiderio praestantissimum: quod ita Paulus quoque iudicavit. Timomachus Byzantius Caesaris

In una tabula sex signa. Corrupte MSS. Regg. 2, 3, et Vossian. *ut signa*, et sic edit. princeps: unde Gron. *VI signa*, vel *sex signa*. Brot. ex Cl. Durand. emendatione, *in una tabula insigni, quaque*, ele. Ed. P.

Initio naves pinxit. Id quoque de Protogene superius dictum, cap. 36. Hardu.

Metrodorus idemque philosophus. Carneadis auditor is fuit Atheniis, ut auctor est Cicero de Orat. I, n. 45. De architectonice scripsit, ut in auctorum Indice diximus. Item de poëtis, ut auctor est Plutarchus, lib. adv. Epicur. pag. 1094. Vixit Persei Macedoniae regis temporibus. H.

Timomachus . . . Medeam. In hanc pictoris eius tabulam, ut caeteros silem, egregie lusit Antiphilus Byzantius, in Anthol. IV, 9, cuius epigramma latine Ausonius reddidit, Epigr. cxxi: « Medeam vellet quum pingere Timomachi mens Volventem in natos crudum animo facinus; Immanem exhausit rerum in diversa laborem, Fingeret affectum matris ut ambiguum. Ira subest lacrymis: miseratio non caret ira: Alterutrum videas ut sit in alterutro. Cunctantem satis est: nam digna est sanguine mater Natorum: tua non dextera, Timomache. » Et Epist. cxxii, cuius hic exitus est: « Laudo Timomachum: matrem quod pinxit in ensem Cunctantem, prolis sanguine ne maculet. » De priore vero, seu de Aiscis insanientis pictura ab eodem Timomacho elaborata, incerti scriptoris epigramma exstat, Anthol. IV, 6: Αἶκς Τιμομάχου πλέον ἢ πατρός. Ἡρπασε τέχνα Τὴν φύσιν· ὁ γράψας εἶδέ σε μαινόμενον. Καὶ συνελυσσήθη χεὶρ ἀνέρι· καὶ τὰ κεραστὰ Δάκρυα τοὺς λύπης πάντας ἔμιξε πόνους. In libris editis Αἶσαν Τιμομάχου corrupte legitur: « Aisa Timomachi magis ea, quam patris: in arte Natura est: rabiem viderat ille tuam. Cumque viro furiata simul manus: omne doloris

dictatoris aetate Aiacem et Medeam pinxit, ab eo in Veneris Genetricis aede positas, octoginta talentis venumdatas. Talentum Atticum x. VI taxat M. Varro. Timomachi aeque laudantur Orestes, Iphigenia in Tauris, Lecythion agilitatis exercitator, cognatio nobilium: palliati, quos dicturos pinxit, alterum

Ingenium trucibus miscuit in lacrymis. Hard. — *Aiacem et Medeam.* Sic ex MSS. Gron. legebatur antea, *Aiacem ei pinxit et Medeam.* Ed. P. *Octoginta talentis venumdatas.* Hic exclamare lubet cum Seneca, Epist. xcvi: «Quid intar pueros et nos interest? nisi quod nos circa tabulas et statuas insanimus, carius inepti? illos reperti in littore calculi laeves, et aliquid habentes varietatis delectant; etc.» H. — *Octoginta talentis.* Monetae nostrae gallicae libris 373,500. Ed. P.

Talentum. Hoc est, denarium sex millibus. Festus similiter Atticum talentum definit sex millibus denariis. Gellius, III, 17, tria talenta Attica ait efficere LXXII millia sestertium, hoc est, XVIII denarium millia. Seneca et Priscianus talentum Atticum aiunt esse XXIV sestertia, sive quatuor et viginti sestertium millia: hoc est, sex millia denarium: quae ter ducta efficiunt illa Gellii LXXII sestertia. Talentum illud *magnum* a Plauto vocatur. Mna, sive mina, ut a Plinio centum denariis definitur, diximus in fine lib. XXI. Hanc porro nostram ac Plinianam talenti ac minae aestimationem egregie confirmat Herodotus, insigni loco certe III, p. 241, ubi de pretio, quo conductus est Democedes medicus aetate sua celebratissimus: «Aeginetae, inquit, anno sequenti conduxerunt eum talento: Athenienses anno tertio centum minis: Polycrates quarto anno talentis.» Qua in oratione semper, ut par est, merces crescit. Aliud est talentum minus, cuiusmodi taleuta accipienda etiam sunt auri, tempore Davidis in sacris libris; et apud Homerum, tum in Iliade, T, 247; Ψ, 257, 751; et Ω, 233; tum in Odyssea, Θ, 393. H. — *Talentum Atticum X. VI taxat.* Sive sex denarium millibus; gallicae nempe monetae libr. 4,668 374. Ed. P.

Orestes. Quem furiae Clytaemnestrae matris ab eo interemptae agitant. Hard.

Iphigenia in Tauris. Agamemnonis filia, quam quum parens immolare vellet, Diana virginem miserata, cervam pro ea supposuit: Iphigeniamque per nubes in terram Tauricam detulit; ibique templi sui sacerdotem fecit. Hyginus, Fab xcviii et cxx. Advenientem illuc postea fratrem Orestem agnovit ipsa, captumque ab incolis ob sublatum furto Dianae simulacrum, morti eripuit. Vide Euripidem in ea fabula quam de hoc argumento inscripsit, *Iphigenia in Tauris.* Picturam hanc Nicomachi, credo, describit incertus auctor epigrammatis in Anthol. IV, 8: Μαίνεται Ἰφιγένεια· πάλιν δέ μιν εἶδος Ὀρέστου. Ἐς γλυκερὴν ἀνάγει μνῆστιν ὁμαιμοσύνης· Τῆς δὲ χολωομένης, καὶ ἀδελφεὸν εἰσοροῶσης Οἴκτῳ καὶ μανίῃ βλέμμα συνεξάγεται. «Iphigenia furit: sed nam conspectus Orestae Mitigat, et memorem sanguinis esse iubet:

stantem, alterum sedentem. Praecipue tamen ars ei favisse in Gorgone visa est.

Pausiae et filius et discipulus Aristolaus e severissimis pictoribus fuit; cuius sunt, Epaminondas, Pericles, Medea, Virtus, Theseus: imago Atticae plebis, boum immolatio. Sunt quibus et Mechopanes eiusdem Pausiae discipulus placeat diligentia, quam intelligant soli artifices, alias durus in coloribus, et sile multus. Nam Socrates iure omnibus placet. Tales sunt, cum Aesculapio filiae, Hygia, Aegle, Panacea, Iaso, et piger, qui appellatur Ocnos, spartum torquens, quod asellus arrodit.

Illius irátae pariter, fratremque videntis, Exagitant oculos hinc furor, hinc pietas » Hard.

Favisse in Gorgone. A Perseo interfecta. Hard.

Pausiae et filius. Brot. ex Regg. et edit. principe, *Pausiae filius.* Ed. P.

Imago Atticae plebis. Hoc est, Δῆμος Atheniensium, quae pictura explicatur egregie a Plinio, c. 36. H.

Boum immolatio. Qua de pictura dictum est superius. Hard.

Mechopanes. An *Metrophanes* potius? Hard.

Alias durus in coloribus, sed et multus (sic prius). Vossian. » durus in coloribus, et sile multus; » quod etiam ex aliis ad marginem ponunt; neque aliter legendum. Intelligit *sil* e pigmentis. L. XXXIII, 13: » In argenti et auri metallis nascuntur etiamnum pigmenta, sil et caeruleum. » Lib. XXXV, 61 » silis lucidi libris decem. » *Sile multus*, qui eo pigmento multo uteretur. Vidit idem Pintianus. Gann. — *Et sile multus.* Ita Reg. 2 aliique: editi mandose, *sed et multus.* H. — Vitium illud appellamus, *donner dans le jaune*; quod multis pictoribus vulgare, forte ex aliquo oculorum vitio. Brot. — *Sile.* De sile conf. sup. lib. XXXIII, cap. 56. Ed. P.

Nam Socrates. Pictoris id nomen, de quo inferius iterum, XXXVI, 4. Hard.

Talesque sunt eius picturae cum Aesculapio (sic olim): MSS. omnibus abest vox *picturae.* Suffecit enim Plinio: » Tales sunt eius cum Aesculapio filiae, etc. » *Fabulae* vel *picturae* intellectum voluit. Lepidum est autem, quod Dalecampius ad vocem *Iaso notat*, Iasona cum Aesculapio Apollinis filio et Achille Peleia Chirone centauro educatum et medicinam didicisse ex Arati et Apollonii Scholiastis tradit. Tanquam eadem sit persona ὁ Ἰάσων Ἰάσονος, et ἡ Ἰασὼ Ἰασοῦς. Gron. — *Hygia.* Schol. Aristoph. pag. 69, Aesculapii filiae, Ἰασώ, Πανάκεια, Ὑγεία, Αἴγλη. Hard. — *Tales sunt cum*, etc. Brot. ex Voss. et edit. princ. *talesque sunt eius, cum*, etc. Ed. P.

Ocnos. Eius meminit Plutarchus libro περὶ εὐθυμίας, elegantissima cum stupidia et fatuis comparatione. Eum pinxit et Polygnotus in templo

31 Hactenus indicatis in genere utroque proceribus, non silebuntur et primis proximi, Aristoclides, qui pinxit aedem Apollinis Delphis. Antiphilus puero ignem conflante laudatus, ac pulchra alias domo splendescente, ipsiusque pueri ore: item lanificio, in quo properant omnium mulierum pensa: Ptolemaeo venante. Sed nobilissimo Satyro cum pelle pantherina, quem Aposcopeuonta appellant. Aristophon Ancaeo vulnerato ab apro, cum socia doloris Astypale: numerosaque tabula, in qua sunt

Delphis. Propertius: a Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno Aeternusque tuam pascat, aselle famem. a Vide Suidam in ὄνου πόκας. Cratinus finxit apud inferos quemdam funiculum torquere, asinum vero quod tortum est, abrodere et abscindere. Dal. — *Oenos.* Οκνος, pigrum ac timidum sonat: quae appellatio huic aptè convenit, qui abigere asellum non audeat. Describit hunc picturam Pausanias Phocic. X: Ανήρ ἐστι καθήμενος, ἐπίγραμμα δὲ Οκνον εἶναι λέγει τὸν ἄνθρωπον· πεποίηται· μὲν πλέκων σχοινίον· παρέστηκε δὲ θήλεια ὄνος ἐπεσθίουσα τὸ πεπλεγμένον ἀεὶ τοῦ σχοινίου. Τοῦτον εἶναι τὸν Οκνον φιλεργόν φασιν ἄνθρωπον, γυναῖκα δὲ ἔχειν δαπανηράν καὶ ὁπόσα συλλέξαιτο ἐργαζόμενος, οὐ πολὺ ἂν ὕστερον ὑπὸ ἐκείνης ἀνήλωτο. a Vir quidam sedens, titulus autem indicat eum Ocnum esse. Ipse funiculum torquet, adstante asella, quae quod tortum fuerit assidue abrodat. Hunc Ocnon aiunt hominem fuisse industrium, operique intentum: sed uxorem ei fuisse sumptuosam ac prodigam: ut quidquid is sua labore corraderet, id mox absumeretur ab illa. a H.

In genere utroque. In utroque genere pingendi: sive ceris et encausto: sive coloribus ac penicillo. Harn.

Antiphilus. Alius hic ab eo, de quo supra cap. 37. Harn.

Ptolemaeo venante. Ptolemaei regis venatione picta, *quum venaretur elephantos.* Harn.

Aposcopeuonta appellant. Αποσκοπεύοντα, ut Reg. 2 et alii MSS. sive, ut editi, ἀποσκοποῦντα, hoc est, collimantem, intuentem scopum. Vide Athen. XIV, pag. 629, et Hesychium verbo Σκωπευμάτων. H. — *Aposcopeuonta.* Αποσκοπεύοντα, alii interpretantur collimantem, intuentem scopum: alii, quod verius crediderim, manum fronti obtendentem, ne nimia lux solve noceat. Ioannem apostolum sic aposcopeuonta in admirabili Transfigurationis tabula expressit Raphaël. Bot. — *Aposcopeuonta.* Silius de Pane: a Obtendensque manum solem infervescere fronti. Arcet, et umbrato perlustrat pascua visu. a Dal.

Ancaeo vulnerato. Lycurgi filio, quem Calydonius aper vulneravit. Recitat hanc historiam Pans. Arcadic. VIII, pag. 528, et Hyginus Fab. CXLVIII. Harn.

Astypale. Vxore, a qua Astypalaea dicta est. Dal.

Priamus, Helena, Credulitas, Vlysses, Deiphobus, Dolus. Androbius pinxit Scyllin ancoras Persicae classis praecidentem. Artemon Danaën, mirantibus eam praedonibus, reginam Stratonicen, Herculem et Deianiram: nobilissimas autem, quae sunt in Octa-

Dolus. Ita MSS. Reg. 2, Colb. 3, et Pintiani. Sunt qui *Dolon* ibi legi malint, Priami filium, quem Diomedes occidit. Male: nam uti Priamum Helenamque Credulitas perdidit: sic Vlyssem Deiphobumque Dolus nobilitavit: atque idcirco in tabula ea suum quibusque vitium est adiunctum. Hard.

Scyllin. Σκύλλιν Σικυωναῖον eximium urinatorem, qui classis Persicae vento iactatae ancoras praecidit, multaque ea ea naufragio servata sibi comparavit. Auctores sunt Pausanias, Phocic. X, et Strabo, IX, p. 443. Item Apollonidas in Epigrammate graeco Antholog. I, 69: Σκύλλις ὅτε Ξέρξου δολιχὸς στόλος Ἑλλάδα πᾶσαν Ἠλαυνεν, βυθίην εὕρατο ναυμαχίην, Νηρῆος λαθρίοισιν ὑποπλώσας τενάγεσσι, Καὶ τὸν ἀπ' ἀγκύρης ὅρμον ἔκειρε νεῶν. Αὔτανδρος δ' ἐπὶ γῆς ὠλίσθανε Περσὶς ἄνανδος Ὀλλυμένη, πρώτη πεῖρα Θεμιστοκλέους. Belligeram Xerxis tremeret quum Graecia classem, Invenit Scyllis praelia tecta mari: Nam vadà furtivo delapsus ad ima natatu, Vincula, quae curvis dentibus apta, secat. Sic ratibus pereunt pulsis in littora Medi, Materies famae prima Themistocleae. » Hard. — *Ancoras Persic. class. praecidentem.* Broter. ex Reg. 2 et 8, ordine mutato, *ancoras praecid. Persic. class.* Ed. P.

Artemon. Ἀρτέμων. H.

Danaën, mirantibus eam praedonibus. De quibus nempe vates Venusinus, III, Od. 16: « inclusam Danaën, turris ahenea, Robustaeque fores, et vigilum canum Tristes excubiae munierant satis Nocturnis ab adulteris: Si non Acrisium, virginis abditae Custodem pavidum, Iupiter et Venus Risissent: fore enim tutum iter et patens Converso in pretium deo. Aurum per medios ire satellites, etc. » H. — *Praedonibus.* Vat. *piscatoribus.* Nam quum arca inclusam una cum filio Perseo Acrisius pater in mare abiecisset, a Dauniae piscatoribus reperta est. Pausan. lib. II. Dal.

Reginam Stratonicen. Stratonice Straboni, lib. XIII, Ariarathia Cappadocum regis filia, Eumenis Attalo geniti uxor, et Attali tertii mater. Fuit et Stratonice regis Deiotari uxor, proba et modesta, memorata a Plutarcho, libro de Virtutibus mulierum. Stratonicen Demetrii et Philae filiam Seleucus duxit, eamque Antiocho filio suo insane amanti uxorem tradidit. Plutarch. In Demetrio. Valerius, lib. VII, cap. 5. Dal — *Stratonicen.* Reginam in Asia, ubi Ephesus fuit, ut mox Plinius ipse docet. Hard.

Deianiram. Vestem marito Herculi porrigentem, centauri tinctam sanguine, qua ille induta flagrare coepit. Hygin. fab. XXXVI. H.

Nobilissimas autem quae sunt in porticibus Octaviae operibus (sic prius). Annotant *ex eius operibus*, malum malo sanantes. At Voss. Pint. aliique: a quae sunt in Octaviae operibus: a excluso τῷ *porticibus*, quod inane et

viae operibus: Herculem ab Oeta monte Doridos exuta mortalitate consensu deorum in caelum euntem: Laomedontis circa Herculem et Neptunum historiam. Alcimachus Dioxippum, qui pancratio Olympia citra pulveris tactum (quod vocant aconiti) vicit: Coniti Nemeaea.

supervacuum. L. XXXIV, cap. 6: «quae statua nunc est in Octaviae operibus» Lib. XXXVI, cap. 5; «Veneremque eius esse in Octaviae operibus» Et rursus: «Cupido obiectus» Cicerone Verri, ille propter quem Thespiae visebantur, nunc est in Octaviae scholis positus.» Gron. — *Nobilissimas.* Subintellige picturas. In Octaviae *operibus*, hoc est, porticibus et scholis, de quibus egimus cap. 37. Hard.

Herculem. In Oetaeo monte pyram struxerat Herculi Philoctetes, in quam se ille coniecit, exutaque mortalitate caelum conscendit. Hyginus, loc. cit. Hard.

Laomedontis circa Herculem et Neptunum historiam. «Neptunus et Apollo dicuntur Troiam muro cinxisse. His rex Laomedon vovit, quod regno suo pecoris eo anno natum esset, immolaturum. Id votum avaritia fefellit.... Ob eam rem Neptunus cetum misit, qui Troiam vexaret. Ob quam causam rex ad Apollinis misit consultum. Apollo iratus ita respondit: Si Troianorum virgines ceto religatae fuissent, finem pestilentiae futurum. Quum complures consumptae essent, Hercules et Telamon, quum Colchos Argonautae irent, eodem venerunt, et cetum interfecerunt: Hesionemque patri, pactis legibus reddunt, ut quum inde rediissent, secum in patriam eam abducerent.... Quod et ipsum Laomedon fraudavit... Itaque Hercules ad eos navibus comparatis, ut Troiam expugnaret, venit, et Laomedontem necavit, etc.» Hygin. fab. LXXXIX. Hard.

Alcimachus, etc. Legendum: «Alcimachus, Dioxippium, qui pancration Olympiae circa pulveris tactum, quod vocant ἀκονιτί, vicit. Coenus scammata.» *Pulveris tactus* est ἡ et ἀφή, et κόνισις. Salm.

Dioxippum. Olympionicum pugilem, de quo Aelian. Var. Hist. X, 22: et XII, 58. Hard.

Olympia. Subintellige, certamina. Non enim, *Olympiae vincere*, sed *Olympia* Latini dixere, imitatione Graecorum. Sic et Olympia coronari Horat. I, ep. 1, v. 50: «Quis circum pagos et circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia: cui spes, Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmae.» Ennius apud Ciceronem de Senect. «Sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.» Apuleius de Dogm. Platonis: «Tantosque progressus exercitatio contulit ei, ut Pythia, Isthmia, de lucta certaverit.» Graeco videlicet more, ut in Anthol. lib. I, cap. 1, ep. 5: Ἄνδρας ἠνίκα Πυγμὴν ἐνίκα Νικοφῶν ὀλύμπια. «Quum tot viros Pugnis domaret Nicophon Olympia.» Et lib. III, cap. 2, ep. 1: Πύθια πύξ, in Pythiis certaminibus pugil. Inscriptio vetus apud Reines. pag. 205: ΖΩΙΛΟΣ. ΖΩΙΛΟΥ. ΠΥΘΙΑ. ΝΙΚΗς

Ctesilochus Apellis discipulus petulanti pictura innotuit, Iove Liberum parturiente depicto mitrato, et muliebriter ingemiscente inter obstetricia dearum: Cleon Cadmo: Ctesidemus Oechaliae expugnatione, et Laodamia. Clesides reginae Stratonices iniuria.

CAC. ΘΕΟΙC. De pancratio diximus XXXIV, 19. Hard.

Citra pulveris iactum. Erasmus in proverbio, citra pulverem, legit, *citra pulveris tactum.* Turneb. cap. et lib. XVI. Vide Hieron. Mercurialem, de Arte gymnastic. lib. I, cap. 8. Dal. — *Tactum.* Sic. Reg. 2, Colb. 3, et alii: non *iactum.* H.

Quod vocant aconiti. Ἀκονιτὶ, hoc est, sine pulvere, fere sine pugna: translatione sumpta ab athletis, qui ita facile superant, ut ne pulverem quidem excitent, vel excitato foedentur. Suidas: Ἀκονιτὶ, χωρὶς κόνεως, ἄνευ ἀγῶνος καὶ μάχης, ἢ εὐμαρῶς, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν τῶν οὕτως εὐμαρῶς περιγινομένων, ὥστε μηδὲ κονίσασθαι. Sine pulvere dixit Horatius; loc. cit. Impulveream victoriam appellat Gellius, lib. V, cap. 6. Plura vide apud Constant. in Lexico, verbo Ἀκονιτί. Hard.

Coniti Nemeaea. Non, ut Olympia, sine pulvere, sic at Nemeaea vicit. Nemea sive Nemeaea, νεμεῖα, νεμαῖα, νεμεαῖα, sacra Graeciae certamina, a silva Peloponnesi Nemea, sic appellata, nemo ignorat. Quam belle sic ludum ludo, victoriae victoriam Plinius opponit? cum Olympiis Nemeaea confert, et facili ac sine pulvere victoriae alterum laboriosius comparatum. In libris hactenus vulgatis: *Caenus stemmata*: at neque pictoris nomen est Coenus, nec satis idoneum picturae, quale hic requiritur, argumentum, stemmata: multo vero minus *scammata*, quae Salmasius hoc loco obtrudit, in Exercit. ad Solin. p. 36. Hard. — *Coniti Nemeaea.* In edit. princ. *tenus stemmata.* In Regg. MSS. 2, 3, 5, Gron. et al. ante Hard. *Coenus, stemmata*; quam lectionem revocavit Brot. cui videtur audacior Hermolai Barbari emendatio, *coniti Nemeaea*, quum vox *coniti* Graecis prorsus ignota fuerit. *Stemmata* autem sunt *des alliances*; ut supra mox et infra, *Syngenicon, un assemblée de famille.* Ed. P.

Cleon Cadmo. Ita MSS. omnes. Typi, *Admeto.* Cadmum Castalii fontis custodem draconem interemisse fabulae ferunt: Hygin. Fab. VI. Id forte hulus picturae argumentum. Cleonis Sycionii fictoris meminit quoque Pausanias laudatus a nobis, supra lib. XXXIV, cap. 19. Hard.

Oechaliae expugnatione. Situs huius Oechaliae, quam Hercules diruit, ipso Strabone teste, lib. IX, pag. 438, in incerto est: quum plures sint urbes cognomines. Vide et eiusdem Strabonis lib. XIV, pag. 638. Hercules quum Iolen Euryti regis filiam in coniugium peteret, pater negaret, Oechaliam expugnavit. Hyginus, Fab. XXXV. Virgil. Aen. lib. VIII, vers. 290, de Hercule: «Vt bello egregias idem disiecerit urbes, Troiamque, Oechaliamque.» Hard.

Laodamia. Pyram conscendente, qua cremata est. Hygin. Fab. CIV. Hard.

Clesides Κλεισίδης. H.

Reginae Stratonices. De qua supra diximus. Hard.

Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit volutantem cum piscatore, quem reginam amare serino erat: eamque tabulam in portu Ephesi proposuit: ipse velis raptus est. Regina tolli vetuit, utriusque similitudine mire expressa. Craterus comoedos Athenis in Pompeo pinxit.

26 Eutychidis bigam regit Victoria. Eudorus scena spectatur: idem et ex aere signa fecit.

Hippias, Neptuno et Victoria. Habron Amicitiam et Concordiam pinxit, et deorum simulacra. Leontiscus Aratum victorem cum trophaeo: psaltriam. Leon Sappho.

Iniuria. Innotuit iniuria, quam intulit reginae. Hard.

Volutantem. Ita clare Reg 2, Colb. 3, typique omnes. H. — *Volutantem.* MS. Reg. 5, *voluptantem*; Vet. apud Dalec. *voluptuantem*, et sic Broter. edidit. Ed. P.

Ipse velis raptus est. Ipse navim interim conscendit. Hard.

Craterus. Broter. ex MSS. Regg. et edit. princ. *Cratinus*; sic etiam infra, a Irene Cratini pictoris filia et discipula. a Ed. P.

In Pompeo. Athenis in ipso urbis introitu aedificium fuit, in quo pompae parabantur, vasaque asservari solita ad pomparum solemnia. Atque ex ea re Πομπεῖον est appellatum, ut auctor est Iul. Pollux, lib. IX, cap. 5, pag. 428, ex Demostenis oratione in Phormionem. Statuae illic erant clarorum virorum, ut Socratis, teste Laërtio in eius vita: et Isocratis, teste Plutarcho de decem Rhet. Picturae quoque, ut vel ex hoc Plinii loco intelligitur. Hard. — *In Pompeo.* MSS. Regg. 2, 3, edit. princ. *in Pompeio*, et sic Gron. et al. forte rectius. Ed. P.

Eutychidis. Idem fortassis, ut et Eudorus, statuarius fuit, de quo diximus XXXIV, 19. Hard.

Eudorus scena spectatur. Εὔδωρος. Scenam pinxisse eximie dicitur, quam barbari vocant, decorationem theatri. Hard.

Hippias, Neptuno. Subintelligo, spectatur, ex antecedenti. Porro *Hippias*, et mox *Habron*, scribi hic oportere, non, ut hactenus, *Iphis et Abron*, partim MSS. quos sequimur, in quibus *Hyppia* et *Habron* scribitur: partim ipsa elementorum series admonet, quae appellari quemquam hic vetat, cuius ab A littera nomen auspicetur, vel I, ante Habronem. Ἱππίαν fictorem eiusque opera Pausanias commendat in Eliac. poster. VI, Ἄβρων apud Graecos viri nomen esse superius vidimus. Hard.

Aratum. Occiso Sicyoniorum tyranno, quum Achaeorum imperator summus esset, profligatis hostibus, triumphantem. Dal. — *Aratum victorem.* De Aristippo. Vide Plutarchum in Arati vita, p. 1010. H.

Leon Sappho. Lesbiam vatem, satis celebratam. Exstat in eam distichon Platonis haud obvium, et idem

Nicearchus Venerem inter Gratias et Cupidines; Herculem tristem insaniae poenitentia. Nealces Venerem, ingeniosus et solers in arte. Siquidem quum praelium navale Aegyptiorum et Persarum pinxisset, quod in Nilo, cuius aqua est mari similis, factum volebat intelligi, argumento declaravit, quod arte non poterat. Asellum enim in littore bibentem pinxit, et crocodilum insidiantem ei.

Oenias Syngenicon. 48

Philiscus officinam pictoris, ignem conflante puero. Phalerion Scyllam.

Simonides Agatharchum, et Mnemosynen. Simus iuvenem requiescentem in officina fullonis, Quin-

tamen perelegans in Anthol. I, tit. 67: Εννέα τὰς μούσας φασίν τινες· ὡς ὀλιγώρως! Ἠνὶ δὲ καὶ Σαπφὼ Λεσβόθεν ἡ δεκάτη. » Esse novem quidam Musas disere, sed errant: Ecce tibi Sappho Lesbia, quae decima est. » Hard.

Herculem tristem insaniae poenitentia. Ab Iunone insania ei obiecta, Megaram uxorem, et filios interfecit. Postquam suae mentis compos factus, ab Apolline petiit dari sibi responsum, quomodo scelus purgaret. Hygin. Fab XXIII. Hard.

Nealces Venerem. Scitum Nealcis dictum, quum eximiam Aristrati tyranni picturam deleri vellet Aratus, pugnandum cum tyrannis, non cum eorum imaginibus, Dal. — *Nealces.* Νεάλκεα pictorem, amicum Arati, laudat Plutarchus in Arato, p. 1032. Hard.

Crocodilum insidiantem ei. Asellum etiam et crocodilum insidiantem ei, teste Brot. videre est, in Herculanensibus picturis, tom. I, tab. 48. Ed. P.

Oenias Syngenicon. Subintellige, pinxit: hoc est, cognationem, ut dictum est supra. Pictoris nomen Οἰνίας Graecis scribitur. H.

Phalerion Scyllam. Hominem sursum, caninis capitibus cinctam, inquit Isidorus, Origg. XIX, 16. Vide quae diximus supra c. 36. H.

Agatharchum. Eum, opinor, intelligit, quem Vitruvius in Praef. lib. VII, p. 124, Aeschylo docente, ait primum Athenis tragicam scenam fecisse, et de ea commentarium reliquisse. Aut Syracusanae classis praefectum cuius mentio ap. Thucydidem, VI. Hard.

Mnemosynen. Μνημοσύνη, Iovis filia, Musarum parens, ex Hesiodo in Theog. Hard.

Quinquatrus celebrantem. Quae Παναθήναια Graecis, Latinis Quinquatrus appellantur, teste Charisio, lib. I. Sunt autem Παναθήναια Hesych. ἡ τῶν Αθηναίων ἑορτὴ καὶ ἀγών, festum Minervae apud Athenienses longe celeberrimum, et quinquennale. H.—*Requiescentem in officina fullonis,*

quatrus celebrantem: idemque Nemesin egregiam.
49 Theodorus et inungentem: idem ab Oreste matrem et Aegisthum interfici: bellumque Iliacum pluribus tabulis: quod est Romae in Philippi porticibus: et Cassandram, quae est in Concordiae delubro: Leontium Epicuri cogitantem. Demetrium regem. Theon Orestis insaniam, Thamyram citharoedum. Tauriscus Discobolum, Clytaemnestram, Paniscum, Polynicen regnum repetentem, et Capanea.

Quinq. celebrantem. Broter, ex MSS. Regg. et edit. princ. *iuvenem requiescentem: officinam fullonis Quinquatrus*, etc. Ed. P.

Nemesin. Νέμεσιν deam insolentiae et arrogantiae vindicem Graeci vocant. Vide lib. XXXVI, c. 4. H.

Et inungentem. Ἀλείπτην; unctorem, qui palaestritas ungit in gymnasio, qui etiam Aliptes a Cicerone dicitur, in ep. ad Lentulum. In libris hactenus editis mendose, *Theodorus enim emungentem*. H.

Ab Oreste. Is Clytaemnestram matrem, et Aegisthum Thyestis filium, cognatum suum, interfecit. Vide Hygin. Fab. CXIX et CCXLIV. H.

In Philippi porticibus. De his cap. 36. Hard.

Et Cassandram. Qualis forte a Marone describitur, Aeneid. II, v. 403: « Ecce trahebatur passis Priamaia virgo Crinibus, a templo Cassandra, adytisque Minervae, Ad caelum tendens ardentia lumina frustra, etc. » Hard.

Leontium Epicuri cogitantem. Scortum ea fuit, Epicuro familiare, et eius omnibus sectatoribus prostitutum, de quo Athenaeus, lib. XIII; Diog. Laërtius in Epicuro. Dal. — Est haec picturae nomenclatura, non pictoris, ut Barbarus credidit: et tabula haec Theodori operibus annumerari debet. Fuit autem Leontium Epicuri coniux, philosophiae magistra et ipsa, unde et in hac tabula cogitans pingitur. Scripsit libros contra Theophrastum, ut quidem diximus in Praef. ad Titum, auctore Cicerone, de Nat. Deor. lib. I, num. 94. H.

Demetrium regem. Poliorceten. H.

Theon. Quintilian. lib. XII, cap. 10, pag. 894, pictorum ingenia dotesque pertensens: a Cura, inquit, Protogenes, facilitate Antiphilus: concipiendis visonibus, quas φαντασίας vocant, Theon Samius praestantissimus. » Laudatur et ab Aeliano, Var. Hist. lib. II, c. 44. H.

Orestis insaniam. Occisa matre. H.

Thamyram citharoedum. De eo diximus lib. VII, cap 57. H.

Discobolum. De ea voce, l. XXXIV, cap. 19. Hard.

Paniscum. Paniscus nunc exiguus Pan, qualem solebant in parvis tabellis pictores fingere, quasi per iocum: nunc theatralis personarum larva. Dalec. — *Paniscum.* Exiguum Panem: sive Panis asseclam, qui deus Arcadiae a Marone dicitur. Vt a Satyro, *Satyriscus.* Apuleius, lib. V Asin. aur. pag. 518: « Tibias inflaret Satyrus, et Paniscus ad fistulam diceret. » Sueton. in Tiberio, XLIII:

Non omittetur inter hos insigne exemplum. Namque Erigonus tritor colorum Nealcae pictoris in tantum ipse profecit, ut celebrem etiam discipulum reliquerit Pasiam, fratrem Aeginetae fictoris. Illud vero perquam rarum ac memoria dignum, etiam suprema opera artificum imperfectasque tabulas, sicut Irin Aristidis, Tyndaridas Nicomachi, Medeam Timomachi, et quam diximus, Venerem Apellis, in maiori admiratione esse, quam perfecta. Quippe in iis lineamenta reliqua, ipsaeque cogitationes artificum spectantur: atque in lenocinio commendationis dolor est: manus, quum id agerent, exstinctae desiderantur. 20

« Paniscorum et Nympharum habitu, etc. » Hard. — Talibus Paniscis suas inter libidines Graeci et Romani delectabantur; constat ex veteribus monumentis. Bast.

Polynicen regnum repetentem. Oedipodis filium ex Iocasta, regem Thebanorum. Regnum is ab Eteocle fratre repetiit, et Thebas oppugnavit. Capaneus contra Iovis voluntatem Thebas se capturum dixit: et quom murum adscenderet, fulmine ab Iove est percussus. Hygin. Fab. LXXI. Non in tabulam quidem, sed in statuam Capanei exstat epigramma non invenustum in Anthol. lib. IV, cap. 8: Εἰς ἀνδριάντα Καπανέως: ex quo tamen picturae huius argumentum intelligas: Εἰ τοῖος Θήβης Καπανεὺς ἐπιμήνατο πύργοις, Ἀμμασιν ἠερίην κλίμακα μησάμενος, Εἶλεν ἂν ἄστυ βίῃ, καὶ ὑπὲρ μόρον· αἴδετο γὰρ ῥὰ Καὶ σκηπτὰς Κρονίδου τοῖον ἑλεῖν πρόμαχον. Hoc est, interprete Grotio: « Si furor in Thebas tantus Capanea tulisset, Quum de reste gradus necteret aërios: Capta forent fatis invitis moenia: tantum Nec foret ausa ducem tangere flamma Iovis. » H.

Aegynetae fictoris. Proprium id viri nomen videtur, non geotis, aut patriae. Et *Pausiam* legi antea placuerat magis, quam *Pasiam*. H.

Tyndaridas Nicomachi. Castorem et Pollucem. Vel addita quoque Helene, Tyndaridae tres, quos uno versiculo complexus est Synesius in Anthol. lib. IV, cap. 4: Οἱ τρεῖς Τυνδαρίδαι, Κάστωρ, Ἑλένη, Πολυδεύκης. « Pollux, atque Helene, cum Castore, Tyndaridae tres. » De Nicomacho supra dictum. Hard.

Medeam Timomachi. Filios quos ex Iasone susceperat necantem, prae dolore, quod, repudiata se, Creusam duxisset Creontis filiam. Hanc et Aiacem eiusdem Timomachi Caesar dictator emit octoginta talentis. Supra lib. VII, cap. 37; et paulo ante hoc ipso capite. Dalec.

Atque in lenocinio commendationis, etc. Ac dum iuvat commandare artem, piget artificis simul fato dolere. H.

21 Sunt etiam non ignobiles quidem, in transcursu tamen dicendi: Aristonides, Anaxander, Aristobulus Syrus, Arcesilaus Tisicratis filius, Corybas Nicomachi discipulus, Carmanides Euphranoris, Dionysiodorus Colophonius, Diogenas qui cum Demetrio rege vixit, Euthymedes, Heraclides Macedo, Mydon Soleus Pyromachi statuarii discipulus, Mnesitheus Sicyonius, Mnasitimus Aristonidae filius et discipulus, Nessus Habronis filius, Polemon Alexandrinus, Theodorus Samius, et Stadieus, Nicosthenis discipuli: Xenon Neoclis discipulus Sicyonius.

22 Pinxere et mulieres: Timarete Miconis filia, Dia-

Etiam non ignobiles. Brot. ex MSS. et edit. princ. *sunt etiamnunc, non ignobiles.* Ed. P.

Arcesilaus. Pictoris illius apud Pausaniam mentio, commendatioque operis, Attic. lib. I, pag 2. De Tisicrate superius lib. XXXIV, cap. 19. H. — *Arcesilaus.* Gronov. et al. ante Hard. *Arcesilas.* Ed. P.

Corybas. Κορύβας. De Nicomacho supra diximus. Hard.

Carmanides. Forte Καρμαντίδης, quod nomen et Gorgiae patri fuit, apud Pausan. Eliac. post. VI, p. 376. De Euphranore supra. H.

Cum Demetrio rege. Poliorcete. H.

Heraclides Macedo. Laudatus hoc ipso cap. supra. Hard.

Mydon Soleus. Id est, Solensis. Sunt enim Σόλοι Ciliciae oppidum et alterum eiusdem nominis in Cypro. Gelen. — *Pyromachi.* De Pyromacho lib. XXXIV, cap. 19. Libris omnibus invitis *Philomacho* conatur ex Suida, verbo Προυσίας rescribere Leopardus, Emend. lib III, cap. 21, aliique eum sequuti. Hard. — Broter. *Philomachi.* Ed. P.

Aristonidae filius. Statuarii, de quo lib. XXXIV, cap. 10. H.

Habronis De quo diximus p. 348, n. 39, et 382, n. 1. Hard.

Theodorus Samius. Alius fuit Theodorus Samius inventor fundendi aeris, memoratus a Pausania lib. III, cap. 8, 9. Dalec. — *Theodorus.* De quo iam dictum XXXIV, 19. H.

Stadieus. Σταδιεύς, et idem plastes Atheniensis, Apud Pausan. in Eliac. poster. lib. VI, p. 351. H.

Pinxere et mulieres. His quae a Plinio appellantur adiungi merito potest, et Helena Timonis Aegyptii filia, quae gestum sui temporis Issicum praelium penicillo pinsit: quae pictura in Pacis templo a Vespasiano imp. collocata est, teste Ptolemaeo Hephaestione, apud Photium in Bibl. cod. cxc, pag. 481: Ἡ ζωγράφος Ἑλένη Τίμωνος τοῦ Αἰγυπτίου θυγάτηρ, ἥ τις ἐν Ισσῷ μάχην, ἐκείνοις ἀκμάζουσαν τοῖς χρόνοις, ἔγραψε, καὶ ἐν τῷ τῆς Εἰρήνης τεμένει ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ ἀνέκειτο ἡ γραφή. Hard.

Timarete. Ita Reg. 2, Colb. 3, et alii, non *Niconis*, ut prius. Τιμαρέτη

nam in tabula, quae Ephesi est antiquissimae picturae. Irene Cratini pictoris filia et discipula, puellam quae est Eleusine: Calypso senem et praestigiatorem Theodorum: Alcisthene saltatorem: Aristarete Nearchi filia et discipula, Aesculapium. Lala Cyzicena perpetua virgo, Marci Varronis iuventa, Romae et penicillo pinxit, et cestro in ebore, imagines mulierum maxime, et Neapoli anum in grandi tabula: suam quoque imaginem ad speculum. Nec ullius velocior in pictura manus fuit: artis vero tantum, ut multum manipretio antecederet celeberrimos eadem aetate imaginum pictores, Sopolin et Dionysium, quorum tabulae pinacothecas implent. Pinxit et quaedam Olympias: de qua hoc solum memoratur discipulum eius fuisse Autobulum.

XLI. Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, et in ebore, cestro, id est, vi-

Μίκων pictoris Atheniensis de quo superius cap. 35. Hard.

Irene. Εἰρήνη Κρατίνου, statuarii Spartiatae, de quo Pausan. Eliac. poster. VI, cap. 360. Hard.

Et Neapoli anum. Ita ex coniectura certissima hunc locum sanavimus, quum prius *Neapolitanum* absurde legeretur. Apposite enim vel sic locum opponit loco, positas Neapoli tabulas, iis quae Romae servarentur. Sic lib. sup. cap. 19, *Aristodemus anum* caelavit. Hard.

Manipretio. Carioris aestimabantur eius tabulae, quam caeterorum pictorum. Manipretium, *la façon.* H.

Sopolin. Σώπολιν. Ita MSS. non *Sopylon.* Hard.

XLI. *Encausto.* Εγκαυστον, picturae genus, dictum ab urendo. H. — *Encausto.* Nobis, *l'encaustique.* Ed. P.

Cera. Hoc primum encausticae picturae genus, discoloribus ceris, ut diximus, cap. 39. De hac pingendi ratione multi multa prodidere. Nobis res ita peracta olim videtur: in tabulis ligneis ducebantur lineares, ut ita dicam, sulci qui figuram referrent picturae mox futurae. Ductus illi postea implebantur instillata infusaque cera diversi coloris, pro ratione imaginis: quae cera descendebat altius, imprimebaturque tabulae subditis ignibus. Martial. IV, XLVII: «Encaustus Phaëthon tabula depictus in ista est: Quid tibi vis dipyron qui Phaethonta facis?» Alludit ad casum incendiumque Phaëthontis, qui iterum et in encausticae pictura uritur: idcirco δίπυρος, his usus vocatur: quod dici certe non posset, nisi prius quam admoveretur ignis, Phaëthontis imago absoluta foret. Aliam rationem encau-

riculo, donec classes pingi coepere. Hoc tertium accessit, resolutis igni ceris penicillo utendi, quae pictura in navibus nec sole, nec sale, ventisque corrumpitur.

XLII. Pingunt et vestes in Aegypto inter pauca mirabili genere, candida vela postquam attrivere illinentes non coloribus, sed colorem sorbentibus me-

stices explicandae alii afferunt. Vide Ludov. da Montjosium, libro quem inscripsit, *Gallus Romae hospes*, tit. de Pictura, p. 14. Hard.

Et in ebore. Altera haec ratio encausti sic se habuit, nullo scriptorum omnium refragante. Stylo ferreo igne candefacto inurebant ebori, cornibusve, lineas, quibus quas velleot, imagines exprimebant. Itaque, quod pingendum erat, graphice primum in ebore adumbrabant: deiode servata ratione lumioum et umbrarum, eboris candore ad lumina utebantur: tonum vero et umbram, non iam amplius cera, ut in priori genere, sed vulgari colore ac simplici exhibebant. Hard.

Cestro, id est, viriculo. Glossae Philoseni: Κέστρον: *viriculum*, hoc est, styli ferrei genus. Vtrique encausti generi hic cestron adscribitur, hoc est, candens, acuminatumque ferrum, quod ducendis lineis striiaque, sive in ebore, sive in ligoea tabula inserviat. Quare mox tertium encausti genus, quo classes pingi coepere, ab utroque illo distinguit, quod non cestro, ut illa duo, sed penicillo fiat. Quod in primo genere, quod lit ceris, usus cestri fuit, fieri id certe non potuit, oisi qua diximus ratione, ductis in tabula lignea styli ope lineis ac figuris, prius quam instillarentur cerae. Et hoc ostendit nomen ipsum cestri. Esse enim a κῶ, quod idem denotat ac κιλαίνω, id est, cavo, vulgo creditur. H.

Hoc tertium accessit. Tertium genus encausti, non stylo, ut priora duo, sed penicillo, quo liquefactae cerae et colore tinctae, diffundebantur. Attigisse hanc incertus auctor videtur, editus a V. Cl. Steph Baluzio, Misc. IV, pag. 417, in epistola, cui lemma inscriptum: «Quid sit ceroma: Nonnulli ceroma, inquit, intellexerunt esse artificium quoddam iuxta morem antiquum pingendi, cui, ne facies et pulchritudo picturae vetustate temporum aboleretur, cerae miatura apponebatur, modico igni huic temperamento adiecto, ut aequa mensura colorum ceraeque concordante, nec venustas et gratia coloribus, nec cerae perspicuitas deesset. Hoc genus pingendi etiam a Boëtio viro doctissimo commemoratum adhuc suo tempore viguisse dubium non est.» Boëtii locus is est in praef. librorum Arithmeticae, quos Symmacho Patricio nuncupavit. Hanc κηρόχυτον γραφὴν Graeci dixere, quos inter Chrysostomus, uti refertur in Concilio Nicaeno II. Describit hoc genus picturae Procopius de aedif. Iustin. I, ubi de camera ecclesiae loquens: Ἐναβρύνεται δὲ ταῖς γραφαῖς ἡ ὀροφὴ πᾶσα, οὐ τῷ κηρῷ ἐντακέντι τε καὶ διαχυθέντι, etc. Nicephorus CP. in Breviario historico, ad annum 768, εἰκονογραφίαν vocat διὰ κηροχύτου

dicamentis. Hoc quum fecere, non apparet in velis: sed in cortinam pigmenti ferventis mersa, post momentum extrahuntur picta: mirumque, quum sit unus in cortina colos, ex illo alius atque alius fit in veste accipientis medicamenti qualitate mutatus. Nec postea ablui potest: ita cortina non dubie confusura colores, si pictos acciperet, digerit ex uno, pingitque dum coquit. Et adustae vestes firmiores fiunt, quam si non urerentur.

XLIII. (XII.) De pictura satis superque: contexuisse his et plasticen conveniat. Eiusdem opere terrae fingere ex argilla similitudines, Dibutades Sicyonius figulus primus invenit Corinthi, filiae opera: quae capta amore iuvenis, illo abeunte peregre, umbram ex

ὕλης. Nunc vetus illa encaustice penitus obsolevit: successitque ei illa ratio, quam vulgo dicimus *émail*. Et quae urendo fit plumbo in vasis figlinis, quod vulgo, *plomber*, *vernir*, *étamer*. Hard.

XLII. *Sed in cortinam pigmenti ferventis mersa.* Verba haec satis mendosa ex codd. Hispalensi et regio se restituere putat Gonsalius ad Petronium scribendo: « sed in cortina pingi, in ferventes aquas mersa. » Sed nosse debebat hanc olim lectionem vulgatam fuisse, quam omni sensu carentem ea melioribus libris, ut nunc habetur, Gelenius mutavit. Quae enim *aquae ferventes* tantam vim tingendi habent? Voss. « in cortinam pigmen ut ferventis mersa. » Quae significant satis clare repositum a Gelenio. Vela illinuntur medicamento coloram trahenta: dein marsantur in cortina, sive aheno, in quo non aqua mera, sed pigmentum fervet: ibi medicamentum illud velis illitum sorbet colorem, et quidem varium, ea pigmento licet unius coloris. Gron.

Digerit ex uno. Multos facit colores in velis, licet unicum in se contineat. Hardo.

XLIII. *Plasticen.* Πλαστικὴ Plinio Vitruvioque, fictrix ars ex argilla vel creta, rerum similitudines exprimens. Hard.

Eiusdem opere. Eiusdem terrae opera, ex qua nascuntur colores ad picturam. Hardo. — *Opere terrae.* In MSS. Regg. et edit. princip. *terra.* Eo. P.

Dibutades. Is ex argilla fingebat simulacra eximia, quae propter artificis ingenium, artisque solertiam, aliis etiam ex auro conflatis anteponebantur. Citat huius rei auctorem Aristotelem de Part. anim. I, 5, Riolanus, Anthrop. I, pag 3, sed falso: nam de Dibutade apud Philosophum, si bene memini, nec vola, uti aiunt, nec vestigium est. Hard.

facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit; quibus pater eius impressa argilla typum fecit, et cum ceteris fictilibus induratum igni proposuit: eumque servatum in Nymphaeo, donec Corinthum
2 Mummius everteret, tradunt. Sunt qui in Samo primos omnium plasticen invenisse Rhoecum et Theodorum tradant, multo ante Bacchiadas Corintho pulsos. Demaratum vero ex eadem urbe profugum, qui in Etruria Tarquinium Priscum regem populi romani genuit, comitatos fictores Euchira et Eugrammum: ab iis Italiae traditam plasticen. Dibutadis inventum est, rubricam addere, aut ex rubrica cretam fingere: primusque personas tegularum extremis imbricibus

Servatum in Nymphaeo. Νυμφαῖον fanum est, deliburumve Nymphorum. HARD.

Mummius. Anno Vrbis 608, ut dictum est lib. XXXIV, 3. H.

Rhoecum et Theodorum. Quos aeris cudendi ac conflandi artem docuisse, auctor est Pausanias, Arcad. VIII, pag. 479: Σαμίους Ῥοῖκον Φιλαίου, καὶ Θεόδωρον Τηλέκλους, εἶναι τοὺς εὑρόντας χαλκὸν ἐς τὸ ἀκριβέστατον τῆξαι. Ab Herodoto quoque Ῥοῖκος Samius laudatur in Thalia, seu lib. III, n. 60 HARD.

Ante Battiadas Corintho pulsos. Lego, *multo ante Bacchiadas.* Nam quod scribit Pausanias, l. II: » Aletes eiusque posteri Corintho regnarunt aetates quinque, usque ad Bacchin Prumnidis filium: a quo Bacchiadae aetates totidem regnum tenuerunt: deinde Prytanaei ex eodem genere quos occupata tyrannide Cypselus Eurionis filius oppressit.« Halicarnassaeus, lib. III, aperte narrat Demaratum » familia Brachiadum (leg. *Bacchiadum*) usurpata a Cypselo tyrannide, cum suis opibus Tarquinios commigrasse. De Bacchiadis multa Herodotus, lib. I. DAL. — Adstipulatur et huic lectioni MS. PIST. — *Ante Bacchiadas.* Sic Reg. 2, non *Battiadas*, ut inepte hactenus editi. Bacchiadas diu Corinthi tenuisse imperium, chronologi norunt: docetque Pausan. Corinth. II, pag. 92, et Aelian. Var. Hist. I, 19. H.

Demaratum. Narrat hanc Demarati fugam Dion. Hal. Antiquit. Roman. lib. III, pag. 184. Multo vero elegantius Valer. Max. III, 4, n 2. HARD.

Profugum. Ob seditiones. Livius, lib. I. DAL

Euchira. Eucheri Corinthii, discipuli Syadrae et Charadrae Spartanorum, praeceptoris Clearchi Rhegini, memini Pausan. lib. VI. Idem et Euchiros statuarii, lib VIII, sed Atheniensis, Eubulidae filii. DAL. — *Euchira* Graecis Εὔχειρ et Εὔχειρος appellatur. HARD.

Aut ex rubrica cretam. Reg. 2, »aut ex rubra creta fingere.« H.

Primusque personas tegularum extremis imbricibus imposuit. Legend.

imposuit, quae inter initia protypa vocavit. Postea idem ectypa fecit. Hinc et fastigia templorum orta: propter hunc plastae appellati.

XLIV. Hominis autem imaginem gypso e facie ipsa primus omnium expressit, ceraque in eam formam gypsi infusa emendare instituit Lysistratus Sicyonius, frater Lysippi, de quo diximus. Hic et similitudinem reddere instituit: ante eum, quam pulcherrimas facere studebant. Idem et de signis effigiem

« Primasque petsonas tegularum extremis imbricibus, quae inter initia prostypa vocavit; postea idem ectypa fecit. » Simulacra quae exerta non sunt, nec tota extra prominent, πρόστυπα vocavit. Salm. — *Personas.* Simulacra. Haad.

Protypa. Πρότυπα. Sic futuri operis praecedentem typum, et formam speciminis gratia Graeci vocant. Architectus quidem suscepti operis ex ligno formam efficit atque praestruit: ut antequam artificium coeptum sit, errata alioqui futura deprehendat, atque antiecipet: atque id *modellum* vocant. Sculptor vero cera: plastesque creta proplasma fingit. Salmas. in Solin. pag. 1046, *prostypa* legi iubet, intelligitque simulacra quae non tota prominent, neque exstant, *des ouvrages de demi-bosse:* ectypa contra, quae prominent, solidaque sunt. Qua quidem interpretatione nihil esse potest, quod a Plinii sententia, quod a germana vocis *ectypa* significatione, magis abhorreat. Haad. — Broter. ex Regg. et ed. princ. *prostypa.* Ed. P.

Postea idem ectypa fecit. Ἔκτυπα. In plastice primum finguntur rerum similitudines atque imagines: ea argilla, gypso, et id genus: atque haec sunt *si τύποι*, seu πρότυπα explicata proxime a nobis. Ex appressis autem typis fiunt ectypa, quae sunt typorum conceptacula, formae Plinio: et in scalptura, ectypae scalpturae vocantur: ut in signatoriis anulis, ectypisque gemmis, quibus exsignantur imagines, quae Graeci ἐκσφραγίσματα nuncupant. Plin. XXXVII, 63: « Hae sunt gemmae, quae ad ectypas scalpturas aptantur. » Seneca de Benef. III, 26, pag. 47: « Coenabat Paulus praetorius in convivio quodam, imaginem Tiberii Caesaris habens ectypam ex eminente gemma... At servus eius ... ei ebrio anulum extraxit, etc. » Haad.

Hinc et fastigia templorum orta. Eo processit ars, crevitque in tantum, ut et fastigia templorum non sine argilla fiant, nec sine praecedentibus protypis. Haad.

XLIV. *Imaginem gypso e facie.* Vt hodie fit e mastiche et cera. Dal.

Emendare instituit. Imaginem ceream, quam gypsea forma reddidisset, absolvere diligentius ac emendatius. Quidam legunt « ceramque in eam formam gypsi infusam emendare, etc. » Dal.

Diximus. Lib. XXXIV, c. 19.

Idem et de signis, etc. Et de signis appressis ectypas efficere formas excogitavit, ea quibus deinde expressa

exprimere invenit: crevitque res in tantum, ut nulla signa, statuaeve, sine argilla fierent. Quo apparet antiquiorem hanc fuisse scientiam, quam fundendi aeris.

XLV. Plastae laudatissimi fuere Damophilus et Gorgasus, iidemque pictores: qui Cereris aedem Romae ad circum maximum utroque genere artis suae excoluerunt, versibus inscriptis graece, quibus significarunt a dextra opera Damophili esse, ab laeva Gorgasi. Ante hanc aedem Tuscanica omnia in aedibus fuisse, auctor est M. Varro. Ex hac, quum reficeretur, crustas parietum excisas tabulis marginatis inclusas esse: item signa ex fastigiis dispersa. Fecit et Chalcosthenes cruda opera Athenis, qui locus

efficiaque simulacra prodirent, id est, ἀπεικάσματα. Haro.

Antiquiorem hanc fuisse scientiam. Antiquitatem artis non novisse Graecos Romanosque patet ex Sacra Scriptura. Sed et exstare multa Aegyptiorum monumenta antiquiora Dibutade constat pluribus signis statuisque ex aere et ex argilla quae ad nos pervenere, et quarum multae penes me sunt antiquissimae. Baor.

XLV. *Damophilus.* Alium esse eum a pictore Demophilo credimus, cuius superius mentio facta est, cap. 36. Hard.

Gorgasus. Alius fuit Gorgasus, Machaonis et Anticleae filius, Aesculapii nepos, cui et fratri Nicomacho Isthmius templum erexit, in quo ut morbos sanantibus diis et victimae caeduntur, et donaria mittuntur. Pausan. lib. IV. Dalec.

Cereris aedem Romae. Regione Vrbis undecima. H. — *Aedem.* Aedem illam voverat A. Postumius dictator anno Vrbis conditae 258, ante Christ. nat. 496. Eo. P.

Vtroque genere artis suae. Plastice, et pictura. Hard.

Ante hanc aedem. Ante quam Cereris aedes exstrueretur, ex aere signa in aedibus sacris fuisse, auctor est Varro. Hard.

Tuscanica. De his, XXXIV, 16. Haro.

Crustas parietum excisas. E parietum crustis, sive tectorio, partes excidebant, quas *ob picturae excellentiam* tabulis includebant, quarum margines prominentiores forent: item signa » ob elegantiam artis ex fastigiis aedis illius in privatas domos esse dispersa narrat idem Varro. » H.

Tabulis marginatis. Sive quod idem est, formis ligneis. Simile enim est, quod ipse de eiuscemodi pictis parietum crustis loferius recitat; cap. 49. Vitruvio probatum: » Lacedaemone quidem excisum lateritiis parietibus opus tectorium, propter excellentiam picturae, ligneis formis inclusum Romam deportavere. » Hard.

ab officina eius Ceramicos appellatur. M. Varro tradit sibi cognitum Romae Posim nomine, a quo facta poma et uvas, ut non posses adspectu discernere a veris. Idem magnificat Arcesilaum, Lucii Luculli familiarem, cuius proplasmata pluris venire solita artificibus ipsis, quam aliorum opera. Ab hoc factam Venerem Genetricem in foro Caesaris, et priusquam absolveretur, festinatione dedicandi positam. Deinde eidem a Lucullo H-S. LX signum Felicitatis locatum, cui mors utriusque inviderit. Octavio equiti romano cratera facere volenti, exemplar a gypso factum talento. Laudat et Pasitelem, qui plasticen matrem statuariae, scalpturaeque, et caelaturae esse dixit:

Ceramicos appellatur. Κεραμεικὸς locus Athenis, in quo sepeliebantur qui in bello perierant. Erat et alter, in quo diversabantur meretrices. Ab arte figlina, ἀπὸ τῆς κεραμεικῆς τέχνης, nomen inventum, ut Suidas quoque testatur; vel uti Pausan. Attic. I, p. 5, a Ceramo heroe, Liberi Patris ac Ariadnes filio. Hard.

Romae Posim nomine, e quo factas Romae uvas. Gelenii est. Voss. *fio pomae tuvas.* Hioc alii fecere, *factas Romae tubas.* Acad. Men. Gud. *facta pometia vasa.* Sed reddendum erat, *facta poma et uvas.* Sequitur in Acad. Men. Gud. s item piscis adspectu a veris discernere. s Vossian. s item piscis adspectu discernere a veris. » Nusquam, *ita ut non sit.* Censeo *piscibus* nihil esse loci, et scripsisse auctorem: s ut non posses adspectu discernere a veris. » Gron. — *Posim.* Qui Graecis Πόσις, Latinis idem plerumque Posidonius appellatus. Libri ad hunc diem editi: » a quo factas Romae uvas, » frigida, quum *Romae* proxime antecesserit. Mox, s item pisces, ita ut non sit adspectu, etc. s Rectius *esset* sane diceret, quum de remotissimis Varronis temporibus ouoe agatur, At Reg. 2, s a quo facta pomet uvas, item possis adspectu discernere a veris. s Sic et alii pariter codices. Hard. — Brot. ex edit. pr. » item pisces quos adspectu d. a. ver. vix posses. » Ed. P.

Lucii Luculli. De quo diximus supra, cap. 40. Hard.

Proplasmata. Προπλάσματα, sive πρότυπα, de quibus cap. 43, *des modèles.* Hard.

Festinatione. Dedicavit Caesar dictat. Dio, XLIII, p. 225. H.

H-S. LX. Sestertiis, sive sesterlium sexagies centum millibus. Librae sunt nostrales 280,125. Ed. P.

Talento. Talenti pretio, quod librar. nostratium efficit 4,668. Ed. P.

Laudat et Pasitelem. Non illum Colotae magistrum de quo Pausan. Eliac. pr. V, pag. 325, sed alterum cognominem, de quo nos in Auctorum Indice. Hard.

Matrem statuariae. Brot. ex MSS. Regg. et ed. pr. *matrem caelaturae, et statuariae, scalpturaeque.* Ed. P.

et quum esset in omnibus his summus, nihil umquam fecit, antequam finxit. Praeterea elaboratam hanc artem Italiae, et maxime Etruriae: Turianumque a Fregellis accitum, cui locaret Tarquinius Pri-
4 scus effigiem Iovis in Capitolio dicandam. Fictilem eum fuisse, et ideo miniari solitum: fictiles in fastigio templi eius quadrigas, de quibus saepe diximus. Ab hoc eodem factum Herculem, qui hodieque materiae nomen in Vrbe retinet. Hae enim tum effigies deum erant laudatissimae. Nec poenitet nos illorum, qui tales deos coluere. Aurum enim et argentum ne diis quidem conficiebant.

XLVI. Durant nunc plerisque in locis talia simulacra. Fastigia quidem templorum etiam in urbe crebra, et municipiis, mira caelatura, et arte aevique firmitate sanctiora auro, certe innocentiora. In sacris quidem etiam inter has opes hodie non murrhinis

Antequam finxit. Antequam prolypon seu proplasma ex argilla finxit. Hard.

Turianumque. Spuria haec videntur et interpolata. Natus certe Turianus ille ea repetitione superioris vocis *Etruria.* Reg. 2 pro his habet: *Etruria vulgamulis accitum.* Quibus ea verbis quid elici boni possit, non video. H. — *Turianumque*, etc. Brot. *maxime Etruriae: accitum a Fregellis.* « Exstant adhuc multa vasa Tuscanica; et quum reperiantur in Campania, praecipuae officinae videntur fuisse ubi *Nola*, prope Vesuvium, *Capua* et *Campana*, inter Cumas et Puteolos. Qua de re plura vide apud d'Hancarville, *Antiquités étrusques, grecques*, etc. tom. I, pag. 21, in praefatione. » Ex Brot. nott. in hunc lib. Ed. P.

Et ideo miniari solitum. Vide quae diximus, XXXIII, 36. Iuvenalis: « Fictilis et nullo violatus Iuppiter auro. » Hard.

Diximus. Lib. VIII, 4. H.

Materiae nomen in Vrbe retinet. Dicebatur enim Hercules fictilis. Mart. XIV, ep. CLXXVIII, cuius lemma est, « Hercules fictilis: Sum fragilis: sed tu, moneo, ne sperne sigillum: Non pudet Alciden nomen habere meum. » Hard.

XLVI. *Fastigia.* Cicero de Divin. I, n. 16: « Quum Summanus, qui tum erat in fastigio Iovis Optimi Maximi, qui tum erat fictilis, e caelo ictus esset, etc. » Hard.

Aevique firmitate certiora auro (sic prius). Voss *firmitates auctiora.* Haud dubie, *firmitate sanctiora*, quod restitutum ab Hermolao, male mutavit Gelenius. Gron. — *Sanctiora.* Sic

crystallinisve, sed fictilibus prolibatur simpuviis. Inenarrabili terrae benignitate, si quis singula aestimet: etiam ut omittantur in frugum, vini, pomorum, herbarum, fruticum, medicamentorum, metallorum generibus, beneficia eius, quae adhuc diximus: vel assiduitate satiant figlinarum opera, doliis ad vina excogitatis, ad aquas tubulis, ad balineas mammatis,

Reg. 2, et Colbert. 3', non *certiora*. Hasd.

Simpuviis. Non fictilia tantum, sed et lignea fuere simpuvia. Nonius 15, n. 12: « Simpuvium est vas ligneum. Varro, περὶ μίθης. Non vides ipsos deos, si quando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana: et tamen tum ipsi Libero simpuvio vinitari? » Simpulum idem Varro appellat de Ling. Lat. lib. IV, pag 31. Et Festus: « Simpulum: vas parvum: non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabant: unde et mulieres rebus divinis deditae, simpulatrices dicuntur. » Glossae: *Simpulum*, κύαθος. In Notis quae vulgo Tironis dicuntur, pag. 124, *Simbulum* pro *simpulum*. Iuvenal. Sat. VI, v. 340: « Aut quis Simpullum ridere Numae, nigrumque catinum: Aut Vaticano fragiles de monte patellas Ausus erat? » Prudentius in hymno S Laurentii, v. 514, id imitatus: « Quidquid Quiritum sueverat Orare simpullum Numae. » Sunt qui utrobique *simpuvium* legant. Hasd.

Quae adhuc diximus. Quae hactenus diximus libris superioribus. H.

Doliis. Dolia vino condendo fictilia erant, et plerumque picata, ut dictum est lib. XIV. Locum hunc ope Reg. codicis 2 ita refinximus, nihil illius integerrimi exemplaris scriptura discrepante ab ea quam repraesentamus: praeterquam quod *fundamentisque*, pro *frontatisque* praefert. Libri vero hactenus editi susque deque omnia vertunt, interpolant, ac pessumdant, hoc scilicet modo: « Vel quae assiduitate satiant figlinarum opera imbricibus, tubulis teguliisque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque, aut quae rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis, et ad aquas. Propter quae Numa, etc. » H. — *Doliis* Brot. ex Regg. 2, 3, et edit. principe, *imbricibus, doliis*. Imbrices sunt canales fictiles arcuati, quorum adhuc viget usus in tectis. Ed. P.

Ad aquas tubulis. Tubulis fictilibus squaeductus constabant. Vide lib. XXXI, 31. Hasd.

Ad balineas mammatis. Mammata fictilia, tubos interpretor, in mammae speciem rotundatos, per quos et hypocausto in balineas calor transmearet. De his Seneca, ep. 91: « Quaedam nostra demum prodiisse memoria scimus: specularium usum, perlucente testa, clarum transmittentium lumen: ut suspensuras balneorum, et impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor; qui ima simul et summa foveret aequaliter. » Horum tuborum vestigia adhuc quam plurima conspici in Diocletiani et Caracallae gymnasiis, auctor est Hieron. Mercur. art. Gymn. I, 10, pag. 27. His « mamma nomen, ut a fronte subsequentibus. » Hasd.

ad tecta coctilibus laterculis frontatisque: ob quae Numa rex septimum collegium figulorum instituit.
2 Quin et defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluere: sicut M. Varro, Pythagorico modo, in myrti et oleae atque populi nigrae foliis. Maior quoque pars hominum terrenis utitur vasis. Samnia etiamnum in esculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem et Arretium in Italia: et calicum tantum, Sur-

Ad tecta. Ad tectorum parietes. Hard.

Frontatisque. Parietes, inquit, a lateribus fiunt: et minoribus quidem, quos laterculos vocant: et maioribus, qui frontati nominantur, quod duplici fronte utramque muri partem per ipsam muri crassitudinem totam pertingant. Vsus hac voce est Vitruvius quoque, II, 4. Hard.

Septimum. Vide Plutarch. in Numa, pag. 74. Hard.

Sese multi fictilibus doliis condi maluerunt. Soliis ex veteri codice legendum ait Salmasius ad Solin. pag. 1204, tanquam Dalecampius non id praecepisset. Et ita sane Gud. Acad. Men. Sed in Vossiano neutra vox, tantumque, « sese multi fictilibus condi maluerunt. » Et sane vox *doliis* ex superioribus post τὸ *fictilibus* repetita videtur. Nam *condi fictilibus* est dictum, ut *fictilibus coenare.* Gron. — *Fictilibus soliis.* Ita Reg. 2, Colb. 3, aliique: non, ut typi, *doliis.* Vidit et Magius Misc. II, 18. Philander in Vitr. IX, 3, et Dalecampius quoque, ita legi oportere. Solia vero sunt mobiles arcae, sive sarcophagi, quibus corpus integrum condebatur. Vtitur ea voce Florus, XIV, de morte Cleopatrae, 10; Curtius, X; Sueton. in Nerone, 50: « Solium porphyretici marmoris. » De fictilibus soliis, mobilibusque, accipienda haec Gruteri inscriptio, 607: CVM. ANTE HOS. DIES. CONIVGEM. ET. FILIVM. AMISERIM. ET. PRESSVS. NECESSITATE. CORPORA. EORVM. FICTILI. SARCOPHAGO. COMMENDAVERIM. DONICVM. LOCVS. QVEM. EMERAM. AEDIFICAREVS. Hard.

Varro pythagorico modo. Voss. Men. Gud. *Pythagorio*, vel *Pythagoreo.* Sic apud Ciceronem passim reddiderant *Aristotelico*, et *Aristotelica*, ubi nunc e melioribus scriptis est *Aristoteleo* et *Aristotelea.* H. — *Pythagorico modo.* Vide Alex. ab Alex. lib. III, cap. 2. Plutarcho in Laconicis institutis Lycurgus sanxit, ne quid cum cadaveribus sepelirent praeter puniceam vestem, et oleae folia, in quibus omnes aeque cadavera componerent. Hinc Pythagoras Lacedaemona profectus ut Lycurgi leges cognosceret, morem eum fortassis iovexit. Magius, l. II. Dal. — *Pythagorico modo.* Brot. post Gronovium ex Voss. cod. *Pythagoreo modo.* Ed. P.

Samia etiamnum in esculentis laudantur. Hinc vasa Samia apud Tullium saepe occurrunt, eademque Samia simpliciter appellata: ut in Verrem, « Nos Samiis delectamur, etc. » Samia vasa apud Plaut. in Capt. act. II, sc. 2. H.

Arretium. Sic libri omnes editi et

rentum, Asta, Pollentia: in Hispania Saguntum, in Asia Pergamum. Habent et Tralles opera sua, Mu- 3
tina in Italia: quoniam et sic gentes nobilitantur. Haec quoque per maria terrasque ultro citroque portantur, insignibus rotae officinis. Erythris in templo hodieque ostenduntur amphorae duae propter tenui-

MSS. Turnebus tamen, Advv. lib. XXVI, 10, legi iubet, *et Eretum*, quem vicum Sabinorum esse Stephanus ait, hodie *Monte Rotondo*: Ηρητος, πόλις Σαβίνων. Vnde heminas Ereti Persius commendat, Sat. I. Al non hic heminae sed vasa, ut Samia, sic et Arretina habere nobilitatem dicuntur: neque a Plinio modo, sed et a Martiale non semel. Nam I, ep. LIV: » Sic Arretinae violant crystallina testae. » Et XIV, ep. LXXXIX, cuius lemma est: » Vasa Arretina: Arretina nimis ne spernas vasa monemus: Lautus erat Tuscis Porsena fictilibus. » Tusca fictilia vocat, quod sit Etruriae sive Tusciae oppidum Arretium, *Arezzo*, ubi hodieque primae commendationis figlina sunt Arretina. De calicibus Arretinis exstat illud Virgilio carmen adscriptum, inter epigrammata a Pithoeo edita, pag. 36: » Arretine calix, mensis decorate paternis, Ante Maii medici quam bene sanus erat. » Hand.

Et calicum tantum. Vt vasorum fictilium, inquit, in esculentis nobilitatem retinet Arretium in Italia: ita, sed calicum tantum nobilitata commendantur, in eadem parte terrarum, Surrentum, Asta, Pollentia, in Hispania Saguntum, etc. Libri omnes editi fere, in primisque Elaev. editio, hic interpungunt, » et calicum tantum: Surrentum, etc. » Vt ad Arretium, de quo proxime antea, non ad Surrentum pariter, caeteraque quae sequuntur oppida, calicum dos ista pertineat, et quidem sola. Atqui ad Arretium spectare vasa quae in esculentis adhibentur, calicesque superius demonstravimus: calices Surrentinos, Saguntinosque, et Pollentinos laudari a Martiale audio: vasa escaria, non memini usquam me legere. Itaque ille primum XIV, ep. CII, cui titulus: » Calices Surrentini: Accipe non vili calices de pulvere nato, Sed Surrentinae laeva toreuma rotae. » Saguntinos deinde libri eiusdem ep. CVIII, cui lemma praefixum, » Calices Saguntini: Quae non sollicitus teneat, servetque minister, Sume Saguntino pocula ficta luto. » Pollentinos denique XIV, ep. CXVII, allato a nobis, lib. VIII, 78. Et de Surrentina, Pollentinaque simul terra, fingendis calicibus potoriis expetita, exstat vetus epigramma graecum Macedonii, sane non inelegans, in MS. nostris. Συρρέντου τρηχεῖα, μυρίπνοε χαῖρε κονίη, Καὶ Πολλεντίνων γαῖα μελιχροτάτη· Εστὶ γὰρ αἱ τριπόδητοι, ἀφ' ὧν βρομιώδεα πηλὸν Φύρησαν Βάκχῳ τριζυγέες χάριτες. » Vnguentum redolens Surrenti asperrime pulvis. Et Pollentinae mellea gleba plagae: Vos ego semper amo, de queis sibi sumere limum Miscendum Bromio Gratia trina solet. » H.

Erythris. In Ionia. Conf. lib. III, cap. 31. Hand.

tatem consecratae, discipuli magistrique certamine, uter tenuiorem humum duceret. Cois laus maxima: Adrianis firmitas: nonnullis circa hoc severitatis quoque exemplis. Q. Coponium invenimus ambitus damnatum, quia vini amphoram dedisset dono ei, cuius suffragii latio erat. Atque ut luxu quoque aliqua contingat auctoritas figlinis, tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa coenarum lautitia. Vna erat muraenarum, altera luporum, tertia myxonis piscis, inclinatis iam scilicet moribus, ut tamen eos
4 praeferre Graeciae etiam philosophis possimus. Siquidem in Aristotelis haeredum auctione LXX patinas

Cois laus maxima: *Adrianis firmitas*. Vide an legendum sit *Andriis* potius quam *Adrianis*. Pint.—*Adrianis*. Ab Adria Italiae oppido. Sic ipse de gallinis, X, 74: « Adrianis laus maxima. » H.

Q. Coponium. Cicero, lib. I, de Divinat. C. Coponii meminit, qui bello civili Caesaris ac Pompeii Rhodiae classi praefuit cum imperio praetorio, hominis prudentis ac docti. Meminit et Coponii viri praetorii gravissimi Velleius Paterculus, sed non huius rei narratione. Alex. ab Alex. citat quidem hanc historiam de Coponio, sed unde Plinius sumpserit, non indicat. Vide illum, III, 11 et 17. Invenio et sub Augusto Coponium et Annium Ruffum Iudaeae praefectos fuisse. Dalec. — *Q. Coponium*. Ex Coponia gente Titum, Marcum, Caium, apud vetustos scriptores reperimus. Quintum adhuc nusquam: notus eo tantum nomine est, quod, ut Cypriani verbis utar, « multis emit sordibus, ut fulgeret. » Hard.

Cuius suffragii latio erat. Lege ex codd. manuscriptorum vestigiis: « cui suffragii latio erat. » Livius, lib. II: « ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus ausilii latio adversus consules esset. » Quanquam similitudo litterarum potuit hausisse syllabam, neque improbo vulgatum. Gron.—*Cuius suffragii*. Brot. ex Gron. *cui suffragii*. Eo. P.

Tripatinum. Nomen inventum a patina tergemina. Vt porro lancibus cibi simplices apponebantur, ut carnes assae, fructusque: sic patinis condebantur pisces, tyrotaricha, et similia. Atque ut λοπάδες Graecis, ita patinae quoque habent operculum, quo lances carent. Vnde Paroemia, « Dignum patella operculum. » H.

Tertia myxonis piscis. Siva bacchi, de quo XXXII, 25, et IX, 28. Hard.

LXX patinas venisse traditur. Ita MSS. non *LX*. Laertius, V, in Aristotelis vita, pag. 117, λοπάδας πλείστας, patinas plurimas, minime definito numero repertas post obitum ait. Hard.

venisse traditur. Nam nos quum unam Aesopi tragoediarum histrionis in natura avium diceremus sestertiis c stetisse, non dubito indignatos legentes. At Hercules, Vitellius in principatu suo x sestertiis condidit patinam, cui faciendae fornax in campis exaedificata erat: quoniam eo pervenit luxuria, ut

Nam nos quum unam Aesopi tragoediarum histrionis in natura avium diceremus sestertiis C. stetisse, etc. Quibus ex verbis multa discimus: primum fictilem fuisse illam Aesopi patinam: deinde centum tantum sestertiis constitisse: praeterea pretium illud quo patina taxata est, pro manupretio datum esse figulo qui eam ex humo duxit, non pro avibus quas in ea posuit Aesopus: pretium igitur illius patinae, quod pro ea exstruenda figulus accepit, centum sestertis fuere, sive sestertiorum nummum centum millia; quae summa aureorum nostrorum facit bis mille et quingentos. Salm. in Tertull. Pall. pag. 455 sqq. — *Nam nos*, etc. In Aesopo histrione patinam unam ferre vix potuimus: in philosopho LXX quis ferat? Hardo.

In natura avium. Lib. XVIII, 72. Hardo.

Vitellius. A. Vitellius imperator cui Vespasianus successit. Ante Vespasianum qui praecesserunt Augusti, principes a Plinio tantum appellantur, numquam fere imperatores: qua causa, incertum. At illud in confesso esse oportet, principibus imperatoribusque, ipsis superiorem semper exstitisse rem publicam: principes appellatos fuisse, quoniam essent senatus principes, ut fuere in Hollandia, *Stadhouderi*: imperatores, quod exercitibus reipublicae praeessent, quos Galli dicimus, *généralissimes*. Testes praeter alios innumeros nummi sunt quatuor: Hadriani, Commodi, Gordiani, et Probi; in quibus Augusti stantes nudo capite, ab Roma sedente et galeata, orbem romanum regendum accipiunt: adstantibus vel Pace cum Victoria; vel praetorianis militibus. Hadriani nummus est ex aere magno, in Museo nostro et apud Angeloni, pagin. 147: Commodi ex aere maximo, in Gaza Regia: Gordiani Pii Felicis, ex aere simili apud D. Vaillant, p. 229: denique Probi ex eodem aere, in Thesauro Regio. Alia suot eius rei argumenta plurima, sed non huius loci. Hardo.

X H-S condidit patinam. Sic Reg. 2, et alii; non, ut editi, *CC sestertiis*. Sic etiam Budaeus in vetustis exemplaribus vidit, ipso ita prodente, lib. IV, 112. Hoc est, decies sestertium, sive, quod idem est, decies centenis millibus sestertium. De hac patina Suet. in vita Vitellii, XIII. « Famosissima super caeteras fuit coena ei data adventitia a fratre... Hanc quoque exsuperavit ipse dedicatione patinae, quam ob immensam magnitudinem clypeum Minervae, *αἰγίδα πολιούχου*, dictitabat. In hac scarorum iecinora, etc. » Et c. XVII, ubi de conviciis, quibus a plebe moriens incessebatur, patinarium nuncupatum tradit. Hardo.

Patinam. Eam patinam ob immensam magnitudinem, *αἰγίδα πολιούχου*, *Minervae clypeum* vocavit. In ea fuc-

etiam fictilia pluris constent, quam murrhina. Propter hanc Mucianus altero consulatu suo, in conquisitione, exprobravit patinarum paludes Vitellii memoriae; non illa foediore, cuius veneno Asprenati reo Cassius Severus accusator obiiciebat, interiisse
5 cxxx convivas. Nobilitantur iis oppida quoque, ut Rhegium, et Cumae. Samia testa Matris Deum sacer-

runt scarorum iecinora, phasianorum et pavonum cerebella, phoenicopterorum linguae, muraenarum lactes, et id genus alii prodigiosi cibi. Suetonius in Vitellio, loc. cit. Dal.

Mucianus. Licinium Mucianum significat praefectum exercitus Syriaci, qui a Vitellio defecit, et strenue Vespasiani causam ac partem opibus suis omnibus iuvit ac defendit. Suetonius in Vespasiano, cap. vi et xiii; Tacit. Hist. lib. II. Dal.

Altero consulatu suo. Anno V. C. 823. Eo. P.

Exprobravit patinarum paludes Vitellii memoriae, etc. Quia tum iam supplicium dederat Vitellius; ut sit sensus: foediorem fuisse in Vitellio principe tam immanem profusionem, quam in Asprenate privato veneficium. Gelen. — *Patinarum paludes.* Patinarum autem paludes figurate dixit, allusione Pontinae paludis, quum patina ipsa fictilis esset et lutea. De Pontina, seu Pomptina palude, quem locum olim triginta trium urbium Mucianus ter consul prodidit, Plinius, III, cap. 9. Haan.

Non...foediore, cuius veneno. Quum non esset illa Vitellii imperatoris patina foedior, quam illa Asprenatis hominis privati, cuius veneficio ei Cassius obiecit, etc. H.

Asprenati. Nonium Asprenatem intelligit arcta amicitia iunctum cum Augusto, de quo Sueton. in Octavio, cap. xiii et lvi. Cassii Severi meminit et Sueton. in Vitellio, cap. ii, et Quintil. et Tacit. lib. de Clar. Orator. Meminit et Asprenatis Hirtius in Commentariis. Dal. — *Asprenati.* Suet. in Aug. lvi: « Quum C. Nonius Asprenas arctius ei iunctus (Augusto) causam veneficii, accusante Cassio Severo, diceret: consuluit senatum, quid officii sui putaret, etc. » Harn.

Et Cumae. Mart. lib. IV, ep. cxiv, cui lemma inscriptum: « Patella Cumana: Hanc tibi Cumano rubicundam pulvere testam, Municipem misit casta Sibylla suam. » H.

Samia testa Matris Deum sacerdotes. Arnobius lib. V, advers. Gent. ex Timotheo vetustissimo theologo narrat, Atyn, furiarum plenum, perbacchatum, iactatum, quum se humi proiecisset sub pino, arrepta testula, quam Agdestis instigator amentiae gestabat, virilia sibi praesecuisse, etc. Inde factum ut Galli eius imitatione genitalia sibi testa demeterent, sed Samia, quoniam eius vulnus innoxium fuit, et ad proscindendum acies, quam aliarum, celerior. Catullus in Galliambo de Berecynthia et Atti scribit, Attin devolvisse acuto sibi pondera silice, non testa. *Samium*, tectum et acutum: unde *samiare*, acuere. Vide Nonium et Victor. lib.

dotes, qui Galli vocantur, virilitatem amputare, nec aliter citra perniciem, M. Caelio credamus, qui linguam sic amputandam obiecit gravi probro, tamquam et ipse iam tunc eidem Vitellio malediceret. Quid non excogitavit ars? fractis etiam testis utendo sic, ut firmius durent tusis calce addita, quae vocant Signina. Quo genere etiam pavimenta excogitavit.

XLVII. (XIII.) Verum et ipsius terrae sunt alia

et cap. XVII, et lib. XX, c. 10. Dal. — *Samia*. Testatur id quoque Martialis, sed obscoeno carmine, III, ep. LXXXI. Haan.

Virilitatem amputant, nec aliter citra perniciem, si M. Caelio credamus (aic prius). Vossian. et Pintiani codd. « virilitatem amputare, nec aliter citra perniciem, M. Caelio credamus. » Quasi adderet, vel intelleetum vellet: quia enim velit experiri? Prodigiosam hic explicationem sunt commenti, M. Caelium quum novas tabulas ferret, traduxisse nobilium et locupletum luxum tam claris et manifestis exemplis, ut eo iam saeculo videretur suis criminationibus proscindere luxuriosissimum Vitellium, qui postea imperavit: propterea nobiles Caelio circa Thurios victo (qua metragyrtae virilitatem) Samia testa linguam praecidisse: deinde eum interemisse. Quod exemplum postea Antonium in proscripto Cicerone sequutum esse. Ἡράκλεις ἀποτρόπαιε, quantum est erudite ineptire? Caelius in altercatione gravi probro obiecit homini temporis eiusdem, Vitellio adversario suo, dignum esse, cui lingua ob maledicentiam Samia testa praecideretur, immemor quid ipse tum temporis faceret. Itaque legendum: « tanquam et ipse non tunc eidem Vitellio malediceret. » Sed Caelius sine dubio aliquid gravius et lingua morigerari solitum Vitellium significabat. Ga.

Linguam amputandam obiecit gravi probro. Caelius aiebat, linguam amputandam eius pudendi criminis reis, quod Baetico Martialis obiicit loc. c. quod libidinis genus et in Vitellio tacite arguit hoc loco Plinius: itemque Tranquillus, c. III et IV. H.

Quae vocant Signina. A Signia Italiae oppido, de quo lib. III, in Geographicis diximus. Signini operis mentio apud Columellam lib. I, cap. 6. Signino alveo deductas Ravennam aquas prodidit Cassiodor. Varr. Epist. V, 38. H. — Non absimilem videmus alveum, quo Iulianus Caesar aquas a fonte *Arcueil* ad Thermas suas Lutetiam deduxerat. Bxor.

XLVII. *Verum et ipsius terrae sunt alia segmenta* (sic prius). Codd. manu exarati, *commenta*; forte *momenta*. Cap. sequenti extremo: « Nam ad reliquos usus vitae in coriis lanisque perficiendis quanti sit momenti, significatum est. » Gron. — *Commenta*. Sic Reg. 2, caeterique MSS. recte: nunc terrae ipsius commenta laudantur, ut proxime ante artis. H — *Alia commenta*. Alii usus; aliae utilitates. Bxor.

commenta. Quis enim satis miretur, pessimam eius partem, ideoque pulverem appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus: mersumque protinus fieri lapidem unum inexpugnabilem undis, et fortiorem quotidie, utique si Cumano misceatur caementó? Eadem est terrae natura et in Cyzicena regione: sed ibi non pulvis, verum ipsa terra qualibet magnitudine excisa et demersa in mare, lapidea extrahitur. Hoc idem circa Cassandriam produnt fieri:

Quis enim satis miretur, etc. Plaenius haec tractantur a Vitruv. sed eadem tamen, II, 6, pag. 24: » Est etiam genus pulveris, quod efficit naturaliter res mirandas. Nascitur in regionibus Baianis, et in agris municipiorum, quae sunt circa Vesuvium montem: quod commixtum cum calce et caemento, non modo caeteris aedificiis praestat firmitate, sed etiam moles, quae construuntur in mari, sub aqua solidescunt. Hard.

Ideoque pulverem appellatum, etc. Haec totidem verbis Is. Origg. XVI, 1. Etiamnum pulverem eum Itali Gallique *pozzolane* nuncupant, tectoriis parietum utilissimum. Seneca, Nat. Quu. lib. III, pag. 872: » Puteolanus pulvis, si aquam attigit, saxum est. » Sidon. Apollin. Paneg. Anthemii Aug. pag. 290, de amplitudine agens urbis Byzantinae: » Porrigia ingentem spatiosis moenibus urbem, Quam tamen angustam populus facit. Itur in aequor Molibus, et veteres tellus nova contrahit undas. Namque Dicarchae translatus pulvis arenae Intratis solidatur aquis, durataque massa Sustinet advectos peregrino in gurgite campos. » Vide etiam Dionem, XLVIII, p. 389. Hard. — *Pulverem appellatum in Puteolanis collibus.* Puteolis, *Pozzuolo*, in Campania, et in omni Baiani sinus ambitu, pulvis ille reperitur, Italis *pozzolana* dictus, nobis *pouzzolane* et *trass*. Sunt autem pumiceae quaedam ex montibus ignivomis scoriae, in pulverem sponte vel hominum manu redactae, quarum multa sunt genera. Tales quoque Romae in *catacumbis*, in Etruria, in Gallia, praecipue in Arvernorum montibus, ubi quondam volcanici ignes exarsere, et ad Rheni fluminis ripas (*Andernach*) inveniuntur, parietum tectoriis, molium in aquis substructioni, canalibus, vivariis, aquaeductibus, et operibus caeteris id genus utilissimae. Ed. P.

Mersumque protinus fieri lapidem. Et apud nos etiamnunc frequentissimo in usu sunt varia caementorum genera, *mortiers*, e testis lateribusve coctis ac tusis, addita calce (*chaux maigre*, *chaux hydraulique*), quae protinus sub aqua solidescunt. Et his in rebus superiori aetate multos summam diligentiam apud nos adhibuisse architecturae periti norunt. Ed. P.

Si Cumano misceatur caemento. Cumanum caementum quidam fieri volunt ex tophó vel pumice in sulphuris metallis nato. Dal.

et in fonte Gnidio dulci, intra octo menses terram lapidescere. Ab Oropo quidem Aulida usque quidquid terrae attingitur mari, mutatur in saxa. Non multum a pulvere Puteolano distat e Nilo arena tenuissima sui parte, non ad sustinenda maria fluctusque frangendos, sed ad debellanda corpora palaestrae studiis. Inde certe Patrobio, Neronis principis liberto advehebatur. Quin et Leonnato, et Cratero, ac Meleagro Alexandri Magni ducibus sabulum hoc portari cum reliquis militaribus commerciis reperio. Plura de hac parte non sum dicturus, non Hercules magis, quam de terrae usu in ceromatis, quibus exercendo iuventus nostra corpora, vires animorum perdidit.

XLVIII. (XIV.) Quid? non in Africa Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant formaceos, quo-

Aulida. Gronov. et al. ante Hard. *Aulidem.* Ed. P.

E Nilo arena tenuissima. Qualis advecta Romam, teste Suet. in Nerone, cap. XLV: « Ex annonae quoque caritate luctantium accrevit invidia. Nam et forte accidit, ut in publica fame, Alexandrina navis nuntiaretur pulverem luctatoribus aulicis advexisse. » Hard.

Palaestrae studiis. Nam palaestritae et luctaturi corpora pulvere adspergebant. Hard.

Patrobio. Meminere huius Neroniani liberti, Dio, lib. LXIII, pag. 717, et Suetonius in Galba, cap. XX. Hard.

Quin et Leonnato, et Cratero, etc. De his Alexandri ducibus, vide Arrianum, in exped. Alex. Aelianum, Var. Hist. lib. IX, cap. 3, et Iustinum, lib. XIII, cap. 14. Λεόννατος, Κράτερος, Μέλεαγρος. H.

XLVIII. *Non in Africa.* Broter. et MSS. Reg. et editione principe, *non et in Africa.* Ed. P.

Formaceos, etc. Probat hanc lectionem Sirmondus noster in Nott. ad Sidon. p. 43, adlicitque structiles rivorum canales, quibus aqua ducitur, formas pariter nuncupari, quod appressis forma utrimque tabulis instruantur: quo sensu aquas formarum dixit Cassiodorus, Variar. Epist. III, 31. Et ep. 53 « Romam formarum inundatione ditissimam. » Et lib. V, ep. 38: *Forman Ravennatem.* Denique lib. VII, inter formulas, sexta est « formula Comitivae formarum Vrbis. » Et vetus inscriptio, quam Fabrettus affert de Aquaed. pag. 20, sed spuria: IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS AQVAM. MARCIAM. VARIIS. RAMIVS. IMPEDITAM. PVRGATO FONTE. RECISIS. ET PERFORATIS. MONTIBVS. RESTITVIT. FORMA. ADQVISITO. ETIAM. FONTE. NOVO ANTONINIANO. IN SACRAM VRBEM. SVAM. PERDVCENDAM CVRAVIT. Isid. XV, 9: « For-

niam in forma circumdatis utrimque duabus tabulis inferciuntur verius, quam instruuntur, aevis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique caemento firmiores? Spectat etiam nunc speculas Hannibalis Hispania, terrenasque turres iugis montium impositas. Hinc et cespitum natura, castrorum vallis accommodata, contra fluminum impetus aggeribus. Illini quidem crates parietum luto, et lateribus crudis exstrui, quis ignorat?

XLIX. Lateres non sunt e sabuloso, neque arenoso, multoque minus calculoso ducendi solo: sed

matum, sive formarium in Africa vel Hispania parietes de terra appellant, quomodo in forma circumdatis duabus utrimque tabulis inferciuntur verius, quam instruuntur. » Palladius, I, 34, de munitionum horti generibus: « Alii luto, inquit, inter formas clauso parietes figuratos ex lateribus imitantur. » Hispani *tapias* vocant eiusmodi parietes. Hard.

Speculas. In quibus speculatores ἡμεροδρόμοι, sive ἡμεροσκόποι stantes, et collocati, advenientium hostium ordines, acies, numerum prospiciebant, ut suis denuntiarent. Turn. lib. XXVII, cap. 7. Dalec. — *Speculas Hannibalis Hispania, terrenasque turres.* Harum Hannibalis turrium facta superius mentio, II, 73: In Africa Hispaniaque Hannibalis turrium, etc. » Hard.

Illini quidem crates parietum luto. Hodieque multis in locis Galliae parietes eratibus, luto, et argilla pingui, e qua lateres fiunt, oblitis exstruuntur. Dal.

Et lateribus crudis. Vt ignis et fornicum impensae parcatur: ut inter sese melius coagmententur crudi, et ideo molliores lateres: ut caemento exiguo sit opus: ut breviore temporis spatio murus perficiatur. Ita Dalecampius. Hard.

XLIX. *Lateres non sunt e sabuloso.* Haec explanatius paulo Vitruv. II, 3, pag. 21: « Itaque primum de lateribus, qua de terra duci eos oporteat, dicam. Non enim de arenoso, neque calculoso, neque sabuloso luto sunt ducendi: quod ex his generibus quum sunt ducti, primum fiunt graves: deinde quum ab imbribus adsperguntur, dilabuntur, et dissolvuntur: paleaeque, quae in his ponuntur, non cohaerescunt propter asperitatem. Fsciendi autem sunt ex terra albida, cretosa, sive de rubrica, aut etiam masculo sabulone, etc. » Sabulum, vel sabulonem vocant arenam, non quidem tenuiorem, minutioremque, ut in Thesauro R. Stephani scribitur, sed crassiorem, vilioremque: quod recte docet Agricola de Nat. fossil. VII, pag. 321: « Sabulum crassius est quam arena: quod vel durum est, vel molle: illud marem, hoc feminam appellant: masculum utilius sternendis viis, etc. » Hard.

Neque arenoso. De arenae generi-

e cretoso et albicante, aut ex rubrica: vel si iam ex sabuloso, e masculo certe. Finguntur optime vere: nam solstitio rimosi fiunt. Aedificiis non nisi bimos probant. Quin et intritam ipsam eorum, prius quam fingantur, macerari oportet. Genera eorum tria: Lydion, quo utimur, longum sesquipede, latum pede:

bus dicetur inf. lib. XXXVI, cap. 55. Hard.

Finguntur optime vere. Vitruv. loc. cit. pag. 22: «Ducendi autem sunt per vernum tempus et autumnale, ut uno tenore siccescant. Qui enim per solstitium parantur, ideo vitiosi sunt, quod summum corium sol acriter quum percoquit, efficit ut videantur aridi: interius autem sint non sicci: et quum postea siccescendo se contrahunt, perrumpunt ea quae erant arida: ita rimosi efficiuntur imbecilli.» Sic etiam Palladius, lib. VI, in Maio, tit. 12, pag. 120. H.

Aedificiis non nisi bimos probant. Sic praeclare Sig. Gelenius. Salmasio ad Solin. p. 1232, non sana videtur locutio, *bimos lateres* dici, qui ante biennium ducti sunt: praeterea damnari eam lectionem a veteri codice, in quo sit, «quos aedificiis non idoneos probant: quod etiam non sincerum et vix latinum; denique conjectat, *quos a biennio probant.* Nimirum nomen veteris codicis virum decepit, quum sic exhibeant et Gud. Men. Academicusque, hoc est, peiores. At Vossianus: «rimosi fiunt aedificiis non si bimos probant.» Sic prorsus, in quo vitium hoc unum, quod *non si* pro *non nisi* festinans librarius subiecit. Et hoc non modo sanum et latinum, sed etiam Plinio frequens. Lib. XIII, 12, de palmis arboribus: «Ergo plantaria instituunt annicilasque transferunt et interdum bimas.» Lib. XVIII, 24: «Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile.» Lib. XXXVI, 23, *calx trima.* Sic *muces bimas et anniculas*, Cato, cap. XVII de Re rust. Horatius Carm. I, 19: «Verbenas, pueri, ponite, thuraque, Bimi cum patera meri.» Gron. — *Aedificiis.* Haec rursum traduntur a Vitruvio l. c. ubi causam huiusce placiti aperit: «Maxime autem, inquit, utiliores erunt, si ante biennium fuerint ducti: namque non ante penitus possunt siccescere, etc.» H.

Quin et intritam ipsam eorum. Totidem spicibus Reg. 2 et alii. Intrita porro, quae vox et alibi occurrit apud Plinium, materia est, ex qua lateres finguntur, intrita et subacta. H.

Lydion. Sic Reg. 2 caeterique MSS. non, ut editi, *didoron.* Haec paulo aliter Vitruv. loc. cit. «Fiunt autem laterum genera tria: unum, quod graece διδωρον appellatur, id est, quo nostri utuntur, longum pede, latum semipede.» In vetusto Vitruvii codice legisse se Philander ait, *quod graece Lychum*, sed *Lydium* debuit dicere, «longum sesquipede, latum pede:» quam scripturam ipse approbat. Pergit vero mox Vitruvius: «Caeteris duobus Graecorum aedificia struuntur. Ex his unum pentadoron, alterum tetradoron dicitur. Doron autem Graeci appellant palmum, quod munerum datio graece δῶρον appellatur: id autem semper geritur per

2 alterum tetradoron: tertium pentadoron. Graeci enim antiqui doron palmum vocabant; et ideo dora munera, quia manu darentur. Ergo a quatuor et quinque palmis, prout sunt, nominantur. Eadem est latitudo. Minore in privatis operibus, maiore in publicis utuntur in Graecia. Pitanae in Asia, et in ulterioris Hispaniae civitatibus. Maxilva et Calento, fiunt lateres, qui siccati non merguntur in aqua. Sunt enim e terra pumicosa, quum subigi potest, utilissi-
3 ma. Graeci, praeterquam ubi e silice fieri poterat structura, parietes lateritios praetulere. Sunt enim aeterni, si ad perpendiculum fiant. De eo et publica

manus palmum. Ita quod est quoquoversus quinque palmorum, pentadoron: quod quatuor, tetradoron dicitur: et quae sunt publica opera pentadoro: quae privata tetradoro struuntur.» At non item nomen a mensura primum genus habet, Vitruvio teste, ipsoque mox Plinio. H.

Doron palmum vocabant. Palmus quatuor pollicum fuit: pes duodenum. Harp.

Maxilva et Calento. Μαξίλουα Ptolemaeo Baeticae oppidum. Calentum Plinio, II, 3, pag 269, ubi oppidanos Calleuses appellari diximus. Ita Reg. 2 caeterique codices, totidem apicibus. In libris hactenus editis, *Massia et Calento*, mendose. Sed multo corruptionem Vitruvii locum ex Pliniano emendabis. Maxilvam enim in Galliae civitatem Massiliam interpolatores eius libri transformarunt: «Est autem in Hispania ulteriore Calentum, et in Galliis Massilia, in Asia Pitane, ubi lateres quum sunt ducti, et arefacti, proiecti natant in aqua. Natare autem eos posse ideo videtur, quod terra est, de quo ducuntur, pumicosa.» Lege, *Calentum et Maxilva*: deme caetera. H. — *Calento.* Broter. ex Regg. codd. 2 et 3, *in ulteriore Hispania, civitatibus Maxilva et Callento.* In montibus qui dicuntur *Sierra-Morena*, locus est *Cala* appellatus, ubi videntur fuisse civitates illae Maxilva et Callentum. Ed. P.

Utilissima. Vitruvius id explicans; loc. cit pag. 23: «Sic autem, inquit, magnas habent utilitates, quod neque in aedificationibus sint onerosi (de lateribus pumicosis agit) et quum ducuntur, a tempestatibus non dissolvuntur.» Hard.

Parietes lateritios. Quae deinceps sequuntur, usque ad ea verba, «Romae non fiunt talia aedificia,» ad calcem fere huius capitis, totidem paene apicibus syllabisque apud Vitruvium leges, lib. II, cap 8. H.

Sunt enim aeterni. Tales adhuc parietes Romae videre est in Pantheo, in palatio Caesarum, in templo Pacis, etc. Qua arte ibi inncti sint lateres explicat eruditus Ciampin. Veter. Monumenl. tom. I, p. 70. Brot.

Digitized by Google

opera et regias domos struxere: murum Athenis, qui ad montem Hymettum spectat: Patris, aedes Iovis et Herculis, quamvis lapideas columnas et epistylia circumdarent: domum Trallibus regiam Attali: item Sardibus Croesi, quam gerusian fecere: Halicarnassi, Mausoli: quae etiam nunc durant, Lacedaemone quidem excisum lateritiis parietibus opus tectorium, propter excellentiam picturae, ligneis formis inclusum, Romam deportavere in aedilitate, ad comitium exornandum, Muraena et Varro. Quum opus per se mirum esset, translatum tamen magis mirabantur. In Italia quoque lateritius murus Arretii et Mevaniae est. Romae non fiunt talia aedificia, quia sesquipe- 4

De eo et publica opera, etc. De eo latere scilicet. Sic post Pintianum et Gronovium Hard. quum prius legeretur, *ideo et in publica opera . . . adduntur*. Vitruv. loc. cit. » Et publica opera, et privatas domos, etiam regias e latere structas licet videre. » Ed. P.

Patris. Patrae Achaiae oppidum, de quo in Geograph. lib. IV. Sic libri editi omnes, et manu exarati, quorum ex fide (post Gron. tamen) alterum Vitruvii locum sanamus, II, 8, pag. 29: » De lateribus vero, dummodo ad perpendiculum sint stantes, nihil deducitur: sed quanti fuerint olim facti, tanti esse semper aestimantur. Itaque nonnullis civitatibus, et publica opera, et privatas domos, etiam regias, e latere structas licet videre. Et primum Athenis murum, qui spectat ad Hymettum montem: et Pentelensem. Item parietes in aede Iovis et Herculis lateritias cellas, quum circa lapidea in aede epistylia sint, et columnae. » Lege, *Item Patris*: sic enim apposite oppidum oppido, Athenis Patrae opponuntur. H.

Et epistylia. Ἐπιστύλιον, trabs est summis columnis imposita. Nostrates *architrave* vocant: fictitia voce partim e graeco ἀρχὴ et e latino *trabs*: quasi praecipuam trabem. H.

Domum. Vitruvius: » Trallibus, domum regibus Attalicis factam » H.

Quam gerusian fecere. Γερουσία senatum, seniorumve collegium sonat. Vitruv. loc. cit. » Croesi domus, quam Sardiani civibus ad requiescendum aetatis otio, seniorum collegio gerusian dedicaverunt. » In nummis ΓΕΡΟΥΣΙΑ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. H.

Romae non fiunt talia. Et hoc pariter traditur a Vitruvio, II, 34, pag. 34: » Leges publicae non patiuntur maiores crassitudines, quam sesquipedales constitui, loco communi . . . Lateritii vero parietes sesquipedali crassitudine non possunt plusquam unam sustinere contignationem. H.

Quia sesquipedalis paries. Romae vero in urbis maiestate, civiumque infinita frequentia ut coenacula plura fierent, ad pedes sexaginta domorum aedificia tollere permittebatur, quod scribit Aurelius in Traiano: vel ad pedes septuaginta decreto Augusti,

dalis paries non plus quam unam contignationem tolerat: cautumque est, ne communis crassior fiat, nec intergerivorum ratio patitur.

L. (XV.) Haec sint dicta de lateribus. In terrae autem reliquis generibus vel maximo mira natura est sulphuris, quo plurima domantur. Nascitur in insulis Aeoliis inter Siciliam et Italiam, quas ardere diximus. Sed nobilissimum in Melo insula. In Italia quoque invenitur, in Neapolitano Campanoque agro, collibus qui vocantur Leucogaei. Ibi e cuniculis effossum, perficitur igni. Genera quatuor: vivum, quod Graeci apyron vocant, nascitur solidum, hoc est, gleba: quo solum ex omnibus generibus medici utuntur. Solum (caetera enim liquore constant, et con-

quod Strabo, lib. V, pag. 235. Brissonius lib. et cap. I. Dal.

Intergerivorum. Ita Reg. 2 caeterique, non *intergerinorum*. Et Festus: » Intergerivi parietes dicuntur qui inter confines struuntur, et quasi intergeruntur. » Nostrates appellant, *mur mitoyen*. Hard.

L. *Nascitur in insulis Aeoliis.* Isid. Origg. lib. XVI, cap. 4. — *Nascitur.* Maxima sulphuris copia ad innumeros fere vitae usus suppetit, tum ex iis locis, quos vulgo *solfatares* appellant, tum ex montibus ignivomis; quanquam rarius in terris occurrit, quas multis abhinc saeculis iam non ardere comperimus. Nunc concretum vel sublimatum, ut aiunt, ac paene purum reperitur; nunc plurimis mineralibus aliis commixtum (*sulfures, sulfates*); nunc in aquis (*eaux minérales sulfureuses, hépatiques*) dissolutum, etc. Ed. P.

Quas ardere diximus. Geogr. lib. III, cap. 14. Hard.

In Melo insula. Dioscor. V, 124. H. — *Melo.* Ibi etiamnunc sempee fumant sulphureae fodinae, teste Galland. apud Brot. noti. ad hunc lib. Ed. P.

Leucogaei. De colis Leucogaeo diximus XVIII, 29. H. — *Colles Leucogaei.* Nunc, *la Solfatara.* Ba.

Ibi e cuniculis effossum. In libris editis, *Quod est cuniculis.* In Reg. 2 aliisque, *Leucogelibie cuniculis.* H.

Genera quatuor. Isid. l. c. H.

Apyron. Απυρον, quod ignem minime expertum est. Cels. V, 18: » Malagma ad strumas. Sulphuris ignem non experti, quod ἄπυρον vocant: » H. — *Apyron.* Sulphur vivum, *soufre vif, soufre vierge ou natif.* Nos autem sulphure vivo, sed loto, in medicina utimur. Brot.

Quo solum ex omnibus. Isidor. loc. cit. H. — *Gleba: quo solum*, etc. Gr. et al. ante Hard. *glebosum eo solo.* Ed. P.

Solum. Vocem hanc Brot. ex Regg. MSS. et edit. principe, sicut et si-

ficiuntur oleo incocta) vivum effoditur, translucetque, et viret. Alterum genus appellant glebam, fullonum tantum officinis familiare. Tertio quoque generi unus tantum est usus ad suffiendas lanas, quoniam candorem tantum mollitiemque confert. Egula vocatur hoc genus. Quarto autem ad ellychnia maxime conficienda. Caetero tanta vis est, ut morbos comitiales deprehendat nidore, impositum igni. Lusit et 3
Anaxilaus eo, candens in calice novo, prunaque subdita circumferens, exardescentis repercussu pallorem dirum velut defunctorum offundente conviviis. Natu-

gna parentheseos delet, nec Gr. agnoscit. Ed. P.

Caetera enim liquore constant Hoc est sulphur fusum, *soufre en masse*, *en canons*, *soufre comun*. Ed. P.

Oleo incocta. Nunc aqua minore impendio incoquitur. Haau. — Sulphur e minera extractum, si nondum rite purgatum sit, funditur denuo in vasis ferreis, et adiecto olei lini aliquantulum decoquitur, etc. Geoffr. Mat. med. I, 174. Ed. P.

Vivum autem effoditur. Dioscorides tantum ustum, et non ustum refert. Vstum Plinius in tres species rursum dividit. Dalec. — *Vivum.* Isid. totidem verbis loc. sup. cit. Haau.

Alterum. Ad verbum Isidorus haec pariter, loc. cit. Haau.

Fullonum tantum officinis. Fullones illi, *les dégraisseurs*. Frequentes erant eorum officinae, quum populus romanus vulgo togis albis uteretur, quae facile maculabantur, et inde saepius erant eluendae. Bapt.

Tertio quoque generi. Isidor. loc. c. Haau. — *Ad suffiendas lanas.* Sulphurei vaporis (*gas acide sulfureux*) etiamnunc apud nos frequentissimus usus, ad candorem laneis sericeisque pannis conferendum. Ed. P.

Ad ellychnia maxime. Isidor. loc. cit. Haau.

Caetero tanta vis est, etc. Si uratur, nidor prodit qui sint morbo comitiali obnoxii: statim enim corripiuntur eo. Isid. loc. cit. Haau.

Lusit et Anaxilaus eo. Sulphure scilicet. Ludere hunc solitum magicis imposturis, scribit Irenaeus, laudatus a nobis in Auctorum Iudice, verbo Anaxilaus. Epiphanius quoque adv. Haer. I, 34, p. 232. Ludorum porro et ludendi vox in hac arta propria: Minutius Felix, de Magis: « Quidquid miraculi ludunt, per daemones faciunt. » Haau.

Candens in calice novo. Candens sulphur scilicet. In libris editis, *in calice novo*. MS. Reg. 2, *in calice vino*, Isidor. Origg. lib. XVI, cap. 4, *in calice vini*. Sed magis arridet vulgata scriptura, multis de causis. Haau. — *In calice novo.* Brot. ex Isidor loc. cit. *in calice vini.* Regg. 2, 3, 5, *in calice vino.* Ed. P.

Conviviis. Sic libri omnes. Dictum figurale pro *convivis*. H. — Idem nos praestamus cum spiritu vini et camphora, *camphra*, accensis. Ba.

Natura eius calfacit, etc. Dioscor. V, 124: Θερμαίνει δὲ, καὶ διαφορεῖ,

ra eius calfacit, concoquit: sed et discutit collectiones corporum; ob hoc talibus emplastris malagmatisque miscetur. Renibus quoque et lumbis in dolore cum adipe, mire prodest impositum. Aufert et lichenas a facie cum terebinthi resina, et lepras. Harpacticon vocatur a celeritate avellendi: avelli enim subinde debet. Prodest et suspiriosis linctum. Purulenta quoque extussientibus: et contra scorpionum ictus. Vitiligines vivum nitro mixtum, atque ex aceto tritum et illitum tollit: item lendes in palpebris, aceto sandarachato admixto. Habet et in religionibus locum, ad expiandas suffitu domos. Sentitur vis eius

καὶ πεπαίνει ταχέως, « Calfacit, discutit, concoquitque, seu maturat celeriter. » Hard.

Malagmatisque. In malagmate quidem ad strumas, a Celso adhibetur. loc. cit. Hard.

Renibus. Q. Serenus, c. xxvi, de lumbis et renibus sanandis, p. 141: « Aut adipi mixtum lumbis inducito sulphur. » Hard.

Aufert. Diosc. totidem verbis, V, 124, et Galen. de Fac simpl. med. IX, 3, pag. 262. H. — *Lichenas.* Ab omni igitur aevo ad cutaneos affectus tanquam efficacissimum remedium, sulphur comprobatum fuit; neque iniuria: scabiem enim, psoram, lichenes et alia id genus, tum intus exhibitum, tum extus oppositum sanat; sed eius vapor acidus *(gaz acide sulfureux)* suffitu praecipue apud nos in usu est. Ed. P.

Harpacticon. Αρπακτικόν, quod festinanter eripi oporteat; aliter enim creat hulcera. Brot.

Prodest et suspiriosis. Diosc loc. c. Βῆχάς τε, καὶ ἐμπύους, καὶ ἀσθματικοὺς ὠφελεῖ ἐν ὠῷ λαμβανόμενον, καὶ ὑποθυμιώρενον ... ἰᾶται καὶ σκορπίων πληγὰς μιγὲν ῥητίνῃ. H.

Vitiligines. Dioscor. loc. cit. αἴρει δὲ καὶ ἀλφούς. Hard.

Aceto sandarachato admixto. Aceto in quo diluta sandaracha fuerit. H.

Ad expiandas suffitu domos. Ad abigenda scilicet ex aedibus noxia. Neque domos tantum, sed et homines ipsos suffiri sic mos fuit: quod Propertius ita expressit lib IV, eleg. 9, sub finem: « Imperat et totas iterum mutare lacernas, Terque meum tetigit sulphuris igne caput. » Ovid. Fast. lib. IV: « Caerulei fiunt puro de sulphure fumi, etc. Iuvenal. Sat. II, v. 157: « cuperent lustrari, si qua darentur Sulphura cum tedis. » Ante hos graecus vates, Odyss. X, 481: Οἷσι θέειον, γρῆϋ, κακῶν ἄκος, οἷσι δέ μοι πῦρ, Ὄφρα θεειώσω μέγαρον. « Affer sulphur, anus, malorum medelam; affer ut ignem, ut domum suffumigem. » Vbi Eustathius: θέειον θυμιάματος εἶδος, etc. idque mox esse θεῖον, seu sulphur, docet. H. — *Ad expiandas suffitu domos.* Sic in insula Melo est hiatus terrae, cuius ambitus

et in aquis ferventibus. Neque alia res facilius accenditur: quo apparet ignium vim magnam etiam ei inesse. Fulmina et fulgura quoque sulphuris odorem habent: ac lux ipsa eorum sulphurea est.

LI. Et bituminis vicina est natura, alibi limus,

est ferme decem pedum, qui sulphureum vaporem exhalat, quo pestes multique morbi avertuntur; et, si forte pestis ingruat, hiatum illum paulo altius effodiunt, statim vapor per domos diffunditur, et abigitur pestis. Galland. apud Brot. nott. ad hunc lib. Ed. P.

Sentitur vis eius. Vis nempe medica, in aquis calidis et sulphuratis. Plin. lib. XXXI, cap. 32: « Est autem utilis aqua sulphurata nervis, aluminata paralyticis, etc. » H.

Fulmina. Et fulgurita quoque ipsa. Seneca Natt. Quu. II, 21, pag 852: « Quid quod omnibus fulguritis odor sulphureus est? » Hardo.

LI. *Bituminis vicina est natura.* Bituminis plura genera: 1.° Naphta, petroleum (*naphthe, pétrole*), quod subtile, inflammabile, fragrans, candidum, flavum, rufum, aut nigricans. Apud Italos multum commendatur petroleum quod in agro Mutinensi, *Modène*, variis in fontibus ac puteis hauritur; etiamnunc ad lucernarum lumina quibusdam in locis (*Parme*, etc.) vicem olei praestat. Putei autem ad ulnarum 30 vel 40 altitudinem effodiuntur, donec scaturigo reperiatur aquae cum oleo permistae: qui in collis infima parte excavantur, oleum rufum uberrimum suppeditant; qui vero in superiore, candidum, sed minori copia. Nec Gallia nostra petroleo caret: non longe a Boeterris, *Beziers*, prope vicum Gabianum, *Gabian*, oleum rufum e saxorum quorumdam (*molasse*) rimis effluit, quod sedulo colligitur, nec virtute caeteris inferius est. 2.° Pissasphaltos (*pissasphalte, poix minérale*) asphaltos est petroleo miata, rufa vel nigra, tenax, mediae inter naphtham et bitumen consistentiae, quae calore liquescit, frigore densatur, etc. Sic appellatam ait Dioscor. I, 101, quod odorem picis bitumini mixtae redolet. E rupibus stillat, vel e terra scaturit plurimis in locis; per intervallum temporis satis longum servata, indurescit quidem; sed nonnihil pinguitudinis retinet, nec umquam ad bituminis duritiem exsiccatur. Cum limo argilloso mixta maltham (*malte*) constituit, quae in ferruminandis murorum lapidibus calcis usum praestat. 3.° Asphaltos (*asphalte, bitume de Judée*) solida est, fragilis, obscure rufa vel nigra, splendens, igne liquescens, etc. Super mare mortuum, quod ex ea lacus Asphaltites (*Mer morte, lac asphaltique*) dictum est, colligitur: vero simile est ex huius lacus fundo ingentem bituminis huius copiam scaturire, quod propter specificum pondus aquis innatat. Primo quidem, ut caetera bituminum genera, molle est, lentum, et adeo sequax ut vix avelli queat; sed per tempus spissatur, fitque etiam pice sicca durius. Multas species alias aut varietates hic tractare vetat nostri instituti ratio. Conf. de succinis lib. XXXVII, cap. 2. Ed. P.

alibi terra: limus e Iudaeae lacu, ut diximus, emergens: terra in Syriâ circa Sidonem oppidum maritimum. Spissantur haec utraque, et in densitatem coëunt. Est vero liquidum bitumen, sicut Zacynthium, et quod a Babylone invehitur. Ibi quidem et candidum gignitur. Liquidum est et Apolloniaticum: quae omnia Graeci pissasphalton appellant ex argumento picis et bituminis. Gignitur etiam pingue, liquorisque

Ut diximus. Lib. nempe V, c. 15. Hard.

Circa Sidonem oppidum. Dioscor. I, 99. Hard.

Zacynthium. Zacynthium, Babyloniumque, et Apolloniaticum bitumen laudant pariter Dioscor. loc. cit. et Vitruv. VIII, 3, p. 159.

Ibi quidem et candidum. Hoc optimum est, *le naphthe blanc;* non Babylone tantum reperitur, sed et in agro Mutinensi, *Modène.* Conf. not. 1. Ed. P.

Pissasphalton. Πισσάσφαλτος Dioscoridi, lib. I, cap. 100. H.

Ex argumento picis et bituminis. Quod mistam bitumini picem redolet. Mixtum vero utriusque odorem intellige, non naturam. Sed et eadem pissalphaltos, quae pix et bitumen, si ambo haec fuerint permixta, pollet, teste Dioscor. I, 101. H.

Gignitur et pingue liquorisque oleacei (sic prius). Sic sane iam Andreas. Pintiani liber: a et impingue dicique liquoris oleacei: a unde ille legendum retur: s pingue viceque liquoris; s ut paullo post: s utunturque eo ad lucernarum lumina vice olei. s Sed quo ille argumento coniecturam suam confirmat, id ego illi maxime contrarium puto. Salmasius ad Solin. pag. 126, ex libro veteri affert: » et pingue dicique liquoris in Sicilia; a iubet autem scribi: »Gignitur et pinguedinei quoque liquoris in Sicilia Agragantino fonte inficiens rivum. » Hanc vero vocem neque Afranii nauci nec Plauti circo permutaverim. Primum non si a τῷ *Cupido*, postquam id genus mutavit et nomen proprium factum, dicitur *Cupidineus;* nec si Apuleius finxit *livedo* et *livedineus*, idem et Plinium *pinguedineus* a *pinguedo* dixisse crediderim. Dein *pinguedinem* numquam dixisse Plinium apparet ex eo, quod ubicumque antehac ea vox legebatur, in melioribus libris repertum est *pinguitudo.* Voss. optimus hic nos destituit, in quo deest unum folium. Vellem scire quid tinniat Chifflietianus. Qui si cum Pintiani codice consentiret, scriberem: s Gignitur etiam pingue, lucensque, liquoris oleacei, in Sicilia, Agrigentinos fontes inficiens rivo. a Gron. — *Gignitur.* Reg. 2, ut Pintiani cod. » Gignitur etiam pingue dicique liquoris in Sicilia. a Nusquam *oleacei* vidimus. Colb. 3, » Gignitur et pinguis liquoris in Sicilia. s Dum sanius occurrat aliquid in vulgata lectione interim acquiescimus. Solin. v, p. 21 » In lacu Agrigentino oleum supernatat: hoc pingue haeret arundinum comis. » Hard.

oleacei, in Sicilia Agragantino fonte inficiens rivum. Incolae id arundinum paniculis colligunt, citissime sic adhaerescens. Vtuntur eo ad lucernarum lumina, olei vice: item ad scabiem iumentorum. Sunt qui et naphtham, de qua in secundo diximus volumine, bituminis generi adscribant. Verum ardens eius vis ignium naturae cognata, procul ab omni usu abest. Bituminis probatio, ut quam maxime splendeat, sit- 3
que ponderosum ac grave: laeve autem modice, quoniam adulteratur pice. Vis, quae sulphuris, sistit, discutit, contrahit, glutinat. Serpentes nidore fugat accensum. Ad suffusiones oculorum et albugines Babylonium efficax traditur: item ad lepras, lichenas pruritusque corporum. Illinitur et podagris.

Arundinum paniculis. E comis arundinum. Hard.

Vtuntur eo ad lucernarum lumina. Antigon. Carysl. in Histor. Mirabil. Τοῦτο δ' ἐν τοῖς λύχνοις κάεσθαι, καὶ δύνασθαι φύματα καὶ ψώραν ἰᾶσθαι. Diosc. I, 99: Γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν Αγραγαντίνων χώραν τῆς Σικελίας ὑγρὸν ἐπινηχόμενον ταῖς κρήναις, ὦ χρῶνται εἰς τοὺς λύχνους ἀντὶ ἐλαίου, etc. Hard.

Item ad scabiem iumentorum. Solinus, et Antigonus, proxime citati. Virgilius item Georg. III: »Turpis oves tentat scabies.» Mox: »Et spumas miscent argenti, vivaque sulphura ... nigrumque bitumen.» H.

In secundo volumine. Lib. II, cap. 109. H. — *Bituminis generi adscribant.* Et quidem recte. Conf. supra not. 1. Ed. P.

Ab omni usu abest. Medicinae. Tamen ad suffusiones oculorum, et ad albugines adhibetur a Dioscoride, I, 101. Hard.

Bituminis probatio. Martialis venetum lutum appellat: »Resina Veneto vel resecare luto a fortassis quod afferretur ex locis Venetorum tractui vicinis. Dal. — *Bituminis.* Dioscor. haec totidem verbis, I, 99. H.

Laeve autem modice, quoniam, etc. Quoniam, quum sordibus asperum est, adulteratum pice intelligitur. Dioscorides loc. cit. H ῥυπώδης φαύλη· δολοῦται γὰρ πίσσης μιγνυμένης. H.

Vis quae sulphuris. Diosc. I, 101: Δύναμιν ἔχει πᾶσα ἄσφαλτος ἀφλέγμαντον, κολλητικήν, διαφορητικήν, μαλακτικήν. H. — *Vis*, etc. Vsus bituminis in medicina satis frequens apud antiquos, ut apparet ex Dioscoride: id vero apud recentiores foedum aspectu, tetrum odore, rarissime usurpatur medicamentum; nec immerito, quum virium adhuc incertarum sit. Ed. P.

Babylonium. Ad caligantes oculos Iudaicum praefert Theod. Prisc. I, 10, cum herba parietaria, aequis ponderibus admixta. Hard.

Illinitur et podagris. Dioscor. loco

Omnia autem eius genera incommodos oculorum pilos replicant. Dentium doloribus medentur simul cum
4 nitro illita. Tussim veterem et anhelitus cum vino potum emendat. Dysentericis etiam datur eodem modo, sistitque alvum. Cum aceto vero potum discutit concretum sanguinem, et detrahit. Mitigat lumborum dolores, item articulorum. Cum farina hordeacea impositum, emplastrum peculiare facit sui nominis. Sanguinem sistit. Vulnera colligat. Glutinat nervos. Vtuntur etiam ad quartanas bituminis drachma, et hedyosmi pari pondere cum myrrhae obolo subacti. Comitiales morbos ustum deprehendit. Vulvarum strangulationes olfactum discutit cum vino et

cit. Ἀρήγει δὲ καὶ ποδαγρικοῖς, καὶ ἀρθριτικοῖς, καὶ ληθαργικοῖς; etc. H.

Dentium doloribus medentur. Dioscor. loc. cit. Ὀδόντων ἀλγήματα περιπλασθεῖσα πραΰνει. Nec illitu modo, sed et suffitu dentium dolorem levant, teste Marc. Empir. cap. XII, p. 91. Hard.

Tussim veterem. Dioscor. loc. cit. Marc. Empir. cap. XVII, p. 123. H.

Dysentericis etiam datur eodem modo. Hoc est, cum vino. Marc. Empir. cap. XXVII, pag. 192, ex aqua praebet. Dioscor. loc. cit. infundi clystere liquatum cum ptisana iubet: Εγκλύζεται καὶ ἐπὶ δυσεντερικῶν σὺν πτισσάνῃ ταχεῖσα. Hard.

Cum aceto vero. Dioscorid. loc. cit. Καὶ θρόμβους αἵματος διαλύει σὺν ὄξει ποθεῖσα. « Et grumos sanguinis solvit cum aceto potum. » H.

Concretum sanguinem. Inde mos tractus medicis, dandi lapsis ex alto, collisis, obtritis, mumiam, quae pissasphaltum est. Dalec. — *Mumia* asphaltos et pissasphaltos dicebantur, quoniam his bituminibus Aegyptiorum vulgus cadavera sua conservanda (*momies*) condire solebant. Ed. P.

Mitigat lumborum dolores. Dioscor. loc. cit. Hard.

Peculiare facit sui nominis. Διὰ ἀσφάλτου. Hard.

Glutinat nervos. Praecisos videlicet. Hard.

Hedyosmi. Ἡδύοσμος Graecis dicitur, quae menta Latinis. H. — *Hedyosmi.* Nobis *Mentha sativa*, de qua lib. XIX, cap. 47; lib. XX, cap. 53. Ed. P.

Comitiales morbos ustum deprehendit. Dioscor. loc. cit. Ἐλέγχει δὲ καὶ ἐπιληπτικοὺς ὑποθυμιαθεῖσα, etc. H.

Vulvarum strangulationes. Dioscor. loc. cit. Ποιοῦσα πρὸς πνίγας ὑστερικὰς, καὶ προπτώσεις, προστιθεμένη, καὶ ὀσφραινομένη, καὶ ὑποθυμιωμένη. H. — *Vulvarum strangulationes.* Naphta, seu petroleum, in uteri suffocatione egregio cum successu ad guttas aliquot intus assumitur, et infantibus ad vermes enecandos propinatur; in mensium suppressione prodest,

castoreo. Procidentes suffitu reprimit. Purgationes feminarum in vino potum elicit. In reliquo usu aeramentis illinitur, firmatque ea contra ignes. Diximus et tingui solitas ex eo statuas, et illini. Calcis quoque usum praebuit, ita ferruminatis Babylonis muris. Placet et ferrariis fabrorum officinis tingendo ferro, clavorumque capitibus et multis aliis usibus.

LII. Nec minor aut ab eo dissimilis est aluminis

etc. Conf. Geoff. Mater. med. tom. I, pag. 157 sq. Ed. P.

Procidentes suffitu reprimit. Vulvas scilicet. Sic Reg. 2 et Pintianl codex. In editis, haud satis sincere, *prooidentia sedis.* Adiuvet Dioscorides verbis allatis proxime. Hard.

Purgationes feminarum. Dioscorid. loc. cit. Πινομένη δὶ μετ' οἴνου καὶ καστορίου ἔμμηνα κινεῖ. Hard.

Aeramentis illinitur. Aeramenta sunt opera ex aere facta, ut ferramenta ex ferro. Hard.

Diximus. Lib. XXXIV, c. 9: » Bitumine antiqui tinguebant eas. »

Calcis quoque usum praebuit. Calcis vicem praebet bitumen; conglutinatis eo Babylonis muris. H.

Ita ferruminatis Babylonis muris. Quodque mirum est, exstant adhuc murorum ita ferruminatorum rudera. Exstat et lacus bituminis, cuius circuitus est ferme duorum millium passuum. Haec accurate descripsit oculatus testis P. Emmanuel, carmelita discalceatus, in Epist. MSS. Brot. — Bitumine etiamnunc utimur ad pannos impraegnandos, qui levis teguli vicem praebeant; ad oblinenda domorum tecta (*terrasses*); quae sic fiant pluviis impervia; ad ducendos lateres, qui luxta positi, substrato rite caementio, ita ferro calido ferruminantur, ut aquas non transmittant; qua de causa in quibusdam Galliae locis (*Pont du Chateau, Seyssel*, etc.) bitumen arenosum, sive arena miatum, extrahitur. Ed. P.

Tingendo ferro. Illinendo ferro. Nostri dicunt, *vernir.* Hard.

LII. *Nec minor aut ab eo dissimilis est aluminis opera.* Quod Graeris στυπτηρία, Latinis alumen, nobis *alun* (*Alumine sulfatée, sulfate double d'alumine et fer*) dicitur, salis genus est, vel nativum, vel arte elaboratum. Alumen naturale, vel liquidum, vel concretum. Liquidi species duae ab Antiquis observatae sunt: purum unum et idem Galeno φόριμον, vilius et vulgarius, limpidi vel lactei coloris, semper succo madens: impurum alterum, et idem παράφορον, sordibus inquinatum, pallidum, etc. Concretum vero a Veteribus figura distinguitur: nam aut scissum, vel σχιστόν, et est aluminis cuiusque glebosi veluti flos; cuius etiam duo modi sunt. Vel enim glebarum aut asserum instar compactum est, aut sigillatim in capillamenta quaedam finditur, unde τριχίτης, capillare, dicitur. Vel est rotundum, et στρογγύλον appellatur; cuius triplex differentia: vel enim rarius est, aut bullarum modo intumuit, aut fora-

opera, quod intelligitur salsugo terrae. Plura et eius genera. In Cypro candidum, et nigrum, exigua coloris differentia, quum sit usus magna: quoniam inficiendis claro colore lanis, candidum liquidumque utilissimum est, contraque fuscis aut obscuris, nigrum. Et aurum nigro purgatur. Fit autem omne ex aqua limoque, hoc est, terrae exsudantis natura. Corrivatum hieme, aestivis solibus maturatur. Quod fuerit ex eo praecox, candidius fit. Gignitur autem in Hispa-

minibus fistulosis quamdam spongiae speciem praefert; vel est fere rotundum, et astragali simile, ἀστραγαλωτὴ στυπτηρία; vel lateris simile est, πλινθίτις; aut ex crustis constat, πλακίτις. Alumen arte elaboratum Antiquis prorsus ignotum, apud nos usitatissimum est; extrahitur fere ex quodam lapidis genere (*Alunite, alumine sous-sulfatée alcaline*), qui prope Centumcellas agri Romani, *la Tolfa*, aluminis fodinas constituit, et alibi. Naturale vero alumen, cuius frequentissimus erat apud Antiquos usus, nobis paene ignoratur; quanquam sponte in officinis fodinisve nonnumquam efflorescit, duoque genera, σχιστὸν nempe ac τριχίτις in insula Milo saepius occurrit, in Sardinia (*Segario*), in Italia prope Puteolos (*la Solfatara*), in Aegypto prope Syenen, etc. Ed. P.

Salsugo terrae. Sic Isidor. lib. XVI, cap. 2. Hard.

Quoniam inficiendis claro, etc. Quare Theod. Prisc. I, 1, *alumen* appellat, *quo infectores utuntur.* H. — *Lanis.* Infectoribus praecipue apud nos aluminis usus: quippe quo pannos primum tingunt, quos pretiosiori pigmento mox infectos volunt, ut vividius inde splendeat color, et pertinacius adhaereat. Ed. P.

Et aurum nigro purgatur. Utuntur eo et aurifices ad inaurandum. H.

Corrivatum hieme. Isidor. loc. cit. Hard.

Praecox candidius fit. Isidor. loc. cit. Hard.

Gignitur. Dioscor. V, 123: Γεννᾶται δὲ καὶ ... ἐν Μήλῳ, ἐν Μακεδονίᾳ, ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ἐν Λιπάραις, ἐν Σαρδονίᾳ, καὶ Ἱεραπόλει τῆς Φρυγίας, Λιβύῃ, Ἀρμενίᾳ, etc. De Lipara nominatim Diodor. Sic. lib. V, p. 293. Est vero Strongyle Liparae vicina, ut dictum est in Geograph. III, 14. Alumen Melinum a Celso laudatur, VI, cap. postr. Hard.

Huius quoque duae species. Isidor. loc. cit. Hard.

Liquidi probatio. Dioscor. V, 123: Τῆς δὲ ὑγρᾶς τὴν μάλιστα διαφανῆ προκριτέον, καὶ γαλακτώδη, ὁμαλήν τε... ἔτι δὲ ἄλιθον, καὶ πυρώδες ἀπαστράπτουσαν. « Liquidum praefertur maxime pellucens, lacteum, planum, et aequabile (sine offensis fricantium, quod idem est, Plinius pro eo dixit): minime lapidosum, et quemdam caloris igniculum exspirans. » Aliud ab hoc alumine liquido nostrum alumen est, quod vocant, *alun de roche*: quod indictum Veteribus arbitramur. Quae nunc in officinis aluminis genera ve-

nia, Aegypto, Armenia, Macedonia, Ponto, Africa: insulis Sardinia, Melo, Lipara, Strongyle. Laudatissimum in Aegypto, proximum in Melo. Huius quoque duae species, liquidum, spissumque. Liquidi probatio, ut sit limpidum, lacteumque, sine offensis fricantium, cum quodam igniculo caloris. Hoc phorimon vocant. 3 An sit adulteratum, deprehenditur succo punici mali. Sincerum enim mixtura ea nigrescit. Alterum genus est pallidi et scabri, et quod inficiatur galla: ideoque hoc vocant paraphoron. Vis liquidi aluminis adstringere, indurare, rodere. Melle admixto sanat oris hulcera, papulas, pruritusque. Haec curatio fit in balineis duabus mellis partibus, tertia aluminis. Virus alarum sudoresque sedat. Sumitur pilulis contra lienis vitia, pellendumque per urinam sanguinem.

neant, disce ex Constantino, verbo Στυπτηρία. Hard.

Hoc phorimon vocant. Ita libri omnes. Galenus κατὰ τόπ. VI, 3, pag. 495: Η ὑγρὰ, ἣν καλοῦσιν ἔνιοι φόριμον, εὐωνοτάτην τε καὶ εὐπορωτοτάτην ὑπάρχουσαν ἐν πᾶσι χωρίοις. «Alumen liquidum, quod alii phorimon appellant, quod vilis pretii, et facile parabile ubique existit.» Neophytus: Φορίμη, ὑγρὰ ἡ στυπτηρία. H.

Et quod inficiatur galla. Sic Reg. 2 caeterique: et edili, *quod inficitur galla.* Reelius fortasse, *et quod inficiat ut galla* (et sic Vet. apud Dalec. Ed. P.) Id enim mos censetur optimum, quod tractantium manus nigritia non inficit. Hard.

Ideoque hoc vocant paraphoron. Παράφορον, dolosum proprie vox ea sonat: hoc vero loco adulteratum, nec sincerum. Cave Salmasium audias, qui in Solin. p. 1166, παράφυρον legi iubet, vocem toti Graeciae inauditam. Hard.

Vis liquidi aluminis adstringere, etc. Diosc. V, 123: Δύναμιν δὲ ἔχουσι θερμαντικὴν, στυπτικὴν... τήκουσαν δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῶν βλεφάρων σάρκας, καὶ τὰ ἄλλα ὑπερσαρκώματα. «Vim habet excalfaciendi, adstringendi... palpebrarum carnes, similesque excrescentias erodendi atque absumendi.» Hard.

Melle admixto. Diosc. totidem verbis loc. cit. Hard.

Virus alarum sudoresque sedat. Marcell. Emp. c. XVIII, pag. 128; Diosc. loc. cit. H. — *Virus.* Alumen usitum carnis excrescentias absumit; et ad alarum, inguinum, et pedum foetorem cohibendum, linteis conspersum frequenter usurpatur. Geoffr. Mater. med. tom. I, pag. 143. Cautissime tamen hoc remedio utendum, ne periculosiores iis, quos ita curaveris, subsequantur morbi. Ed. P.

Pellendumque per urinam sanguinem. Gron. et al. ante Hard. *pellendumque pruritum ac per*, etc. Ed. P.

Emendat et scabiem nitro ac melanthio admixtis.
4 Concreti aluminis unum genus schiston appellant Graeci, in capillamenta quaedam canescentia dehiscens. Vnde quidam trichitin potius appellavere. Hoc fit e lapide, ex quo et chalcitin vocant: ut sit sudor quidam eius lapidis in spumam coagulatus. Hoc genus aluminis minus sistit humorem inutilem corporibus. Sed auribus magnopere prodest. Infusum, vel illitum, vel oris hulceribus, dentibusque, si saliva cum eo contineatur. Et oculorum medicamentis inseritur apte, verendisque utriusque sexus. Coquitur
5 in patinis, donec liquari desinat. Interioris est alte-

Melanthio. Sive gith; nobis *Nigella sativa, la nielle*, de qua diximus lib. XX, c. 74. Ed. P.

Concreti aluminis. Totidem verbis Diosc. loc. cit. Ἀρίστη δὲ ὑπάρχει ἡ στυπτηρία σχιστὴ ... οὐ πεπιεσμένη βωλῆδον ἢ σχιδακῆδον, ἀλλ' ἐξασμένη κατὰ μονάδας πολιαῖς θριξὶν ἐμφερῶς. οἷα ἐστὶν ἡ λεγομένη τριχῖτις, γεννωμένη δὲ ἐν Αἰγύπτῳ. » Optimum vero alumen scissile... quod nec glebulose aut assulose compactum, sed sigillatim quasi in capillamenta canescentia dehiscens: quale est, quod trichites, hoc est, capillare appellatur, et in Aegypto provenit. » Et scissile alumen Celsus appellat lib. V, cap. 2. H.

Vnum genus schiston. Conf. huj. cap. not. I; et Cl. Tournefort, *Voyage du Levant*, tom. I, p. 187 sqq. Nobis, *alun de plume*. Ed. P.

Hoc fit e lapide, ex quo et chalcitin. Nempe ex eo lapide quem chalciten vocant in Cypro, ut dictum est XXXIV, 2, unde et idem alumini nomen haesit. Salmasius in Solin. p. 1166, contra omnium codicum fidem, contra scriptoris mentem, sola ingenii ductus coniectura, sed nunc maxime fallaci, legi sic suadet: » Hoc fit e lapide gleboso, bolitin vocant, ut sit sudor, etc. » Hard.

Minus sistit hum. inutil. corporibus Gron. et al. ante Hard. *siccat munusque sistit*, etc. Broter. ex MSS. Regg. et edit. princ. *inutilem corporis*. Ed. P.

Sed auribus magnopere prodest. Marcell. Emp. lib. de Medicam. c. IX, p. 751: » Alumen cum aceto teres, et simul omnia concoques ad tertias: hoc medicamen tepidum auriculae infusum, pus optime purgat, vermes necat: aquam etiam, si intraverit, educit. » Et pag. 81: » Alumen mulso optime dilutum, et luna instillatum, dolorem aurium sanat. » Hard.

Dentibusque. Theod. Prisc. I, 14: » Solo pulvere aluminis scissi putres dentium cavernas impleas. » Cels. VI, 9: » Alumen scissile in id foramen iniectum, dentem citat, etc. » H.

Oculorum medicamentis. Diosc. loc. cit. Hard.

Verendisque. Καὶ πρὸς αἰδοῖα ἐπίχριστος. Diosc. loc. cit. H.

Interioris. Quod altius in terram abditur. Hard. — *Interioris.* MSS.

rum generis, quod strongylen vocant. Duae eius species, fungosum atque omni humore dilui facile: quod in totum damnatur. Melius pumicosum, et foraminum fistulis spongiae simile, rotundumque natura, candido propius: cum quadam pinguitudine, sine arenis, friabile, nec inficiens nigritia. Hoc coquitur per se carbonibus puris donec cinis fiat. Optimum ex omni- 6
bus quod Melinum vocant ab insula Melo, ut diximus. Nulli vis maior neque adstringendi, neque denigrandi, neque indurandi. Nullum spissius. Oculorum scabritias extenuat: combustum utilius epiphoris inhibendis. Sic et ad pruritus corporis. Sanguinem quoque sistit in totum, foris illitum. Vulsis pilis ex aceto illitum, renascentem mollit lanuginem summam. Omnium generum vis in adstringendo: unde nomen Graecis. Ob id oculorum vitiis aptissima sunt. Sanguinis fluxiones inhibet cum adipe. Sic et infantium 7
hulcera. Putrescentia hulcerum compescit cum adipe, et hydropicorum eruptiones siccat. Et aurium vitia cum succo punici mali: et unguium scabritias, cicatricumque duritias, et pterygia, ac perniones:

Regg. 2, 3, et edit. princeps, *inertioris*. Brot.

Quod strongylen vocant. Στρογγύλη στυπτηρία, rotundum alumen, a forma sic nuncupatum, ab ipso Dioscoride, loc. cit. Hard.

Vt diximus. Sub initium huius capitis. Hard.

Sanguinem sistit in totum. Hoc est, omnimo sistit, unde unde is profluat, sive a naribus, sive ex alvo. Reg. 2, « Sistit intus in totum. » Hard.

Vnde nomen Graecis. Στυπτηρία, quod vim habet στυπτικήν, adstringentem. Galenus de Fac. simpl med. lib. IX, p. 269. Hard.

Ob id oculorum vitiis, etc. Quae reliquo dainceps capite continentur, haec totidem fere verbis Diosc. loc. cit. Hard.

Et hydropicorum eruptiones. Has ego eruptiones ἐξανθήματα interpretor, hoc est, pusulas, pustulasve, quae solet plerumque Plinius pituitae eruptiones appellare. H.

Et aurium vitia. Theod. Prisc. lib. I, cap. 8, « de aurium causatione... Si com illa indignatione doloris, etiam derivatio fuerit sanlosa, alumen melle et oleo resolutum infundito. » H.

Pterygia, ac perniones. Sic etiam

phagedaenas hulcerum ex aceto, aut cum galla, pari pondere cremata: lepras cum succo olerum: cum salis vero duabus partibus, vitia quae serpunt: lendes
8 et alia capillorum animalia, permixtum aquae. Sic et ambustis prodest, et furfuribus corporum cum sero picis: infunditur et dysentericis: uvam quoque in ore comprimit, ac tonsillas. Ad omnia, quae in caeteris generibus diximus, efficacius intelligitur ex Melo advectum: nam ad reliquos usus vitae in coriis lanisque perficiendis, quanti sit momenti significatum est.

LIII. Ab his per se omnia ad medicinas pertinentia terrae genera tractabimus. (XV.) Samiae duae sunt,

Marcell. Emp. cap. XXXIV, pag. 232. HAAD.

Vitia quae serpunt. Vt hulcera et erysipelata. HAAD.

Sic et ambustis, etc. Hoc est, permixtum aquae. Oleum adhibet Theodor. Priscian, lib. I, cap. 47: » Alumine sciaso cum oleo contritò omnes ustiones ungo. » H.

Cum sero picis. Hoc est, cum pisselaeo, da quo nos alibi diximus Ita hunc locum restituimus ex fide Reg. 2 cod. quum prius legeretur, *cum sero et pice.* Neque modo eius exemplaris auctoritas ad id impulit; sed et Serapionis medici calculus: namque illius interpres, c. 420, da Alumine: » Quando linitur, inquit, cum aqua picis caput, cum eo aufert furfures capitis: ut legisse plane videatur in graeco, σὺν ὄρῳ πίσσης, hoc est, cum pisselaeo sive sero picis. Neque me movet, quod apud Dioscoridem legatur in libris nunc vulgatis, σὺν ὀρόβῳ καὶ πίσσῃ. Quis enim aut illos ab omni culpa praestet, aut pisselaeum neget cum alumine simul permixtum ad pityriasin prodesse, quod et Plinii codices MSS. et Seraplon asseverat? HAAD.

Vvam. Hoc pariter Marcell. Empir. cap. XIV, p. 99, et cap. XV, pag. 106. HAAD.

Efficacius intelligitur. Quod ex insula Melo alumen advehitur, id esse praestantius caeteris significat, et in usu medicinae efficacius. H.

Significatum est. Sub initium huius capitis. HAAD.

LIII. *Ab his per se omnia.* Sic et edit. princeps. Broter. ex Regg. 2, 3, 5, *ab his paene omnia;* nec enim omnes hic Plinius recenset medicas terras, Lemniam, Melitensem, Armenam, etc. ED. P.

Terrae genera. Terrae omnes illae argillaceae (*silicates alumineux*), cum silice aliisve mineralibus aut secum invicem commixtae, quarum usus hodie in variis artibus frequens, sed in medicina fere nullus. ED. P.

Samiae duae sunt. Genera haec omnia terrarum, olim in medicinae usu frequentia, nunc exolevere penitus, neque perferuntur ad nos. Vide Matthiol. in Dioscor. lib. V, cap. 137; Al-

quae collyrium, et quae aster appellantur. Prioris laus, ut recens sit et levis, linguaeque glutinosa: altera glebosior, candida: utraque uritur, ac lavatur. Sunt qui praeferant priorem. Prosunt sanguinem exspuentibus: emplastrisque quae siccandi causa componuntur, oculorum quoque medicamentis miscentur.

LIV. Eretria totidem differentias habet. Namque et alba est, et cinerea, quae praefertur in medicina. Probatur mollitie, et quod si aere perduca-

drovand. de Metall. lib. II, c. 8, p. 248. H. — Cf. item Tournef. tom. I, pag. 112. Eo. P.

Quae collyrium. Sic Reg. 2, Colb. 3, aliique. Sic Pintianus, et alii ante eum. Et quod potissimum videtur, Dioscorides ipse quoque, lib. V, cap. 172, qui duo pariter genera Samiae terrae agnoscit; alterum quod κολλύριον, alterum quod ἀστὴρ appelletur. Dioscoridem, ut solet, sequitur Oribasius, lib. XIII, pag. 226. Priori generi collyrii nomen inditum putamus, quod oculorum medicamentis adderetur, quae collyria vocitantur. Quanquam et eam dotem ei cum astere Samio communem esse, non ex Plinio modo, verum etiam ex Marcello Empirico discimus, cap. VIII, pag. 52, ubi collyrium concinnat in primis «ex terra Samia, quam astera vocant.» Hard.

Prioris laus, ut recens sit, etc. Dioscorid. lib. V, cap. 172: Τῆς δὲ Σαμίας γῆς τὴν ἄγαν λευκὴν προκριτέον, καὶ ἐλαφρὰν, καὶ ἐν τῷ θίγειν τὴν γλῶτταν κρατουμένην ἐχεκόλλως... οἵα ἐστὶν ἣν τινες κολλύριον καλοῦσιν.» Et Samia terra praefertur ea quae maxime candida, levia, et tangenti linguae glutinia modo adhaerescens... cuiusmodi est quam aliqui collyrium vocant.» Totidem id pariter verbis Orib. Collec. XIII, pag. 226. Hard. — *Et levis.* Broter. ex MSS. Regg. 2 et 3, *et lenissima.* Eo. P.

Altera glebosior. Aster nimirum Diosc. loc. cit. Ο καλούμενος ἀστὴρ, πλακώδης ὢν καὶ πυκνὸς, ὡς ἀκόνη.» Glebosa et densa in modum cotis.» Vehementer hallucinari eos qui asterem volunt esse talcum, docet Aldrovand. de Metall. lib. V, cap. 34, p. 686, multoque accuratius Caesius noster, de Miner. lib. II, cap. 6, p. 148. Hard.

Vtraque uritur, ac lavatur. Diosc. loc. cit. Hard.

Prosunt sanguinem exspuentibus. Dioscor. loc. cit. Aëtius, lib. II, cap. 6, p. 49, et Oribas. lib. XIII, p. 225. Hard.

Emplastrisque. Actius, loc. cit. H.

Oculorum quoque medicamentis. Marcell. Emp. c. VIII, p. 52. H.

LIV. *Eretria totidem differentias habet.* De terrae Eretriae generibus atque facultatibus, totidem verba Dioscor. V, 171, H.

tur, violaceum reddit colorem. Vis et ratio eius in medendo dicta est inter pigmenta.

LV. Lavatur omnis terra (in hoc enim loco dicemus) perfusa aqua siccataque solibus: iterum ex aqua trita ac reposita, donec considat, et digeri possit in pastillos. Coquitur in calycibus crebro concussu.

LVI. Est in medicaminibus et Chia terra candicans: effectus eiusdem, qui Samiae. Vsus ad mulierum maxime cutem: idem et Selinusiae. Lactei coloris est haec, et aqua dilui celerrima: eademque lacte diluta, et tectoriorum albaria interpolantur. Pnigitis Eretriae simillima est, grandioribus tantum glebis, et glutinosa: cui effectus idem qui Cimoliae,

Violaceum reddit colorem. Et quod si in aere linea ducatur ex ea terra, violacei coloris ea linea fit. Dioscorid. loc. citat. Ἀρίστη δὲ ὑπάρχει ἡ τῇ χρόᾳ σποδίζουσα, καὶ μαλακὴ ἄγαν πρός τε χαλκώματα ἑλκυσθεῖσα γραμμὴν ἰώδη ἀποφερομένη. »Optima vero habetur ad cinereum colorem vergens, et perquam mollia: quaeque si per aeramenta tractim ducetur, aeruginei seu violacei coloris lineam efficit.» Haan.

Dicta est inter pigmenta. Cap. 21. Haan.

LV. *Lavatur omnis terra.* Haec totidem verbis Dioscorid. loc. proxime cit. Haan.

Coquitur in calycibus crebro concussu. Diosc. loc. cit. coqui in fictilibus perforatis iubet, ore obturato, subditis prunis, quae follibus continenter perflentur. Oribas. similiter, lib. XIII, cap. 225. H. — *In calycibus crebro concussu.* Brot. ex Regg. codd. 2, 3, et edit. princ. *in calycibus crebro concussis.* En. P.

LVI. *Chia terra.* Dioscoridea ad verbum, V, 173; Orib. lib. XIII, p. 226; Galenus de Fac. simpl. med. lib. IX, pag. 249. H. — *Eiusdem.* Gron. et al. *eius.* En. P.

Idem et Selinusiae. Dioscoridea totidem verbis, V, 175; Galenus, Oribasius, ll. cc. A Selinunte porro Siciliae oppido creditur haec nomen invenisse. H. — Hic de Siciliae quidem oppido agi videtur; aliae vero fuere Selinuntes in Marmarica et Cilicia. En. P.

Et tectoriorum albaria. Hoc est, tectoria parietum, quibus propter vetustatem color albus induci solitus exolevisset, exalbantur Selinusia terra lacte diluta, renovanturque. H.

Pnigitis. A Pnigeo Libyae Mareotidis vico nomen accepisse credit Agricola: alii a πνίγω derivant, quod eam terram deglutienti periculum auffocationis affert. Diosc. V, 177: Ἡ δὲ λεγομένη πνιγῖτις γῆ, τῇ χρόᾳ ἔοικέ πως τῇ Ἐρετριάδι· ἔστι δὲ ἀδρόβωλος; et caetera totidem verbis cum Plinio, et Galeno de Fac. simpl. med. lib. IX, pag. 252. Hard. — *Pnigitis.* Gron. et al. *Pignitis.* En. P.

Et glutinosa. Tactu linguae usque

infirmior tamen. Bitumini simillima est ampelitis; experimentum eius, si cerae modo accepto oleo liquescat, et si nigricans colos maneat tostae. Vsus ad molliendum discutiendumque: ad haec medicamentis additur, praecipueque in calliblepharis et inficiendis capillis.

LVII. (XVII.) Cretae plura genera. Ex iis Cimoliae duo ad medicos pertinentia, candidum, et ad purpurissum inclinans. Vis utrique ad discutiendos tumores, et sistendas fluxiones aceto assumpto. Panos

adeo glutinosa, ut pensilis haereat, τῇ τε γλώσσῃ μάλιστα κολλᾶται, ὡς ἐκκρεμᾶσθαι. Hard.

Bitumini simillima est ampelitis. Αμπελῖτις vocatur, quod vitibus, ταῖς ἀμπέλοις, circumlita, vermes qui vitium oculos erodunt, odore suo interimit: vel quod in ea vites feliciius proveniunt. Auctores, Aetius, lib. II, cap. 9, pag. 49, et Oribas, lib. XIII, pag. 226, post Dioscor. lib. V, pag. 181, et Galen. de Fac. simpl. med. lib. IX, pag. 251. Iam tum aevo suo aegre reperiri terram ampelitidem scribit Marcell. Empir. cap. VII, pag. 49. Bitumen verius esse quam terram, Agricola: carbones piceae parvos referre Dioscor. loc. cit. H. — An eadem quae nobis etiam dicitur *ampelite*, dubium. Ed. P.

Experimentum eius, si cerae modo, etc. Sic probat eam Dioscorid. loc. cit. ut eam anteponat, quae trita cito liquescat, si olei aliquantulum affundatur. Hard.

Ad haec medicamentis additur. Et inde alterum ei φαρμακίτιδος nomen, teste Aetio, loc. cit. H.

Praecipueque in calliblepharis, Dioscor. et Oribas. ll. cc. Hard.

LVII. *Ex iis Cimoliae duo.* Haec totidem verbis Dioscorid. V, 176, et Oribas. lib. XIII, pag. 226: Τῆς δὲ Κιμωλίας ἡ μὲν ἔστι λευκή· ἡ δὲ ἐμπόρφυρος. Nomen a Cimolo habet, una e Sporadibus insulis, unde Ovid. Metamorph. XII, 464, cecinit: «cretosaque rura Cimoli.» H. — *Cimoliae duo.* Non cretae (*carbonates de chaux*) generibus, sed argillarum (*silicates alumineux*) adscribitur terra Cimolia; nobis etiamnunc *argile Cimolite*, ab insula nempe *Cimoli*, vel *l'Argentière* sic appellata. Confer Cl. Tournefort, *Voyage du Levant*, t. I, pag. 172. Ed. P.

Vis utrique ad discutiendos tumores. Aceto nempe diluta. Totidem plane verbis Dioscorid. loc. citat. Ἐκάτεραι δὲ διαφοροῦσιν ὄξει διειμένα, παρωτίδας, καὶ τὰ ἄλλα φύματα, etc. De parotidibus subscribit et Plin. Valer. lib. I, c. 13, et Theod. Prisc. lib. I, cap. 8. Hard.

Aceto assumpto. Marcell. Empir. cap. V, p. 44: «Creta Cimolia ex aceto trita, et quam densissime fronti imposita, pituitam sistit.» Et cap. X, pag. 87: «Creta quoque Cimolia, ex aceto tusa, quam densissima fronti eius imponitur, cui sanguis vel pituita descendit.» Cels. lib. I, cap. 3: «Creta figularis corpori illita alvum adstringit.» Hard.

quoque et parotidas cohibet: et lichenas illita, pusulasque. Si vero aphronitrum et nitrum adiiciatur et acetum, et pedum tumores: ita ut in sole curatio haec fiat, et post sex horas aqua salsa abluatur. Testium tumoribus cypro et cera addita prodest. Et refrigerandi quoque natura cretae est: sudoresque immodicos sistit illita. Atque ita papulas cohibet ex vino assumpta in balineis. Laudatur maxime Thessalica: nascitur et in Lycia circa Bubonem. Est et alius Cimoliae usus in vestibus: nam Sarda, quae affertur e Sardinia, candidis tantum assumitur, inutilis versicoloribus: et est vilissima omnium Cimoliae generum: pretiosior Vmbrica, et quam vocant saxum. Proprietas saxi, quod crescit in macerando: atque pondere emitur, illa mensura. Vmbrica non nisi poliendis vestibus assumitur. Neque enim pige-

Aphronitrum et nitrum. Broter. *et cyprus*, ex MSS. Regg. et edit. principe, in quibus, *et cyprium*. De cypro autem, sive oleo cyprino, dictum supra lib. XII, cap. 54. Eo. P.

Testium tumoribus, Dioscorid. l. c. Theod. Prisc. lib. I, cap. 25: « Testes tumentes Cimolia trita frequenter cum aqua perunges, etc. »

Cypro et cera addita. Ita MSS. non *cypria cera*. Cyprum autem accipe pro oleo cyprino, ut alibi monuimus, aliove, quod sit optimae notae: ceram, pro cerato. Hard.

Sudoresque immodicos sistit. Celso, lib. III, cap. 19: « Si sudor vincit, deliniendus homo est, vel argentl spuma, vel Cimolia creta. » H.

Atque ita papulas. Pusulas, ἐξανθήματα, quae ieiunae plerumque salivae defricatione curantur. Hard. — *Circa Bubonem.* Bubon, oppidum Lyciae. Eo. P.

Est et alius Cimoliae usus in vestibus. In dealbandis nimirum vestibus. Vnde *cretata ambitio* candidatorum, a Persio appellatur, hoc est, petitorum in candida toga, in quam album ex creta apud fullones additum fuit. Homines quoque tenuiores, quum copia mutandae togae non esset, tamen ut nitidi ac melioris fortunae apparerent, sub dies ludorum togulam suam incretabant. Huc illud Plautinum alludit, in Aulul. act. IV, scen. 9, 6: « Qui vestitu et creta occultant sese, atque sedent, quasi sint frugi. » Haso. — *In vestibus.* In insula Cimolo, *l'Argentière*, ad dealbandas vestes etiamnunc terra Cimolia utuntur. Eo. P.

Proprietas saxi. Proprietas eius cretae, quam saxum vocant, quod crescit dum aqua maceratur. H.

Illa mensura. Sarda vero mensura emitur. Hard.

bit hanc quoque partem attingere, quum lex Metella exstet fullonibus dicta, quam C. Flaminius, L. Aemilius censores dedere ad populum ferendam. Adeo omnia maioribus curae fuere. Ergo ordo hic est: primum abluitur vestis Sarda, dein sulphure suffitur: mox desquamatur Cimolia, quae est coloris veri. Fucatus enim deprehenditur, nigrescitque, et funditur sulphure. Veros autem et pretiosos colores emollit Cimolia, et quodam nitore exhilarat contristatos sulphure. Candidis vestibus saxum utilius a sulphure, inimicum coloribus. Graecia pro Cimolia Tymphaico utitur gypso.

LVIII. Alia creta argentaria appellatur, nitorem argento reddens. Est et vilissima qua circum praeducere ad victoriae notam, pedesque venalium trans

Lex Metella. Latam a M. Metilio, qui tertium tribunus plebis fuisse dicitur, ann. V. 354, olim alios sequuti diximus; nunc timidiores facti, a constanti consensu librorum omnium discedere, religioni ducimus. Itaque legem Metellam reposuimus. Est quidem *Metellus* Caeciliorum cognomen. A nominibus autem propriis, non ab eorum cognominibus, qui leges tulere, appellationem eas accepisse non diffitemur. Sed transiarat Metelli cognomen in proprium nomen familiae Metellorum. H. — *Censores.* Anno scilicet Vrbis conditae 535, ut Broterio placet. Ed. P.

Primum abluitur vestis Sarda. Primo vestes abluuntur Sarda creta: deinde sulphura suffumigantur: mox desquamantur Cimolia, cuius color sit sincerus. Fucatus enim deprehenditur, etc. H. — *Funditur sulphure.* Gron. et al. *effunditur.* Ed. P.

Candidis vestibus saxum utilius. Candidis vestibus creta vulgaris, quae saxum vocatur, utilior est, postquam sulphure sunt suffitae: inimica vestibus, quae sint colore aliquo infectae. Hard.

Tymphaico utitur gypso. Nomen id gypsi genus habet a Tymphaeis Aetoliae populis, de quibus in Geographicis diximus, lib. IV, cap. 3. De gypso Tymphaico rursum inferius lib. XXXVI, cap. 59. Hard.

LVIII. *Alia creta argentaria.* Diximus de ea dudum lib. XVII, cap. 4. Hard. — *Argentaria.* Amulariam eam vocat supra, cap. 6 huius libri. Dalec.

Nitorem argento reddens. Hoc est, argenteis vasis. Galenus de Facult. simpl. med. lib. IX, p. 252: Διὸ καὶ ἄνθρωποι λαμπρύνουσιν αὐτῇ τὰ ῥυπαρὰ τῶν ἀργυρωμάτων. H. — *Nitorem argento.* Cretam bene lotam in eumdem usum hodieque convertimus. Ed. P.

Qua circum praeducere ad victoriae notam. Seneca, ep. exe, cretam in

mare advectorum denotare instituerunt maiores: talemque Publium mimicae scenae conditorem, et astrologiae consobrinum eius Manilium Antiochum, item

circo, *calcem* nempe, *carcerem* antiquis vocatam fuisse scribit. Albae lineae in circo meminit Cassiodorus, lib. III Variar. «Alba linea, inquit, non longe ab ostiis, in utrumque podium, quasi regula directa producitur, ut quadrigis progredientibus inde certamen oriretur, ne dum propere conantur elidere, spectandi voluptatem viderentur populis abrogare.» Quidam volunt triumphantibus aut ovantibus romanis ducibus in more fuisse, ut iudicio publici gaudii circus creta dealbaretur, quemadmodum accepta clade populus vestem mutabat, et pullam lugubremque sumebat. Ad albam lineam Cassiodori pertinent hi Virgilii versus, «...signoque repente Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt.» In quibus Servius *limen* exponit regulam, vel signum de creta factum. Eius meminit et Martialis, Epigr. l. VIII: «Omnis habet sua dona dies, nec linea divea Cessat, et in populum multa rapina cadet.» De hac Circensi creta vide Rhod. V, 14, et Salmas. p. 914. Dal. — *Circum praeducere*. Hoc est, metam in circo creta signare, ut conspicua sit. Meminit huius moris obiter Seneca, epist. CVIII: «Hanc quam nunc in circo cretam vocamus, etc.» Plinius, lib. VIII, cap. 65, de cursu equorum in circo: «Peracto legitimo cursu ad cretam stetere:» sic enim emendavimus, quum prius *ad metam* legeretur. Multa in eam rem Vossius in Etymolog. verbo *Calx*. Hasn.

Venalium. Honestior lectio *venalitiorum*, ut infra «venalitiis gregibus.» Pint. — Iuven. «Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.» Tibullus *gypsatos* pedes vocat; et Ovid. Amor. I, eleg. VIII: «Nec tu, si quis erit capitis mercede redemptus, Despice gypsati nomen inane pedis.» Mancipiorum pedes creta signabantur, cum heri sigillo si privati homines essent, si publica, reipublicae. Itaque caelatos servos Propertius appellat, lib. VI, Eleg. v. Fuit et Asiaticis signatoria creta, qua cerae loco litteras obsignabant. Victorius, XIV, 4. Dal.

Publium. Quis fuerit hic Publius, adhuc inexploratum: neque enim Syrus ille mimographus esse potest, qui temporibus Augusti inclaruit: quem non modo Plinii proavus videre, sed et pater potuit. in Reg. 2 cod. *Publium Lochium*, In Colbert. 3, *P. Lucilium* legitur. H. — Brot. ex Regg. codd. 3, 5, *Publium Lucilium*; forte Publius Syrus mimographus, cuius exstant sententiae. Ed. P.

Et astrologiae. Subintellige, conditorem. Cave tamen existimes eum esse, cuius Astronomicon libri exstant: quum is quem Plinius nunc appellat, multo sit vetustior, quippe qui Plinii tantum proavis notus fuerit, ac bello Punico tertio, ut mox dicemus. Sed et externum hominem hunc fuisse, ipsum Antiochi nomen declarat. H. — *Manilium Antiochum*. Huius Manilii Antiochi filius mihi videtur fuisse M. Manilius qui carmen scripsit astronomicum; illudque post Varianam eidem Augusto inscripsit. Brot.

grammaticae Staberium Erotem, eadem nave advectos videre proavi. (XVIII.) Sed quid hos refero aliquo litterarum honore commendatos? Talem in catasta videre Chrysogonum Syllae, Amphionem Q. Catuli, Heronem L. Luculli, Demetrium Pompeii, Augenque Demetrii, quanquam et ipsa Pompeii credita est: Hipparchum M. Antonii, Menam et Menecratem Sex. Pompeii, aliosque deinceps, quos enumerare iam non est, e sanguine Quiritium et

Staberium. Sic MSS. omnes, non *Taberium*. Sueton. de illustrib. Gram. 43: « Laberius Hiera (lege ex Plinio, *Staberius Eros*) suo hero emptus de catasta, et propter litterarum studium manumissus, docuit inter caeteros Brutum et Cassium. Sunt qui tradant tanta eum honestate praeditum, ut temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis, et sine mercede alla in disciplinam receperit. » Hard.

Eadem nave advectos videre proavi. Hinc eorum omnium aetas intelligitur, in tempus fere devictae Carthaginis incidisse, hoc est, ante annos circiter 220 quam haec scriberet Plinius: qui libro seq. cap. 4, a nepote ad proavum ex Olympiadas numerat. H. — *Videre proavi*. Circa Sullana tempora; minime vero bello Punico tertio, ut voluit Hard. quem sequutus est Beotleius. Sed haec in nostra notarum brevitate fusius non licet persequi. Brot.

Talem in catasta. Catasta locus fuit, in quo servi venales, gypsoque vel creta notati, custodiebantur, et venditioni exponebantur. Vide Thesaurum Linguae Latinae. H. — *In catasta*. Pegma fuit ligneum, in quo servi venales exponebantur. Teste enim Scholiaste Persii, Sat. VI, 77, « apud antiquos venales gladiatores in catasta ponebantur, ut in eis pateat omnia membra inspici. » Brot.

Chrysogonum Syllae. Syllae libertum, sectorem Roscii Amerini, ut est apud Tullium, in orat. pro Roscio. Hard.

Catuli. Q. Lutatii Catuli, qui post Syllae obitum, Capitolium dedicavit. Eginus de eo saepius. H.

L. Luculli. Eius qui contra Mithridatem bellum gessit. H.

Demetrium. Seneca de Tranquill. cap. VIII, pag. 682: « Felicioremne Demetrium Pompeianum vocas, quem non puduit locupletiorem esse Pompeio? Numerus illi quotidie servorum, velut imperatori exercitus referebatur, etc. » Vide et Plutarchum in Pompeio, p. 604. Fuit hic Gadareosis e Syria, ut quidem docet Josephus. Hard.

Hipparchum. Ἱππαρχον, apud Plutarch. in Anton. p. 950. H.

Menam. De Mena seu Menodoro, Sexti Pompeii liberto, classisque praefecto, ac postea ad Caesarem transfuga, vide Dionem, lib. XLVIII, p. 375, et Sueton. in Aug. LXXIV. De Menecrate eiusdem Sexti liberto, idem Dio, pag. 385. De utroque Appianus, Bell. Civil. lib. V, pag. 748. Sextus Pompeius Magni filius fuit: is

proscriptionum licentia ditatos. Hoc est insigne venalitiis gregibus, opprobriumque insolentis fortunae: quod et nos adeo potiri rerum vidimus, ut praetoria quoque ornamenta decerni a senatu, iubente Agrippina Claudii Caesaris, viderimus libertis: tantumque non cum laureatis fascibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenissent.

LIX. (XIX.) Praeterea sunt genera terrae proprietatis suae, de quibus iam diximus: sed et hoc loco reddenda natura. Ex Galata insula, et circa Clupeam Africae scorpiones necat: Balearis et Ebusitana serpentes.

quem Appianus et Dio adeo insaniisse finxere, ut se Neptuni filium diceret: quoniam in ipsius nummis scriptum viderunt NEPTVNI. At est illud pro *Neptunius*, hoc est, maris dominus: et est ille nummus Sexti, non Magni patris, ut incogitanter olim edidimus. HARD.

Vt praetoria quoque ornamenta. Pallantem Claudii Caesaris libertum ab ipso curae rerum impositum, arbitrumque regni factum, Tacitus ait Annal. XIII, pag. 200. Agrippinae Claudii uxori stupro illigatum, idem lib. XII, p. 179. HARD.

LIX. *De quibus iam diximus.* De terra Galataa, Clupeaeque, dictum superius lib. V, cap. 7. De Baleari et Ebusitana, III, 11. H.

EXCVRSVS

Ad ea Plinii verba, lib. XXXV, cap. 34:

Non constat.... multas post Olympiadas celebrando pictores, quam statuarios, ac toreutas.

a Le mot du texte est *toreutas*, qu'on entend ordinairement par *graveurs* ou *ciseleurs*. Mais je croirais que Pline ne lui donne ici d'autre signification que celle de *sculpteurs* : la suite de son raisonnement paraît le démontrer, puisqu'il nomme Phidias et Colotès, pour prouver qu'on peignait long-temps avant que ces artistes fussent célèbres dans la sculpture, et même qu'on faisait des tableaux qui se payaient au poids de l'or. Quoiqu'on ne trouve pas ici le mot *sculptores*, que Pline emploie ordinairement pour désigner les artistes qui travaillent le marbre et les autres matières qui ne se fondent point, il n'entend pas, si je ne me trompe, les ciseleurs; parce que la ciselure, proprement dite, n'entre point en parallèle avec la peinture, et que c'est des deux arts qui ont entre eux le plus de rapport qu'il doit parler. Pourquoi donc n'y a-t-il pas *sculptores?* Je crois en voir la raison. C'est qu'en supposant qu'il ait écrit *toreutas*, il regarde peut-être les sculpteurs sous un point de vue particulier, et non comme travaillant le marbre, mais comme exécutant et composant des bas-reliefs de quelque métal que ce soit.

» Pline dit au livre XXXIV, chap. 19, que Phidias et Polyclète exerçaient *artem toreuticen*. S'il eût entendu qu'ils étaient simplement graveurs ou ciseleurs, il les eût nommés quand il marque, au livre XXXIII, les meilleurs artistes en ce genre, et qu'il appelle *caelatores*. Quoique le nom de *toreutas* convienne aux ciseleurs, et que les Grecs les appelassent ainsi, peut-être ce mot avait-il, comme bien d'autres, plusieurs significations, et qu'on l'employait pour désigner celui qui composait un bas-relief, comme pour celui qui la ciselait, quand ce n'était pas le même artiste qui faisait tout. Les Grecs nommaient aussi *anaglyphes* celui qui faisait des bas-reliefs ciselés : dans ce sens, Pline aurait pu donner également ce nom aux plus grands statuaires, lorsqu'il les envisageait comme faisant de ces ouvrages.

» Cependant, si on voulait qu'il ne fût question ici que des simples ciseleurs, je pense qu'on imputerait une faute de plus à Pline, et qu'il ne me paraît pas avoir commise. Pouvons-nous croire qu'au dixième chapitre de ce livre il entende la ciselure à l'exclusion de la sculpture, lorsqu'il dit que l'art dont il parle n'était exercé chez les Grecs par aucun esclave, et cela 100 ans environ après que Phidias eut produit le sublime Jupiter Olympien?..... En un mot, les Myron, les Alcamène, les Polyclète, les Scopas, les Praxi-

tèle avaient aussi paru ; leur illustration venait-elle principalement de la ciselure ? Ce que je puis dire de mieux, c'est que les éditions varient tant et si bizarrement sur ce *toreutas*, que je n'ai aucune certitude de sa légitimité, et que je pourrais bien n'avoir fait là qu'un commentaire à la Mathanasius; car qui peut m'assurer que dans son manuscrit original Pline n'avait pas écrit *sculptores*, ainsi qu'il conviendrait, au lieu de *toreutas*, ou de quelque autre mot que ce soit.

» Quand on voit l'étonnante variété des manuscrits et des imprimés de cet auteur, et combien il a souffert d'altérations, l'espérance de l'entendre parler lui-même est considérablement diminuée. Cependant, comme des hommes très-habiles dans cette partie ont successivement rectifié des milliers de passages, et qu'ils y ont réussi en proportion des connaissances qu'ils avaient des sujets, et du plus ou moins de leurs préjugés, il se peut que dans la partie des beaux-arts ils aient encore laissé quelque chose à faire. C'est pourquoi je ne veux pas toujours donner tort à Pline, quand il me paraît l'avoir, sur-tout quand il ne s'agit que d'un mot. Mais si le vice est dans le raisonnement, quelques mots qu'offre le texte, ou si les manuscrits et les imprimés s'accordent, je n'hésite pas à croire que Pline est répréhensible. Le scepticisme alors ne serait-il pas lui-même répréhensible ?

» Puisque je prends si souvent la liberté d'attaquer Pline, c'est bien le moins que je cherche à le justifier toutes les fois que j'en ai l'occasion ; ce n'est pas ici la seule. Ne perdons pas de vue son plan dans les trois livres que j'examine. Il écrit premièrement de la statuaire, puis de la peinture, puis de la sculpture. Il paraît donc fort naturel que, selon l'ordre établi dans sa tête, il ait dit en parlant des Grecs : « ils n'ont célébré les peintres que plusieurs olympiades après les statuaires et les sculpteurs. » Quelques éditions, celle de Rome par exemple, au lieu de *ac toreutas* porte *auctores* qui ne produit là qu'un sens absurde : mais voyez combien cet *auctores* est voisin du mot qui doit être à sa place, et comme il est facile que la corruption ait été faite. Pour peu qu'une ou deux lettres fussent en partie effacées, ou mal formées dans un manuscrit, un copiste mal habile aura bientôt fait du mot *sculptores* le mot *auctores*. Si le manuscrit que j'ai entre les mains n'était pas mutilé dans cet endroit, qui sait si je n'y trouverais pas le mot convenable, comme ailleurs j'y ai trouvé ce qu'on n'a pas dans les imprimés, et où la méprise ne peut pas avoir également lieu ? »

FALCONET, not. sur le XXXV livre de Pline.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XXXVI.

I.

(1.) Lapidum natura restat, hoc est, praecipua morum insania; etiam ut gemmae cum succinis, atque crystallinis, murrhinisque sileantur. Omnia namque, quae usque ad hoc volumen tractavimus, hominum causa genita videri possunt. Montes natura sibi fecerat ad quasdam compages telluris visceribus densandas, simul ad impetus fluminum domandos, fluctusque frangendos, ac minime quietas partes coërcendas durissima sui materia. Caedimus hos, trahimusque, nulla alia, quam deliciarum, causa, quos transcendisse quoque mirum fuit. In portento prope maiores habuere Alpes ab Hannibale exsuperatas, et postea a Cimbris: nunc ipsae caeduntur in mille genera marmorum: promontoria aperiuntur mari, et rerum natura agitur in planum. Evehimus ea, quae separandis gentibus pro terminis constituta erant: navesque mar-

1. *Crystallinis*. Gronov. et al. *atque crystalli cum myrrhinis*. Ed. P.

Ad quasdam compages. Ad quasdam terrae partes, quibus caeterae compaginantur, in telluris visceribus comprimendas ac densandas. H.

morum causa fiunt: ac per fluctus, saevissimam rerum naturae partem, huc illuc portantur iuga, maiore etiamnum venia, quam quum ad frigidos potus vas petitur in nubila, caeloque proximae rupes cavantur, ut bibatur glacie. Secum quisque cogitet, quum pretia horum audiat, quum vehi trahique moles videat, quam sine his multorum fuerit beatior vita: ista facere, immo verius pati mortales, quos ob usus, quasve ad voluptates alias, nisi ut inter maculas lapidum iaceant? ceu vero non tenebris noctium dimidiae parti vitae cuiusque gaudia haec auferentibus.

Portantur iuga, etc. Gron. et al. ante Harduin. « portantur iuga montium, maiore etiam vesania, etc. » Ed. P.

Quam quum ad frigidos potus vas petitur in nubila. Etsi mirum genus loquendi videatur, tamen et sic lib. IX, cap. 35: « Indicus maxime has mittit Oceanus. Inter illas belluas tales tantasque, quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, e tantis solis ardoribus, atque Indis quoque in insulas petuntur: et admodum paucis. » Lib. XIV, c. 4: « Non maria plus temerata conferre mercatori, non in Rubrum littus Indicumve merces petitas. » Et hoc lib. XXXVI, cap. 6: « Nam id quoque accessit, ut ad Aethiopas usque peteretur, quod faceret marmora: immo vero etiam in Indos, unde margaritas quoque, etc. » Sic autem nostri, praesertim optimus; non *secaret*. Videtur autem scribendum: *quod laceraret marmora*. Gron. — *Vas petitur*. Quaeritur vas crystallinum, in montium iugis, quae nubila contingunt. Haro.

Glacie. Nam crystallum glaciem concretam multorum annorum spatio et saeculorum aevo credidit Plin. Dalec.

Sed et quam sine his multorum fuerit beatior vita (sic prius). *Multorum*, τῶν πολλῶν, vulgi. Quamvis interdum dubitabam, an fuisset *mutorum*, nempe animantium. *Ista facere*, vel ut *verius* dicam, *pati* scilicet etiam *cogitet*, nullum bonum ob usum, sed ut inter maculas cubent. De τῷ *verius* vide quae notamus ad Livii lib. XXI, c. 16, in Addendis. Gron. — *Multorum* Hanc vocem Brot. ex MSS. Regg. 2, 3, 5, et edit. princ. omittit. Ed. P

Ad quamque multorum neces sit necesse ista facere (sic prius). In scripto codice, cum maiore littera, *Ista facere*, reliqua omnia in eo non habentur, ut videatur exclamatio ex abrupto nimiam ob indignationem. Pint. — Brot. ex Reg. cod. 5 et edit. princ. *ad quam multorum neces sit necesse* restituit; et mox *imo* delet: puncto item post τὸ *mortales* posito. Ed. P.

Iaceant. Cubent, dormiantque: pe-

II. Ingens ista reputantem subit etiam antiquitatis rubor. Exstant censoriae leges, glandia in coenis, gliresque, et alia dictu minora apponi vetantes. Marmora invehi, et maria huius rei causa transiri, quae vetaret, lex nulla lata est. (11). Dicat fortassis aliquis: non enim invehebantur. Id quidem falso. Trecentas LX columnas M. Scauri aedilitate ad scenam theatri temporarii, et vix uno mense futuri in usu, viderunt portari silentio legum. Sed publicis nimirum indulgentes voluptatibus. Idipsum cur? aut qua magis via irrepunt vitia, quam publica? Quo enim alio modo in privatos usus illa venere, ebora, aurum, gemmae? aut quid omnino diis relinquimus? Verum esto, indulserint publicis voluptatibus: etiamne tacuerunt maximas earum, atque adeo duodequadragenum pedum, Lucullei marmoris in atrio Scauri collocari? nec clam illud occulteque factum est. Satisdari sibi

rinde quasi non detrahat haec gaudia nos dimidiae parti vitae uniuscuiusque nostrum. Hard.

II. *Exstant censoriae leges.* Tum supra laudatae Plinio, VIII, 82. H.

Glandia in coenis. Glandium Priscianus partem esse intestinorum putat. Verius alii, tubera in carne, ceu glandulas, praesertim in apro circa cervicem, ubi sunt glandulae. Haec enim huius vocis acceptio est apud Plinium, XVI, 73. Plaut. in Capt. act. IV, sc. 4: « Adveniens deturbavit totum cum carne carnarium, Arripuit gladium, praetruncavit tribus tergoribus glandia. » Et in Curcul. act. II, sc. 2, v. 44: « Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. » H.

Gliresque. Inter convivales delicias glirium usus celeber olim fuit. Petronius in Sat. pag 101: « Ponticuli ferruminali sustinebant glires melle et papavere sparsos. » Ammian. Marcell. XXVIII, pag. 371: « Ponuntur etiam in conviviis trutinae, ut appositi pisces et volucres ponderentur, et glires. » De eorum saginatione videndus Apic. VIII, 9. H.

M. Scauri aedilitate. De qua inferius cap. 24. Hard.

Silentio legum. Nulla interim lege in contrarium lata. Hard.

Maximas earum. Dicetur de iis loco proxime citato. Hard.

Lucullei marmoris. De quo dicemus inf. cap. 8. Hard.

Satisdari. Promitti sibi per vadem coëgit is, qui cloacas reficiendas locarat, damnum sarciendum, quod cloacis inferrent plaustra, dum eae columnae veherentur in Palatium. Satisdare autem dicimur adversario

damni infecti coegit redemptor cloacarum, quum in Palatium extraherentur. Non ergo in tam malo exemplo moribus cavere utilius fuerat? tacuere tantas moles in privatam domum trahi praeter fictilia deorum fastigia.

III. (III). Nec potest videri Scaurus rudi et huius mali improvidae civitati obrepsisse quodam vitii rudimento. Iam enim L. Crassum oratorem illum, qui primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem Palatio, Hymettias tamen nec plures sex, aut longiores duodenum pedum, M. Brutus in iurgiis ob id Venerem Palatinam appellaverat. Nimirum ista omisere, moribus victis: frustraque interdicta quae vetuerant cernentes, nullos potius, quam irritas, esse leges maluerunt. Sed et qui sequentur, meliores esse nos probabunt. Quis enim tantarum hodie columnarum atrium habet? Sed prius, quam de marmoribus dicamus,

nostro, quum pro eo quod a nobis petit, ita caveamus, ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus Damnum infectum est damnum nondum factum, quod futurum veremur. Glossae: Damni infecti, ἀγωγὴ ζημίας μελλούσης. Hard.

Quum in Palatium. Vbi Scauri domus fuit, decima Vrbis regione. Hard.

Utilius fuerat quam tacere (sic prius). Voss. et Pintiani: « utilius fuerat? Tacuere tantas moles in privatam domum trahi praeter fictilia deorum fastigia. » Quasi diceret: At illi tacuere: vel, Tantum abest, ut moribus caverint, ut etiam tacuerint. Recte autem et Voss. *fictilia deorum fastigia.* Frustra, qui *simulacra* aut *fastidia* subiecere. Lib. XXVI, 2: « Quum in fastigium eiusdem delubri praeparatae quadrigae fictiles in fornace crevissent. » Lib. XXXV, 12: « Hinc et fastigia templorum orta, propter hanc plastae appellati. » Gr.

Tacuere. Et tacuere illi tamen, quum videsse tantas moles trahi in privatas domos, praeter oculos deorum, quorum templis fictilia sunt fastigia. Hard.

Fictilia. Superiore libro, cap. 45: « Fictilem fovem fuisse.. fictiles in fastigio templi eius quadrigas. » Et cap. 43, ubi de plastice: « Hinc et fastigia templorum orta. Hard.

III. *Quodam vitii rudimento.* Quasi tunc primum irrepente in Vrbem eo vitio. Ita rectius visum est, quam quod prius legebatur, *quodam vitae.* In Reg. 2 et Colb. 3, *uti.* Hard.

Iam enim L. Crassum. Vide lib. XVII, cap. 1. Hard.

Sed et qui sequentur. Brot. ex Reg.

hominum in iis proferenda iudicamus pretia. Ante igitur artifices percensebimus.

IV. (IV). Marmore scalpendo primi omnium inclaruerunt Dipoenus et Scyllis, geniti in Creta insula, etiamnum Medis imperantibus, priusque quam Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est, Olympiade circiter L. Ii Sicyonem se contulere, quae diu fuit officinarum omnium metallorum patria. Deorum quorumdam simulacra publice locaverant Sicyonii, quae prius quam absolverentur, artifices iniuriam questi abierunt in Aetolos. Protinus Sicyonem fames invasit ac sterilitas, moerorque dirus. Remedium petentibus Apollo Pythius affuturum respondit, si Dipoenus et Scyllis deorum simulacra perfecissent. Quod magnis mercedibus obsequiisque impetratum est. Fuere autem simulacra ea Apollinis, Dianae, Herculis, Minervae, quod e caelo postea tactum est.

(V). Quum ir essent, iam fuerant in Chio insula Malas sculptor, dein filius eius Micciades, ac deinde

2, 3. et ed. princ. *Haec et quae sequentur*; et sic Pintian. Ed. P.

Proferenda. Sic MSS. editi, *praeferenda dicimus.* Hard.

IV. *Dipoenus et Scyllis.* Δίποινος καὶ Σκύλλις. Hos alii Daedali discipulos, filios alii fuisse volunt, inquit Pausan. Corinth. II, pag. 111: Σκύλλις καὶ Δίποινος, Κρητικὼ, οἶμαι, ἀνδριαντοποιὼ, inquit Clemens Alexandrinus, in Protreptic. pag. 31. H. — *Scyllis.* Brot. ex Reg. cod. 5, *Scylis.* Ed. P.

Medis. Astyage ultimo Medorum rege, cui Cyrus deinde, eius ex filia nepos, ex patre Cambyse Persa, successit. Hard.

Sicyonem. Gron. et al. ante Hard. *Sicyonos.* Ed. P.

Affuturum. Hanc vocem Broter. ex MSS. Regg. et edit. princ. delet. Ed. P.

Apollinis. Id simulacrum ab Scyllidis Dipoenique discipulis absolutum tradit Pausan. libro cit. pag. 146. H.

Dianae. De his operibus Clemens Alexandr. hoc est: Σκύλης καὶ Δίποινος ὠνομαζέσθην. Τούτοι δὲ τὰ ἐν Ἄργει τοῖν Διοσκούροιν ἀγάλματα κατεσκεύασαν, καὶ τὸν ἐν Τίρυνθι Ἡρακλέους ἀνδριάντα, καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ξόανον ἐν Σικυῶνι. Scyles et Dipoenus vocabantur: qui et imagines Castoris et Pollucis, quae sunt Argis, et effigiem Herculis, quae est Tirynthe, et Munychiae Dianae in Sicyone statuam fecerunt. H.

nepos Anthermus Chius, cuius filii Bupalus et Anthermus clarissimi in ea scientia fuere, Hipponactis poëtae aetate, quem certum est LX Olympiade fuisse. Quod si quis horum familiam ad proavum usque retro agat, inveniet artis eius originem cum Olympiadum origine coepisse. Hipponacti notabilis foeditas vultus

Anthermus. Brot. ex Regg. codd. 2, 3, et edit. principe, *Archermus, cuius.* Et statim mox, *Athenis*, non *Anthermus*, ut ipse Hard. in editione sua priore. Ed. P.

Bupalus et Anthermus Bupali meminit Pausanias in Messeniacis, pag. 274, et in Boeot. pag. 596; Athenidia Suidas, verbo Ἱππώναξ. Sic enim appellat pro Anthermo. Horatius Epod. carm. VI, Hipponax, *acer hostis Bupalo.* — Sic libri omnes tum manu exarati, tum editi, a vetustissimis ad recentissimos: quibus proinde tutius credas, quam Suidae, qui pro Anthermo habet Athenidem. Sic enim verbo Ἱππώναξ· Γράφει δὲ πρὸς Βούπαλον καὶ Ἀθηνιν, ἀγαλματοποιοὺς, ὅτι αὐτοῦ εἰκόνας πρὸς ὕβριν εἰργάσαντο. » Scripsit Hipponax in Bupalum et Athenidem statuarios, quod suas imagines in ipsius contumeliam fecissent. » Quam porro carminum amaritudinem distrinxisse in Bupalum aliosque adversarios Hipponax a Plinio hoc loco dicitur, ea egregie suggillatur quibusdam epigrammatis in Anthol. III, 26, in primisque illo Mimnermi, sive Philippi: Ὦ ξεῖνε, φεύγε τὸν χαλεπὸν τάφον, Τὸν φρικτὸν Ἱππώνακτος· οὐ τί χ' ἁ τέφρα Ἰαμβιάζει Βουπάλειον εἰς στύγος Μήπως ἐγείρῃς σφῆκα τὸν κοιμώμενον, Ὃς οὐδ' ἐν ᾅδῃ νῦν κεκοίμηκεν χολον. Σκάζουσι μέτροις ὀρθὰ τοξεύσας ἔπη. » Hunc grandinantem, si sapis, tumulum fuge, Viator, Hipponactis hostis Bupali Atrox iambis stridet ipse etiam cinis. Vide crabronem ne cubantem suscites: Nondum quiescit eius apud orcum furor: Sed recta vibrat tela claudo carmine. » Alterum Leonidae huic simile: Ἀτρέμα τὸν τύμβον παραμείβετε, μὴ τὸν ἐν ὕπνῳ Πικρὸν ἐγείρητε σφῆκ' ἀναπαυόμενον. Ἀρτι γὰρ Ἱππώνακτος ὁ καὶ τεκέων ἐο βαύξας, Ἀρτι κεκοίμηται θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ. Ἀλλὰ προμηθήσασθε τὰ γὰρ πεπυρωμένα κείνου Ῥήματα πημαίνει οὐδὲ καὶ ἐν ᾅδῃ. » Quam potes hac tacitus transi; ne forte crabronem Espergefacias, quem sopor altus habet. Hipponactis enim, quae natos saeva latravit ira suos, multa nunc cubat in requiie. Sed cave nunc etiam, sodes; ex ipsius aula Ditis adhuc laedunt ignea dicta viri. » Mollius paulo istud Theocritii: Ὁ μαυσωλοὶς ἰοθὰς Ἱππώναξ κεῖται. Εἰ μὲν πονηρὸς, μὴ ποτέρχεν τῷ τύμβῳ. Εἰ δ' ἐσσὶ χρηγυὸς τε, καὶ παρὰ χρηστῷ, Θαρσέων καθίζεν, κἢν θέλῃς, ἀπόβριξον. » Vates sepultus hic quiescit Hipponax: Abscede busto, si quis es mala mente: Quod si bonus ais ipse de bonis natus, Tutus sedeto: si libebit, et dormi. » Quartum quod Alcaei est, haud aegre omittimus, quod non aeque ac superiora arrideat. Hard.

Hipponactis. Ephesius fuit, iamborum carminum scriptor. Vide Suidam. Meminit eius et Athen. XII, p.

erat: quamobrem imaginem eius lascivia iocorum ii proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse: quod falsum est. Complura enim in finitimis insulis simulacra postea fecere, sicut in Delo, quibus subiecerunt carmen, non vitibus tantum censeri Chium, sed et operibus Anthermi filiorum. Ostendunt et Iasii Dianam manibus eorum factam. Et in ipsa Chio narrata est operis eorum Dianae facies in sublimi posita, cuius vultum intrantes tristem, exeuntes hilaratum putant. Romae signa eorum sunt in Palatina aede Apollinis in fastigio, et in omnibus fere quae divus Augustus fecit. Patris quoque eorum et Deli fuere opera, et in Lesbo insula. Dipoeni quidem Ambracia, Argos, Cleonae, operibus refertae fuere. Omnes autem tantum candido marmore usi sunt e Paro insula, quem lapidem coepere lychniten appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, ut auctor est Varro: multis postea candidioribus repertis, nuper etiam in Lunensium lapicidinis. Sed in Pariorum mi-

552. At Proclus in Chrestomathia, ut Photius refert in Bibl. cod. 239, pag. 984, Hipponactem ait Darii temporibus floruisse, hoc est, Olympiade LXV: Ὁ δὲ Ἱππῶναξ κατὰ Δαρεῖον ἤκμαζεν. Hard.

Quamobrem, etc. Refert hoc quoque Suidas loc. cit. Hard.

Hipponax indignatus. Vide Hadr. Iun. lib. I, cap. 16. Dal.

Amaritudinem carminum distrinxit. Quemadmodum enim gladium distringimus petituri hostem, ita hic Hipponax metaphorice dicitur amaritudinem carminis, quae illi pro telo fuit, in inimicos distrinxisse. Gel.

Non vitibus tantum censeri Chium. Laudatissima enim ex Chio vina, ut diximus XIV, 9. Hard.

Ostendunt et Iasii. Vrbs est Cariae Iasus, de qua lib. V, c. 29. Hard.

In Palatina aede. In aede quam Apollini dedicavit Augustus in Palatio, decima Vrbis regione. H.

Argos. Ibi sane Castoria et Pollucis statua a Dipoeno facta visebatur, ut ex Clemente Alexandrino paulo ante diximus. Hard.

Lychniten. Λυχνίτην, quasi lucernarium. Idcirco ut λίθον, λυχνῖτα appellat Callixenus Rhodius apud Athen. lib. V, pag. 205. Hard.

In Lunensium lapicidinis. In Italia. Gruteri inscriptio, p. 593: TABVLA-

rabile proditur, gleba lapidis unius cuneis dividentium soluta, imaginem Sileni exstitisse.

5 Non omittendum, hanc artem tanto vetustiorem fuisse, quam picturam, aut statuariam, quarum utraque cum Phidia coepit LXXXIII Olympiade, post annos circiter trecentos triginta duos. Et ipsum Phidiam tradunt scalpsisse marmora, Veneremque eius esse Romae in Octaviae operibus eximiae pulchritudinis. Alcamenem Atheniensem (quod certum est) docuit in primis nobilem, cujus sunt opera Athenis complura in aedibus sacris, praeclaraque Venus extra muros,

RIVS MARMORVM LVCENSIVM. H — Nunc adhuc nobilissimae illae lapicidinae: *les carrières de marbre de Massa et de Carrare.* Brot.

Sed in Pariorum mirabile proditur. Apud Ciceronem lib. I, num. 23, de Divinat. Carneades narrat in Chiorum lapicidinis saxo dissilisso Panisci caput exstitisse. Apud Origenem lib. τῶν φιλοσοφουμένων, Xenophanes Colophonius tradit, in lapicidinis, quae Syracusis propinquae sunt, inventas esse piscium et phocarum figuras: in profundissima vena marmoris Parii, lauri imaginem. Theodorus Cantérus, Variar. lib. I, cap. 45. Dal. — *In Pariorum.* Subintellige, lapicidinis. Hard.

Imaginem Sileni. Quem Bacchi nutritium fuisse, vel paedagogum ferunt. H. — *Imaginem Sileni.* In his naturae lusibus plus videt plerumque imaginatio, quam oculi. Nunc in aede Betleemitica, in Iudaea, divi Hieronymi imago ostenditur; Venetiis, in aede divi Georgii, clarior imago Crucifixi. Vid. *Voyage de* M. de Brèves, pag. 177. Brot.

Trecentos. Ab institutis Olympiadibus. Nam uti Plinius hoc cap. dixit, § 2: «Si quis Bupali et Anthermi familiam ad proavum usque retro agat, inveniet artis eius originem cum Olympiadum origine coepisse.» Et sane Olympiades octoginta tres completae annos plane totidem efficiunt, hoc est, CCCXXXII. Hunc locum praepostere accepit Mars. Cagnatus, Varr. Obss. IV, 8, pag. 267, perinde quasi Plinius voluisset Olympiadem LXXXIV in annum V. C. incidere trecentesimum XXXII. Hard.

Veneremque eius esse Romae. Ex Pario lapide Pausan. Attic. I, p. 27. Hard.

In Octaviae operibus. Hoc est, in Octaviae porticibus ac scholis, ut diximus XXXV, 37 et 40. H.

Alcamenem. Cicero lib. de Natur. Deor. «Et quidem, inquit, laudamus Athenis Vulcanum eum quem fecit Alcamenes, in quo stante et vestito leniter apparet claudicatio non deformia,» nimirum τοῦ κυλλοποδίωνος. Victor. lib. XXIX, cap. 19. Dal. — *Alcamenem.* Ἀλκαμένης, de quo multa idem Pausan. in Eliac. prior p. 305, in Boeot. pag. 559, et alibi passim. Diximus de eo iam antea lib. XXXIV, cap. 19. Hard.

Praeclaraque Venus. Pausan. in Attic. pag. 33: Τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἀφρο-

quae appellatur Aphrodite ἐν Κήποις. Huic summam manum ipse Phidias imposuisse dicitur. Eiusdem discipulus fuit Agoracritus Parius, ei aetate gratus. Itaque e suis operibus pleraque nomini eius donasse fertur. Certavere autem inter se ambo discipuli in Ve-

δίτης ἐν τοῖς Κήποις, ἔργον ἐστὶν Ἀλκαμένους, καὶ τῶν Ἀθήνησιν ἐν λόγοις θέας ἄξιον. » Quod in Hortis Veneris signum cernitur, Alcamenis opus fuit, et inter ea quae Athenis cum admiratione spectantur, suum obtinet locum. » Meminit et Lucianus in Imagin. Hard.

Ἐν Κήποις. In Hortis. Regiuncula haec Athenis fuit, proxime templum Apollinis, ubi et aedes Veneris Οὐρανίας sive Caelestis. Est autem appellata graece Ἀφροδίτη Venus, ut quidem arbitramur, non διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν, eo quod e maris spuma sit enata, neque enim id etymologiae leges ferunt: sed es ἀπὸ τῆς ῥοδίνης, mutata in ἀπὸ tenui in aspiratam, ob sequentem litteram ῥ; ita ut sit Ἀφροδίτη, pro ἀπροδίτη, *rosei coloris similis*, ob venustatem: unde et *auream* χρυσὴν Ἀφροδίτην vocat Hesiod. in Ἔργοις, vers. 65. Hard.

Eiusdem discipulus fuit Agoracritus Parius, ei aetate gratus. Scribo: » Ipsius discipulus fuit Agoracritus, par ei arte, sed gratus, » ex scripto codice. Plut. — *Eiusdem.* Phidiae scilicet. Pausanias in Boeot. pag. 593: Τέχνη Ἀγοραχρίτου, μαθητοῦ δὲ καὶ ἐρωμένου Φειδίου. Hard.

Ei aetate gratus. Significat, quod multis fuit Alcibiades, de quo Cornelius Nepos: » Ineunte adolescentia amatus est a multis more Graecorum. » Sed hos saepe » diligi turpius quam par erat » homines *loquebantur*, ut idem Nepos in Hamilcare. Sic Livius, lib. XXI: » Florem aetatis, inquit Hasdrubal, etc. » Sic Philumene » hereditates officio aetatis exorserat » apud Petronium. *Dotes formae puritiaque* vocat Iustinus. Optanda isti aevo simplicitas magni viri, qui corrigit *par ei arte*, *sed gratus*. Gr. — *Ei aetate.* Hoc est, propter aetatem. Sic libri omnes, etiam MSS. quibus invitis corrigit Pintianus, *par ei arte*, *sed gratus*. At inferiorem arte fuisse, gratum tamen Phidiae, amatumque ab ipso ob iuniorem aetatem, testatur et Tzetz. Chil. VII, Hist. 154, v. 90: Φειδίας ὁ περίβρυλλος, ὁ Ἀττικὸς ὁ πλάστης, Ἀγοραχρίτῳ χάριτας ποιῶν τῷ ἐρωμένῳ, Ἀνθρώπῳ κἂν οὐκ εὔχαρι περὶ τὴν πλαστουργίαν Ἀγαλματώσας κάλλιστα Φειδιακῇ τῇ τέχνῃ Τὸ ἐν Ῥαμνοῦντι ἄγαλμα Νεμέσεως, Διός τε; Ἐπίῳ ἀνατίθησιν ἐπιγραφὴν χαράξας, Ἀγοραχρίτου ἄγαλμα τοῦτό ἐστι Παρίου. » Phidias celebratus Atticus factor, Agoracrito gratiam faciens sibi dilecto Homini, licet manu non apto ad statuariam, Quum fecisset, statuam optimam Phidiaca arte, Quae in Rhamnunte est statua Nemesis, Iovisque, Illi attribuit, titulum scalpens, Agoracriti statua haec est Parii. » Hasd. — *Ei aetate.* Brot. ex MSS. Regg. 2 et 5, *et aetate.* Plures autem fuere adolescentuli Phidiae grati et dilecti. Arnob. advers. Gentes, lib. VI; Clem. Alexandrin. in Protrept. Eu. P.

Donasse. Tzetzes, Chil. VII, Hist. 154. Suidas item et Hesychius, verbo Ῥαμνουσίαν Νέμεσιν. Hard.

nere facienda: vicitque Alcamenes non opere, sed civitatis suffragiis, contra peregrinum suo faventis. Quare Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, et appellasse Nemesin. Id positum est Rhamnunte pago Atticae, quod M. Varro omni-

In Venere facienda. Praepositione caret Vossian. Et genus loquendi Tullianum est, *Venere facienda*, pro Venerem faciendo. Restituimus ex Livio. Gron. — *Certavere.* Alcamenes Atheniensis, et Agoracritus Parius. Hard.

Non opere. Non operis praestantia. Hard.

Suo. Civi suo. Hard.

Nemesin. Apellari signum illud artifex Agoracritus voluit pro Venere Nemesin; subscripto eo nomine, hoc est, Vltricem deam. Id vero de industria fecit, ut si quis illud loco movere aut transferre vellet Athenas, vindictam a dea metueret. Nemesis alterius, hoc est, deae officiorum monitricis, effigies quae fuerit, disces ex gemino epigrammate, quod in Anth. exstat. IV, de statua Nemeseos, εἰς στήλην Νεμέσεως. Η Νέμεσις προλέγει τῷ πήχει τῷ τε χαλινῷ, Μήτ' ἄμετρον τι ποιεῖν, μετ' ἀχάλινα λέγειν. Grotio interprete: « Haec Nemesis frenum gestans normamque monebit Nil effrene loqui, nil facere absque modo. » Eiusdem argumenti alterum: Η Νέμεσις πῆχυν κατέχω. τίνος οὕνεκα; λέξεις· Πᾶσι παραγγέλλω, μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον. « Normam gesto manu Nemesis: cur, quaeris, opinor: Absque modo cunctis suadeo ne quid agant. » Fuit et alia Atheniensium Nemesis, in quam Theaeteti Scholastici epigramma ibidem legitur: Θεαιτήτου Σχολαστικοῦ εἰς τὴν Αθηναίων Νέμεσιν. Χιονέης με λίθον παλιναυξέος ἐκ περιωπῆς Λαοτύπος τμήξας πετροτόμοις ἀκίσι Μῆδος ἐποντοπόρευσεν, ὅπως ἀνδρείκελα τεύξῃ Τῆς καθ' Αθηναίων σύμβολα καμμονίης. Ως δὲ δαϊζομένοις Μαραθὼν ἀντέκτυπε Πέρσαις, Καὶ νέες ὑγροπόρουν χεύμασιν αἱμαλέοις Ἔξεσαν Ἀδρήστειαν ἀριστώδινες Αθῆναι, Δαίμον' ὑπερφιάλοις ἀντέπαλον μερόπων, Αντιταλαντεύω τὰς ἐλπίδας· εἰμὶ δὲ καὶ νῦν Νίκη Ερεχθείδαις, Ασσυρίοις Νέμεσις. « Me niveum viva lapidem de rupe cecidit, Marmoream rumpens cuspide duritiem. Persa daret quum vela Notis, ut fingeret ex me De Cecropis victrix gente trophaea manus. Cladibus at Marathon postquam resonavit Eois, Perque cruore rubens aequor iere rates: Fecit Adrasteam de me gens fortis Athenae, Vlcisci solitam facta superba Deam. Spes ego libratas teneo; Victoria nam sum Cecropidis: Nemesis nec minus Assyriis. » Hard.

Id positum est Rhamnunte. De Rhamnunte diximus IV, 11. Mela, III, 33: « Rhamnus parva, illustris tamen, quod in ea Phidiaca Nemesis. » Hesychius, pag. 814, Ραμνουσίαν Νέμεσιν. Ες Ραμνοῦντι Νεμέσεως ἵδρυτο ἄγαλμα δεκαπῆχυ, ὀλόλιθον, ἔργον Φειδίου, ἔχον ἐν τῇ χειρὶ μηλέας κλάδος. « Simulacrum denum cubitorum, e solido lapide, ramum manu gestans arboris mali. » Ex eo ramo tabellam pependisse, Zenobius auctor est, Cent. v, prov. 82, Πτυγέον τι μικρὸν, in qua scriptum ΑΓΟΡΑΚΡΙΤΟϹ ΠΑΡΙΟϹ ΕΠΟΙΗϹΕΝ. Η.

bus signis praetulit. Est et in Matris Magnae delubro in eadem civitate Agoracriti opus.

Phidiam clarissimum esse per omnes gentes, quae 7
Iovis Olympii famam intelligunt, nemo dubitat: sed ut merito laudari sciant etiam qui opera eius non viderunt, proferemus argumenta parva et ingenii tantum. Neque ad hoc Iovis Olympii pulchritudine utemur, non Minervae Athenis factae amplitudine, quam sit ea cubitorum viginti sex; ebore haec et auro constat: sed scuto eius, in quo Amazonum praelium caelavit intumescente ambitu parmae: eiusdem concava parte deorum et gigantum dimicationem: in soleis vero Lapitharum et Centaurorum: adeo momenta omnia capacia artis illi fuere. In base autem quod caelatum 8

Est et in Matris Magnae. Hoc est, Naturae magnorum animorum genitricis. Hard.

Phidiam. De eo diximus XXXIV, 19, sub initium. De Iove Olympio Val. Max. eleganter, III, 7, p. 181 Hard.

Quae Iovis Olympii famam intelligunt. Eo simulacro perfecto Phidias, interrogatus unde id propemodum e caelo petitum lineamentis eboris amplexus fuisset, respondit ex Iliad. A: Η, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. Dalec.

In quo Amazonum praelium. Tradit hoc ipsum Paus. I, sive in Attic. pag. 29 et 43. Amazones aliquando assumptis Scytharum auxiliis in Atticam incursarunt, ut auctor est Iustin. lib. II; victae tum esse a Theseo Pausanias idem sit in Atticis. H.

Deorum et Gigantum. Quam describit Ovid. Metam. I, 151. H.

Lapitharum et Centaurorum. De hoc certamine ob raptum matronarum initio, vide Hygiinum Fab. XXXIII, et Ovid. Metam. XII, 240. Haro.

Adeo momenta omnia capacia artis. Adeo partes quaeque minime in ea statua capaces ei visae sunt alicuius artis et figurae recipiendae. In libris hactenus editis, *compacta artis*. In Reg. 2, *catacia*. Nos cum Gronovio *capacia* scripsimus. In Colbert. 3 hoc tantum: » adeo momenta omnia artis illi fuere. « Hard.

In base. Pausan. loc. cit. pag. 43 sq. Ἔστι δὲ τῷ βάθρῳ τοῦ ἀγάλματος ἐπειργασμένη Πανδώρας γένεσις. De Pandora Hesiodum vide, caeterosque mythologos. Mulierem fuisse fabulantur, Vulcani opus e luto, cui dii singuli sua dona dederint: Pallas sapientiam, Venus decorem, Apollo musicam. Unde Pandora dicitur, quasi omnium donum, vel ab omnibus donata, vel omnis generis rebus pollens. Haro. — *Base.* Brot. ex MSS. Regg. et edit. princ. *basi.* Eo. P.

est, Pandoras genesin appellavit: ibi dii sunt xx numero nascentes, Victoria praecipue mirabili. Periti mirantur et serpentem, ac sub ipsa cuspide aeream sphingem. Haec sunt obiter dicta de artifice numquam satis laudato: simul ut noscatur illam magnificentiam aequalem fuisse et in parvis.

9 Praxitelis aetatem inter statuarios diximus, qui marmoris gloria superavit etiam semet. Opera eius sunt Athenis in Ceramico: sed ante omnia, et non solum Praxitelis, verum et in toto orbe terrarum, Venus, quam ut viderent multi, navigaverunt Gnidum. Duas fecerat, simulque vendebat, alteram velata specie, quam ob id quidem praetulerunt, quorum conditio erat, Coi, quum alteram etiam eodem pretio detulis-

Ibi. In eadem base. Hard.

Victoria. Fuit haec altitudine cubitorum fere quaternum: Καὶ Νίκη τὸ ὅσον τεσσάρων πηχῶν, ex ebore Pausan. Attic. I, pag 43. H.

Et serpentem. Pausan. loc. cit. Καὶ οἱ πρὸς τοῖς ποσὶν ἀσπίς τε κεῖται, καὶ πλησίον τοῦ δράκοντος Δράκων ἐστίν. Εἴη δ' ἂν Ἐριχθόνιος οὗτος ὁ Δράκων. a Iacet ad pedes scutum: ad imam hastam draco, quem Erichthonium esse existimare possis. Hard.

Sub ipsa cuspide aeneam sphingem. Alteram praterea sphingis effigiem in casside caelatam fuisse auctor est Pausan. loc. cit. Μέσῳ μὲν οὖν ἐπέκειται οἱ τῷ κράνει Σφιγγὸς εἰκών. H.

Inter statuarios diximus. L. XXXIV, cap. 19. Hard.

In Ceramico. Prope Ceramicum vicum, et in ipsius aditu. Pausanias lib I, Praxitelis opera duo fuisse tradit, alterum statuam equestrem, alterum Neptunum, qui in equo sedens Polybotes gigantem hasta petit. Dalec.

Venus. In illud simulacrum exstant epigrammata perelegantia Anthol. lib. IV, IV, cap. 12, quorum illud primum Antipatri: Τίς λίθον ἐψύχωσε; τίς ἐν χθονὶ Κύπριν ἐσεῖδε; Ἵμερον ἐν πέτρῃ τίς τόσον ἐργάσατο; Πραξιτέλους χειρῶν ὅδε που πόνος· ἢ τάχ' Ὄλυμπος Χηρεύει, Παφίης εἰς Κνίδον ἐρχομένης. v Quis lapidi spirare dedit? quis Cyprida vidit In terris? quantum marmor amoris habet? Praxitelis manus est: Venere, ut puto, regia caeli Iam caret: ad Cnidios venit ut ipsa Venus. a Et sextum ab isto, Eveni: Πάλλας καὶ Κρονίδαο συνευνέτις εἶπον ἰδοῦσαι Τὴν Κνιδίην, ἀδίκως τὸν Φρύγα μεμφόμεθα. a Vt Cnidiam videre Iovis soror atque Minerva, Dixerunt: querimur non bene de Paride. a Hard.

Quam ob id quidem praetulerunt optione quorum (sic prius). Voss. a praetulerunt, quorum conditio erat Coi a sine τῷ *optione*, quod interiecerunt, qui nescirent τὸ *conditio* esse id ipsum hic quod optio. Cicero,

set, severum id ac pudicum arbitrantes: reiectam Gnidii emerunt, immensa differentia famae. Voluit eam postea a Gnidiis mercari rex Nicomedes, totum aes civitatis alienum, quod erat ingens, dissolutarum se promittens. Omnia perpeti maluere, nec immerito: illo enim signo Praxiteles nobilitavit Gnidum. Aedicula eius tota aperitur, ut conspici possit undique effigies deae, favente ipsa, ut creditur, facto. Nec minor ex quacumque parte admiratio est. Ferunt amore captum quemdam, quum delituisset noctu, simulacro cohaesisse, eiusque cupiditatis esse indicem maculam. Sunt in Gnido et alia signa marmorea illustrium artificum: Liber pater Bryaxidis: et alter Scopae, et Minerva: nec maius aliud Veneris Praxiteliae specimen, quam quod inter haec sola memoratur. Eiusdem est et Cupido obiectus a Cicerone Verri, ille propter quem

oral. pro Cluentio, num. 14: «Sed quum esset haec illi proposita conditio, ut aut iuste pieque accusaret, aut acerbe indigneque moreretur, accusare, quoquo modo posset, quam illo modo emori malult.» Iustinus lib. I: «si conditio proponatur, utrius vitae sortem legant, hesterni laboris an praesentium epularum.» Pintianus observat in suo quoque codice defuisse τὸ *optione:* alioqui, subiicit, legendum videretur: «optio quorum conditione.» Nihil melius scriptura vetere. Gron.

Nicomedes. Bithyniae rex, Mithridaticis temporibus. Hard.

Ferunt amore captum quemdam, etc. Vide Valer. Max. VIII, 11, pag. 400. Ea Posidippo historico refert hoc ipsum Clemens Alex. in Protrept. pag. 38: Ἀφροδίτη δὲ ἄλλη ἐν Κνίδῳ λίθος ἦν, καὶ καλὴ ἦν· ἔτερος ἠράσθη ταύτης καὶ μέγνυτο τῇ λίθῳ· Ποσιδίππος ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Κνίδου. Hard.

Bryaxidis. Βρύαξις statuarius a Pausania laudatur Attic. lib. I, pag. 73, et alibi passim. Σκοπᾶς ab eodem in Attic. etc. Hard.

Nec maius aliud, etc. Nec maior commendatio esse potest Veneris illius Praxiteliae, quam quod sola inter tot signa, *quae Cnidos habet*, memoratur. Hard.

A Cicerone Verri. Nunc est in oral. VI, in Verrem, de Signis, n. 4: «Idem, opinor, artifex, Praxiteles, eiusdemmodi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiae visuntur: nam alia visendi causa nulla est. Itaque ille L. Mummius, quum Thespias ea, quae ad sedem Felicitatis sunt, caeteraque profano ex illo oppido signa tolleret, hunc marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit.»

Thespiae visebantur, nunc in Octaviae scholis positus. Eiusdem et alter nudus in Pario colonia Propontidis, par Veneri Gnidiae nobilitate et iniuria. Adamavit enim eum Alchidas Rhodius, atque in eo quoque simile amoris vestigium reliquit. Romae Praxitelis opera sunt, Flora, Triptolemus, Ceres in hortis Servilii: Boni Eventus, et Bonae Fortunae simulacra in Capitolio: item et Maenades, et quas Thyadas vocant, et Caryatidas: et Sileni in Pollionis Asinii monumentis, et Apollo, et Neptunus.

Deportatum nihilominus postea Romam, non Plinius modo, sed et Pausanias in Boeot. sive lib. IX, p. 581, edocet. Ait a Caio Caesare primo sublatum, Thespiensibus deinde a Claudio redditum, demum a Nerone Romam advectum, igni postea conflagrasse. Erat is e marmore Pentelico. Hard.

Ille propter quem Thespiae visebantur. Pausanias in Boeoticis, C. Caesarem ideo necatum putat, quod eam imaginem sustulerit: eadem etiam causa interfectum Neronem, quod illam Thespias reportatam iterum demolitus sit. Victorius, lib. XVIII, cap. 21. Dalec.

In Octaviae scholis. De his egimus XXXV, 37. Hard.

Eiusdem et alter. Pausan. loc. cit. etsi id obscure. Hard.

Flora. Ita etiam MSS. Eadem Chloris appellata. Ovid. Chloris eram, quae Flora vocor. H.

Triptolemus. Cereris alumnus, ab ipsa frugum sationem edoctus. H.

Ceres. Praxitelias Ceteris Pausanias meminit in Attic. lib. I, pag. 4. Hard.

In hortis Servilii. Ab eo Servilio nomen hi horti habent, opinor, qui tribunus plebis fuit, Cicerone consule. Hard.

Boni Eventus. Diximus de huius simulacri forma, XXXIV, 49. H.

Et Bonae Fortunae. Fortunae simulacrum a Praxitele elaboratum Pausanias laudat in Attic. lib. I, p. 81. Hard.

Maenades. Μαινάδας mulieres eae dicebantur, quae Bacchi sacra capillis sparsis cursitantes hinc inde, celebrabant: παρὰ τὸ μαίνεσθαι, quod insanire significat. Hard.

Thyadas. Θυάς Bacchi pariter sacrificula. Hor. Carm. III, Od. 15: a Pulso Thyas uti concita tympano. H. — Maenadas Thyadasque passim videre est in veteribus monumentis, et in picturis Herculanensibus, Bost.

Caryatidas. Τὰς ἐν Καρύαις παρθένους appellat Pausan. in Messen. lib. IV, pag. 247. Idem porro in Lacon. lib. III, pag. 178. Caryas ait vicum esse haud procul Lacedaemone, Dianae sacrum, ubi eius deae Caryatidis appellatae signum, τῆς Καρυάτιδος: quo in loco Lacedaemoniorum virgines, id pariter nomen sortitae anniversarium festum obirent, patrioque ritu salutarent. Hard.

Et Sileni. Bacchi comites, ut di-

Praxitelis filius Cephissodorus et artis haeres fuit. 11
Cuius laudatum est Pergami symplegma, signum nobile, digitis corpori verius, quam marmori, impressis. Romae eius opera sunt: Latona in Palatii delubro: Venus in Pollionis Asinii monumentis: et intra Octaviae porticus in Iunonis aede Aesculapius, ac Diana.

Scopae laus cum is certat. Is fecit Venerem, et Po- 12
thon, et Phaethontem, qui Samothrace sanctissimis caerimoniis coluntur. Item Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in Servilianis hortis, duasque Chametaeras circa eam, quarum pares in Asinii monu-

ximus lib. XXXV, 36. De hoc Praxitelis opere exstat Aemiliani epigramma perquam venustum in Anthol. lib. IV, cap. 6: Τέχνας εἵνεκα σεῖο καὶ ἁ λίθος ἁδὺ βρυάζει, Πραξιτέλες· λῦσον, καὶ πάλι κωμάσεται. Νῦν δ' ὑμῖν οὐ γῆρας ἔτ' ἀδρανές· ἀλλ' ὁ πέδητης Σειληνοῖς κώμων, βάσκανός ἐστι λίθος. » Praxiteles, lapis ipse tua lascivit ab arte: Et mox saltabit: tu modo solve basi: Nunc nos Silenos numerorum lege moveri Non senium, sani, sed vetat invidia. » Haan.

Asinii monumentis. Huius monumenta quae Vrbis regione sita fuerint, inexploratum. De ipso Pollione diximus in Auctorum Indice. De Silenis proxime antea. Hard.

Et artis haeres. Grou. et al. ante Hard. *rei et artis haeres.* Ed. P.

Symplegma. Complexus duorum puerorum, mutuo sese osculantium: vel duorum colluctantium: ut mox hoc ipso capite. Dalec.

Corpori verius, quam marmori. Carnem, credas, non marmor, intueri. Hard.

Is fecit Venerem et Pothon, etc. Pausan. in Attic. hoc est, I, p. 81: Σκόπα δὲ, Ἔρως, καὶ Ἵμερος, καὶ Πόθος. » Scopae Cupido, Appetitus et Pothos, seu Desiderium. » H.

Et Phaethontem. Revocat in memoriam effigies ea picturam eiusdem Phaethontis inscite factam, in quam Lucilius vates facete lusit, in Anthol. lib. II, tit. 19: Γράψας Δευκαλίωνα, Μενέστρατε, καὶ Φαέθοντα, Ζητεῖς τὶς τούτων ἄξιός ἐστι τίνος; Τοῖς ἰδίοις αὐτοὺς τιμήσομεν· ἄξιος ἐντος Ἐστὶ πυρὸς Φαέθων, Δευκαλίων δ' ὕδατος. » Pictus Deucalion, Phaethonque, Menestrate, pictus Est tibi: quo dignus, quaeris, uterque labor? Vt quod cuique suum est, illis tribuatur: habento Et flammas Phaethon, et mare Deucalion. » H — *Samothrace.* Gron. et al. ante Hard. *Samothraciae.* Ed. P.

Apollinem Palatinum. Diversus hic est a Capitolino, de quo Plinius, XIII, 27, et XXXIV, 19, etsi unicum Dalecampius conflat ex duobus. H.

Vestam sedentem. Sic fere et in nummis antiquis pingitur: altera manu facem, discum altera, seu libatoriam pateram praefert. Fax ad ignem pertinet: discus ad sacrificia solemni ritu perpetuoque oblata. H.

Chametaeras. Socias humi sedentes, non in sedili. Vertendum *scorta* mi-

mentis sunt, ubi et Canephoros eiusdem. Sed in maxima dignatione Cn. Domitii delubro in circo Flaminio Neptunus ipse, et Thetis, atque Achilles. Nereides su-
14 pra delphinos et cete, et hippocampos sedentes. Item Tritones, chorusque Phorci, et pristes, ac multa alia marina, omnia eiusdem manus, praeclarum opus, etiam

nime' puto, quoniam id Vestae pudicitiae non conveniret: nisi quis putet in facie comitum Vestae expressisse meretricum duarum imaginem, quas amabat, pedissequas. Quidam legunt, *Commotrias*. Dal. — *Chametaeras*. Χαμεταίρις Hesychio πόρνη dicitur, scortum. At ἑταίρα sociam et amicam, magis severo ac pudico etiam nomine sonat. Quare Χαμεταίρας, socias humi sedentes interpretor. H.

Canephoros. Ita Reg. 2; recta, non *Canephorus*. Duas e virginibus illis intelligit, quas Athenienses *Cistifeias* vocabant, Κανηφόρους, quae Minervae dona capite ferrent, cistis seu sportulis inclusa. Pausan. Attic. lib. I, pag. 49. Vide Hesych. verbo Κανηφόρι. Fecit et Canephoros Polycletus, Tullio testa, sub initium lib. IV in Verrem, sed ex aere: «Erant, inquit, aenea praeterea duo signa non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu ac vestitu, quae manibus sublatis, sacra quaedam more Atheniensium virginum, reposita in capitibus sustinebant. Canephorae ipsae vocabantur: sed earum artificem quem? quemnam? recte admonea: Polycletum esse dicebant.» Hard.

Cn. Domitii. P. Victor, in descript. Romae, regione nona, in qua circus Flaminius, prope theatrum Marcelli, *Delubrum. Cn. Domitii*. Aedes haec fuit Neptuno sacra. Vnde mox Plinius subiicit, *Neptunus ipse*, cuius nempe hoc delubrum fuit conditum a Cn. Domitio, ex Ahenobarborum familia. Livius, lib. XXVIII, pag. 323: «Ara Neptuni multo sudore manasse in circo Flaminio dicebatur, etc.» H.

Et hippocampos. Hippopotamia quoque vehi Neptunum Statius prodidit in Thebaide: sed diversi hi ab hippocampis. Nonius: «Hippocampi equi marini, a flexu caudarum, quae piscosae sunt, etc.» H. — *Hippocampos*. Hippocampum intelligi par est hoc loco, non pisciculum memoratum Dioscoridi et Galeno, sed potius monstrum cetaceum equo simile, quoniam et κάμπας equos marinos Graeci vocant et alia omnia cetacea. Naevius in Aegistho: «Tum autem lascivum Nerei simum pecus Ludena ad cantum classium lustratur: Sirenes citis Delphino iunctis vehiculis, hippocampisque asperis.» Apud Nonium in dictionibus *hippocampus*, *lustrare*, *pecus*. Scalig.

Item Tritones. Sic Maro Aeneid. III, v. 824: «Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.» Phorcus, Neptuni filius, marinum numen a poëtis fingitur. Hard. — *Chorusque Phorci*. Is fuit rex Corsicae ac Sardiniae, et tandem habitus pro deo marino. *Phorcum* mythologi maria extremum ambitum interpretantur, maria et terrae filium, eumque Cetonis congressu genuisse a partu statim Graecas canas,

si totius vitae fuisset. Nunc vero praeter supra dicta, quaeque nescimus, Mars est etiamnum sedens colosseus eiusdem, in templo Bruti Callaici apud circum eumdem. Praeterea Venus in eodem loco nuda praxiteliam illam antecedens, et quemcumque alium locum nobilitatura.

Romae quidem magnitudo operum eam obliterat, 15
ac magni officiorum negotiorumque acervi omnes a contemplatione talium abducunt: quoniam otiosorum et in magno loci silentio apta admiratio talis est. Qua de causa ignoratur artifex eius quoque Veneris, quam Vespasianus imperator in operibus Pacis suae dicavit, antiquorum dignam fama. Par haesitatio est in 16

nimirum spumas quas illisum mare suo litori excitat. Rhod. lib. XXXVI, cap. 18. Dalec.

Quaeque nescimus. Vt Baccham, seu Maenadem laudatam in Anthol. lib. IV, cap. 3, epigr. 4. Graeca quae sunt obvia, praetermittimus: latine Grotio interprete reddimus: a Quis adstat iata? Baccha. Quis sculpsit? Scopas. Quis enthcavit? Bacchus an Scopas? Scopas. a Et paulo ante: a Baccha quod insanit, non hoc natura, sed ara est: Vivit enim lapidi mistus ab arte furor. » Hard.

Eiusdem Hoc est, Scopae. Martis scilicet in aede, a Decimo Iun. Bruto Callaico exstructa ac dedicata. P. Victor loc. cit. prope delubrum Cu. Domitii, *Templum Bruti Callaici.* De Bruto diximus IV, 35. Callaici cognomen tulit a Gallaecis devictis Hispaniae populis. Vide Livii Epit. lib. LVI. Hard.

Apud circum eumdem. In libris ad hunc diem editis, subnectuntur his vocibus, quae sequuntur, a ad Labicanam portam euntis a quas nec codices nostri MSS. nec Pintiani agnoscunt: nec viarum Vrbis ratio patitur, Lavicana porta a circo Flaminio ingenti intervallo seiuncta, ut animadverti Alexander Donatus noster, de urbe Roma, lib. III, cap. 14, pag. 261. Hard.

Praxiteliam illam antecedens. Scopas floruit, teste Plin. l. XXXIV, c. 8, Olympiade LXXXVII; Praxiteles autem Olympiade CIV; Plin. ibid. Scopae Venus praxiteliam Venerem antecessit quidem tempore, si non dignitate. Laudanda tamen valde fuit illa Scopae Venus, quod quum foret Praxitelia antiquior, egregia tamen esset, et quemcumque alium locum nobilitatura. Non pugnantis ergo loquitur Plinius, ut vult Cl. Falconet. Brot.—*Praxiteliam* Gron. et al. ante Hard. *Praxiteliam illam Cnidiam antecedens.* Ed. P.

In operibus Pacis. Pacis templum intelligit conditum a Vespasiano, ut alibi diximus: multis simul aedificiis additis, ut in Octaviae operibus dictum est, XXXV, 37. Scholis videlicet, et bibliotheca. Bibliothecae certe

templo Apollinis Sosiani, Niobèn cum liberis morientem, Scopas an Praxiteles fecerit: item Ianus pa-

templi pacis memiuit Gellius, l. XVI. cap. 8. Hard.

Apollinis Sosiani. Sosianum quidam volunt ἀπὸ τοῦ σώζειν, quasi σωτῆρα, qua ratione σωσίπολιν deum, victis Arcadibus, Elei coluerunt, Pausania auctore, lib. VI. Alii *Sosiani* interpretantur, quasi *Susiani*, Susis Romam avecti. Vide Lylium Gyraldum. Aliis placet *Sosianum* vocari, quod ad librariorum scriptorum officinas locatus esset. Sosios enim praestantissimos eius artis magistros Horatius memoravit in Arte: » Hic liber aera meret Sasiis, » et in Epist. » Sosiorum pumice mundos. » Durae. — *Sosiani*. Huius appellationis origo nobis satis, ut remur, explicata: at templi ipsius situs obscurus. Facta iam illius antea mentio, XIII, 11: » Caedrius est Romae in delubro Apollo Sosianus, Seleucia advectus, » a C. Sosio scilicet, M. Lepidi quaestore, qui sub Gabinio in Syria et Aegypto militavit, ac post caedem Caesaris adhaesit Antonio: quo dicto, quanquam aegre, veniam impetravit ab Augusto. Huius nummus exstat in Cimelio Regio, expressus a Seguino, p. 83: sosivs. imp. In nummo graeco, cujus effigiem expressam in cera servamus, scribitur: ΕΠΙ ΣΩΣΣΙΟΥ: aries currens pingitur, cum superposito solis sidere: symbolo Orientis et laudatissimi in Syria Antiochena arietini velleris. Sub alvo arietis: ΔΓ, Δόγματι Γερουσίας: à Edicto vel Decreto Senatus. » In parte antica caput Iovis est laureatum. Est ex aere minimo. Hard.

Nioben cum liberis morientem. Niobe liberos septem procrearat, totidemque filias: idcirco se numero filiorum Latonam superare gloriabatur. Ob id Apollo filios eius in silva venatos sagittis interfecit in monte Sipylo. Diana filias sagittis interemit, praeter Chloridem. Genitrix liberis orba flendo lapidea facta esse dicitur. Auctor Hyginus, Fab. IX; Ovid. Metam. VI, 302. Inde lepidum in Nioben epigramma Anthol. III, 7: Ο τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν. Ο νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον. Αλλ' αὐτὸς αὐτοῦ νεκρός ἐστι καὶ τάφος. » Vides sepulchrum quod caret cadavere: Simul cadaver insepultum conspicis: Sed quod sepulchrum est, quod cadaver est idem. » Versa nempe in lapidem Niobe ipsa sibi sepulchri vice. At morientem cum liberis hic lapis exhibet, adeoque et dolentem liberorum vicem, quo habitu in epigrammate amatorio describitur Macedonii consulis, Anthol. VII: Τὴν Νιόβην κλαίουσαν ἰδὼν ποτε βουκόλος ἀνὴρ Θάμβεσιν εἰ λιθίειν ἔπαρσιν οἶδε λίθος. Αὐτὰρ ἐμὲ στενάχοντα τίσις κατὰ νυκτὸς ἐμείχλην Εμπνοος Εὐίππης οὐκ ἐλέαιρε λίθος. Αἴτιος ἀμφοτέρεσιν ἔρως ὀχετηγὸς ἀνίας, Τῇ Νιόβῃ τεκέων, αὐτὰρ ἐμοὶ παθέων. » Ad Nioben pastor plorantem substitit olim, Miratus posset si lacrymare lapis. At nihil Euhippe tota ma nocte gemente Flectitur: Euhippe quid nisi viva silex? Causa amor est utrique: fluunt hoc fonte dolores, Quos Niobe proles fecit, amica mihi. » H. — *Nioben.* Exstat adhuc pulcherrimum illud antiquitatis monumentum, et in eo videre est summum terroris exemplum. Opus praecellentissimum ante aliquot annos Romae e villa Medicaea Florentiam translatum est. Bapt.

Scopas an Praxiteles fecerit. Pra-

ter in suo templo dicatus ab Augusto, ex Aegypto advectus, utrius manus sit, iam quidem et auro occultatus. Similiter in curia Octaviae quaeritur de Cupidinè fulmen tenente. Id demum affirmatur, Alcibiadem esse principem forma in ea aetate. Multa in eadem schola sine auctoribus placent. Satyri quatuor ex quibus unus Liberum patrem palla velatum Veneris praefert; alter Liberam similiter: tertius ploratum infantis cohibet: quartus cratere alterius sitim sedat:

xiteli tanto post Plinium temporis intervallo intrepide adscribit Ausonius in Epitaphiis, num. 28, pag. 61: « Vivebam, sum facta silex, quae deinde polita Praxitelis manibus vivo iterum Niobe. Reddidit artificis manus omnia, sed sine sensu: Hunc ego, quum laesi numina, non habui. » Item auctor incertus epigrammatis in statuam Niobes in Anthol. IV, 9: Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο. « Ex viva lapidem me Dii fecere: sed ecce Praxiteles vivam me fecit ex lapide. » Sunt ibi pervenusta alia de eodem argumento epigrammata, quae in consule. Hard.

In suo templo. Templum Iani, teste P. Victore, in regione urbis octava fuit, in qua et forum Romanum. H.

Utrius manus sit. Quod sup. est subintellig. « haesitatio par est » Praxitelis an Scopae. Ed. P.

Et auro occultatus. Celat aurum, quo marmor integitur, indicia vestigiaque, quibus internosci commode posset auctor. H. — *Occultatus.* Brot. ex Regg. MSS. 2, 3 et edit. princ. *occultatur.* Ed. P.

In curia Octaviae. Porticus Octaviae, de qua lib. XXXV, cap. 37, aedificia multa complectebatur, schola, curiam, bibliothecam, templa Iunonis, et Apollinis. Hard.

Alcibiadem. Alcibiadem sub eius dei effigie repraesentatum, forma eximia. Hard.

Sine auctoribus. Quamquam auctorum nomina hodieque sint incomperta. Hard.

Palla velatum Veneris praefert. Sic Reg. 2 aliique, et quos Barbarus vidit. Item Parmensis editio, aliaeque, ante Gelenium, qui maluit, *palla velatus humeris.* Palla vestimentum honestarum mulierum, inquit Nonius. An satius *Veneri* legi? Hard.

Alter Liberam similiter. Sic libri omnes tum MSS. tum editi ante Hermolaum, qui *Liberum similiter*, vel *Liberum Semeles* iussit reponi. Liberum, Liberamque simul appellant passim auctores antiqui. Liv. l. XXXIII, pag. 398: « Cereri, Liberoque et Liberae tria signa aenea posuerunt. » Cicero, de Natur. Deor. II, num. 62: « Hinc Liber etiam: hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem nostri maiores auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt.... Ideireo Cerere nati sunt, nominati Liber et Libera. » Apud Livium, lib. III, p. 60: « Aedes Cereris, Liberi Liberaeque. » H.

duaeque Aurae velificantes sua veste. Nec minor quaestio est in septis, Olympum et Pana, Chironemque cum Achille, qui fecerint: praesertim quum capitali satisdatione fama iudicet dignos.

18 Scopas habuit aemulos eadem aetate, Bryaxin, et Timotheum, et Leocharem, de quibus simul dicendum est, quoniam pariter caelavere Mausolo Cariae regulo, qui obiit Olympiadis centesimae sextae anno secundo. Opus id ut esset inter septem miracula, ii

In septis. In campo Martio fuere septa: locus nimirum, quo populus conveniebat ad ferenda suffragia in comitiis, qui primo ligneis cancellis, mox et marmoreis septus est. Quare propter similitudinem caulacum, et *ovile* dictum. Hard.

Olympum et Pana. Olympum Apollinis discipulum, tibiis victorem, ut refert Hyginus, cap. 173. Pana, qui fistulae cantum primus invenit, ut idem ait, cap. 274: » Qui primus calamos cera coniungere plures instituit, « ut cecinit Virgil. Ecl. 2. H. — *Olympum.* Statuae illae, Olympus, Pan, Achilles cum Chirone, expressae videntur in Herculanensibus picturis, *Pitture antiche d' Ercolano*, tom. I, tab. 8 et 9. Brot.

Chironemque. Chironem scilicet praebentem Achilli hastam illam suam medendi vi praeditam, qua Telephum sanasse dicitur, cui vulnus intulerat. Hyginus, Fab. 9.

Quum capitali satisdatione. Quum fama publica iudicet dignos qui asserventur, cum obstrictione capitis *eorum, quibus haec tutela committitur.* Hard.

Bryaxin. Βρύαξιν Pausanias laudat in Atticis, lib. I, pag. 75. Τιμόθεον, in Corinth. lib. II, p. 146. Δεοχάρη denique in Eliac. prior. lib. V, pag. 327. Hard.

Leocharem. Talocharen Vitruvius appellat lib. II, cap. 8. Idem fecit et Martis statuam colosseam in eius templo Halicarnassi, quam ἀκρόλιθον vocaverunt. Dalec.

Pariter caelavere. Inseruere his ista interpolatores: » caelavere Mausoleum. Sepulchrum hoc est ab uxore Artemisia factum Mausolo, etc. « quae MSS. nulli agnoscunt: quum satis intelligatur ex subsequente oratione » regina Artemisia, quae mariti memoriae id opus exstrui iusserat. « Hard.

Cent. sextae. Sic Reg. 2, et alii. Typi *centesimae* tantum, mendose. Vide quae dicemus inferius cap. 6. H. — *Centesimae sextae.* Immo Brot. ex MSS. Regg. 2, 8, 5, et edit. principe, *olymp. centesimae anno secundo*, et sic libb. ante Hard. vulgg. De Mausoleo illo conf. Cl. de Caylus, *Memoir. de l'Acad. des Inscriptions*, tom. XXVI, pag. 321. Ed. P.

Inter septem miracula. Haec vulgo censentur: 1° Muri Babylonici. 2° Dianae Ephesiae templum. 3° Iovis Olympii simulacrum. 4° Pyramides Aegyptiae. 5° Mausoleum. 6° Colossus Rhodius. 7° Cyri regia. H.

maxime artifices fecere. Patet ab austro et septentrione sexagenos ternos pedes, brevius a frontibus, toto circuitu pedes quadringentos undecim: attollitur in altitudinem viginti quinque cubitis: cingitur columnis triginta sex. Pteron vocavere. Ab oriente caelavit Scopas, a septentrione Bryaxis, a meridie Timotheus, ab occasu Leochares: priusque quam peragerent, regina Artemisia, quae mariti memoriae id opus exstrui iusserat, obiit. Non tamen recesserunt, nisi absoluto iam, id gloriae ipsorum artisque monumentum iudicantes: hodieque certant manus. Accessit et quintus artifex: namque supra pteron pyramis altitudine inferiorem aequavit, vigintiquatuor gradibus in metae cacumen se contrahens. In summo est quadriga mar- 19

A frontibus. Ab oriente sole, et ab occidente. Hard.

Toto circuitu, etc. Opus ipsum circumibat cingebatque vel fossa, vel murus exterior, aliquantum ab ipso opere disitus: quare totus Mausolei ambitus pedum fuit quadringentorum undecim. Hard.

Cingitur columnis triginta sex. Quarum altitudo quum minime sit expressa, existimare licet fuisse tantam, quantae Ephesii templi columnae fuere: ipso Plinio teste, cap. 24 libri huius, hoc est, sexaginta pedum aut fortassis etiam plurium. H.

Pteron vocavere. Has voces typi hactenus vulgati praetermisere: quas et in vetustis codicibus Turnebus ante nos vidit. Πτερὰ in re aedificatoria muri duo sunt in altitudinem consurgentes, alarum instar. Vide Strabonem lib. XVII, pag. 805. Itaque pteri, seu alarum vice columnae eae fuere, quibus imposita deinde pyramis altera, uti mox dicetur, inferiori operi altitudine par. H.

Ab oriente caelavit Scopas. Vitruvius in praef. lib. VII, p. 125: «Namque singulis frontibus (Mausolei) singuli artifices sumpserunt certatim partes ad ornandum: Leochares, Bryaxes, Scopas, Praxiteles: nonnulli etiam putant Timotheum: quorum artis eminens excellentia coegit ad septem miraculorum eius operis pervenire famam.» Libro vero II, c. 8, cave credas ab eo scriptore Mausoleum describi, quod viros eruditos in fraudem impulit. H.

Hodieque certant manus. Hodieque contentio est, quae cuius artificis manus in eo opere primas obtineat. Hard.

Vigintiquatuor gradibus. Errant Dalecampius et Alfatius, qui hos XXIV gradus ab basin pyramidis fuisse sumpsere: nulli enim gradus ad pyramidis basin fuere: ipsa pyramis gradibus XXIV constabat, quibus ipsa ascendebatur, ut satis perspicue ex Plinii verbis liquet.

morea, quam fecit Pythis. Haec adiecta centum quadraginta pedum altitudine totum opus includit.

20 Timothei manu Diana Romae est in Palatio, Apollinis delubro, cui signo caput reposuit Aulanius Evander. In magna admiratione est et Hercules Menestrati et Hecate Ephesi in templo Dianae post aedem, in cujus contemplatione admonent aeditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio est. Non postferuntur et Charites in propylaeo Atheniensium, quas Socrates fecit, alius ille quam pictor: idem, ut aliqui putant. Nam

Quam fecit Pythis. Πύθις, sculptor. Hard.

Haec adiecta centum quadraginta pedum. Locus hic suspectus est. Nam quum altitudo inferioris aedificii fuerit XXXVII pedum cum dimidio, pyramidisque per celsitas, numerus is geminatus efficit pedes LXXV, quos si ab altitudine totius operis, quae fuit CLX pedum auferas, restabunt pedes LXV tribuendi quadrigae impositae, et viginti gradibus ad pyramidis basin collocatis. Non est autem probabile altitudinem tantam fuisse quadrigae et graduum. Dal. — *Haec adiecta*, etc. Columnis primum, quibus opus inferiùs cingebatur includebaturque, altitudo fuit, ut coniecimus, pedum ut minimum LX. Operi deinde his impositio seu pyramidi superiori, altitudo inferiori par, hoc est XXXV cubitorum, seu, quod idem est, pedum VII et XXX cum semisse: nam cubitus pedem cum semisse ubtinet. Sunt hi pedes ferme centum. Quare quadrigeni quadrigae cum triumphali curru ut plurimum tribuentur. Nihil hic Alatius vidit, in libro Philonis, de septem orbis miraculis: nihil Dalecampius, qui praeivit Alatio. H.

Menestrati. Μενέστρατον hunc laudet Tetianus in Oratione contra Graecos, p. 182. Hard.

Hecate. Sic poëtae Lunam, Proserpinam, Dianam ipsam vocant. H. — *Hercules Menestrati.* Non exstat ille Hercules, qui in magna admiratione fuit. At Romae in palatio Farnesiano visitur Hercules Glyconis Atheniensis, qui et ipse est summa admiratione dignus, et inter praestantissima exemplaria quibus restitutae sunt artes, memorandus. Inventus est in Thermis Antoninianis, sub Paulo III, pontifice maximo. Brot.

Charites. Gratiae. H.

In propylaeo. Arcis nempe vestibulo. Hard.

Alius ille quam pictor. Ita libri omnes, etiam MSS. Qui alium existimarunt Socratem hunc esse, quam pictorem, de quo lib. XXIII, c. 40, philosophum eum esse censuerunt Platonis magistrum. Ex horum numero Pausanias exstitit, tum lib. IX, pag. 596: Σωκράτης δὲ ὁ Σωφρονίσκου πρὸ τῆς ἐς τὴν ἀκρόπολιν εἰσόδου, Χαρίτων εἰργάσατο ἀγάλματα Ἀθηναίοις, etc. « Socrates ante arcis vestibulum, Gratiarum Atheniensibus e marmore signa fecit. » Paulo etiam distinctius in Atticis, lib. I, pag. 40: Ἑρμῆν ὃν

Myronis illius, qui in aere laudatur, anus ebria est Smyrnae in primis inclyta. Pollio Asinius, ut fuit acris vehementiae, sic quoque spectari monumenta sua voluit. In iis sunt Centauri nymphas gerentes Archesi- 21
tae, Thespiades Cleomenis, Oceanus et Iupiter Entochi, Hippiades Stephani, Hermerotes Taurisci, non

πρωπύλαιον ὀνομάζουσι, καὶ Χάριτας Σωκράτη τῶν Σωφρονίσκου λέγουσιν, ὃν σοφῶν γενέσθαι μάλιστα ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ Πυθία μάρτυς. s In ipso introitu arcis, Mercurium, quem Propylaeum vocant, Gratiasque, Socratem fecisse ferunt, Sophronisci filium; quem inter homines maxime sapientem fuisse, Pythia testis. s Adnotat Laërtius in Socratis vita, lib. II, pag. 37, quum nudae alias Gratiae fingerentur, eas Socratem veste amictas postiisse. Vide et Suidam in verbo Σωκράτης. Πρότερον γενόμενος λιθοξόος, ὥστε καί φασιν αὐτὸν εἶναι τὰς Ἀθήνησιν ἐνδεδυμένας Χάριτας, etc. Nudas nummi duo exhibent, alter: ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. alter, COL. FL. PAC. DEVLT. Describuntur a Seneca oratione satis quidam compta, lib. I, de Benef. cap. 3. Fuerunt aes omnino tres: quare quam pulchritudinis dote pollere mulierem vetares volebant significare, hanc quartam esse Charitem dicebant: Venerem quoque Paphism alteram, decimamque Musam. Ruffini epigramma in Anthol. VII: Τέσσαρες αἱ Χάριτες, Παφίαι δύο, καὶ δέκα Μοῦσαι, Δερκυλὶς ἐν πάσαις, Μοῦσα, Χάρις, Παφίη. s Bina Venus, Musaeque decem, his Gratia bina: Dercylis, est etenim Gratia, Musa, Venus. s HARD.

Myronis filius. De quo dictum lib. XXIV, cap. 19. H.

Archesitae. Sic libri omnes, etiam MSS. Mallem, *Arcesilae*, vel *Arcesilai*: quo nomine appellatum superiore libro pictorem memini: caelatorem e marmore alterum inferius. HARD.

Thespiades. Musae Thespias (est id Boeotiae oppidum) incolantes. H.

Hippiades Stephani. Equestres statuae, ut Amazonum, quae primae ascenderunt equos. HARD. — Rhodiginus legit, *Hippades*, c. 1. Quidam, *Hesperides*. Alii, *Hippe*: Chironis ea filia fuit: Aqueus, *Appiades*: illasque interpretatur Venerem, Palladem, Vestam, Concordiam, Pacem, quarum simulacra ornandis Appiae aquaeductibus, et forniciibus positae fuerunt. Ovidius, lib. II de Arte Am. s Has Venus e templis multo radiantibus auro Laeta videt Iites, Appiadesque deae. s Probabile tamen non est, graecum sculptorem, et in Italiam fortassis numquam transgressum, illas fecisse: nisi forte statuas illas Appiadum dearum, Romam advectas ad Appiae aquae ornamenta existimes. DAL. — *Hippiades Stephani.* Caret his verbis et Reg. 2 cod. et Pintiani. H. — *Hippiades*, etc. Haec desunt et in edit. principe; ideoque delenda esse Brot. opinatur. ED. P.

Hermerotes. Sic libri omnes. Mercurii et Cupidinis simul iuncta in uno lapide simulacra vox ea sonat. Sic Hermathena, de qua nos alibi, Mercurium et Minervam indicat. In uno lapide tria interdum numina copulata esse Philodemi de Panos effigie api-

caelatoris illius, sed Tralliani. Iupiter hospitalis Pamphili Praxitelis discipuli. Zethus et Amphion, ac Dirce et taurus, vinculumque ex eodem lapide, Rhodo advecta opera Apollonii et Taurisci. Parentum ii certamen de se fecere: Menecratem videri professi, sed esse na-

gramma testatur, in Anthologi. lib. IV, c. 12: φιλοδήμου εἰς ἕτερον ἄγαλμα Πανός. Τρισσοῦς ἀθανάτους χωρεῖ λίθος· ἁ κεφαλὰ γὰρ Μανύει τρανῶς Πάνα τὸν αἰγόκερων. Στέρνα δὲ καὶ νηδὺς, Ηρακλέα· λοιπὰ δὲ Μηρῶν Καὶ πνήμης Ερμης ὁ πτερόπους ἔλαχεν. Θύειν ἀρνήσῃ ξένε μηκέτι. Τοῦ γὰρ ἑνός σοι Θύματος οἱ τρισσοὶ δαίμονες ἁπτόμεθα: « Ne sperne hunc lapidem: tria numina continet unus: nam Pan cornigero nascitur ex capite. Herculis est pectus validi, cum ventre: quod infra est in femore et suris, penniger Arcas habet. Hic igitur numquam parcas adolere, Viator: Victime nam ternos obligat una deos. » Alias in Hermetis seu Mercurii statuis solum caput eminebat, reliquum corpus erat rude et informe, et sine manibus. Vnde apud Iuvenalem, Sat. VIII, 53: « truncoque simillimus Hermae » de inerti dicitur. H.

Caelatoris illius. Cyziceni, de quo lib. XXXIII, cap. 55. H.

Iupiter hospitalis. Ξένιος Ζεὺς, Iuvis epithetum, apud Homerum, Odyss. ξ', vers. 283, et alibi passim. Hinc Maro: « Iupiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur. » H.

Zethus et Amphion. Ζῆθος et Αμφίων fratres, a quibus Thebas esse conditas auctor est ex Homero Paus. Corinth. lib. II, pag. 96: Hi Dircen ad taurum indomitum deligatam vite privarunt, » inquit Hygin. Fab. VII. Vide et Suidam, verbo Αντιόπη, et Apollodor. de Diis, lib. III, p. 179, et Propert. lib. III, eleg. 13: Hodieque id simulacrum visitur in Palatio Farnesiorum: unde et illi Romanorum vulgus nomen indidit: *Il Toro Farnese*, hoc est, Taurus Farnesianus. H. — *Taurus.* Stupendum illud artis monumentum inventum est in Thermis Antoninianis sub pontifice maximo Paulo III. Quum multis in locis esset fractum, iussu cardinalis Farnesii a Ioanne Baptista Blanco Mediolanensi instauratum est. Licet vero sit magnitudine operis mirum, non est tamen absoluta artis praestantia. Brot.

Ex eodem lapide. Id vero in primis singulare est; quod et in alio opera pariter Plato demiratur hoc versiculo, Anthol. IV, 18: Εἷς λίθος, ἅρμ', ἐλατὴρ, ἵπποι, ζυγοί, ἡνία, μάστιξ. « Flagrum, currus, equi, frenum, iuga, vir, lepis unus. » H. — *Eodem lapide.* Longum est maximum illud ertis monumentum palmos XIV; totidem latum; altum palmos XVIII. Brot.

Taurisci. Parentum, etc. In veteribus legitur: Par autem ii certantes de se iudicium f. » Lego ex manuscripto, « Taurisci parentum. Ii certamen de se fecere, etc. » Menecrates et Artemidorus patres fuerunt Apollonii et Taurisci. Ii seipsos pinxerunt aemulationis certamine. Dal. — *Parentum ii certamen de se fecere.* Fecere ii, ut certarent inter se duo, uter verius parens ipsorum diceretur: quum professi sunt in statuarum inscriptionibus videri quidem esse Me-

turalem Artemidorum. Eodem loco Liber pater Euty- 22
chidis laudatur. Ad Octaviae vero porticum Apollo Philisci Rhodii in delubro suo. Item Latona et Diana, et Musae novem, et alter Apollo nudus. Eum, qui citharam in eodem templo tenet, Timarchides fecit. Intra Octaviae vero porticus, in aede Iunonis, ipsam deam Dionysius, et Polycles aliam: Venerem eodem loco Philiscus: caetera signa Praxiteles. Timarchidis filii Iovem, qui est in proxima aede, fecerunt. Pana

necratem, sed naturalem Artemidorum esse. Incertum sic reliquere, uter parens verius foret, quum alteri amborum artem, alteri locum debarent. Hard.

Eutychidis. Sic libri, etiam MSS. Eutychides Sicyonius, Lysippi statuarii discipulus, laudatur a Pausania in Eliac poster. sive lib. VI, p. 346. Ille nimirum, quem inter fictores ex aere Plinius ante annumeravit, lib. XXXIV, cap. 19. At hic ab eo diversus: nam Milesius appellatur in epigrammate sat venusto apud Gruterum, pag. 1147: Πραξιτέλους ἤνθουν λαοξόος οὔτι χερείων, Ἐς δ' ἑτέων δισσὰς ἤλυθον ὀγδοάδας. Οὔνομα δ' Εὐτυχίδης· ψευδώνυμον, ἀλλά με δαίμων Θῆκεν ἀφαρπάξας ὠκύτατ' ἐς ἄϊδα. a Par ego Praxiteli formare in marmore vultus: Tota sed annorum vita bis octo fuit. Eutychides mihi nomen erat; sed fecit ut esset Hoc falsum, rapiens me cito Parca nimis. s Hard.

In delubro suo. Inter Octaviae opera, ut saepius diximus, cum porticu fuere aedes Apollinis et Iunonis. Hard.

Timarchides. Τιμαρχίδης statuarius a Pausania laudatur in primis, Phocic. lib. XVIII, p. 675. H.

Ipsam Deam. Iunonem. H.

Polycles. Πολυκλῆς, idem, opinor, quem inter fictores ex aere appellatum superius vidimus, l. XXXIV, cap. 19. Hard.

Caetera signa Praxiteles. Scribo, *Pasiteles*, non *Praxiteles*, tum ex vetusto codice, tum etiam ex Pausania in Eliacis. Meminit et Plinius *Pasitelis*, infra hoc ipso capite. Pint.

Timarchidis filii. In libris hactenus editis, a item Polycles et Dionisius Timarchidis filii. a At priora verba inserta huc temere, repetitsque ex antecedentibus quis non intelligit? Desunt ea certe in nostris codicibus: st deesse in suis sensit Pintianus. Quod si iis nominibus Timarchidis filii fuere, dici id prius oportuit, non in istum locum coniici. H.

37. *In proxima aede.* Iovis. In fragmentis vestigii veteris Romae, tabula II, aedes Iovis et Iunonis in Octaviae porticibus exhibentur hoc modo: POSTICVS. OCTAVIAE. AEDIS. IOVIS. AEDIS. IVNONIS. AEDIS. HERCVLIS. MVSARVM. Cognomen adhuc retinet aedes S. Mariae in Porticu, nunc sanctae Gallae, quae Iunonis aedes: altera proxima s. Nicolai, quae Iovis fuisse dicitur. Sed sunt hi spurii tituli. Numinum nomina inscribi delubris, moris antiqui sane fuit, at adiici verbum

et Olympum luctantes, eodem loco Heliodorus, quod
23 est alterum in terris symplegma nobile: Venerem lavantem sese: Daedalum stantem Polycharmus. Ex honore apparet in magna auctoritate habitum Lysiae opus, quod in Palatio super arcum divus Augustus honori Octavii patris sui dicavit, in aedicula columnis adornata. Id est quadriga currusque, et Apollo ac Diana ex uno lapide. In hortis Servilianis reperio laudatos, Calamidis Apollinem illius caelatoris, Dercylidis Pyctas, Amphistrati Callisthenem historiarum scriptorem.

24 Nec multo plurium fama est, quorumdam claritati in operibus eximiis obstante numero artificum, quoniam nec unus occupat gloriam, nec plures pariter nuncupari possunt, sicut in Laocoonte, qui est in

AEDES, ab omni prorsus fuit usu alienum. Deinde unde confictus fuerit Hercules Musarum superius ostendimus lib. XXXV, cap. 36. G.

Pana et Olympum. De quibus iam antea dictum. HARD.

Symplegma. De ea voce sup. hoc ipso capite. H.

Calamidis. De quo XXXIV, 19. Pausan. in Attic. p 61: Ον δὲ καλοῦσιν Αλεξίκακον Απόλλωνα, Κάλαμιδος ἐποίησε. s Apollinem cognomento Averruncum Calamis fecit. s Causam huius appellationis disce ex ipso, si vacat. HARD.

Dercylidis Pyctas. Hoc est, pugiles. Vsum ea voce Plinium haud semel, ex Indice intelliges. Ita porro scripsimus, ex fide Reg. 2 codicis et Pintiani quoque admonitu, quum prius legeretur, *Dactylidis Pytias.* Alias Dercylis feminae nomen est, ut paulo antea hoc capite vidimus. HARD.

Amphistrati. Αμφίστρατον statuarium laudat et Tatianus, in orat. contra Graecos, p 182. HARD.

Callisthenem. De quo nos in Auctorum Indice. Hunc Alexander Magnus interemit. Vide Senecam, Nat. Quu. lib. VI, cap. 23. H.

Deinde multorum obscurior fama est (sic prius). Voss. et Pintiani: a Nec multo plurium fama est, a sine τῷ *obscurior.* Non multo plures ad famam pervenerunt. GRON.

Sicut in Laocoonte. Historia quam simulacrum id exhibet, ex Marone repetenda, Aeneid. lib. II. Nunc in hortis Vaticani pontificiis asservatur. Negat tamen Trioltius quidam in Actis Eruditorum Lipsiensibus, anno 1797, pag. 144, ex uno lapide confectam statuam illam esse, a plus minus quatuor compaginibus occulte ferruminatam circumulitamque esse contendit. s H. — *In Laocoonte.* Praestantissimum illud monumen-

Titi imperatoris domo, opus omnibus et picturae, et statuariae artis praeponendum. Ex uno lapide eum et liberos draconumque mirabiles nexus de consilii sententia fecere summi artifices, Agesander, et Polydorus, et Athenodorus Rhodii. Similiter Palatinas domos Caesarum replevere probatissimis signis, Cra- 25
terus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus alius cum Artemone, et singularis Aphrodisius Trallianus. Agrippae pantheum decoravit Diogenes Atheniensis: et Caryatides in columnis templi

tum, in quo maximum est doloris, et fortitudinis exemplum, omnibus teste ipso Plinio, et picturae et statuariae artis monumentis praeponendum, Romae adhuc visitur in pontificiis Vaticani hortis. Nec forte ipsum est exemplar, duobus enim constat lapidibus, sed Plinii aetate junctura potuit non apparere. Tanta fuit huiusce monumenti, cui quantum debeant restitutae artes, satis non potest dici, laus et admiratio, ut Iulius II et Leo X, artium aestimatores peritissimi, fautores magnifici, Felicem de Fredis, qui illud reperit, donis et dignitatibus ornaverint. Eius quoque tumulo inscriptum est, anno 1528; « Qui ob proprias virtutes, et repertum Laocoontis, quod in Vaticano cernis, simulacrum immortalitatem meruit. » Brot. — In Museo Parisiensi celeberrimum artis illud opus aliquandiu asservatum vidimus. Ed. Par.

In Titi imperatoris domo. Titi thermas in regione Vrbis tertia a P. Victore video collocari: num procul inde domus abfuerit, adhuc inexploratum. H. — *In Titi imperatoris domo.* In ea quoque domo cuius, ut Thermarum, manent adhuc rudera, inventae sunt veteres et elegantissimae picturae, quas delineavit P. Santes Bartoli, et publicavit Cl. de Caylus, ut fusius dixi in altera Taciti editione, tom. V, p. 351. Brot.

Praeferendum (sic prius). Parum interest: sed Voss. et alii *praeponendum*. Gron.

Eum et liberos. Praeter Virgilium, lib. II Aeneid. eius rei historiam describit Eumolpus luculentissimis versibus in Satyra apud Petronium. Dal.

Palatinas domos. Aedibus Caesarum nomen dedit Palatinus mons, in quo illae aedificatae, decima regione Vrbis. Ibi domus Augustana, et Tiberiana a P. Victore statuitur; accessere Caii deinde aedes, ac Domitiani, aliaeque. H.

Craterus, etc. Κράτερος, Πυθόδωρος, Πολυδέκτης, Ερμόλαος, Αφροδίσιος. Ex his unum Pythodorum novimus, Thebanum statuarium, cuius mentio apud Pausaniam in Boeot. l. IX, pag. 594, nisi forte Artemon idem, qui fuit in pictorum albo supra recensitus, lib. XXXV, cap. 40. H.

Et Caryatides. De his supra hoc ipso capite dictum. H.

52. *In columnis templi eius.* Exstat quidem adhuc Pantheon; at illae Caryatides in columnis, et signa in fa-

eius probantur inter pauca operum: sicut in fastigio posita signa, sed propter altitudinem loci minus celebrata.

26 Inhonorus est, nec in templo ullo Hercules, ad quem Poeni omnibus annis humana sacrificaverunt victima, humi stans, ante aditum porticus ad nationes. Sitae fuere et Thespiades ad aedem Felicitatis, quarum unam adamavit eques Romanus Iunius Pisciculus, ut tradit Varro: admiratur et Pasiteles, qui et quinque volumina scripsit nobilium operum in toto orbe. Natus hic in Graecia Italiae ora, et civitate ro-

stigio posita non iam comparent. Forte illa rapuere imperatores, qui, collapsis artibus, ex probatissimis antiquitatis monumentis sua condecorabant. Brot.

Inhonorus est, nec in templo ullo. Sic MSS. veteres, Reg. 2, Colbert. 3, caeterique omnes, atque adeo probatiores editiones, ut Elzeviriana, Gronoviana. At sunt autem aliae non paucae, in quibus auctore ac suasore, ut credimus, Beroaldo, contraria plane sententia legitur, a In honore est et in templo illo: a quod sane ineptum est: nam si in templo, non igitur ante aditum porticus fuit, quem tamen eius simulacri situm fuisse verbis conceptis Plinius asseverat. H. — *Nec in templo ullo.* Gronov. et al. ante Harduinum, *nec in templo illo.* Ed. P.

Ad quem Poeni, etc. Saturno quoque mactari infantes a Carthaginiensibus solitos, auctores sunt Arnobius, Isidorus, etc. H. — *Humana sacrificaverunt victima.* Saturno infantes Carthaginienses sacrificare solitos esse Lactantius et Silius tradunt: quin etiam Plato in Protagora, Diodor. Sicul. lib. XX. A Tyriis hoc traditum, et usque ad urbis excidium servatum Q. Curtius scribit. D. Augustinus infantes etiam a Gallis Saturno immolatos fuisse memorat. Vide Rhodig. lib. XIII, cap. 24. Plautus in Amphitr. « Faxo ut bubulis coriis onustus sis Saturni hostia. » Dalec.

Porticus. Servius ad illud Maronis Aeneid. VIII « .... aptatque superbis Postibus: Porticum enim, inquit, Augustus fecerat, in qua simulacra omnium gentium collocaverat, quae porticus appellabatur ad Nationes. » Haan.

Sitae fuere et Thespiades ad aedem Felicitatis. De his supra hoc ipso capite, et lib. XXXIV, cap. 19. Signa haec Tullius intellexit sub initium IV in Verrem: « Itaque ille L. Mummius Achaicus, quum Thespiis ea quae ad aedem Felicitatis sunt, caeteraque profana ex illo oppido signa tolleret, etc. » H.

Pasiteles. Quem idem Varro superius quoque laudat lib. XXXV, c. 45. Egimus de eo in Auctorum indice. Hard.

Natus hic in Graecia Italiae ora. In

mana donatus cum iis oppidis, Iovem fecit eboreum in Metelli aede, qua campus petitur. Accidit ei, quum in navalibus, ubi ferae Africanae erant, per caveam intuens leonem caelaret, ut ex alia cavea panthera erumperet, non levi periculo diligentissimi artificis. Fecisse opera complura dicitur: sed quae fecerit, nominatim non refertur.

Arcesilaum quoque magnificat Varro, cuius se mar- 27
moream habuisse leaenam tradit, aligerosque ludentes cum ea Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogerent bibere, alii calcearent soccis, omnes ex uno lapide. Idem et a Coponio XIV nationes, quae sunt circa Pompeii, factas auctor est.

Invenio et Canachum laudatum inter statuarios, fe- 28
cisse marmorea. Nec Sauron atque Batrachum obliterari convenit, qui fecere templa Octaviae portici-

Magna Graecia, quae Italiae ora, ut dictum est, lib. III, cap. 15. H.

Cum iis oppidis. Quae scilicet Magna Graecia continentur: quibus civitatem iam tum Varronis aevo donatam fuisse. H. — *Cum iis oppidis.* Vet. apud Dalec. *cum suis oppidanis.* Ed. P.

Iovem fecit eboreum. Sic MSS. omnes, non *eburneum.* Plautus *eburatum* dixit, nec semel. Hard.

In Metelli aede. Macedonici nimirum, « qui primus omnium Romae aedem ex marmore molitus, vel magnificentiae, vel luxuriae princeps fuit » inquit Velleius, lib. I, cap. 11. Hard.

Qua campus. Martius. H.

Quum in navalibus. In tertia decima Vrbis regione ad Aventinum et prima Vrbis moenia, navale fuit; τὸ νεώριον, Plutarcho in Catone minore. Livius, lib. III, pag. 511, a L. Quinctius trans Tiberim, contra eum ipsum locum, ubi nunc navalia sunt, colebat agrum, etc. a

Arcesilaum. Plasten illum videlicet, quem idem Varro superius laudavit, lib. XXXV, cap. 45.

XIV Nationes. Gentium imagines et simulacra intelligi, de quibus Suetonius in Claudio, cap. XXVI: « A simulacris gentium ad Pompeii theatrum dedicatarum, etc. » In regione Vrbis nona. De his et Servius egit, loco a nobis superius laudato. Hard. — *Circa Pompeii.* In MSS. Regg. et edit. principe, *circa Pompeium.* Brot. ex Suetonio, *circa Pompeii theatrum.* Ed. P.

Laudatum. Lib. XXXIV, 19.

Qui fecere templa. Iunonis et Apollinis, ut alibi diximus. Hard. — *Sauron.* Brot. *Saurum*; et paulo infra, *alio modo usurpasse*; his nempe vocibus *loco et omissis.* Ed. P.

bus inclusa, natione ipsi Lacones. Quidam et opibus praepotentes fuisse eos putant, ac sua impensa construxisse, inscriptionem sperantes. Qua negata, hoc tamen alio loco et modo usurpasse. Sunt certe etiamnum in columnarum spiris inscalpta nominum eorum argumenta, lacerta atque rana. In Iovis aede exstitisse picturam, cultusque reliquos omnes femineis argumentis constat. Etenim facta Iunonis aede quum inferrentur signa, permutasse geruli traduntur: et id religione custoditum, velut ipsis Diis sedem ita partitis. Ergo et in Iunonis aede cultus est, qui Iovis esse debebat.

29 Sunt et in parvis marmoreis famam consequuti, Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca: et Callicrates, cuius formicarum pedes atque alia membra pervidere non est.

In columnarum spiris. Dicemus de his cap. 56. Hard. — *In columnarum spiris inscalpta.* Cl. Winkelmannus, *Monumenti antichi inediti*, tom. II, pag. 269, exhibet num. 206 capitellum Ionicum columnae quod adhuc exstat Romae in templo divi Laurentii extra muros. In eius volutis videre est ex una parte ranam inversam, ex altera lacertam. Male ergo MS. Reg. 5, edit. princ. et Cl. Rezzonicus, habent, *epistyliis inscalpta.* Epistylia enim sunt *les architraves*, non ipsa columnarum capitella. Brot.

Argumenta. Gron. et al. ante Hard. *argumento.* Ed. P.

Lacerta atque rana. Nempe lacertam Graeci σαῦρον et σαῦραν vocant: βάτραχον ranam. H.

Cultusque reliquos. Signa et ararum ornatus, quae sacris dearum caerimoniis magis congruerent. H.

Permutasse geruli traduntur. Quae Iovis templo destinata erant, in Iunonis aede posuisse, et vice versa. H. *Debebat.* Br. *debuit.* Ed. P.

Myrmecides. Idem refert Aelianus, Var. Histor. lib. I, qui et addit elegiacum distichon aureis litteris scriptum fuisse in semine sesami, lib. VII, cap. 21. Idem Myrmecides navem fabricatus est, quam apicula pinnis absconderet. Varro, lib. VI de Lingua Latina: « Etenim facilius obscuram operam Myrmecidis ex ebore oculi videant, si extrinsecus admoveant nigras setas. » Hadrian. Iun. lib. VI, cap. 4. Dalec. — *Myrmecides.* Et aliam ex ebore praeter hanc marmoream, quadrigam is fecit, de qua dictum est lib. VII, cap. 21; ut et Callicrates, cuius artificio delectatum Periclem in primis scribit Plutarchus in Pericle, p. 159. H.

V. (VI). Haec sint dicta de marmorum scalptoribus, summaque claritate artificum: quo in tractatu subit mentem non fuisse tum auctoritatem maculoso marmori: fecere e Thasio Cycladum insularum, aeque et e Lesbio: lividius hoc paulo. Versicolores quidem maculas, et in totum marmorum apparatum Menander etiam diligentissimus luxuriae interpres, primus et raro attigit. Columnis demum utebantur in templis, nec lautitiae causa, nondum enim ista intelligebantur; sed quia firmiores aliter statui non poterant. Sic est in- 2
choatum Athenis templum Iovis Olympii, ex quo Sylla Capitolinis aedibus advexerat columnas. Fuit tamen inter lapidem atque marmor differentia iam et apud Homerum. Dicit enim marmoreo saxo percussum: sed hactenus. Regias quoque domos quum laudatissime praeter aes, aurum, electrum, argentum, ebore tantum adornans. Primum (ut arbitror) versicolores istas 3
maculas Chiorum lapicidinae ostenderunt, quum exstruerent muros, faceto in id M. Ciceronis sale: omnibus enim ostentabant, ut magnificum. Multo, inquit, magis mirarer, si Tiburtino lapide fecissetis.

V. *Fec. e Thasio*, etc. Statuas. Thasii lapidis apud Senecam mentio, epist. LXXXVI, cuius initium: «In ipsa Scipionis Africani villa, etc.» Lesbii marmoris, apud Isid. Origg. lib. XVI, cap. 5, quod et lividius esse confitetur. Hard.

Menander. Comicus, qui luxuriae genos omne pulchre callebat. Phaedrus, Fab. lib. V: «In queis Menander nobilis comoediis Voluento delibutus, vestitu adfluens, Veniebat gressu delicato et languido, etc.» Hard.

Templum Iovis Olympii. Inchoatum pariter dicit Tranquillus in Augusto, cap. LX. Perfectum vero dedicatumque ab Hadriano, Spartianus, in eius vita; et Pausanias in Atticis. Hard.

Dicit. Addunt libri editi: «Dicit enim Paridis os marmoreo.» At has voces duas *Paridis os* MSS. nulli agnoscunt: nec de Paride id usquam, quod quidem meminerim, Homerus prodidit, sed de Cebrione, Hectoris auriga, Iliad. II, vers. 735. H.

Sed hactenus. Sed non ultra marmoris mentionem fecit. H.

Ebore tantum adornans. Nulla marmoris facta mentione. Locum Homeri attulimus, lib. XXXIII, cap. 23. H.

Si Tiburtino lapide. Qui Romae vulgaris, in eam advectus insulam,

Et Hercules, non fuisset picturae honos ullus; non modo tantus, in aliqua marmorum auctoritate.

VI. Secandi marmor in crustas nescio an Cariae fuerit inventum. Antiquissima, quod equidem inveniam, Halicarnassi Mausoli domus Proconnesio marmore exculta est, lateritiis parietibus. Is obiit Olympiadis CVI anno II, urbis Romae anno CCCCIIII.

VII. Primum Romae parietes crusta marmoris operuisse totius domus suae in Caelio monte Cornelius

accepisset fortassis ab loci unde peteretur, intercapedine pretium. H.

VI. *An Cariae*, etc. Cui Mausolus regulus iura dabat. Hard.

Mausoli domus. Haec pariter traduntur a Vitruvio, lib. II, cap. 8, pag. 29: «Item Halicarnassi, inquit ille, potentissimi regis Mausoli domus quum Proconnesio marmore omnia haberet ornata, parietes habet latere structos, qui ad hoc tempus egregiam praestant firmitatem, ita tectoriis operibus expoliti, ut vitri perluciditatem videantur habere.» Hard.

Is obiit Olympiadis C anno II, urbis Romae anno CCCII (sic libb. ante Hard. vulgg.). Lege: «Is obiit Olympiadis C anno II, Vrbis Romae CCCLXXIV.» Nam Olympiadis centesimae annus secundus, erat Vrbis Romae trecentesimus septuagesimus quartus. Vide Meurs. Arcb. Athen. p. 142. Dal. — *Olympiadis CVI*. Sic Reg. 2, et Colbert. 3, atque in editione Parmensi, Tarvisia, aliisque vetustioribus, *centesimae sextae*, sine ullis compendiorum notis. Libri posteriis editi, *Olympiadis C*, mendose. Hard. — *Olympiadis CVI anno II*, etc. Brot. ut supra cap. 4, emendat ex Regg. codicibus 2, 3, 5, et edit. princ. «Olympiadis C anno secundo, Vrbis Romae anno CCCLXXV.» Et id postulat Scopae aetas. «Is enim floruit, ut dictum est supra lib. XXXIV, cap. 19, Olympiade LXXXVII.» Tunc certe natus erat Scopas annos circiter 30. Si mortuus est Mausolus anno secundo Olympiadis centesimae sextae, ut habent recentiores editiones, Scopas habuit annos circiter centum, quum, defuncto Mausolo, eius mausoleum caelavit. Pars vero quam caelandam suscepit, patebat pedes 36 latitudine, et altitudine 20. Talesne et tam diuturnos labores sustinere potest senectus effoeta? Ex nott. Brot. ad hunc locum. Ed. P.

Anno CCCCIIII. Ita codices Reg. quatuor, et Vaticani duo. In Colb. 3, et vet. codice Dalecampii, *CCCCII*. Lege: «Olympiadis CX anno secundo, Vrbis Romae anno CCCCV,» et omnia ad Plinii mentem veritatemque congruent. Est hic annus 350 ante Christum. In libris hactenus editis, *CCCII*, errore minime obscuro. Hard.

VII. *Crusta marmoris operuisse*. Id non aliud fuit, quam marmor in tenues crustas varii coloris sectum parieti scite imponere, et pro tectorio ei dare. Lucanus, lib. X, vers. 114: «Nec summis crustata domus, se-

Nepos tradidit Mamurram Formiis natum, equitem Romanum, praefectum fabrum C. Caesaris in Gallia. Neque indignatio sit tali auctore inventa re. Hic namque est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus, quem et res, et domus ipsius clarius, quam Catullus, dixit habere, quidquid habuisset Comata Gallia. Namque adiecit idem Nepos, eum primum totis aedibus nullam nisi e marmore columnam habuisse, omnes solidas e Carystio aut Lunensi.

ctisque nitebat Marmoribus. » Declamator apud Senecam patrem: « In hos ergo exitus varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat. » Has marmorum crustas Graeci πλάκας vocabant et μαρμάρου πλακώσεις. Hard.

Praefectum. Habebat unaquaeque legio fabros tignarios, carpentarios, ferrarios, structores, reliquosque artifices ad hibernorum aedificia, ad machinas, turresque ligneas, caeteraque. Horum iudex propriis erat praefectus fabrum. Sic » praefectus fabrum Cn. Pompeii, « apud Ciceronem ad Attic. lib. IX, ep 8. Hard. — *Fabrum.* Gron. et al. *fabrorum.* Ed. P.

Neque indignatio sit. Voss. *neque id indignati desit tali.* Scribe: » ne quid indignari desit tali auctore inventa re. » Lib. XXXIII, cap. 11: quae et ipsa (Achaica victoria) signa et tabulas pictas invesit, ne quid deesset. » Lib. XXXV, cap. 11: » Ne quid desit temporis eies securitati, libias tenens. » Lib. XXXVI, cap. 15: » Bis vidimus urbem totam cingi domibus principum Caii et Neronis, huius quidem (ne quid deesset) aurea. Gron.

Catulli Veronensis carminibus. Carm. XXX in Caesarem: » Quis hoc potest videre? Quis potest pati, Nisi impudicus et vorax, et aleo? Mamurram habere, quod Comata Gallia Habebat unctum, et ultima Britannia? « De Mamurrae divitiis, Tullium vide lib. VII, ep. 7 ad Atticum. H.

Quem et res, et domus ipsius. Quem, et res familiaris, sive opes. Sic totidem fere apicibus libri manu exarati, quum in editis ad hunc diem libris addatur, » Quem ut res est, domus ipsius » vel nulla, vel implicata nimis sententia. Legebat olim Scaliger ex coniectura, *Metrodorus Scepsius*, horum verborum vice, *ut res est domus ipsius.* Acute magis quam solide excogitatum. Quid enim apertius, quam quod illis verbis significatum? Rem familiarem, see opes Mamerrae, domumque eius clarius illum ipsum declarasse, quod Catullus exprobrarat, quam hunc ipsum poëtam suis carminibus: corrasum scilicet ab illo, congestumque in illam domum, quidquid opum foret in Comata Gallia. *Rem* dici de pecunia opibusque tralatitium est. Hinc apud Tullium aliosque idoneos latinitatis auctores passim offendas, » Angere rem, habere rem, facere rem, etc. « Hard. — *Quem et res, et domus.* Nihil tale habent MSS. quos Hard. laudat. Brot. ex Regg. 2, 3, 5, et edit. principe, restituit *quem, ut res est, domus*, etc. Ed. P.

E Carystio aut Lunensi. De Cary-

VIII. M. Lepidus Catuli in consulatu collega, primus omnium limina ex Numidico marmore in domo posuit magna reprehensione. Is fuit consul anno Vrbis DCLXXVI. Hoc primum invecti Numidici marmoris vestigium invenio, non in columnis tamen crustisve: ut supra Carystii: sed in massa ac vilissimo liminum usu. Post hunc Lepidum ferme quadriennio L. Lucullus consul fuit, qui nomen (ut apparet ex re) Luculleo marmori dedit, admodum delectatus illo: primusque Romam invexit, atrum alioqui: quum caetera maculis aut coloribus commendentur. Nascitur autem in Nili insula, solumque paene horum marmo-

ato, lib. IV, cap. 21. Carystiarum columnarum meminere Stephanus, Strabo et alii. Tibullus, lib. III, eleg. 3: » Quidve domus prodest Phrygiis ionias columnis? Taenare sive tuis, sive Caryste tuis? » De Lunensi marmore supra diximus cap. 4. H.

VIII. *M. Lepidus.* Eius domus suo saeculo Romae pulcherrima fuit, cap. 15 huius libri. Dalec. — Gron. et al. ante Hard. » Denique M. Lepidus. » Ed. P.

Limina ex Numidico. Pavimenta ea Numidico *Poenica* vocat apud Festum Cato his verbis: » Dicere possum, quibus villae atque aedes aedificatae, atque expolitae maximo opere citro, atque ebore, atque pavimentis Poenicis stent, etc. » Dalec.

Anno Vrbis DCLXXVI. Ita Reg. 2, quod et temporum ratio, Fastique Consulares postulant. In libris hactenus editis, *DCLXVI.*

Non in columnis tamen. Sic MSS. Reg. 2, et alii, non vero *tantum.* Favet Isidorus, Origg. XVI, 5: » Numidicum marmor Numidia mittit; ad cutem succum dimittit croco similem: non crustis, sed in massa, et liminum usu aptum. » Aevo tamen subsequente, Neronis scilicet principatu, et crustas e marmore Numidico inductas legimus. Seneca, Ep. LXXXVI, p. 372: » Alexandrina, inquit, marmora Numidicis crustis distincta. » Et Sidonius, lib. II, ep. 2, balneolum suum describens: » Non illic Paros, inquit, Carystos, Phryges, Numidae rupium variarum posuere crustas. » Hard.

Vilissimo liminum usu. Limen inferum portarum ut hoc loco intelligatur, vilissimus qui nunc dicitur usus, admonet. Hard.

L. Lucullus consul fuit. Anno V. 680. Haec totidem verbis Isid. Origg. lib. XVI, cap. 5. Hard.

Nascitur... in Nili insula. Reg. 2, et Colb. 3, *in Nilo insula.* Pintian. coniiciebat *in Melo* legi posse commodius. Nos *in Chio*, Isidoro auctore, qui hunc locum exscripsit. Hard. — *In Nili insula.* Male edit. princ. *in Melo,* Brot. ex Isidor. *in Chio insula.* Ipse Plinius, lib. V, cap. 38, *Chium marmor* memoravit. Ed. P.

rum ab amatore nomen accepit. Inter hos primum, ut arbitror, marmoreos parietes habuit scena. M. Scauri non facile dixerim sectos, an solidis glebis positos, sicuti est hodie Iovis Tonantis aedes in Capitolio. Nondum enim secti marmoris vestigia invenerat Italia.

IX. Sed quisquis primum invenit secare, luxuriamque dividere, importuni ingenii fuit. Arena hoc fit, et ferro videtur fieri, serra in praetenui linea premente arenas, versandoque, tractu ipso secante. Aethiopica ad haec maxime probatur. Nam id quoque accessit, ut ad Aethiopas usque peteretur, quod faceret marmora: immo vero in Indos, quo margaritas quoque peti severis moribus indignum erat. Haec proxime laudatur; mollior tamen, quae Aethiopica. Illa nulla scabritie secat: indica non aeque laevigat:

Ab amatore nomen accepit. Lucullo videlicet, qui admodum delectatus illo. Sic Isidor. loc. cit. « Solumque paene hoc marmor ab amatore nomen accepit. Hard.

Inter hos primum, etc. Inter Lepidi et Luculli consulatum. Igitur, anno fere V. 678, aedilitatem gessit M. Scaurus, quam in annum abhinc duodevicesimum ex inani coniectura reiecit Pighius in Annalibus, hoc est, in consulatum Gabinii et Pisonis, anno V. 696. Hard.

Scena. Scena theatri pars ea dicitur, quae inter duo cornua pertenditur. Hard.

Glebis. Molibus. Hard.

In Capitolio. Aedem Iovis Tonantis in Capitolio extruxit Augustus, Sueton. cap. XXIX. *Marmorare* porro dixere Veteres, quod nos deinde *vestire marmore*. In vetusto lapide apud Grut. p. 129: AEDEM MARMORAVIT. Hard.

Invenerat Italia. Broterius ex Regg. codicibus 2 et 3, *vestigia invenio in Italia*. Ed. P.

Tractu. Dum trahitur serra, secat, premendo arenas praetenui acie sua. Hard.

Vt ad Aethiopas usque peteretur. Similes loquendi formulas ex Pliniano Indice pete. Hard.

Quod faceret marmora. Sic etiam MSS. Forte, *quod secaret*. Vel *quod laceraret*. Sed et *faceret* quoque satisfacit: est enim *facere marmora*, ex rudibus impolitisque glebis, facere polita; et aedibus ornandis idonea. Hard.

Immo vero etiam in Indos, unde, etc. (sic prius). Scribe, « immo vero in Indos, quo margaritas peti, etc. » ex vetere codice: et statim ante commodiorem hanc lectionem *secaret*, quam *faceret*. Pint.

Haec proxime laudatur. Indica post Aethiopicam proxime laudatur. H.

sed ea combusta polientes marmora fricare iubentur. Simile et Naxiae vitium est, et Coptidi, quae vocatur Aegyptia. Haec fuere antiqua genera marmoribus secandis. Postea reperta est arena non minus probanda, ex quodam Adriatici maris vado, aestu nudante, observatione non facili. Iam quidem quaenumque arena secare e fluviis omnibus fraus artificum ausa est: quod dispendium admodum pauci intelligunt. Crassior enim arena laxioribus segmentis terit, et plus erodit marmoris, maiusque opus scabritia politurae relinquit. Ita sectae attenuantur crustae. Rursusque Thebaica polituris accommodatur, et quae fit e poro lapide, aut e pumice.

X. (VII). Signis e marmore poliendis, gemmisque etiam scalpendis atque limandis, Naxium diu placuit ante alia: ita vocantur cotes in Cypro insula genitae. Vicere postea ex Armenia vectae.

XI. Marmorum genera et colores non attinet dicere in tanta notitia: nec facile est enumerare in tanta multitudine. Quoto cuique enim loco non suum marmor invenitur? Et tamen celeberrimi generis dicta sunt in ambitu terrarum cum gentibus suis. Non omnia

Et Coptidi. E Copto videlicet Aegypti oppido. Haan.

Maiusque opus scabritia. Et plus laboris scabritia relinquit politurae, quae fit post sectionem marmoris. Haan.

X. *Cotes in Cypro.* In Cypro quidem genitae, sed ex oppido Cretae Naxo, ubi parari eas ac conciliari mos erat, Romam advectae: inde Naxii nomen. Suidas: Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης. Sic ficum *Cypriam* nuncupari in Creta Theophrastus auctor est, quoniam eo e Cypro translata, Histor. Plant. lib. IV, cap. 2. Haan.

Ex Armenia vectae. Laudat eas Theophrastus de Lapidibus, p. 9.

XI. *Quoto cuique enim loco*, etc. Et in Gallia quoque nuper, haud procul regia Pontis Bellaquei basilica, ingens reperta est egregii marmoris fodina. H. — Nec non in Gallia Narbonensi, ad Pyrenaeos, Gebennas, plurimisque aliis locis.

In ambitu terrarum. In libris geographicis. Haan.

tamen in lapicidinis gignuntur, sed multa et sub terra sparsa. Pretiosissimi quaedam generis sicut Lacedaemonium viride, cunctisque hilarius. Sic et Augustum, ac deinde Tiberium in Aegypto Augusti ac Tiberii primum principatu reperta. Differentiaque eorum est ab ophite, quum sit illud serpentium maculis simile, unde et nomen accepit: quod haec maculas diverso modo colligunt, Augustum undatim crispum in vertices, Tiberium sparsa, non convoluta canitie. Neque ex ophite columnae, nisi parvae admodum, inveniuntur. Duo eius genera, molle candidum, nigri-

Non omnia tamen in lapicidinis. Transcripsit haec Isidorus, Origg. lib. XVI, cap. 5, totidem plane verbis ac syllabis, usque ad eum locum, »Neque ex ophite, etc.« H.

Pretiosissimi quidem generis Lacedaemonium. Academ. Gud. Men. Voss. »generis sicuti Lacedaemonium;« Forte: »Pretiosissimi quaedam generis, sicuti, etc.« Gron.

Lacedaemonium. Prudent. lib. II, contra Symmachum, vs. 246: »Et quae saxa Paros secat, et quae Punica rupes, Quae viridis Lacedaemon habet, maculosaque Symas.« Sidonius in Panegyr. Maioriani: »...post cauta Laconum Marmoris herbosi radians interviret ordo.«

Augustum, ac deinde Tiberium. Brot. ex Regg. MSS. et edit. princ. »Augusteum ac deinde Tiberianum.« Ed. P.

Unde et nomen accepit. Nam ὄφις graece serpentem sonat. Hard. — A nobis quoque dicitur *marbre serpentin.* Ed. P.

Augustum undatim crispum in vertices. Legend. »Augusteum undatim crispum in vertices, Tiberium sparsa, non convoluta canitie.« Sic de mensis citreis: »Praecipua dos in venam crispis, vel in vertices parvos.« Onyx igitur vel alabastrites lapis, candidus vel mellei coloris, et in vertices maculosus. Salm. — *In vertices.* Sic etiam MSS. At lib. XIII, cap. 30, eodem sensu, *in vertices parvos.* Hard.

Tiberium sparsa, non convoluta canitie. Sententia est, in marmore, quod in Tiberii nomen adscitum est, fuisse maculas candidas, non convolutas quidem in vertices, ut in Augusteo, sed sparsas. In Colb. 3, *Augusteum* et *Tiberianum* legitur. — *Sparsa, non convoluta*, etc. Sic MSS. Reg. 2, Colb. 2, et Piuliani. In editis ad hanc diem libris, contraria plane sententia, vel potius nulla, legebatur, »Tiberium sparsum convoluta canitie.« Nos et conditivorum exemplarium auctoritatem sequuti sumus ipsamque loci sententiam, et Isidori fidem, qui hunc locum totidem verbis exscripsit, Origg. lib. XVI, cap. 5. Hard.

Duo eius genera. Tris Dioscoridi: primum, nigrum et ponderosum: secundum cinereum, notis compunctum: tertium, lineis candidis intercinctum.

cans durum. Dicuntur ambo capitis dolores sedare adalligati, et serpentium ictus. Quidam phreneticis ac lethargicis adalligari iubent candicantem. Contra serpentes autem a quibusdam laudatur praecipue ex his, quem tephriam appellant, a colore cineris. Vocatur et Memphites e loco, gemmantis naturae. Huius usus conteri; et iis, quae urenda sint aut secanda, ex aceto illini. Obstupescit ita corpus, nec sentit cruciatum. 4 Rubet porphyrites in eadem Aegypto: ex eo candidis intervenientibus punctis, Leptopsephos vocatur.

Dalec. — *Duo.* Haec totidem verbis Isidor. Origg. lib. XVI, c. 5. H.

Capitis dolores sedare. Dioscor. lib. V, cap. 162, totidem verbis, et Oribas. lib. XIII, cap. 230. Hard.

Quidam. Dioscor. l. c. H. — *Adalligari.* Non operae pretium est tales nugas confutare. Ed. P.

A quibusdam laudatur. Isid. iisdem verbis l. c. Hard.

Tephriam appellant. Τεφρίαν, quod genus est ophitis tertium, σποδοειδὲς τὴν χρόαν, colore cinereo a Dioscoride appellatum, punctisque distinctum: unde Lucanus, lib. IX, v. 714: » Pluribus ille notis variatam pingitur alvum, Quam parvis tinctus maculis Thebanus ophites. « Nam et τέφρα Graecis, et σποδὸς cinerem significat. Hard.

Vocatur et Memphites a loco. Novum lapidis et marmoris genus, ab Aegypti uppido Memphi nominatum: de quo totidem verba faciunt, Dioscorid. lib. V, c. 158, et Isid. Origg. lib. XVI, cap. 4. Hard.

Gemmantis naturae. Gemmarum magnitudinem ac locum imitatur. Diosc. loc. cit. Ἔχει ψηφίδων μέγεθος, λιπαρὸς δὲ καὶ ποικίλος, » calculorum magnitudine, pinguis et versicolor. « Hard.

Huius usus conteri. Dioscor. loc. cit. Οὗτος ἱστορεῖται καταχριεσθεὶς λεῖος ἐπὶ τῶν μελλόντων τέμνεσθαι ἢ καίεσθαι τόπον, ἀναισθησίαν ἀκίνδυνον ἐπιφέρειν. « Hoc tradunt trito et illito partes quae urendae secandaeve sunt, citra periculum, ita obstupescere, ut non sentiant cruciatum. « H.

Rubet porphyrites. Aliud rursus marmoris genus. Isid. Origg. l. XVI, cap. 5: » Purpurites ex Aegypto, est rubens, candidis intervenientibus punctis. « Hard.

Candidis intervenientibus punctis, etc. Ex eo marmore genus illud quod punctis candidis distinguitur, ob exignitatem dicitur Leptopsephon, minutus calculus. Hard.

Leptopsephos vocatur. Λεπτόψηφος, quod nempe, ut Memphites, de quo dictum est proxime, calculorum magnitudinem id genus, quod est candidis punctis interstinctum, non superet. Hunc Plinii locum Salmasius praeposterè accepit in Solin. p. 562, qui a punctorum seu furfurum candore, qui in posteriore illo porphyritis genere spargantur, *Leptopsephi* cognomen inditum putavit. In libris hactenus editis, *leucostictos*, ex eruditorum interpolatione legebatur. At Reg. 2, Colb. 3, et Pintiani codex,

Quantislibet molibus caedendis sufficiunt lapicidinae. Statuas ex eo Claudio Caesari procurator eius in Vrbem ex Aegypto advexit Vitrasius Pollio, non admodum probata novitate. Nemo certe postea imitatus est. Invenit eadem Aegyptius in Aethiopia, quem vocant basalten, ferrei coloris atque duritiae. Vnde et nomen ei dedit. Numquam hic maior repertus est, quam in templo Pacis ab imperatore Vespasiano Augusto dicatus:

Leptosophos, unde nos *Leptopsephos* effecimus. Hard.

Quantislibet molibus caedendis. Id vero de prioris porphyritis genere accipiendum. Hard.

Triarius Pollio (sic prius). Tres quibus utimur, *Vitrasius Pollio*. Recte igitur restitutum *Vitrasius*, ut plane Menapius. Sed quosdam sic legere aiunt, ut apud Modestinum Iurisconsult. In rescripto Hadriani ad *Vitrasium Pollionem*: verum id minime quadrare, quum Hadrianum multis annis Plinius antecesserit: eoque alium Pollionem fuisse necessum esse quam eum, ad quem scripsit Hadrianus. Quis dubitat? nec Plinius Hadrianum modo; sed et Claudius Plinium. Qui rescriptum Hadriani advocavit, insinuabat non eumdem utrobique hominem appellari; sed *Vitrasiam* gentem romanam, et eius gentis cognomen *Pollionem* fuisse. Satis igitur quadrat hoc rescriptum. Quemadmodum etiam, quod scribit Dio, lib. LVIII: Κἂν τούτῳ Οὐιτρασίου Πωλλίωνος τοῦ τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντος τελευτήσαντος, ἑτέρῳ τινὶ Καισαρείῳ χρόνον τινὰ τὸ ἔθνος ἐπιτρέψῃ. a Interim Vitrasio Pollione, Aegypti praefecto, vita funeto, etc. a Hic vel pater, vel e natu maioribus proximorum fuit eius, cuius meminit Plinius. Lapis Puteolis in quadam turri apud Gruterum, fol. 492, 10: DEDICATA. VI. ID. AVG. T. VITRASIO. POLLIONE. II. M. FLAVIO. APRO. Apud eumdem fol. 302: VITRASIVS. POLIO. Gron. — *Vitrasius Pollio*. Libri hactenus fere editi, *Triarius Pollio*; Parmens. ed. *Tris Asinius Pollio*. At Reg. 2 et Colb. 3, *Vitrasius Pollio*. Nos tum ex Dione, tum ex antiquis monumentis, Gronovio praeeunte, *Vitrasium* scripsimus. Hard.

Non admodum probata novitate. Et merito quidem: in his enim statuis summa difficultas, nulla gratia. Et in antiquis porphyreticis statuis, quae exstant, caput, manus, pedes, sunt ex alio marmore candido, basalte, etc. Brot.

Quem vocant basalten. Hunc lapidem sic describit Strabo, lib. XVII: « Nos Philas ex Syene plaustro venimus, per campum valde planum, centum stadiorum. Per totam viam utrinque multis in locis videbantur quasi hermaea, scopuli alti, rotundi, admodum politi, paene teretes, nigri ac duri lapidis, e quo mortaria fiunt, etc. a Tales lapidea, sed minutuli, reperiuntur prope *Caillon*, arcem Rhotomagensis archiepiscopi, foris asperi, tuberosi, velut obliti luto, et candicantes, intus gagate nigriores. Dal. — *Basalten*. Aegyptio ac peregrino vocabulo, non oris latini

argumento Nili, XVI liberis circa ludentibus, per quos totidem cubita summi incrementi augentis se amnis intelliguntur. Non absimilis illi narratur in Thebis delubro Serapis, ut putant, Memnonis statue dicatus: quem quotidiano solis ortu contactum radiis crepare dicunt.

graecive. Locum hunc non bene exscripsit Isidor. loc. cit. Hard.

Argumento Nili, etc. Argumentum caelaturae in lapide, *Nilus et pueri sedecim* .... quibus intelligitur summum Nili exundantis incrementum. — Expressere huius marmoris effigiem Ortelius in ipsa operis geographici fronte, et Oiselius in calce Thesauri numismatum. Philostratus: Περὶ τὸν Νεῖλον οἱ πῆχεις ἀθύρουσι, παιδία ξύμμετρα τῷ ὀνόματι καὶ ὁ Νεῖλος αὐτοῖς ὑπεργάννυται, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι κηρύττουσιν αὐτόν, ὅσος Αἰγυπτίοις προεχύθη. « Cubiti circa Nilum ludunt, pueri corporis quantitati cognomines, quibus Nilus summopere oblectatur, tum ob alia, tum vel maxime, quod ipsum quantum Aegyptiis profusus sit, enuntient. » Lib. primo Iconum, p. 737. Reliqua descriptio simili nitet lepore. De Nili incremento vide quae diximus lib. V, cap. 10. Est Hadriani Aug. nummus ex aere magno, in Geza Parmensi, in quo Nilus decumbens pingitur, cum arundine et cornucopiae: infra, hippopotamus. In imo L. ΤΡΙCΚΑΙΔ. « Anno XIII Hadriani. » Supra ις, *sedecim* cubiti ad quos eo anno Nilus excrevit. Anno praecedente, sive duodecimo Hadriani idem notatur, in nummo aereo pariter: L. ΔΩΔΕΚ. Supra ις. H. — *Nili, XVI liberis circa ludentibus.* Statua illa nunc non exstat ex basalte, sed antiquum eius exemplar ex marmore candido, servatur in pontificiis Vaticani hortis. Ad eius similitudinem expressum quod in publicis hortis, *les Tuileries*, conspicitur. Egregium illud monumentum eiusque basis, plena sunt Aegyptiae naturae, et plurima Plinii loca illustrant. Ex Brot. nott. ad hunc loc. Ed. P.

Cubita. Gron. et al. *cubiti*, et paulo infra, *statua*, non *statuae*. Ed. P.

Memnonis statuae dicatus. De hac Philostratus in Iconibus et Heroicis, Lucianus in Tonari, Apollonius Tyaneus fusissime, Strabo, Pausanias, Rhodig. lib. XXII, cap. 5. Dal. — *Memnonis statuae dicatus.* Exstat adhuc Thebis illa statua, quam vide apud Cl. Pococke, *Description of the East*, etc. tom. I, pag. 102, tabb. 36, 37. De hac statua, eiusque inscriptionibus, et vocali sono, satis dixi ad Tacitum, Annal. lib. II, cap. 60. Brot.

Crepare dicunt. Vocem fundere, φθέγξασθαι, si Philostrato credimus, de vita Apoll. lib. VI, cap. 3, pag. 263. Tacitus, Annal. lib. II, p. 61: « Memnonis saxea effigies, ubi radii solis icta est, vocalem sonum reddens. » De simulacris imaginibusque loquentibus multa congessit pro more Grotius in Explic. Decalogi, p. 29. Verum *Memnonis*, legi hic oportere, non *Memnonis*, fidem faciunt

XII. Onychen etiam tum in Arabiae montibus, nec usquam aliubi, nasci putavere nostri veteres: Sudines in Germania. Potoriis primum vasis inde factis, dein pedibus lectorum sellisque. Nepos Cornelius tradit magno fuisse miraculo quum P. Lentulus Spinter Amphoras ex eo Chiorum magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine columnas vidisse se. Variatum in hoc lapide postea est. Namque pro miraculo insigni quatuor modicas in theatro suo Cornelius Balbus posuit. Nos ampliores triginta vidimus in coenatione,

quae diximus ad lib. VI, cap. 35, et lib. X, cap. 37. H.

XII. *Onychen.* Onyx, *l'Albatre oriental*, quem quidam dicunt, *l'Albatre Onyx.* Romae in Biblioteca Vaticana stat egregia columna ex onyche, alta palmos 13. 1/2, reperta via Appia, cum linteo ex asbesto. Brot.

In Germania. Sic libri editi et manu exarati. Brot. post Salmasium, *in Carmania.* Non rarus quidem in Germania lapis alabastrites, *l'albatre*, sed onychi, *l'onyx*, multo inferior gratia et pretio. Ed. P.

Potoriis primum vasis inde factis. Hic locus ostendit, ut recte animadvertit Dalecampius, murrhina vasa alia fuisse, quam quae ex onyche fierent. Τῶν ὀνυχίνων ποτηρίων meminit Athen. lib. XI, pag. 494, et ὀνυχίνων σκύφων, p. 495, ex Posidonio philosopho. Cave porro onychem hoc loco putes a Plinio pro gemma ea accipi, quam nostri vocant *cassidoine* (*calcédoine, oxide de silicium, quartzagate*), ut plerisque visum; quum sit onyx modo aliud nihil praeter marmoris lapidis genus quoddam quem et alabastriten prisci appellarunt. H. — Conf. de alabastro, alabastrite et onyche, quae dicturi sumus ad lib. XXXVII, cap. 24 et 54. Ed. P.

P. Lentulus. Qui aedilis fuit Cicerone consule, anno Urbis C. 691. Ed. P.

Chiorum. Recte autem Hermolaus: « amphoras ex eo Chiorum magnitudine cadorum: » frustra subiicit, vel *Antiochorum.* Lucianus l. II Veae Hist. ἕκαστον αὐτῶν Χίου πίθου τριπλήθεστερον. Gronov. — Horat. lib. III, Od. 19. « Quo Chium pretio caduum Mercentur. » Romae cadus quanta mensura fuerit, diximus lib. XIV, cap. 17. Hard.

In theatro suo. Quod ille, nempe Gaius Balbus alter, anno V. C. 741, Tiberio Claudio Nerone, P. Quintilio Varo coss. dedicavit, ut auctor est Dio, lib. LIV, p. 539. H.

In coenatione. Coenatio, locus est ad coenandum. Sueton. in Nerone, cap. XXXI: « Coenationes laquestae tabulis eburneis versatilibus, ut flores ex fistulis, et unguenta desuper spargerentur. Praecipua coenationum rotunda, etc. » H.

quam Callistus Caesaris Claudii libertorum potentia notus sibi exaedificaverat. (VIII). Hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur. Idem exustus emplastris convenit. Nascitur circa Thebas Aegyptias, et Damascum Syriae. Hic caeteris candidior: probatissimus vero in Carmania, mox in India: iam quidem et in Syria Asiaque. Vilissimus autem et sine ullo nitore in Cappadocia. Probantur quam maxime mellei coloris, in vertices maculosi, atque non translucidi. Vitia in iis, corneus color aut candidus, et quidquid simile vitro est.

XIII. Paulum distare ab eo in unguentorum fide multi existimant, Lygdinos in Paro repertos: amplitudine,

Callistus. De quo superius lib. XXXIII, cap. 47. H.

Hunc aliqui lapidem, etc. Onychem videlicet. Ex horum est numero Diosc. lib. V, cap. 153. Apparet quam imperite divulsa haec fuerint à pristinis Plinii editoribus, ut novum ab iis verbis caput auspicarentur. Hunc porro locum plane ad verbum exscripsit Isidorus, Origg. lib. XVI, cap. 5. H.

Servare incorrupta dicitur. Plinius, XIII, 3: « Vnguenta optime servantur in alabastris. » Horat. Carm. IV, od. 12: « Nardi parvus onyx eliciet cadum. » Hoc est, vasculum ex onyche. Et Martial. lib. VII, ep. XCIII, de Papilo male olente: « Vnguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat: Olfecit postquam Papilus, ecce garum est. » Hard.

Idem exustus emplastris convenit. Dioscor. V, 153: Λίθος ἀλαβαστρίτης, ὁ καλούμενος ὄνυξ, ἀναληφθεὶς κεκαύμενος ῥητίνῃ ἢ πισσίνῃ, διαφορεῖ σκληρίας, etc. « Alabastrites vocatus onyx, exustus, et resina, aut pice exceptus, duritias discutit, etc. » Galenus similiter de Fac. simpl. med. IX, p. 257. H.

Nascitur circa Thebas. Isidor. Origg. XVI, 5. H.

Mellei coloris. Talia adhuc et eiusdem coloris exstant vasa antiqua. Sed de alabastrite lapide eruditissime disseruit Cl. D'Aubenton, *Mémoire de l'Académie des Sciences*, anno 1754, pag. 237. Exstat Parisiis, in Museo regio, insigne fragmentum antiquum, partim alabastrites, partim marmor. Brot.

In vertices maculosi. Hoc est, in parvos vortices, habentes crispatas maculas. Sic Reg. 2, alii. H. — *In vertices.* Gron. et al. ante Hard. *in vertice.* Ed. P.

XIII: *In unguentorum fide*, in unguentis nempe incorruptis diu servandis. H.

Lygdinos in Paro repertos. Libri omnes editi, *in Tauro*; Reg. 2, *in Taro*. Nos (post Salmasium) ex Isid.

qua lances craterasque non excedant, antea ex Arabia tantum advehi solitos, candoris eximii.

Magnus et duobus contrariae inter se naturae bonos: Coralitico in Asia reperto, mensurae non ultra bina cubita, candore proximo ebori, et quadam similitudine. E diverso niger est Alabandicus terrae suae nomine, quanquam et Mileti nascens, ad purpuram tamen magis aspectu declinante. Idemque liquatur igni, ac funditur ad usum vitri. Thebaicus interstinctus aureis guttis, invenitur in Africae parte Aegypto adscriptae, coticulis ad terenda collyria quadam utilitate naturali conveniens. Circa Syenen vero Thebaidis Syenites, quem ante pyropoecilon vocabant.

XIV. Trabes ex eo fecere reges quodam certamine obeliscos vocantes, Solis numini sacratos. Radiorum

Origg. XVI, 5, *in Paro.* » Parius lapis, inquit, Lygdinus cognomento: hic apud Paron insulam nascitur: unde et Parius nuncupatus. Magnitudo eius, quae lances craterasque non excedat: unguentis et ipse aptus. » Hesychius: Λύγδος λίθος..., ὁ Πάριος. Hard.

Magnus et duobus. Subintellige, lapidum, sive marmorum generibus. Hard.

Coralitico in Asia reperto. De Coralitico, Alabandicoque totidem verba fecit Isidor. Origg. XVI. 5. Vide et Marbod. de Lapid. pret. 8, et Actium de Re med. II, 33, p. 53. In indice *Corallico.* Hard. — *Coralitico.* Brot. ex Regg. codd. 1, 2, etc. *corallitico.* Ed. P.

Alabandicus terrae suae nomine, quamquam, etc. Ex Alabanda Cariae. Vide Agricolam lib. V Fossilium. Dalec.

Thebaicus interstinctus aureis guttis. Eum lapidem officinae quedem pro Armenio ostendunt. Thebaico similis, colore caeruleus effoditur prope Lugdunum in pago Divi Belli (*Saint-Bel.*). Dalec. — *Thebaicus.* Isidorus haec de Thebaico lapide pariter totidem verbis ac syllabis loco cit. Hard.

Coticulis ad terenda collyria quad. utilitate. Praebet, inquit, hic lapis cotyculas usus eximii, ad terenda collyria. Sic libri omnes, etiam MSS. Sic et Isidor. loc. cit. Salmasius tamen in Solin. p. 1051, *tuticulas* legi mavult. Cotes in poliendo marmore superius commendavit Plinius, c. 10. Hard.

Pyropoecilon. Πυροποίκιλον, punctis ignei coloris distinctum et varium. H. — Gron. et cl. ante Hard. *pyrrhopoecilon* ; et sic quoque Brot. ex edit. princ. et Cl. Rezzonico. Πυῤῥοποίκιλος, nempe a πυῤῥός, fulvus. Nobis etiamnunc dicitur *Granite rouge, sienite.* Ed. P.

XIV. *Radiorum eius argumentum.*

eius argumentum in effigie est, et ita significatur nomine Aegyptio.

2 Primus omnium id instituit Mestres, qui in Solis urbe regnabat, somnio iussus: hoc ipsum inscriptum in eo: etenim scalpturae illae effigiesque, quas videmus, Aegyptiae sunt litterae.

3 Postea et alii regum in supra dicta urbe, Sothis quatuor numero, quadragenum octonum cubitorum

Excogitata obeliscorum effigies est, ad significandos solis radios: et radium quidem Aegyptii obeliscum vocant. H.

Mestres. Sic Regg. 2 et Vaticana exemplaria, Kirchero nostro teste, de origine et erectione obeliscorum, I, 4, non ut editi, *Mitres.* Hunc autem Aegypti regem, atque adeo et consequentes, longe post Mosis aetatem imperitasse credimus. H.

In Solis urbe regnabat Busiris scribit Diodorus, lib II, cap. 4, civitatem maximam condidisse, quam Aegyptii vocarunt civitatem solis, nempe Ἡλιόπολιν; Graecis vero Thebas ἑκατονπύλους, Διόσπολιν vocari, non Ἡλιόπολιν, Strabo prodidit, quo fit ut mendosum Diodori codicem arbitrer, praesertim quum alia sit Heliopolis. — Dalec. — *In Solis urbe.* Heliopoli, ut diximus lib. V, c. 11. Obeliscos porro a Mestre conditos, Kircherus loc. cit. 8, eos esse suspicatur, qui Romae etiamnum Mahutaeus, Medicaeus et Scauro Caelius appellantur, minoris quidem formae, ut prima rerum esse principia solent. H. — *In Solis urbe.* Heliopolis, nunc *Ain el-chams*, idest oculus Solis, nobis vulgo dicta, *Matharée.* Ibi adhuc extat ille obeliscus, quem exhibet Cl. Shaw, *Voyages*, tom. II, p 142. P. Sicard, qui diligentissime Aegyptum lustravit, ibi reperit octodecim obeliscos, nempe Alexandriae 2, Heliopoli 1, Arsinoë 1, Thebis 10, et in insula Phile 4. Brot.

Aegyptiae sunt litterae. Hieroglyphicae, de quibus Chaeremon, Horus Apollo, Diodorus, lib. IV Bibl. ignorabiles; Apul. lib. XI Asini; Rhodig. lib. XXIX, c. 26. Litteras has sacras soli noverant Sacerdotes, et qui ab iis describendis ἱερογραμματεῖς vocabantur, vulgus aliis utebatur. Dal. — De hieroglyphicorum caracterum interpretatione multa invenies a doctiss. nostrate Champollion-Figeac typis nuper mandata. Ed. P.

Postea et alii regum. MS. Reg. 2, *et alii eorum*, quod eodem recidit. Hard.

Sothis. In MSS. *Sochis*, Alias τὸν Σῶθιν, Aegyptii canicula vocant, ut diximus lib. II, cap. 40, ex Damascio apud Photium. H. — *Sothis.* MSS. Regg. 2, 3, et Laurentian. *esotis.* Al. et edit. princ. *ephotis.* Chifll. Rezzonic. Brot. *Sochis*, et sic quoque scribit Gronov. et al. ante Hard. Ed. P.

Quatuor numero. Tum ex ratione mensurae, tum ex hieroglyphicorum characterum interpretatione, Kircherus colligit, ex iis quatuor obeliscis, eum unum esse, qui Pamphilus appellatur ab Innocentio X Pontifice,

Digitized by Google

longitudine. Ramises autem is, quo regnante Ilium captum est, quadraginta cubitorum. Idem digressus inde, ubi fuit Mnevidis regia, posuit alium, longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor. (IX.) Opus id fecisse dicuntur CXX M. hominum. Ipse 4
rex, quum subrecturus esset, vereretur que ne machinae ponderi non sufficerent, quo maius periculum curae artificum denuntiaret, filium suum adalligavit cacumini, ut salus eius apud molientes prodesset et lapidi. Hac admiratione operis effectum est, ut quum oppidum id expugnaret Cambyses rex, ventumque esset incendio ad crepidines obelisci: exstingui ignem iuberet molis reverentia, qui urbis nullam habuerat.

Sunt et alii duo, unus a Smarre positus, alter ab 5
Eraphio sine notis, quadragenum octonum cubito-

a quo nuper erectus, quum diu prostratus iacuisset. H.

Ramises. Hunc Tacitus Rhamsen appellat Annal. lib. II, p. 61. Ρεμψὶν Diodor. Sicul. Bibl. lib. I, pag. 51. Josephus Ramphem, Herodotus Rampsinitum vocat, lib. II, Euterpe, n. 21. H. — MSS. Regg. 2 et 3, *Ramisesis.* Brot.

Quadraginta cubitorum. Subintellige, totidem ab illo positos, quot et a patre, hoc est, quatuor, sed cubitorum tantum quadragenum. Ita Kircherus l. c. H.

Mnevidis regia. Haud procul Heliopoli: nam apud huius oppidi cives Mnevis bos colebatur; apud Memphitas, Apis. Testis est Strabo, XVII, pag. 803. H.

Posuit alium. Hic ille insignis obeliscus, quem Sixtus V eruitum e Circo maximo, ubi a Constantio, Constantini Magni filio, fuerat olim erectus, teste quidem Ammiano, lib. XVII, ante Basilicam Lateranensem ingenti ausu erexit, anno 1588. Hard.

Vndecenis pedibus. Male MSS. Regg. et edit. princeps, *undenis.* Brot. post Rezzonicum, *undecentenis.* Ed. P.

A Smarre positus. Ne huius quidem, aut Eraphii, Nectabidis, Mespheaeque, qui hoc capite nominantur inter Aegypti reges, ulla apud Herodotum, aut Diodorum mentio. Dal. — *A Smarre.* Eumdem hunc esse quidam existimant, qui Eusebio in Chronico Ammerres Aethiops appellatur. H. — *Smarre.* Brot. ex MSS. Regg. Ambrosian. 1 et edit. princ. *a Zmarre.* Forte est Psammis, pater regis Apries, de quo Herodot. Ed. P.

Ab Heraphio. Qui Vaphres ab Eusebio in Chronico appellatur, ut nonnulli putant. H. — *Eraphio.* Gron. et al. ante Hard. *Eraphito.* Brot. ex Pintian. Ambrosian. 2, Regg. 2, 3, *Raphio.* Raphius illa idem videtur esse ac Pharao Ephree, vel Hophra, de quo Ieremias, XLIV, 30. Ab Hero-

rum. Alexandriae statuit unum octoginta cubitorum Ptolemaeus Philadelphus, quem exciderat Nectabis rex purum: maiusque opus fuit in devehendo statuendove multo, quam in excidendo. A Satyro architecto aliqui devectum tradunt rate: Callisthenes a Phoenice, fossa perducta usque ad iacentem obeli-
6 scum e Nilo: navesque duas in latitudinem patulas, pedalibus ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem mensuram ponderis oneratas, ita ut subirent obeliscum pendentem extremitatibus suis in ripis

doto, lib. II, n. 161, dicitur Apries. Ed. P.

Sine notis. Forsan, quod erant alienigenae, Aethiopes nimirum, Aegyptorum hieroglyphicas notas haud satis edocti. H.

Nectabis. Apud Athenaeum, pag. 207, versu 9, Alexis mentionem facit Neochabis regis Aegypti, qui fortassis hic Nectabis est. Apud Plutarchum, in Agesilao, Nectenabis Tachi Aegyptiorum regis patruelis, ab eo defecit, regnumque invasit, et Agesilai ope fugato Tacho, ac Mendesio, quem regem designaverant, regnum obtinuit. Dal. — *Nectabis.* Qui Eusebio in Chronico Nectanebis, cuius aetas Alexandri Magni tempora vix xl annis antecessit. H. — *Quem exciderat Nectabis.* Brot. ex MSS. Regg. 2, 3, edit. princ. Rezzonic. etc. *exciderat eum Nectebis.* Is appellatur Nectanebus a Cornelio Nepote, in Chabria. Ed. P.

Purum. Id est, sine notis, aut hieroglyphicis caracteribus. Mox Brot. ex edit. princ. Regg. MSS. et Rezzonic. » maiusque opus in devehendo statuendove multo fuit, quam, etc. « Ed. P.

A Satyro. Quem de Mausoleo librum condidisse auctor est Vitruvius in Praef. lib. VII, p. 125. H. — Ptolemaei secundi architectus fuit Satyrus, et Philoteram urbem Troglodyticam aedificavit. Strabo, l. XVI, p. 769. Bapt.

Callisthenes. Sic MSS. non *Callixenus*, ut editi. Egimus de eo in Auctorum indice. H. — *Callisthenes.* Brot. ex MS. Reg. 5, *Callixenus.* Callisthenem enim occiderat Alexander Magnus, ut testatur Seneca, Natur. Quaest. lib. VI, cap. 23, fatetnrque ipse Harduinus paulo supra cap. 4. Ed. P.

Fossa perducta. Fossae illius vestigia, a lapicidinis Thebaici marmoris ad Nilum, etiamnunc agnosci testatur Brot. ad h. l. Ed. P.

Pedalibus. Pedalibus *lateculis* ex eodem lapide naves oneratas duplo magis quem esset pondus obelisci sic aestimato pondere, ut laterculi congererentur in navem, quot obelisci longitudinem bis adaequarent: sic naves eo pondere pressae, subiere obeliscum, qui duabus suis extremitatibus ripae amnis interfluentis incumbebat. Postea egestis laterculis, naves sublevatae excepere onus. H.

utrinque: postea egestis laterculis allevatas naves excepisse onus statutum. Excisos autem sex tales in monte eodem, et artificem donatum talentis quinquaginta. Hic fuit in Arsinoëo positus a rege supra dicto, munus amoris in coniugem, eademque soro-

Excepisse onus statutum. Excisos autem sex tales, etc. Brot. ex MSS. Regg. 2, 3, 5, Ambros 2, etc. »excep. onus, Statutum autem in sex talis e monte eod.» Rezzonic. »Statutum autem excisis sex talis e monte.» Ed. P.

Talentis. Talenta haec Aegyptia, interpretor, quorum singula argenti libras octoginta capiunt, ut ex Varrone vidimus, lib. XXXIII, cap. 15. H. — Talenta Aegyptia quinquaginta sunt gallicae monetae libræ 261,450. Brot.

Hic autem obeliscus fuit in Arsinoë positus (sic prius). Voss. »Hic fuit in Arsinoëo positus ab rege supradicto.» Nusquam τὰ *autem obeliscus* quae ab aliquo male sedulo esse allita mihi exploratum est. Αρσινόειον est monumentum Arsinoës. Pintianus quoque scribend. ait *Arsineo.* Gron.

A rege supradicto. Ptolemaeo Philadelpho, qui uxori, eidemque sorori suae, monumentum exstruxit, Αρσινόειον appellatum. Sic Iseum, Lidis monumentum vocant. H. — *A rege.* Brot. ex Regg. 2, 3, etc. *ab rege.* Ed. P.

Eamdemque sororem. Aegyptiorum illa regum mos fuit. Testis insignis prae caeteris in Thesauro regio nummus aureus, cuius pars prior capita duo exhibet, quorum alterum alteri applicitum est: epigraphe, ΘΕΩΝ. Posterior capita duo alia, et alterum similiter applicitum alteri: epigraphe, ΑΔΕΛΦΩΝ. Vidimus et alium pondo aureorum Francicorum trium. Θεός nemo regum Aegypti vel Syriae dictus est, vel dici potuit ante Philometorem, vel aequalem eius Antiochum Θεόν. Nunc pari iure coniux Philometoris Θεά appellatur: quae, nisi soror eiusdem esset, esse Θεά, vel omnino Cleopatra dici non potuit. In altera huius nummi parte sunt utriusque parentes, Ptolemaeus Philopator, qui et Tryphon, cum coniuge eademque sorore. Vnde et ambo ΑΔΕΛΦΟΙ vocantur. Philometor igitur cum Cleopatra coniuge et eadem sorore, in hoc nummo pingitur parte una; et ambo ibi ΘΕΟΙ: in altera deinde ΑΔΕΛΦΩΝ; hoc est, fratris et sororis pariter regum (nam sunt omnium capita cincta diademata) filii appellantur. Θεοὶ ἀδελφῶν dicuntur, qua forma et *Alexander Philippi*, subintellecto filii nomine, nuncupatur. Vidimus ea auro similem pulcherrimum apud D. de Boze: in quo aeque atque in aliis et sunt clausis oculis Ptolemaeus Philopator et uxor, ut iam fato functi; et maiorem praeferunt aetatem, quibus nomen ΑΔΕΛΦΩΝ superscriptum est, quam quibus ΘΕΩΝ: quoniam videlicet illi parentes, hi liberi sunt: ideoque hi non clausis oculis, sed apertis, ut vivi pinguntur. Itaque θεοὶ ἀδελφῶν ii dicuntur: id quod idem valet ac si dicas: orti ambo ex patre, avo, proavo, abavoque regibus; neque hoc tantum; sed et fidem ambo filii filiorum regum: hoc est, ex matre etiam nati ambo, siquidem fratres, quae ipsa esset ex patre, avo

rem Arsinoën. Inde eum navalibus incommodum Maximus quidam praefectus Aegypti transtulit in forum, reciso cacumine, dum vult fastigium addere auratum, quod postea omisit.

8 Et alii duo sunt Alexandriae ad portum in Caesaris templo, quos excidit Mestres rex quadragenum binum cubitorum. Super omnia accessit difficultas mari Romam devehendi, spectatis admodum navibus. Divus Augustus priorem advexerat, miraculique gratia Puteolis navalibus perpetuis dicaverat: sed in-

et proavo regibus orta. Voces enim ambas ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ coniungi oportare, manifeste docet nummus alter, in quo unicam epigraphan partis anticae voces eae duae efficiunt; tametsi vultus iidem quatuor utramque implent paginam, hoc est, nummi aream. Θεός in nummis Aegypti vel Syriae regum, non divum significat, sive relatum inter divos, aut consecratum. Neque enim consecrat, aut inter divos reponit, nisi potestas superior eo qui consecratur. Ea causa est, cur nulli regum in Graecia, Syria, vel Aegypto consecrati appareant, ne ipse quidem Alexander Magnus; quippe qui sint ipso iure natalium divi post mortem reges. Atque hinc intelliges, id quod aliunde constat argumentis, Imperatores romanos senatui fuisse subiectos, a quo utique consecrabantur il, qui hunc sibi post obitum deferri honorem in vita maluissent. Hoc fuit acta eorum omnia rata haberi, et pubblica auctoritate confirmari. Denique hinc quoque disces, falsam illam fictamque inscriptionem esse, ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙ, quae dicata Ptolemaeo Soteri et coniugi dicitur. Hard.

Arsinoën. Nummus tetradrachmae pondere ex auro eximio, quem vidimus apud D. de Clesves, caput velatum ex una parte exhibet, cum loto in vertice: quod velum matronarum insigne est; ut lotus Aegypti, ex altera parte geminum Cornucopiae, cum hac epigraphe: ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. Hinc L. ΑΓ, anno XXXIII; inde ΠΑ; hoc est, Παφίου. Infra litteras ΠΑ columba est, quoniam columbae Cypriae etiam hodieque celebratissimae sunt ob cristae venustatem. Hinc Arsinoë profitetur aeque sui principatus ac suae ditionis Aegyptum esse, atque fratris eiusdemque mariti sui. Notandum in eo nummo praeterea est, litteram L pro λυχνόβαντος adscitam ab Aegyptiis fuisse ex alphabeto romano, priusquam in Asia sive Syria. H.

Ad portum in Caesaris templo. Gronov. et al. ante Hard. *in portu ad Caesaris templum.* Ed. P.

Mestres. Ita codices nostri et Pintiani, ut supra, non ut editi, *Mesphers.* Hard.

Spectatis admodum navibus. Videan sit melior lectio structus ad modum navibus, hoc est, ad pondus et quantitatem, Pitt. — *Spectatis admodum navibus.* Insignibus admodum structis in eam rem navibus. H.

cendio consumpta est. Divus Claudius aliquot per 9
annos asservatam, qua Caius Caesar importaverat,
omnibus quae umquam in mari visae sunt, mirabilio-
rem, turribus Puteolano ex pulvere exaedificatis,
perductam Ostiam, portus gratia mersit: alia ex hoc
cura navium, quae Tiberi subvehant. Quo experi-
mento patuit, non minus aquarum huic amni esse,
quam Nilo.

Is autem obeliscus, quem divus Augustus in circo 10
magno statuit, excisus est a rege Semneserteo, quo
regnante Pythagoras in Aegypto fuit, centum viginti-
quinque pedum, et dodrantis, praeter basim eiusdem

Qua Caius Caesar importaverat. Navim qua Caius Caligula obeliscum importaverat ex Aegypto. Tranquillus in Claudio, cap. xx: »Portum Ostiae exstruxit, circumducto dextra sinistraque brachio, et ad introitum profundo iam solo mole obiecta: quem quo stabilius fundaret, navem ante demersit, qua magnus obeliscus erat ex Aegypto advectus: congestisque pilis superposuit altissimam turrim, in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent.« Hard.

Puteolano ex pulvere. Quem diximus libro sup. cap. 17, mersum mori fieri lapidem inexpugnabilem undis. Hard.

Alia ex hoc cura navium. Alia deinde subiit cura naves struendi, quae Tiberi obeliscum subveherent. Hard. — *Quae Tiberi subvehant.* Broter. ex Vet. apud Dalec. *subveherent.* Ed. P.

Patuit. Broter. ex Reg. cod. 5, Ambros. 1, 2, edit. princ. et Cl. Rezzon. *patum fit.* Ed. P.

Is. Eum esse Kircherus existimat, quem e circo erutum, post alteram ruinam, ante aedem B. Virginis *del Popolo*, Sixtus V Pontifex maximus erexit. Hard.

In circo magno. Circum maximum fere vocant, regione Vrbis undecima. Hard.

A rege Semneserteo. Psammamiteum verius, et ad Aegyptiacae linguae proprietatem affinius dici scribique Kircherus existimat loc. cit. H. — Semneserteus successit Amasidi regi, ut colligere est ex Diogene Laërtio, lib. VIII, cap. 3. Brot.

Quo regnante, etc. Laërtius tamen, non Semneserteo, sed Amaside regnante veniisse in Aegyptum Pythagoram prodidit, in eius vita, p. 214, commendatumque ei per litteras a Polycrate Samiorum tyranno. Id quoque testatur Tzetzes, Chil. XI, Hist. 366, v. 71. Numa Pompilio rege Romanorum paulo priorem Pythagoram Plinius facit, XIII, 27. H.

Et dodrantis. Et pollicum novem. Hard. — *Centum viginti quinque pedum, et dodrantis* Brot. post Boscovichum, *LXXXII pedum et dodrantis*, quod quadrat cum eius obelisci altitudine, quam Mercatus et Kirche-

lapidis: is vero, qui est in campo Martio, novem pedibus minor a Sesostride. Inscripti ambo rerum naturae interpretationem Aegyptiorum philosophia continent.

XV. (x.) Ei qui est in campo, divus Augustus addidit mirabilem usum ad deprehendendas solis umbras, dierumque ac noctium ita magnitudines, strato lapide ad magnitudinem obelisci, cui par fieret um-

rus aliique produnt esse palmorum romanorum cx. Ed. P.

Praeter basim. Basis altitudinem intelligere est ex MS. codice bibliothecae Vindobonensis, cui titulus *Imperia Caesarum.* Ibi enim legitur sub Augusto: »Hoc imp. navis Alexandrina prima in portum romanum introivit, nomine Acatus, quae ettulit frumenti modios cccc; vectores ccc; piper, linteamen, carta, vitria, et opoliscum (leg. *chartas, vitrea et obeliscum*) cum sua sibi base, qui est in circo maximo, altum pedes LXXXVII s.« Ergo basis eius obelisci alta fuit pedes 4 3/4. Brot.

Novem pedibus minor. Altus ergo fuit pedes 73 3/4. Brot.

A Sesostride. Diximus de eo lib. VI, cap. 33. Fuit Tholae Israëlitarum iudici coaevus, regum Aegypti potentissimus. Hard.

Philosophia. Ex philosophia Aegyptiorum. In libris editis, *philosophiae* legebatur. MSS. *philosophio.* H.

XV. *Ei qui est in campo*, etc. In campo Martio. Obelisci huius vestigia quaedam adhuc exstare, cernique per cellam quamdam cryptamve subterraneam, quo ex loco celsissimo dejectus, temporum diuturnitate terra subrutus, ignobilis vilium aedificiorum fundamentis servire cogitur, testis est αὐόπτης Kircher. lib. cit. c. 9. Hard. — *Ei qui est in campo.* In campo Martio. Celeberrimus ille obeliscus iacebat in fundamentis conductitiarum quarumdam domorum, non procul S. Laurentii in Lucinae aede. Erui eum curavit Pontifex maximus Benedictus XIV, et erudito opere illum illustravit Cl. Bandini, *Dell'obelisco di Cesare Augusto*, Roma, 1750, in fol. Operi additae sunt eruditae litteras Cll. Stuart. et Boscovich. Fractus ille obeliscus adhuc iacet, mole et sculpturis conspiciendus. Quem eum erexit, stylobatae inscripsit Augustus: »IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS IMP. XII COS. XI TRIB. POT. XIV AEGYPTO IN POTESTATEM POPVLI ROMANI REDACTA SOLI DONVM DEDIT.« Brot.

Mirabilem usum. Nempe, ut esset in horologio solari pro gnomone. In Indice huius loci: »De eo obelisco, qui pro gnomone in campo Martio.« Hard.

Ad deprehendendas solis umbras. Ita libri omnes, nequicquam haec mutante Scaligero ad Manilium, pag. 250. Stratum illud lapideum pro plano fuit, in quo describerentur horae: obeliscus pro gnomone. Hard. — *Ad deprehendendas solis umbras.* Augusto imperique romani maiestate digens fuit ille gnomon, *meridiana.* Brot.

Cui par fieret umbra. Non quidem par ad obelisci proceritatem, quo-

bra, brumae confectae die, sexta hora, paulatimque per regulas (quae sunt ex aere inclusae) singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret: digna cognitu res et ingenio fecundo mathematici. Apici au-

modo in Venetorum tractu, sive climate, aequinoctii die gnomoni par umbra est, sed quatenus umbra et gnomon respondent ad rationem eius tractus. Dal. — *Vmbra.* Quantam umbram faciebat obeliscus die brumae in meridie, tantum erat lapideum illud stratum, media sui parte, quae horam illam signabat. H. — *Cui par*, etc. *Cui*, ut erudite observavit Boscovichus, non ad obeliscum refertur, sed ad stratum lapideum. Die enim brumae umbra bis et quinta insuper parte, 2 1/5, longior erat quam obeliscus. Ex notis Broter. ad hunc loc. Ed. P.

Brumae. Ita Reg. 2 aliique codices et ipse Scaliger loc. cit. non, ut hactenus editi, *Romae confecto die*, quod insulsum. Brumae confectus dies appellatur is, quo bruma committitur. Sic. XVI, 36, *sidus confectum* Plinius, pro peracto solstitio dixit, quod et alibi ab eo usurpatum, ex Indice intelliges. H. — *Brumae confectae die.* Die solstitii hiemalis; tunc enim umbra est totius anni longissima. Mirum ut Galliani ficto Ernesti *Freeman* nomine, locum hunc Plinii obruit inanibus coniecturis falsisque explicationibus, quas Boscovich. italica ad Bandin. epistola confutavit. Brot.

Sexta hora. Quam nos duodecimam, seu meridiem appellamus. H.

Per regulas Linenlas aereas. H.

Decresceret. A bruma ad solstitium: vicissimque a solstitio ad brumam augesceret. Fuit haec igitur forma horologii: in praegrandi lapide plano, qui in milla amplius palmorum spatium extendebatur, descripti arcus curvi ab ortu ad occasum, exhibebant magnitudines dierum ac noctium. Vmbra enim obelisci in unum illorum incidens, ostendebat horarum, verbi gratia, quindecim diem esse, novemque noctem. Lineae vero, quae arcus istos intersecabant, situm et ordinem horarum antiquarum signabant: ita ut hora prima appellaretur ea quae solis ortum proxime sequeretur; sexta quae medium diem signaret; duodecima, quae solis occasum. Eo enim horologii genere Veteres usi sunt, quod singulos dies ac noctes dividerent in duodecim aequales horas, sive eae longiores fuerint, ut diurnae aestate, bruma nocturnae; sive breviores, ut hieme diurnae, nocturnae solstitio. Vnde August. de vera Relig. « Hora, inquit, brumalis aestivae comparata minor est. » Lineae porro istae ex aeneis laminis confectae, horizontali plano insertae, gratum ex altiore loco spectaculum intuentibus praebebant. Horologii eius iconem delineavit accurate Iacob. Masus, Syracusanus. Hard.

Ingenio fecundo mathematici. Quis ille mathematicus fuerit MSS. codices non indicant. Typi interpolati sic exhibent « et ingenio fecundo. Manlius mathematicus apici, etc. » Nobis a vetustorum exemplarium fide desciscere religio est. Vidit hoc et Pintianus. H. — *Ingenio fecundo mathematici.* Emendavit Bandin. loc. cit. cap. 13; *ingenio Facundini L. math.* Sed ignotus illa *Facundinus*, ignotus *li-*

ratam pilam addidit, cuius umbra vertice colligeretur in seipsa, alias enormiter iaculante apice, ratione, ut ferunt, a capite hominis intellecta. Haec observatio triginta iam fere annis non congruit, sive solis ipsius dissono cursu, et caeli aliqua ratione mutato, sive universa tellure aliquid a centro suo dimota, ut deprehendi et in aliis locis accipio: sive urbis tremoribus, ibi tantum gnomone intorto: sive inundationibus Tiberis sedimento molis facto: quamquam ad altitudinem impositi oneris in terram quoque dicantur acta fundamenta.

(XI.) Tertius Romae in Vaticano, Caii et Neronis

bertus. Brot. ex Reg. cod. 5 et edit. princ. a ingenio fecundo. Manilius mathematicus apici, etc. a En. P.

Apici auratam pilam addidit. Quonam modo id sit molitus dubitant. An pilam sic imposuerit, ut exstaret tota humani capitis similitudine: an inseverit, et demissam exsculpto lapide, coniunxerit: an de lapide resecuerit, quantum altitudo pilae fuit additura: quod minime credo, quum obeliscos sacros ob religionem haberet antiquitas. Dal.

Cuius umbra vertice colligeretur in seipsa. Cuius pilae umbra in verticis modum colligeretur in seipsa: quum alioqui apex obelisci amplior quam par sit, enormem laxamque nimis iacularetur umbram. Sic paulo ante, cap. 11, *crispum in vertices*, dixit et cap. 12, *maculosum in vertices.* Sic totidem plane apicibus syllabisque Reg. 2 codex et Pintiani, nisi quod *in ipsa*, non *in seipsa* habent. Ita et MSS. alii omnes probatioria notae. At in editis ad hunc diem libris prodigiose haec corrupta: a Cuius vertice umbra colligeretur in semetipsam, alia atque alia incrementa iaculantem apice. a Quam sunt porro haec corrupta, tam sunt obscura, quae Salmasius affert in Solin. pag. 640, ad interpretationem huius loci, quem ex suis quoque codicibus restituit aeque ac Pintianus. H. — *Colligeretur in seipsa.* Verissime et accuratissime dictum. Qui plura de his voluerit, consulat laudatas Boscovichi epistolas. Brot.

A capite hominis intellecta. Cuius umbra colligitur in pilae modum, pressiorque est, quam quae reliquo corpore iactatur umbra. H.

A centro suo dimota. Brotec. ex MSS. Regg. 2, 3, etc. *a centro suo aliquid emota.* Ed. P.

Sedimento molis facto. Mole subsidente. Haan.

Impositi oneris. Sic Reg. 2 et Pintiani codex, non *impositae rei*: et mox *acta*, non *iacta*. Altitudinem fundamentorum magnitudini obelisci parem fuisse significat. Haan.

Tertius Romae in Vaticano. Hunc Sixtus V e circo Vaticano ante S. Petri aedem transtulit, et Sanctae Cruci dedicavit. Hard.

Caii. Quem Caligulam appellarunt.

principum circo, ex omnibus unus omnino factus est imitatione eius, quem fecerat Sesostridis filius Nuncoreus. Eiusdem remanet et alius centum cubitorum, quem post caecitatem visu reddito, ex oraculo Soli sacravit.

XVI. (XII.) Dicantur obiter et pyramides in eadem Aegypto, regum pecuniae otiosa ac stulta ostentatio. Quippe quum faciendi eas causa a plerisque tradatur, ne pecuniam successoribus aut aemulis insidiantibus praeberent, aut ne plebs esset otiosa: multa circa hoc vanitas illorum hominum fuit, vestigiaque complurium inchoatarum exstant. Vna est in Arsinoite nomo, duae in Memphite, non procul labyrintho, de quo et ipso dicemus. Totidem ubi fuit

Circum hunc a Caio, ut credimus, coeptum, a Nerone perfectum, Tacitus haud obscure significat, Annal. lib. XIV: «Clausumque valle vaticana spatium, in quo equos Nero regeret haud promiscuo spectaculo.» Haud.

Factus est imitatione eius, etc. Locum hunc integerrima fide repraesentamus, qualem exhibent MSS. codices, Colb. 3, Vet. Dalecampii, et Vaticana quoque esemplaria, teste Mattio Origg. II, 14, et Kirchero nostro de Orig. obelisc. I, 9. Caeteri, nempe editi, cum Reg. 2, «fractus est in molitione, quem.» Haud dubie mutile ac falso. Nam qui videre, ac diligenter exploravere, integrum adhuc esse renuntiant. H.

Sesostridis. MSS. *Sesosidis*; vetustae editiones, *Sesostidis*: quod idem est. Haud.

Nuncoreus. Phcronem appellat Herodotus, Euterpe, lib. II, num. cxi, pag. 129. Defuncto patre Sesostride, regnum administrasse: luminibus interim captum esse: restituto visu obeliscos duos Soli sacrasse, longitudinis centenum cubitorum, octonum latitudinis. Σεσώστριος δὲ τελευτήσαντος, ἐκδέξασθαι ὅλεγον τὴν βασιλήϊην τὸν παῖδα αὐτοῦ Φίρωνα, etc. Eadem refert et Diodor. Sicul. Bibl. lib. I, p. 54, qui hunc Sesostridis filium Sesostrin secundum vocat. H.

XVI. *Pyramides* Pyramides exstructas fuisse, ut essent symbolum anni, nonnulli putant. Cell. — Plures in honorem sepulturae, cuius studiosissimi ac curiosissimi fuerunt Aegyptii, exstructas volunt. Dal. — *Pyramides*. P. Sicard. in Aegypto viginti magnas pyramides invisit, non numeratis quae minores sunt. Magnas quinque lustravit, trium interiora descripsit. Brot. — Conf. de Pyramidibus magnificentissimum ac vere imperatorium opus, cui titulus, *Description de l'Égypte*, etc. Ed. P.

De quo. Infra cap. 19. H.

Totidem. Pyramides duae. A rege Moeride exstructas ait Herod. Euterpe

Moeridis lacus, hoc est, fossa grandis. Sed Aegyptus inter mira ac memoranda narrat harum cacumina extrema, quae eminere dicuntur. Reliquae tres, quae orbem terrarum implevere fama, sane conspicuae undique adnavigantibus, sitae sunt in parte Africae, monte saxeo sterilique, inter Memphim oppidum, et quod appellari diximus Delta, a Nilo minus quatuor millia passuum, a Memphi VII M D, vico apposito, quem vocant Busirin in quo sunt assueti scandere illas.

XVII. Ante has est sphinx, vel magis narranda, quasi silvestre numen accolentium. Amasin regem putant in ea conditum, et volunt invectam videri. Est

lib. II, p. 126, n. 401, in media palude: passus L ab aqua exstare, etc. Diodorus item Bibl. lib. I, pag. 48, ab eo rege duas ibi pyramides positas, alteram sibi, uxori alteram. H.

Moeridis lacus. Diximus de eo lib. V, c. 9. Hard.

Narrat harum. MSS. *narrato harum.* Pintianus, *narrat horarum.* H.

A Nilo. Paululum discrepat Diod. Bibl. I, pag. 57. Nam is a Nilo stadia κλν, πέντε πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα, hoc est, passuum amplius quinque millia statuit: a Memphi cxx, hoc est, xv mill. pass. De hisce pyramidibus exstat epigramma Anthol. IV, 17. εἰς τὰς ἐν Μέμφει πυραμίδας. Ὀσσαν ἐπ' Ὀλύμπῳ καὶ Πήλιον ὕψι τεθέντα Ψευδὴς ἱστορίης ῥῆσις ἀνεπλάσατο. Πυραμίδες δ' ἔτι νῦν Νειλωΐδες, ἄκρα μέτωπα Κυροῦσι χρυσείοις ἄστρασι Πληϊάδων. « Pelion atque Ossam dorso frondentis Olympi Falsa loquens vatum fama superposuit. Pyramides sed adhuc terra Nilotide tangunt Aurea Pleiadum sidera fronte sua. » H.

XVII. *Ante has est sphinx.* Ante pyramidas sphinx occurrit, opere mirabili. Durare adhuc sphingem hanc in Aegypto, auctor est testis oculatus Petr. Bellonius de admirabil. operum Praestantia, cap. II. Ausonius de sphinge, in gripho ternario: « Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella. » H. — *Sphinx.* Exstat adhuc sphinx illa, sed praeter caput et collum, caetera sunt arenis obruta. Eius effigiem et mensuras vide apud Pococke, *Description of the East*, tom. I, pag. 46. Item Shaw, *Voyages*, t. II, pag. 157. Baot.

Narranda. Gron. et al. ante Hard. *magis miranda.* Ed. P.

Amasin regem putant in ea conditum. Eum Appion Grammaticus Pharaonem fuisse putat, Iudaeis iniquissimum, memoratum in sacris litteris Hebraeorum. At Philoni Pharao Tecmosis fuit, Eusebio Cenchres, Artabano Nechenfres. Amasin saevum ac crudelem, in omnes impotentem ac superbum, ab Actisane Aethiopum

autem saxo naturali elaborata, et lubrica. Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit, longitudo pedum CXLIII est, altitudo a ventre ad summam apsidem in capite, LXII.

Pyramis amplissima ex Arabicis lapicidinis constat. 2 Trecenta LXVI hominum millia annis XX eam constru-

rege principatu spoliatum fuisse scribit Diodorus, lib. II Bibliotecen. Dal. — *Amasin.* De eo diximus lib. X, cap. 14. Hunc certe in Saite nomo colossos posuisse et ἀνδρόσφιγγας scribit Herodotus, Euterpe, sive lib II, n. 175, pag 157. At sepultum in pyramide Lucanus credidit, Phars. IX, v. 155: «Non mihi pyramidum tumulis evulsus Amasis.» Et sane in MSS. Reg. 2 aliisque, non *Amasin* hoc loco, sed *Armain* clare legitur (quod iam Gronovius animadvertit): quem in Aegypti regibus Eusebius enumerat, eumque altero nomine Danaum appellatum prodit. H.

Et lubrica. Pulita, laevigata. Nutavit Pinetus a Strabone dici *exemptilem*, ἐξαιρέσιμον, quod nundum reperire in eo auctore potui. Dalec.

Ad summum apicem (sic prius). Scribe, *ad summam absida*, vel *absidem*, hoc est, curvaturam. Lib. II, 15: «Circulorum, quos Graeci absidas in stellis vocant.» Ibidem, cap. 16: «Igitur a terrae centro absides altissimae sunt Saturno in Scorpione, etc.» Denique ipsum illud, quod huc revocavimus: «quia deductas ab summa abside lineas coarctari ad centrum necesse est, sicut in rotis radios.» Plinius alter, lib. II, ep. 17: «Adnectitur angulo cubiculum in absida curvatum.» Hieronymus in Epist. ad Ephesios: Numquid caelorum circulus, quas philosophi sphaeras vocant, transiens atque transcendens stetit in summo eseli fornice, et ut verbis ipsorum utar, abside. e Cassianus, Collat. XXIV, cap. 6: «Si quia absidis camaram volens in sublime concludere.» Haec scripseram quum vidi editum olim *ad summam aspidem*: et Hermolaum notasse vetustos codices habere *apicem*, forte tamen legendum *absidem*, hoc est, curvaturam. Sic ille: pelus elegerunt. Gaur. — *Ad summam apsidem.* Nunc eminent tantum caput et collum, quorum altitudo est pedum 27. Ergo a Plinii, vel potius auctorum, quos sequutus est Plinius, temporibus, aggesti sunt arenae pedes 35. Ea Brot. not. ad h. loc. Ed. P.

Pyramis amplissima. Quam excitari iussit Cheops Aegypti rex, ex Arabicis lapidibus, inquit Herodotus, lib. II, num. 124. Hard.

Ex Arabicis lapicidinis constat. Marmore simili ebori maculoso. Dioscorides. Dal.

Trecenta LXVI hominum millia. Centum hominum millia solum Herodotus habet, lib. II, Euterpe, n. 124, pag. 137, hoc est, myriades decem. At Diodor. Sicul. Biblioth. I, pag. 57, triginta sex myriades, hoc est, hominum millia CCCLX. Hard. — Brot. ex MSS. Regg. edit. principe, et Diodor. Sicul. *trecenta LX hominum millia.* Ed. P.

Annis. Priore decennio advecta saxa esse narrat Herodotus, loc. cit. altero fabricam absolutam. Diodor. loc. cit.

xisse produntur. Tres vero factae annis LXXVIII et mensibus IV. Qui de iis scripserint, sunt Herodotus, Euhemerus, Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Alexander Polyhistor, Butorides, Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Apion. Inter omnes eos non constat a quibus factae sint, iustissimo casu obliterati tantae vanitatis auctoribus. Aliqui ex his prodiderunt, in raphanos, et allium, ac caepas, mille sexcenta talenta erogata. Amplissima octo iugera obtinet

Τὸ δὲ πᾶν κατασκεύασμα τέλος ἴσχε μέγις ἐτῶν εἴκοσι διελθόντων. H.

Herodotus, etc. De his egimus in auctorum Indice. Hard.

Butorides. In libris manu exaratis, *Butoridas*. Hard.

Inter omnes eos, etc. Discrepantes auctorum sententias refert Diod. Sic. Bibl. I, pag. 59. H. — *Non constat a quibus factae sint*. Maximam a Cheope Herodotus, a Chemmya Diodorus factam scribit: minorem ab eius filio Chabreo Diodorus, a Cephrene fratre Herodotus (has Aegyptii, eorum regum nomina detestantes, Philitionis pastoris, qui prope illas greges ducebat, esse aiunt): tertiam a Mycerino Cheopis filio Herodotus, Chemmyos Diodorus. Is auctor est, proditum a quibusdam, non supradictos ab ipso reges, sed maximam pyramidem fecisse. Armeum, secundam Amasin, tertiam Masum: hanc que velle quosdam Rhodopis pellicis sepulchrum fuisse, idque nonnullorum principum, qui eam amassent, communi opera absolutum. Addit praeterea tres alias esse pyramides, minores, quas suis uxoribus pro sepulchro primi illi dicti reges aedificarunt. Herodotus quartam pyramidem exstructam ad lacum Moeridis prope Isbyrinthum a duodecim viris post Sethonis regis obitum, qui Aegypto praefuerat, longitudine 40 passuum. Strabo sub ea sepultum Imandem fuisse tradit. Dal.

In raphanos, etc. Herod. l. c. pag. 138. Sic Reg. 2 caeterique codices manu exarati. In editis perperam *mille octingenta*. Manuscriptis favet Herod. Euterp. II, n. 125, p. 138: Ἐς τε σμυρναίην, καὶ κρόμμυα, καὶ σκόροδα.. ἑξακόσια καὶ χίλια τάλαντα ἀργυρίου τετελέσθαι. » In raphanos, caepas et allia.. : mille et sexcenta talenta pecuniae esse insumpta. » Diodor. Sicul. similiter, Bibl. I, pag. 58: Τάλαντα πλείω τῶν χιλίων καὶ ἑξακοσίων. Hard.

Mille sexcenta talenta. Aegyptiaca scilicet, quae ex Varronis aestimatione, quam attulimus XXXIII, 15, monetae nostrstia efficiunt libras 8,446,400. Brot.

Amplissima. E tribus supradictis Herod. p. 137, singulas frontes quadratae pyramidis sit obtinuisse ὀκτὼ πλέθρα μέτωπον ἕκαστον. In Reg. 2, *septem iugera*. Mela, 1, 9, quatuor tantum iugera, quae sunt Herodoti πλέθρα ὀκτώ. H. — *Octo iugera*. MSS. Regg. 2, 3, et editio princeps, *septem iugera*. Ed. P.

soli, quatuor angulorum paribus intervallis, per octingentos octoginta tres pedes singulorum laterum, altitudo a cacumine pedes XV s. Alterius intervalla singula per quatuor angulos pares DCCXXXVII s. comprehendunt. Tertia minor quidem praedictis, sed multo spectatior. Aethiopicis lapidibus, assurgit CCCLXII pedibus inter angulos. Vestigia aedificationum nulla exstant. Arena late pura circum, lentis similitudine, qualis in maiori parte Africae. Quaestionum summa est, quanam ratione in tantam alti- 4

Per octingentos octoginta tres pedes. Sic Reg. 2, 3 et edit. princ. Brot. ex Reg. cod. 5, *per septingentos octoginta tres*, quod magis quadrare putat cum Herodoti et Pomponii Melae mensuris. Recentiorum eulem mensurae non satis etiam inter se constant, quod minime mirum videbitur, si quis ob aggestas arenes, metiandi difficultatem aestimaverit. Ed. P.

Altitudo a cacumine pedes. XV s. Sic MSS. Hoc est, quindecim millia pedum, cum semisse. Prius legebatur *latitudo ... pedes XXV.* Hard. — *Altitudo*, etc. Id est, latitudo cacuminis est pedum 15 1/2, et forte emendeodum, *latitudo*. Mirum id non accepisse Harduinum de latitudine cacuminis, sed de altitudine totius pyramidis, et prodidisse eam fuisse quindecim millium pedum cum semisse, quod absurdum est. Ex Brot. not. ad hunc loc. Ed. P.

Alterius. Secundae e tribus superius memoratis. Hard.

DCCXXXVII S. Hoc est, pedes DCCXXXVII, cum semisse; sic MSS. H. — Brot. tamen ex MSS. Regg. et ed. princ. *DCCXXXVII comprehendunt.* Pococke, loc. supr. laud. ait se observasse e cacumine majoris pyramidis eamdem fere esse utriusque altitudinem. Ed. P.

Aethiopicis lapidibus. Aethiopico lapide, ad medium usque esse conflatam, Herodotus est auctor, Euterpe II, n. 134. Hard.

Inter angulos. Inter pares angulos: erat enim quadrata. Singulis lateribus tria πλέθρα, sive tria semiiugere Herodotus attribuit, l. c. Hard.

Vestigia. Totidem verbis haec Diodor. Sic Bibl. I, p. 57: Καὶ τὸ θαυμασιώτατον, τὸ τηλικοῦτον ἔργον κατεσκευασμένον, καὶ τοῦ περιέχοντος τόπου παντὸς ἀμμώδους ὄντος, οὐδὲν ἴχνος, οὔτε τοῦ χώματος, οὔτε τῆς τῶν λίθων ξεστουργίας, ἀπολείπεται, ὥστε δοκεῖν μὴ κατ' ὀλίγον ὑπ' ἀνθρώπων ἐργασίας, ἀλλὰ συλλήβδην καὶ ὁμοῦ, ὥσπερ ὑπό θεοῦ τινος τὸ κατασκεύασμα τεθῆναι πᾶν εἰς τὴν περιέχουσαν ἄμμον. a Et quod maximam pariat admirationem; substructio tam insane perfecta est in loco qui totus circumquaque arenosus est, ut ne vestigium quidam, tum eggeris, tum caesi et politi lapidis sit reliquum. Unde non paulatim hominum ope, sed conjunctim et semel, ceu e deo quopiam, tote illa moles in circumfusis arenis collocata esse videatur. H.

tudinem subvecta sint caementa. Alii enim nitro ac sale adaggeratis cum crescente opere, ac peracto fluminis irrigatione dilutis: alii lateribus e luto factis in privatas domos distributis. Nilum enim non putant rigare potuisse multo humiliorem. In pyramide maxima est intus puteus octoginta sex cubitorum, flumen illo admissum arbitrantur. Mensuram altitudinis earum omniumque similium deprehendere, invenit Thales Milesius umbram metiendo, qua hora par esse corpori solet. Haec sunt pyramidum miracula: supremumque illud, ne quis regum opus miretur, minimam ex his, sed laudatissimam, a Rhodope mere-

Alii enim nitro ac sale. Alii enim aggeribus e nitro et sale, simul ut crescebat opus, factis, subvectâ caementa aiunt: qui aggeres, opere peracto diluti sint fluminis per canales immissi irrigatione. Diodor. Sicul. l. cit. postquam aggerum adminiculo deportatos lapides dixit ad pyramidum structuram, haec statim subiungit: Επιχειροῦσι δέ τινες τῶν Αἰγυπτίων τερατολογεῖν καὶ μυθέσθαι ὑπὲρ τούτων, λέγοντες ὡς ἐξ ἁλῶν, καὶ νίτρου τῶν χωμάτων γεγονότων, ἐπαφεθεὶς ὁ ποταμὸς ἔπηξεν καὶ διέλυσεν αὐτὰ, καὶ παντελῶς ἠφάνισεν, ἄνευ τῆς χειροποιήτου πραγματείας. v Aegypliorum nonnulli prodigiose de his loqui, et nescio quas fabulas conantur obtrudere: quod nimirum quum aggeres isti e sale et nitro constarent, fluvius immissus eos liquarit, dissolutosque prorsus aboleverit, intacta operis absoluti structura. H.

In privatas domos distributis. Peracto opere. Hard.

Est intus puteus. Exstat adhuc et aditur ille puteus, non rectus, sed obliquus. Immo fertur in Aegypto esse ex illo puteo, per subterraneum iter, exitum in desertum. Brot.

Thales. Apud Plutarch. in Conviv. sap. pag. 147, Thaletem Niloxenus sic compellat: Επεὶ σοῦ τι καὶ τὰ ἄλλα θαυμάζει, καὶ τῆς πυραμίδος τὴν μέτρησιν ὑπερφυῶς ἠγάπησεν, ὅτι πάσης ἄνευ πραγματείας, καὶ μηδενὸς ὀργάνου δεηθεὶς, ἀλλὰ τὴν βακτηρίαν στήσας, ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς σκιᾶς, ἣν ἡ πυραμὶς ἐποίει, γενομένων τῇ ἐπαφῇ τῆς ἀκτῖνος δυοῖν τριγώνων, ἔδειξας, ὃν ἡ σκιὰ πρὸς τὴν σκιὰν λόγον εἶχε, τὴν πυραμίδα πρὸς τὴν βακτηρίαν ἔχουσαν. « Nam quum te quoque ob alia quaedam suscipit (Amasis videlicet Aegypti rex), tum vero mirum in modum ei arridet, quod pyramidis altitudinem absque ullo labore, aut instrumento dimensus es, sed scipione, ad umbrae, quam faciebat pyramis, finem erecto, ac lactu radiorum duobus triangulis constitutis, demonstravisti altitudinem pyramidis ad scipionis altitudinem ea esse proportione, quam umbra illius ad huius umbram haberet. Hard.

A Rhodope. Negat hoc esse verum

tricula factam. Aesopi fabularum philosophi conserva quondam et contubernalis haec fuit, maiore miraculo tantas opes meretricio esse conquisitas quaestu.

XVIII. Magnificatur et alia turris a rege facta in insula Pharo, portum obtinente Alexandriae, quam constitisse octingentis talentis tradunt: magno animo ne quid omittamus, Ptolemaei regis, quod in ea permiserit Sostrati Gnidii architecti structurae ipsius nomen inscribi. Vsus eius, nocturno navium cursu ignes ostendere, ad praenuntianda vada, portusque introitum: quales iam compluribus locis flagrant, ut Ostiae ac Ravennae. Periculum in continuatione igniium ne sidus existimetur, quoniam e longinquo similis flammarum aspectus est. Hic idem architectus primus omnium pensilem ambulationem Gnidi fecisse traditur.

Herodotus, Enterpe, lib. II, n. 134; iactitatum id falso a Graecis ait: conditam pyramidem eam esse a Mycerino Cheopis filio, Aegypti rege. Sed fuere, ut dictum est supra, de pyramidum auctoribus discrepantes sententiae. Rhodopen hanc factam esse Aegypti reginam Aelianus affirmet Var. Hist. l. XIII, 33, et Strabo lib. XVII, p. 808. Hard.

XVIII. *Octingentis talentis.* Attica haec ego talenta interpretor, quoniam a principe e Graecia oriundo persoluta. Non alia Plinius talenta laudat toto opere praeter Aegyptiaca, Atticave. H. — *Octingentis talentis.* Aegyptiis scilicet, ait Brot. quae gallicae monetae libras efficiunt 4,183,200. Si Attica magis placet intelligi, libras accipe 3,655,000. Ed. P.

Ptolemaei regis. Lagi F. qui primus post Alexandrum Aegypto praefuit. Hard.

Sostrati. Dexiphanis is filius fuit Aegypti regum familiaris amicus. Dal. — *Sostrati.* Inscriptionem recitat Strabo, lib. XVII, p. 791. ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ. ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ. ΚΝΙΔΙΟΣ. ΘΕΟΙΣ. ΣΩΤΗΡΣΙΝ. ΥΠΕΡ. ΤΩΝ. ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ. SOSTRATVS. CNIDIVS. DEXIPHANIS. F. DIIS. SERVATORIBVS. PRO. SALVTE. NAVIGANTIVM. Refert et Lucianus lib. quomodo historia sit conscribenda: dolumque simul aperit, quo id fuerit peractum a Sostrato. Hard.

Quales. E nostra id coniectatione est. Nem. in editis hactenus libris: Sicut iam tales compluribus locis flagrant, ut Puteolis ac Ravenna. Vnde haud poenitenda emendatio, ut *Ostiae.* Nam Ostiae certe a Claudio imperatore erectam esse e altissimam turrim, in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent, auctor est Tranquillus in eius vita, cap. XX. Hard.

Ambulationem. Ambulatio locus est

XIX. (XIII.) Dicamus et labyrinthos, vel portentosissimum humani impendii opus, sed non, ut existimari potest, falsum.

Durat etiamnunc in Aegypto in Heracleopolite nomo, qui primus factus est ante annos, ut tradunt, quater mille sexcentos a Petesucco rege, sive Tithoë. Quanquam Herodotus totum opus regum esse dicit, novissimique Psammetichi. Causam faciendi varie interpretantur. Demoteles regiam Motherudis fuisse, Lyceas sepulchrum Moeridis, plures Soli sacrum id exstructum, quod maxime creditur.

2 Hinc utique sumpsisse Daedalum exemplar eius

ad deambulandum. Qua de voce lexicographos consule. H.

XIX. *Impendii.* Profusi sumptus. Ita Reg. 2, non *ingenii*, ut editi et Colb. 3. Favet ipse Plinius in calce huius capitis: « Adeo vesana dementia, quaesisse gloriam impendio nulli profuturo. » Vidit hoc et Pintianus. H.

Durat etiamnunc in Aegypto. Plinius, ut plerique auctores, unum in Aegypto labyrinthum memorat. P. Sicardus, Diodorum sequutus, tres labyrinthos reperit et lustravit; primos et antiquissimus, a rege Mende Marove aedificatus, exstat adhuc integer in desertis provinciae *Fuoum*. Secundus, quem nonum Plinius, ut et alii multi, memorat, a Petesucco rege, vel Psammetichio, exstructus est: magnificum et vere portentosissimum humani impendii opus. Ingentes et admirabiles eius ruinae exstant in *Ahenas el-Madine*. Tertius factus a rege Maeno in deserto inter urbem Crocodilopolim et lacum Moeridis, ubi nunc *Havara*. Brot.

Quater mille sexcentos. Broter. *ter mille sexcentos.* Ed. P.

A Petesucco. Si Diodoro fides Bibl. I, pag. 55, a Mende potius rege, quem et nonnulli Maron appellant. Hard.

Herodotus totum opus regum esse dicit. Aegyptios Herodotus ait, Euterpe, lib. II, num. 147 seq. recuperata libertate, duodecim reges sibi delegisse, in totidem partes Aegypto distributa. Horum unum fuisse Psammetichum, qui ceteris deinde sublatis e medio, novissimus ipse solusque regnavit. Eos communi consilio, in sui nominis monumentum, labyrinthum fecisse, anno urbis Romae 86. Manasse regis Iudae temporibus, Psammetichus Aegypti tenuit principatum. Hard.

Hinc utique sumpsisse Daedalum exemplar. Sic Diodor. Sicul. Bibl. lib. I, p. 55. H. — *Daedalum sumpsisse exemplar.* P. Sicard. auctoritate Diodori Siculi, I, 97, probat exemplum sumptum a Daedalo, non e labyrintho Petesucci, vel Psammetichi, sed ea antiquissimo Mendetia, sive Mari, labyrintho. Quod verissimum est. Brot.

labyrinthi, quem fecit in Creta, non est dubium, sed centesimam tantum portionem eius imitatum, quae itinerum ambages, occursusque, ac recursus inexplicabiles continet: non, ut in pavimentis puerorumve ludicris campestribus videmus, brevi lacinia millia passuum plura ambulationis continentem, sed crebris foribus inditis, ad fallendos occursus, redeundumque in errores eosdem. Secundus hic fuit ab Aegyptio labyrinthus: tertius in Lemno: quartus in Italia. Omnes lapide polito fornicibus tecti: Aegyptius, quod miror equidem, introitu lapide e Pario: columnis reliquis, e Syenite: molibus compositis, quas dissolvere ne saecula quidem possint; adiuvantibus Heracleopolitis, qui id opus invisum mire infesta- 3

In Creta loxis Gnossum, Pausanias in Atticis, aliique. H.

Quae itinerum ambages. Legitur *iterum*, non *itinerum*, in vetusto codice, quasi *iteris* flectatur ab *iter*, recto, non *itineris*, quod et alibi notatum est. Pint. — Labyrinthum illum Creticum descripsit Cl. Tournefort, *Voyage du Levant*, tom. I, p. 176. Confer item *Mémoires de l'Académie des Sciences*, ann. 1702, p. 217. Ed. P.

In pavimentis. Recte quidem pavimenta; quod non intellexere Plinii interpretes. Nempe mos erat in pavimentis Creticum labyrinthum exprimere. Sic eum videre est musivo opere, *en mosaïque*, expressum in pavimento tessellato in aede D. Michaelis Ticini, *Pavie*. Tale quoque est Romae pavimentum in aede D. Mariae, trans Tiberim. Ba.

Ludicris campestribus. Vt et in hortis fingi e buxo solent: quibus in labyrinthis per limites exiguos, humili buxo vel herba praecinctos (Plinius laciniam vocat) millia passuum plura conficiuntur. Harb.

Brevi. Humili instar laciniae buxo vel herba. Harb.

Aegyptius. Diodorus quidem ingredientibus illius sepulchri ambitum, domum occurrisse tradit, columnis circumfultam quatuor ad quodlibet latus positis. Dal. — *Quod miror equidem.* Mirari iure subit, quum Aegyptius tot marmorum domi generibus abundet, e Paro quaesiisse, ut ad introitus labyrinthi columnas ex eo excideret, componeretque structis ex eo lapide molibus. Harb.

Introitu lapide e Pario. Prius legebatur, a introitu lapidis columnisque reliquis e molibus compositis a Adiuvit promovitque emendationem Reg. cod. 2, in quo sic legitur, a Introitu lapidis e Paro, columnis reliquae Syenitae molibus compositis a Sic etiam Colbert. 3, aliique probatioris notae. H. — Sic Brot. distinguit: e *Pario columnis: reliquis e Syenite molibus*, etc. Ed. P.

vere. Positionem operis eius singulasque partes enarrare non est, quum sit in regiones divisum, atque in praefecturas, quas vocavi nomos, sedecim nominibus earum, totidem vastis domibus attributis: praeterea templa omnium Aegypti deorum contineat, superque Nemeses quindecim aediculis incluserit, pyramides complures quadragenarum ulnarum, se-
4 nas radicum oras obtinentes. Fessi iam eundo perveniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem. Quin et coenacula prius excelsa, porticusque ascenduntur nonagenis gradibus omnes: intus columnae de por-

Qui id opus invisum. MSS. libb. a qui id opus in usu. a. H.

Positionem operis eius. Eleganter a Mela describitur, lib. I, cap. 9, pag. 43: u Psammetichi opus labyrinthus, domos ter mille, et regias duodecim, perpetuo parietia ambitu amplexos, marmore exstructus ac tectus, unum in se descensum habet, intus paene innumerabiles vias, etc. H.

In regiones divisum, etc. Vt intelligatur illa labyrinthi divisio, necesse est animo concipere villas imperatoris Sinarum: manifestum est enim idem esse exemplar. Quod indicare nunc sufficit, quum id fusius persequi non licet per hanc nostrarum notarum brevitatem. P. Sicard. docet totum spatium labyrinthi quadratum esse, et patere quadraotem unius leucae. Hoc in spatio videri triginta colles oppletos ruinis, ubi fuere vastae illae domus sedecim praefecturarum Aegypti, illa templa omnium Aegypti deorum, quindecim illae Nemeses, seu quindecim Nemesis aediculae, pyramides quarum senae oras radicum labyrinthi obtinerent. Brot.

Quas vocavi. Lib. V scilicet, c. 19. Sic porro MSS. non ut editi, *quas vocant.* H.

Sedecim nominibus. Viginti septem, Strabo: duodecim, Herodotus, et in iis aedificia 3,500. Dal.

Nemeses. De Nemesi diximus c. 5 libri huius. H.

Pyramides complures, etc. Ad angulum finitur labyrinthus. Herodotus scribit pyramidem fuisse quadraginta passuum. Idem Strabo, sed eius quadratae quodlibet latus quatuor iugerum fuisse pari altitudine et in ea sepultum Imandem. Alias pyramides praeter eam illi scriptores non recitant. Dal.

Senos radice muros (sic prius). Scribe, u senas radicum oras, ex vet. apographo. Pint. — *Senas.* Ita clare MSS. omnes. Ad radicem pyramidis intelligi ab eo arbitramur, spatiosiora fundamenta, ceu gradus quosdam, per quos introitus pyramidis peteretur. H.

Coenacula prius excelsa. Brot. ex Reg. cod. 2, *coenacula clivis excelsa*, et mox e Reg. 5, et editione principe, *porticus quoque descenduntur*; item,

phyrite lapide, deorum simulacra, regum statuae, monstriferae effigies. Quarumdam autem domorum talis est situs, ut adaperientibus fores, tonitruum intus terribile existat. Maiore autem in parte transitus est per tenebras: aliaeque rursus extra murum labyrinthi aedificiorum moles; pteron appellant. Inde aliae perfossis cuniculis subterraneae domus. Refecit unus omnino pauca ibi Circummon spado Nectabis regis, ante Alexandrum Magnum annis quingentis. Id quoque traditur, fulxisse trabibus spinae oleo incoctae, dum fornices quadrati lapidis assurgerent. De Aegyptio et Cretico labyrinthis, satis dictum est. 5

Lemnius similis illis, columnis tantum centum quin- 6

a nonagenis gradibus; *d* nempe Τῶ omnes omisso. Ed. P.

Monstriferae effigies. Gron. et al. *monstrificae.* Ed. P.

Aliaeque. Broter. *aliae rursus*, deleta copula. Ed. P.

Pteron appellant. Πτερὰ, inquit Strabo, ἰσούψη τῷ νεῷ τείχη δύο, κατ' ἀρχὰς μὲν ἀφεστῶτα ἀπ' ἀλλήλων μηκρὸν πλέον ἢ τὸ πλάτος ἐστὶ τῆς κρηπίδος τοῦ νεώ· ἔπειτα εἰς τὸ πρόσθεν προϊόντα κατ' ἐπινευούσας γραμμὰς μέχρι πηχέων πεντήκοντα, ἢ ἑξήκοντα, κ. τ. λ. a Alae, muri duo sunt: templo pares altitudine, prima et infima parte paulo plus distantes ab invicem, quam ista ait crepido templi: deinde curvatis lineis procedentes ac prominentes ad quinquaginta usque vel sexaginta cubitos, etc. a Dal. — *Pteron.* Pteron, quale supra describitur, omnino ab eo diversum esse cuius Nunc noster meminit, neque omnino cum descriptione et structura labyrinthi constare posse Broterius existimat, qui ex corrupta Regg. codicum et edit. principis voce *iteron*, refinxit *itron*, id est, imum ventrem, *le bas, ou le petit labyrinthe*; nescio an satis feliciter. Ed. P.

Refecit. MSS. Regg. 2, 3, et edit. princ. *facit.* Reg. 5, *ficit*: sic apud Gori Inscript. Antiq. tom. II, pag. 400, FICIT, pro *fecit.* Brot. *fecit*, et mox, ut supra, *Necthebis.* Ed. P.

Annis quingentis. In editione princ. *annis D*; manifesto errore, pro *annis L.* Mirum id eruditum Hard. non deprehendisse, quum ipse paulo supra, c. 14, annotasset: a *Nectabis*, qui Eusebio in Chronic. *Nectanebis*, cuius aetas Alexandri Magni tempora vix XL annis antecessit. a Brot. *annis quinquagenis.* Ed. P.

Fulxisse. Dicitur sustentasse id opus trabibus Aegyptiae spinae, oleo incoctae. H.

Trabibus spinae. Spinae Aegyptiae sive Arabicae, de qua l. XXIV, cap. 65. H. — Spina Aegyptia, de que Herod. II, 96, nobis *Acacia Arabica*, de qua iam dictum loc. proxim. cit. Ed. P.

quaginta mirabilior fuit: quarum in officina turbines ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur. Architecti illum fecere Zmilus et Rhoelus, et Theodorus indigena: exstantque adhuc reliquiae eius, quum Cretici Italicique nulla vestigia exsient.

7 Namque et Italicum dici convenit, quem fecit sibi Porsenna rex Etruriae sepulcri causa, simul ut externorum regum vanitas quoque ab Italis superetur. Sed quum excedat omnia fabulositas, utemur ipsius M. Varronis in expositione eius verbis: Sepultus est, inquit, sub urbe Clusio: in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato: singula latera pedum lata tricenum, alta quinquagenum: inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperet sine glomere lini, exitum invenire nequeat.

8 Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, in medio una, in imo latae pedum quinum septuagenum, altae centum quinquagenum: ita fastigiatae, ut in summo orbis aeneus et petasus

Quinquaginta mirabilior. Gronov. et al. ante Hard. *quadraginta mirab.* Brot. ex MSS. Regg. et edit. pr. *quinquaginta memorabilior.* Ed. P.

Turbines ita librati. Quarum cardines et axes in torno ita librati temperatique, ut puero rotam circumagente, cuius illae erant axi implicitae, tornarentur ab opifice. H.

Theodorus. Lemnius igitur. Est is fortassis, quem de aede Dorica Junonis, quae est Sami, commentarium condidisse Vitruvius prodidit in praef. lib. VII, p. 124.

Nulla vestigia exstent. Exstant tamen adhuc quaedam vestigia Cretici labyrinthi, oculato teste Tournefort, de quo supra. Ed. P.

Superetur. Libb. ante Hard. vulgg. *superaretur.* Gron. coniiciebat, *Italis spectaretur.* Ed. P.

Lapide quadrato. Broter, ex Regg. codd. 2, 3, *lapide quadrato quadratum.* Monumentum illud fuit in urbe Clusio, nunc *Chiusi.* Ad eius imitationem plures postea facti fuere subterranei labyrinthi, quibus Clusini defunctorum cadavera deponerent. Ex Brott. noll. ad hunc loc. Ed. P.

Pedum lata trecenum. Brot. ex iisdem, *pedum tricenum.* Ed. P.

Quo si quis improperet. Introire properet. H.

Petasus. Galeri forma. H. — *Pe-*

unus omnibus sit impositus, ex quo pendeant exapta catenis tintinnabula, quae vento agitata, longe sonitus referant, ut Dodonae olim factum. Supra quem orbem quatuor pyramides insuper singulae stant altae pedum centenum. Supra quas uno solo quinque pyramides, quarum altitudinem Varronem puduit adiicere. Fabulae Hetruscae tradunt eamdem fuisse, quam totius operis: adeo vesana dementia quaesisse gloriam impendio nulli profuturo. Praeterea fatigasse regni vires, ut tamen laus maior artificis esset.

XX. (XVI). Legitur et pensilis hortus, immo vero totum oppidum Aegyptiae Thebae, exercitus armatos subter educere solitis regibus, nullo oppidanorum sentiente. Etiamnum hoc minus mirum, quam quod flumine medium oppidum interfluente. Quae si fuissent, non dubium est Homerum dicturum fuisse, quum centum portas ibi praedicaret.

XXI. Magnificentiae vera admiratio exstat templum

tasus. In petaso et tintinnabulis insignia manent antiquitatis monumenta, quae adhuc videntur in Sinensibus monumentis. Brot.

Exapta. Hoc est, aptata, coniuncta, συνηρμόσθαι, ἐξηρμοσμένα. Sic MSS. Reg. 2 et alii: non ut in editis legitur, *excerpta*. Vsus ea voce Lucretius, lib. IV, vs. 827: « Brachia tum porro validis exapta lacertis. » Et Lucilius, X: « Pellicula extrema exaptum pendere opus ingens. » H.

Vt Dodonae olim factum. Vbi columnae fuere duae sublimes, quarum in altera posita pelvis aerea esset: in altera pensile pueri simulacrum, flagellum aereum manu tollentis. Quoties vero vehementior paulo ventus afflaret, impulsa scutica pelvim ferire saepiuscule, quae Diu post tinnitum referret. Vnde paroemia: Δωδωναῖον χαλκεῖον, *Dodonaeum aes*. Hand.

Vno solo. Nempe in eadem planitie. H.

XX. *Quum centum portas*. Iliad. I, v. 382 seqq. οὐδ' ὅσα Θήβας Αἰγυπτίας, ὅτι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται, Αἰθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσοι δ' ἀν' ἑκάστην Ἄνδρες ἐξιχνοῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν. Dal.

XXI. *Templum*. Robertus Genalis, Hist. Gall. li, periochè 3, pag. 130, subductis accurate calculis splendide demonstrat templum B. Virgini Parisiis sacrum, maius esse, multo ac splendidius, quam fuerit Ephesinum, mensuris utriusque collatis, atque operosius fabricatum. H. — *Templum Ephesiae Dianae*. De hoc templo in-

Ephesiae Dianae ducentis viginti annis factum a tota Asia. In solo id pallustri fecere, ne terrae motus sentiret, aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tantae molis locarentur, calcatis ea substravere carbonibus, dein velleribus lanae. Vniverso templo longitudo est cccccxxv pedum, latitudo ducentorum viginti, columnae centum viginti septem a singulis regibus factae, LX pedum altitudine: ex iis XXXVI caelatae, una a Scopa. Operi praefuit Chersi-
2 phron architectus. Summa miracula, epistylia tantae molis attolli potuisse. Id consecutus est ille aeroni-

gentibusque substructionibus ac ruderibus vide Cl. Tournefort, *Voyage du Levant*, tom. III, p. 393. Magnificentissimae huius aedis frontem videre est in multis Domitiani, Hadriani, Antonini, aliorumque nummis. Brot.

Ducentis viginti annis. Quadringentis, lib. XVI, cap. 40. De eius incendio vide Valer. Maxim. lib. VIII, cap. 15; Strabonem, lib. XIV. Dat. — *A tota Asia.* Livius lib. I, pag. 16: « Iam tum erat inclytum Dianae Ephesiae fanum: id communiter a civitatibus Asiae factum fama ferebat. » H.

Calcatis ea substravere carbonibus, dein vell. Augustinus de Civit. Dei, lib. XXXI, c. 4: « Quid? in carbonibus nonne miranda est, et tanta infirmitas, ut ictu lavissimo frangantur, pressu facillimo conterantur, et tanta firmitas ut nullo humore corrumpantur, nulla aetate vincantur, usque adeo ut eos substernere soleant . . . : Quis eos in terra humida effossos, ubi ligna putrescerent, tamdiu durare incorruptibiliter posse, nisi rerum illa corruptor ignis, effecit? » Huius consilii auctorem Theodorum Samium, Rhoeci filium fuisse, scribit Diogen. Laert. in Aristippo, lib. II, p. 58. H.

Vna a Scopa. Quum Scopas floruerit, ut supra dictum est, Olympiade LXXXVII, templum vero Ephesinum conditum sit Olympiade CVI, Cl. Winckelmann, *Monumenti inediti*, tom. II, pag. 274, emendabat *tab a scapo*, ingeniosa correctione, sed non necessaria. Quum columnae a tot regibus sint datae, cur unus non dederit columnam antea a Scopa caelatam, et laudatam praecipue ob artem et artificem? Ex Broter. not. ad h. l. Ed. P.

Operi praefuit Chersiphron. Prioris templi architectum fuisse Chersiphrona scribit quidem Strabo: eius autem, quod ab Herostrato incensum, restitutum est, Cherocraten, Alexandriae designandae ab Alexandro praefectum. Quem hic *Chersiphrona* vocat, Plinius cum Strabone, lib. VII, cap. 37, vocavit, *Ctesiphontem*. Dat. — *Chersiphron.* Χερσιφρων pariter Straboni, lib. XIV, pag. 640. Harp.

Epistylia. Egimus de ea voce, lib. sup. c. 46. H.

bus arena plenis, molli clivo super capita columnarum exaggerato, paulatim exinaniens imos, ut sensim opus in cubili sederet. Difficillime hoc contigit in limine ipso, quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit: nec sedit in cubili, anxio artifice; mortis destinatione suprema: traduntque in ea cogitatione fessum nocturno tempore in quiete vidisse praesentem deam, cui templum fiebat, hortantem ut viveret: se composuisse lapidem: atque ita postero die apparuit, et pondere ipso correctus videbatur. Caetera eius operis ornamenta plurium librorum instar obtinent, nihil ad speciem naturae pertinentia.

XXII. (xv). Durat et Cyzici delubrum, in quo filum aureum commissuris omnibus politi lapidis subiecit artifex, eboreum Iovem dicaturus intus, coro-

Aeronibus. Sportulis. Ita Reg. 2, Colb. 3, aliique. In editis perperam legitur, *peronibus*. De *aeronum* voce et significatu vide Voss. in Etymol. Sententia huius loci est, arena saccis convecta excitatum collem fuisse, qui summas columnas excederet: per eum clivum epistylia attolli in altum facile potuisse: tum ab imo exinanitum collem fuisse, quamdiu sederet epistylium in columnae abaco, quod suum erat epistylio cubile. H.

Molli clivo. Sic MSS. supra laudati. Libri vulgati, *molli pulvino*. Apud Quintil. lib. XII, c. 10: « Mollietur clivis elatius solum. » Vbi hodie perperam legitur, « Mollietur dives et laetius solum. » Sunt qui legant, « Mollietur clivus et elatius solum. » H.

Opus. Libri hactenus editi, « ut sensim totum insideret. » Reg. 2, « ut sensim motus in colo sederet, » Salmasius in Solin. p. 818, « moles in cubilis sederet » forte quoniam sequitur: « Etenim ea maxima moles fuit: nec sedit in cubili. » Apud Vitruvium, lib. II, cap. 8, pag. 28, *cubilia* lapidum, et lib. IV, cap. 2, pag. 64, *tignorum cubilia*, ubi lapides et tigna sedent et conquiescunt. Hann.

Mortis destinatione. Quum destinaret sibi necem inferre. H.

Traduntque. Brot. ex Regg. et edit. princ. *tradunt in ea*. Ed. P.

Pondere ipso correctus. Et suo se pondere lapis ad debitum situm statumque revocarat. H.

Ad speciem naturae. Ad commendationem naturae. H.

XXII. *Cyzici*. Hard. operarum errore, *Cyzaci*. In hac urbe, *Artaki*, manent etiamnum antiquitatis monumenta ac veteres inscriptiones, teste Brot. Ed. P.

Commissuris. Iuncturis. H.

nante eum marmoreo Apolline. Translucet ergo pictura tenuissimis capillamentis, lènique afflatu simulacra refovente, praeter ingenium artificis ipsa materia quamvis occulta, in pretio operis intelligitur.

XXIII. Eodem in oppido est lapis, fugitivus appellatus: Argonautae eo pro ancora usi, ibi reliquerant. Hunc e Prytaneo, ita vocatur locus, saepe profugum vinxere plumbo. Eadem in urbe iuxta portam, quae Trachia vocatur, turres VII acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant: nomenque huic miraculo Echo est a Graecis datum. Hoc quidem natura locorum evenit, et plerumque convallium: ibi casu acci-

Translucet ergo pictura. Sic MSS. omnes, Reg. 2, Colb. 3. In editis, « tralucent ergo iuncturae. » Parm. ed. Ven. Brix. et aliae ante Froben. « tral. ergo picturae. » H. — Vel. ap. Dal. *collucent.* Ed. P.

Afflatu simulacra refovente. Auri fulgore simulacra ea leniter ferienie, praeter ingenium artificis, ipsa simulacrorum materia, ob *repercussum auri*, quamvis occulto nitore ex lapidum iuncturis, addit operi pretium. Hard.

XXIII. *Argonautae.* Qui fanum Dindymenes Matris Deorum in ea civitate aedificarunt. Strabo, lib. XII, p. 575. H.

E prytaneo. Πρυτανεῖον. Liv. lib. XLI, pag. 527: « Cyziei in Prytaneum, id est, penetrale Vrbis, ubi publice quibus is honos datus est, vescuntur, etc. » Vide Lexicon Constantini. H.

Vinxere. Gron. et al. ante Hard. *fixere.* Ed. P.

Eadem in urbe, etc. Simile est, quod de Byzantio Dio refert, in Severo, lib. LXXIV, p. 847: Επτὰ μὲν γὰρ ἀπὰ τῶν Θρακίων πυλῶν πύργοι καθεστηκότες πρὸς τὴν θάλασσαν ἦσαν, τούτων δὲ εἰ μέν τις ἄλλῳ τῳ προσίμιξεν, ἥσυχος ἦν· εἰ δὲ δὴ τῷ πρώτῳ ἐνεβόησέ τινα, ἢ καὶ λίθον ἐνέρριψεν, αὐτός τε μηχανῇ τινι ἐλάλει, καὶ τῷ δευτέρῳ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν παρεδίδου· καὶ οὕτω διὰ πάντων ὁμοίως ἐχώρει, οὐδὲ ἐπετάραττον ἀλλήλους, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει, πάντες, παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἕτερος, τήν τε ἠχὴν καὶ τὴν φωνὴν διεδέχοντό τε καὶ παρεπέμποντο. Ibi septem turres a portis Thraciis ad mare stabant. Harum ad aliam quampiam si quis se contulisset, ea silebat. Sin autem in primam quis voces aliquas emisisset, aut lapidem iniecisset, tum ipsa per machinam loquebatur, tum id ipsum alteri faciendum tradebat: atque ita per omnes illud eodem modo pertinebat: neque altera alteram turbabat; sed unaquaeque per vices a proxime antecedenti sonum vocemque acceptam ad sequentem transmittebat. » H.

Quae Trachia. Τραχεῖα aspera. Sic Mss. non, ut editi, *Thracia.* H. — *Trachia.* Sic Reg. cod. 2; in Regg.

dit. Olympiae autem arte, mirabili modo, in porticu, quam ob id heptaphonon appellant, quoniam septies eadem vox redditur. Cyzici et buleuterion vocant aedificium amplum, sine ferreo clavo, ita disposita contignatione, ut eximantur trabes sine fulturis, ac reponantur. Quod item Romae in ponte Sublicio religiosum est, posteaquam Coclite Horatio defendente aegre revulsus est.

XXIV. Verum et ad Vrbis nostrae miracula transire conveniat, nongentorumque annorum dociles scrutari vires, et sic quoque terrarum orbem victum ostendere: quod accidisse toties paene, quot referentur miracula, apparebit: universitate vero acervata, et in quemdam unum cumulum coniecta, non alia ma-

3, 5, *Tracia*; unde Broter. reposuit, *Thracia*. Ed. P.

Heptaphonon. Επτάφωνον, quasi septies vocalem. Vide Plutarchum de Placitis Philos. lib. IV, cap. 20, pag. 903. Idem de Garrul. p. 502, porticum hanc ipsam commemorat quae Olympiae fuit, ἑπτάφωνον appellatam, quia vocem scilicet septies iteraret. Lucretius lib. IV: « Sex etiam, aut septem loca vidi reddere voces, Vnam quum iaceres: ita colles collibus ipsis Verba repulsantes iterabant dicta referre, etc. » Quem in locum Lambinus sit, in Carentonio (*Charenton*) vico, qui vicus tribus passuum millibus ab urbe Parisiorum abest, auditam a se echo fuisse voces septies regerentem: Ticini in aula magnae Basilicae ter et decies vocem referri. Hard.

Buleuterion. Βουλευτήριον, curiam, senatum, consilii locum. H.

Sine fulturis. Sine fulcimento aliquo. Hard.

In ponte Sublicio. Lapideum fecit eum pontem Lepidus quaestor. Pontis figura cum imposita equestri statua spectatur in aversa parte antiqui denarii: additis inter fornices pontis his litteris LEP. Dal. — Nomen is habet a sublicis, hoc est, a tignis, quibus pons innititur. Sic enim Formiani ea tigna nuncupabant. Auctor Festus. Idem roboreus, « trabium materis dictus, Ovid. Fastor. V, 622, quare et ξυλίνην γέφυραν Plutarchus appellat in Gracchis. Emilius quoque P. Victori, in descriptione Romae, « Pons Aemilius, qui ante sublicius. » Dum trabibus, sive sublicis sine sere aut ferro stetit, vel clavum ei addere religioni fuit: quare pons sacer tum habitus, et ἱερὰν γέφυραν Graeci nominarunt. H.

Coclite. Vide quae diximus lib. XXXIV, cap. 11. H.

XXIV. *Nongentorumque*. Scrutari quid potuerit nongentis annis ingenii sui docilitate assequi populus romanus. Hard. — *Nongentorumque*. Sic et libri ante Hard. editi. Brot.

gnitudo exsurgit, quam si mundus alius quidam in uno loco narraretur.

2 Nam ut circum maximum a Caesare dictatore exstructum longitudine stadiorum trium, latitudine unius, sed cum aedificiis iugerum quaternum, ad sedem CCLX millium inter magna opera dicamus, nonne inter magnifica basilicam Pauli columnis e Phrygibus mirabilem, forumque divi Augusti, et templum Pacis Vespasiani imperatoris Augusti, pulcherrima operum, quae umquam: Pantheon Iovi Vltori ab Agrippa factum, quum theatrum ante texerit Romae Valerius Ostiensis architectus ludis Libonis?

emendavit, *octingentorumque*. Ed. P.

A Caesare. Designatum iam olim a Tarquinio Prisco Romanorum rege inter Aventinum et Palatium. Hasd.

Stadiorum trium. Hoc est, passuum CCCLXXV. Nam stadium, inquit Plinius, II, 24: « centum viginti quinque nostros efficit passus. » H.

Iugerum quaternum. Singula iugera ex eodem Plinio lib. XVIII, cap. 3, pedes continent CCXL. H.

Ad sedem CCXL millium. Reg. 2 et Colb. 3, ac vetus Daleesmpii CCL. At P. Victor in descr. Romae, regione urbis undecima, « Circus maximus, qui capit loca trecenta octoginta quinque millia. » Certe Traianus quinque millia locorum adiecit: forte et alii plura. H. — *Ad sedem CCLX*. Brot. ex Mss. Regg. et edit. principe, *CCL millium*. Ed. P.

Inter magnifica basilicam Pauli. Fuit hic L. Aemilius Paulus, qui C. Marcelli in consulatu collega, anno Vrbis 703, in medio foro, ut quidem scribit Cicero ad Attic. lib. IV, ep. 16, basilicam novam magnificentissimam exstruxit. Exstat huius insigne monumentum in nummo vetere gentis Aemiliae, quem Patinus exhibet lib: de Famil. Rom. pag. 7. Meminere Plutarch. in Caesare; Dio, lib. XLIX. P. Victor in descr. Romae, regione octava, ubi et forum romanum, « Basilica Pauli cum Phrygiis columnis. » Hasd.

Columnis e Phrygibus. Marmoris Synnadici, vel, ut Phryges loquuntur, ducimitis: coloris varietate alabastritae similis. Confer. Strabo lib. XII. Dal.

Forumque divi Augusti. P. Victor loc. cit. « Forumque Augusti, cum sede Martis Vltoris. » Vide Sueton. in Augusto c. XXIX. H.

Templum Pacis. Foro proximum, ut alibi diximus. Hasd.

Pantheon. Nunc aedes est Deiparae sacra. Rotundam a forma structurae vocant. Est enim ut ait Ammian. XVI: « Speciosa celsitudine fornicata. » Hasd.

Ludis Libonis. Scribonii Libonis,

Pyramidas regum miramur, quum solum tantum 3
foro exstruendo H-S millies Caesar dictator emerit: et si quidem impensae movent captos avaritia animos, P. Clodius, quem Milo occidit, sestertium centies et quadragies octies domo empta habitaverit: quod equidem non secus, ac regum insaniam, mi-

qui Ciceronis consulatu aedilitatem gessit. Huius est nummus argenteus in Museo nostro, et apud Patinum, in Fam. pag. 249. Caput Concordiae velatum exhibet, et nomina Pauli Lepidi, ut iam superius vidimus ad lib. XXXIII, qui *Paulus* ex patre, *Lepidus* ex matre fuit, filia Lepidi triumviri. Ex altera parte in ambitu legitur, PVTEAL. SCRIBON. Infra LIBO, in medio compages lignea quadrata, sertis ac floribus circumdata; hinc inde pendent velut arculae duae, vel sacculi forenses dun, in quibus essent instrumenta litium: in imo malleolus, quo signum a praetore daretur praetorii dimittendi. Curiae ea septa sive claustra sunt, cuiusmodi apud nos est quod vocant *le parquet*. Praetor urbanus, quum hic nummus cuderetur, Scribonius Libo fuit, et idem primus auctor haec claustra construendi. Huius meminit Horat. lib. I, ep. 19, v. 8: « forum *putealque* Libonis Mandabo siccis: » quoniam siccos oportet esse, non madidos, qui coram Libone praetore perorarent. Et lib. II, Sat. VI, vs. 35: « Roscius orabat sibi adesses ad *puteal* eras. » Nimirum ut apud praetorem causam ipsius actitaret. Claustra illa septave, quod putei crepidinem repraesentarent, Romani *puteal* appellarunt. Fuit praetor urbanus Scribonius Libo e gente patricia: cuius e posteris C. Scribonius consul a Plinio memoratur l. 2, c. 35. Vidimus et alium pariter ex argento nummum, parte una simili forma putealis: superne, PVTEAL: Infra SCRIBON. Parte altera caput Augusti nudum, CAESAR. AVGVSTVS. Alius est Statius Libo, cuius est nummus ex aere mediocri in Thesauro Regio et apud Patin. pag. 266. Caput Augusti nudum exhibet: epigraphe, CN. STATI. LIBO. *Cneus Statius* (non *Statilius*) *Libo*, Triumvir monetalis.)(Clypeus votivus, dextro latere: sinistro, urceus, insigne sacerdotum: infra, SACERDOS. Sententia est: *Solidum Auro Clypeum Eduae Restitutori Donavit Ordo Sacerdotum*. Caesari Augusto scilicet, cuius hic vultus est, ut recte agnovit D. Vaillant in Fam. Ab Augusto enimvero Eduae deinceps cognomen Augustae fuit, quoniam collapsam restituit. HARD.

H-S millies. Sestertium millies, h. e. millies centenis millibus sestertium Suet. in Iulio cap. XXVI: « Forum de manubiis inchoavit, cuius area super H-S millies constitit. » H. — Gallicae monetae, ut ait Brot. librae sunt, 19,455,025. ED. P.

Sestertium centies et quadragies octies. Sic etiam Mss. omnes, nequicquam obstrepente Gronovio, de Sest. lib. III, cap. 16, pag. 547. Summa haec ipsa digna regum, quae mox irridetur, insania. H. — Gall. monetae librae sunt 2,879,442. ED. P.

ror. Itaque et ipsum Milonem sestertium septingenties aeris alieni debuisse, inter prodigia animi humani duco. Sed tunc senes aggeris vastum spatium, et substructiones insanas Capitolii mirabantur: praeterea cloacas: operum omnium dictu maximum, suffossis montibus, atque, ut paulo ante retulimus, urbe pensili, subterque navigata.

4 A M. Agrippa in aedilitate post consulatum, per

Sestertium septingenties. Sic libri omnes, Mss. quoque, Reg. 2, aliique probatiores; etsi Budaeus lib. III, p. 39, talenta pro sestertiis ex corrupto aliquo exemplari reponere nititur. H. — Sunt autem sestertium septingenties centena millia, monetae gallicae libraе, ut Brot. ait 13,618,517. Ed. P.

Aggeris vastum spatium. Plinius, lib. III, cap. 9, de urbe Roma. » Clauditur ab oriente aggere Tarquinii Superbi, inter prima opera mirabili. Namque eum muris aequavit, qua maxime patebat aditu plano.» Inter portam Esquilinam et Collinam Dionysius Halic. IX, aggerem hunc situm affirmat. Servio Tullio adscribere id opus Strabo videtur, lib. V, p. 234. H.

Praeterea cloacas. Dionysius Halic. Antiq. Rom. lib. III, pag. 200: Ἤρξατο δὲ καὶ τοὺς ὑπονόμους ὀρύττειν τάφρους, δι' ὧν ἐπὶ τὸν Τίβεριν ὀχεύεται πᾶν τὸ συρρέον ἐκ τῶν στενωπῶν ὕδωρ, etc. »Coepit et Cloacas Tarquinius Priscus fodere, quibus in Tiberim corrivatur, quidquid aquarum est per vias: dici vix potest quam mirabili opere. Mihi sane tria magnificentissima videntur, ex quibus maxime apparet amplitudo romani imperii: aquaeductus, viae stratae, et hae cloacae: reputanti non solum utilitatem operum, verum etiam impensarum magnitudinem: quam vel hinc licet coniicere, quod neglectas aliquando cloacas, et non transmittentes aquas, censores mille talentis purgandas locaverint.» Cloacarum maior admiratio est, quod earum fornicibus firmo tamquam solo altissimae domorum niterentur moles: quod in pontibus Sequanae impositis mirabiliore, ut credimus, opere Parisiis fit. Has urbis Romae cloacas dum refici imperat Italiae res Theodoricus idem impense praedicat, apud Cassiodor. Varr. lib. III, ep. 30: » Splendidae romanae civitatis cloacae tantum visentibus conferunt stuporem, ut aliarum civitatum possint miracula superare. Videas illic fluvios, quasi montibus concavis clausos. Videas structis navibus per aquas rapidas non minimis sollicitudine navigari, ne praecipitato torrenti marina possint naufragia sustinere. Hinc Roma singularis, quanta in te sit, potest colligi magnitudo. Quae enim urbium audeat tuis culminibus contendere, quando nec ima tua possunt similitudinem reperire. Hasd.

Ut paulo ante retulimus. Nempe de Thebis Aegyptiis c. 20. H.

In aedilitate. Anno Urbis conditae 721. Ed. P.

meatus corrivati septem amnes, cursuque praecipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coacti, insuper mole imbrium concitati, vada ac latera quatiunt: aliquando Tiberis retro infusi recipiunt fluctus, pugnantque diversi aquarum impetus intus: et tamen obnixa firmitas resistit. Trahuntur moles in- 5 ternae tantae, non succumbentibus causis operis: pulsant ruinae sponte praecipites, aut impactae incendiis: quatitur solum terrae motibus: durant tamen a Tarquinio Prisco annis DCCC prope inexpugnabiles: non omittendo memorabili exemplo, vel eo magis, quoniam celeberrimis rerum conditoribus omissum est: quum id opus Tarquinius Priscus plebis manibus faceret, essetque labor incertum longior an periculosior, passim conscita nece, Quiritibus tae-

Septem amnes. Rivi septem ex aquis per Vrbem fluentibus collectisque corrivati. Nam vis ingens aquarum, quae per aquaeductus in usum civitatis effluxit, receptacula, quo illaberetur, poscebat. Ex his praecipua septem fuere, minutiora plura. Hard.

Aliquando Tiberis retro infusi recipiunt fluctus. Postremum verbum desideratur in vetusto codice: reliqua sic leguntur, « aliquando Tiberis retro infusus recipitur. » Pint. — *Tiberis intro refusi.* Tiberis exundantis. Hard.

Pugnantque diversi aquarum impetus. Firmitatem operis commendare aggreditur, causasque quatuor commemorat, quarum vel singulae firmissima opera evertant, quum universae non labefacient istud. Nimirum pugna aquarum et copia intus: moles purgamentorum ac lapidum quas aquae volvunt: ruinae variae et pondera incidentium aedificiorum: denique validi aliquot terrae motus. Hard.

Trahuntur moles internae. Trahuntur intus purgamentorum moles ingentes, nec tamen parietes fornicesque succumbunt, [quibus, fulcitur opus. Pulsant urbem ruinae domorum quae aut sponte aut incendiorum vi cadunt. Hard.

Causis operis. Ita Mss. omnes, frustra rescribente Reines. In Varr. Lectt. lib. II, cap. 7, pag. 175, *cavis operis*: quanquam et cavas fuisse cloacas per se satis intelligitur, et mox a Plinio cavorum istorum amplitudo describitur. Hard.

Annis DCCC. Brot. ex Reg cod. 5, *annis prope septingentis*, et sic Hard. in priori sua edit. Gron. et al. *annis DCCC prope*. Ed. P.

Rerum conditoribus. Historiarum. Hard.

Conscita nece. Voluntaria morte quaesita, taedio operis. H.

dium fugientibus, novum et inexcogitatum antea posteaque remedium invenit ille rex; ut omnium ita defunctorum figeret crucibus corpora spectanda civibus,
6 simul et feris volucribusque laceranda. Quamobrem pudor rom. nominis proprius, qui saepe res perditas servavit in praeliis, tunc quoque subvenit; sed illo tempore imposuit, iam erubescens, quum puderet vivos, tamquam puditurum esset exstinctos. Amplitudinem cavis eam fecisse proditur, ut vehem feni large onustam transmitteret.

7 Parva sunt cuncta, quae diximus, et omnia uni comparanda miraculo, antequam nova attingam. M. Lepido, Q. Catulo coss. ut constat inter diligentissimos auctores, domus pulcrior non fuit Romae quam Lepidi ipsius. At hercule intra annos xxxv eadem centesimum locum non obtinuit. Computet in hac aestimatione, qui volet, marmorum molem, opera pictorum, impendia regalia, et cum pulcherrima lau-

Remedium invenit. Refert hoc quoque Tarquinii factum ex Cassio Hemina Servius. Simile est quod de Milesiis virginibus Gellius et Plutarchus narrant, omnibus notum. Hard.

Sed illo tempore. Sed imposuit illis pudor, ipse iam erubescens, quum ob eam rem puderet vivos, quod, ut quidem putabantur, puditurum esset exstinctos. H.

Vt vehem feni. Prodidit id quoque Strabo lib. V, p. 235. Martianus, qui dimensus est, pedum sedecim latitudinem se reperisse sit. Quum hoc autem opus Tarquinii iam durasse annis 700 Plinius testatur, quum haec scriberet, hoc est, anno Vrbis 830, manifeste indicat, coeptum saltem hoc opus a Tarquinio fuisse anno Vrbis 130, ac proinde regnare coepisse eum circiter ineuntem annum Vrbis 128. Non obiit autem ante annum Vrbis 183, ut diximus ad lib. XV, cap. 1. Igitur regnavit annos 56, vixit annos 86, si regnum suscepit annos natus, ut verisimile est, tricenos: vel 91, si triginta quinque. Inde ei certe *Prisci* cognomen verius existimamus inditum, quam ex eo quod alterum cognominem Tarquinium praecessit: nam si haec causa foret, tantum Tarquinius prior, ut Africanus prior, a Plinio, credo, diceretur. H.

M. Lepido. Anno post Syllae, obitum: Vrbis 676, ut diximus, cap. 8. Hard.

Lepidi ipsius. Qui primus marmor Numidicum invexit, supra cap 6 huius libri. Dal.

Et cum pulcherrima. Cum M. Lepidi domo. Hard.

datissimaque certantes centum domos: posteaque eas ab innumerabilibus aliis in hunc diem victas. Profecto incendia puniunt luxum: nec tamen effici potest, ut mores aliquid ipso homine mortalius intelligant.

Sed eas omnes duae domus vicerunt. Bis vidimus 8
urbem totam cingi domibus principum, Caii et Neronis, et huius quidem, ne quid deesset, aurea. Nimirum sic habitarunt illi, qui hoc imperium fecere, tantas ad vincendas gentes triumphosque referendos ab aratro aut foco exeuntes quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quam sellariae istorum.

Bis vidimus. Vulgatum illud in eam rem de Nerone carmen recitat Tranquillus, in eius vita, cap. XXXIX: « Roma domus fiet: Veios migrate, Quirites: Si non et Veios occupat ista domus. » HARD.

Caii et Neronis. Caii Germanici Caesaris, et Neronis. Domus illius in Palatio fuit: istius a colle Palatino Palatioque principum, totas ferme Exquilias occupavit: ut non immerito de ea Martialis cecinerit in Spectac. libro, Epigr. II: « Vnaque iam tota stabat in urbe domus » Simile istud Olympiodori, in Bibl. Photii cod. LXXX, pag. 197: Εἷς δόμος ἄστυ πᾶσι, πόλις ἄστεα μυρία τεύχει. « Vna domus urbs est: urbs oppida plurima claudit. » Suetonius, in Nerone, cap. XXXI: « Domum a Palatio Exquilias usque fecit, quam primo transitoriam, mox incendio absumptam, restitutamque, Auream nominavit, etc. » Et in Othone, cap. VII: « Quingenties sestertium ad peragendam *Neronis* Auream domum *Otho* subscripsit. » HARD.

Nimirum. Dictum εἰρωνικῶς. H.

Ab aratro aut foco. Ab aratro, ut Quinctius Cincinnatus, de quo lib. XVIII, cap. 4. A foco, ut Fabricius, de quo Seneca, lib. de Provid. cap. III: « Infelix est Fabricius, quod rus suum, quantum a republica vacavit, fodit? quod bellum tam cum Pyrrho, quam cum divitiis gerit? quod ad focum coenat illas ipsas radices, et herbas, quas in agro repurgando triumphalis senex vulsit? etc. » H.

Quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quam sellariae istorum. Prius *cellaria* legebatur. In Reg. 2, *sellaria.* In Colbert. 3, *sellariae*, optime. Sellaria locus est, in quo sedes disponuntur. Plinius supra lib. XXXIV, cap. 19: « Violentia Neronis in Vrbem convecta, et in sellariis domus aureae disposita. » De hac aurea domo nunc agitur. Suetonius, in Tiberio, c. XLIII: « Secessu vero Capreensi, etiam sellariam excogitavit, sedem arcanarum libidinum, etc. » Similis Valerii Maximi sententia legitur, lib. IV Exemplorum, cap 4: « Anguste se habitare nunc putat, cuius domus tantum patet, quantum Cincinnati rura paluerunt. » HARD.

9 Subit vero cogitatio, quota portio harum fuerint areae illae, quas invictis imperatoribus decernebant publice ad aedificandas domus: summusque illarum honos erat, sicut in L. Valerio Publicola, qui primus consul fuit cum L. Bruto, post tot merita, et fratre eius, qui bis in eodem magistratu Sabinos devicerat, adiici decreto, ut domus eorum fores extra aperirentur, et ianua in publicum reiiceretur. Hoc erat clarissimum insigne inter triumphales quoque domos.

10 Non patiemur duos Caios, vel duos Nerones, ne hac quidem gloria famae frui: docebimusque etiam insaniam eorum victam privatis operibus M. Scauri, cuius nescio an aedilitas maxime prostraverit mores civiles, maiusque sit Syllae malum, tanta privigni

Sicut in L. Valerio Publicola. Publium appellat Livius, lib. II, p. 23, non L. hoc est, Lucium, ut Pliniani libri omnes. Hoc adiutore Iunius Brutus consulum primus, eius collega, reges eiecit. HARD.

Et fratre eius. M. Valerio, de cuius gemina a Sabinis reportata victoria. Vide Dionys. Halic. lib. VI, Antiq. Rom. p. 349 et 373. H.

Magistratu. In consulatu. H.

Adiici decreto, etc. Respublica M. Valerio aream ad aedificandum donavit in praecipua parte Palatii: sumptus in aedificium praebuit ex aerario: et huius domus valvae solae, inter omnes Vrbis et publicas, et privatas aedes, dum aperitur ianua, revolvuntur in viam publicam. Ita Dionys. Halic. lib. V Antiq. Rom. pag. 307. HARD.

Triumphales quoque domos. Ab his habitatas, qui triumphales, hoc est, dignas triumpho reportassent. In numismo argenteo Constantis Aug. ob VICTORIAM TRIVMPHALEM. Est alius argenteus apud Patinum, pag. 228, num. 4, et in museo nostro quinarius, exhibens una parte caput Concordiae: retro, ROM. Infra, M. CATO PROPR. *Marcus Cato propraetore.* In altera sedens Victoria, dextram extendit, sinistro humero palmam gerit. Infra, VICTRIX. Sententia sub his litteris latens haec est: « Victoria Imperatoris Caesaris T Riumphalis Nona. » Colligatae hic sunt litterae duae, T et R: quoniam eae ad eamdem vocem pertinent. Imp. Caesar nomen fuit Octavii Caesaris, post devictum Antonium, praesertim antequam Augustus cognominaretur. H.

Aedilitas. In quod illa tempus incideril, contra Pighium diximus, c. 8. HARD.

Tanta privigni potentia. Caeciliam M. Aemilii Scauri, eius qui princeps senatus fuit, uxorem, huius aedilis

potentia, quam proscriptio tot millium. Hic fecit in aedilitate sua opus maximum omnium, quae umquam fuere humana manu facta, non temporaria mora, verum etiam aeternitatis destinatione. Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex in altitudinem CCCLX columnarum, in ea civitate, quae sex Hymettias non tulerat sine probro civis amplissimi. Ima pars scenae e marmore fuit: media e vitro, inaudito etiam postea genere luxuriae: summa, e tabulis inauratis. Columnae, ut diximus, imae duodequadragenum pedum. Signa aerea inter columnas, ut indicavimus, fuerunt tria millia numero. Cavea ipsa cepit hominum LXXX millia: quum Pompeiani theatri toties multiplicata Vrbe, tantoque ma-

Scauri parentem, Sylla duxerat in matrimonium. Plutarchus in Sylla, pag 473. HARD.

Non temporaria mora. Etiamsi non modico temporis spatio, sed in omne aevum destinasset animo id opus duraturum. *Temporarium* pariter Scauri *curipium* ipse laudat, libro III, cap. 40. HAAN.

Scena ei triplex. Hoc est, triplex columnatio: tergeminus suranm versus columnarum ordo. HARD.

Sine probo civis amplissimi. Oh eas M. Brutus Crassum Veuerem palatinam vocavit. DAL. — *Civis amplissimi.* L. Crassi, ut dictum est libro XVII, cap. 1, et libri huius cap. 3. HARD.

Summa, e tabulis. Vel unius litterulae immutatio quantas sententiarum varietates afferat, ea hoc loco intelligere licet, quem libri vulgati hactenus sic repraesentant: « Summae tabulis inauratis columnae, ut diximus: imae duodequadragenum pedum. » Atqui summas tabulis inauratis columnas nusquam dixit: columnas imas, quae fuere eaedem maximae, duodequadragenum pedum fuisse superius admonuit, cap. 2: « Etiamne tacuerunt, inquit, maximas earum columnarum, atque adeo duodequadragenum pedum Lucullei marmoris in atrio Scauri collocati, a translatas e scena scilicet. Denique quum scena triplex exstiterit, imaque dicatur e marmore, e vitro media, quae summae materia fuerit, cur non illicio aperitur? H.

Vt diximus. Cap. 2. H.

Imae. Quae et maximae, ut operis et architecturae ratio postulat. H.

Indicavimus. Lib. XXXIV, cap. 17. HAAN.

Amphitheatri (sic prius). Tacitus, lib. XIV, theatrum dicit: « Quippe, inquit, erant, qui Cn. quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram theatri sedem posuisset. Nam antea subitariis gradibus, et scena ad tempus structa ludos edi solitos, vel si vetustiora repetantur, stantem populum spectavisse. » Theatrum certe, non amphitheatrum, molem gradibus mansuris perpetuam, Pompeium aedificasse, et

iore populo, sufficiat large quadraginta millibus. Sed et reliquus apparatus, tantus Attalica veste, tabulis pictis, caeteroque choragio fuit, ut in Tusculanam villam reportatis quae superfluebant quotidiani usus deliciis, incensa villa ab iratis servis, concremaretur ad H-S millies.

13 Aufert animum, et a destinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigae mentis, aliamque connecti maiorem insaniam e ligno. C. Curio, qui bello civili in Caesarianis partibus obiit, funebri patris munere,

exhibendis spectaculis primum dicasse, ac idcirco reprehensum accusatumque fuisse narrant Plutarchus in eius vita, Dionys. Hal. lib. XXXIX; Marcellinus lib. XVI; Tertullianus lib. de Spectaculis, ut hic mendum subesse coniectari liceat. Guell.

Quadraginta millibus. Minorem dimidio Pompeiani theatri caveam fuisse iudicat, quam Scauriani, etsi maiore tum civium numero, quam aevo Scauri fuisset. — Sic totidem plane litteris, apicibusque Regius 2 codex, quum in libris ad hunc diem editis, *Pompeii amphitheatri*, et mox, *quadringentis millibus*, legatur, gemino errore: nam, ut a posteriore incipiam, quum ei consilium sit amplitudinem theatri, quod Scaurus edidit, tanto maiorem ostendere, quam fuerit Pompeii, etsi multiplicata numero civium Vrbe, non potuit quadringenta millia Pompeianum capere, si fuit illud alterum LXXX tantum millium capax. Quod ad alterum attinet, Pompeiani certe theatri (quod et ex suo exemplari Pintianus vidit scribi hoc loco oportere), meminere omnes: amphithealri, nemo. P. Victor, in descript. Romae, regione octava, *Theatrum Pompeii.* Tacitus, lib. XIV Annal. (cf. not. superior.) Theatrum hemicycli specie constructum fuit: amphitheatri forma rotunda, et veluti ex duobus constans theatris: unde et nomen. H.

Choragio. Apparatu scenae. Χορήγιον scenicum instrumentum vocant, quo scena instruitur, et apparatur. Dicitur etiam choragium funeris, pro funebri apparatu. Haro.

Quae superfluebant. Quae redundabant. Sic MSS. At in editis, *quae superfuerant*: forte, post domum urbanam ex scenico, eo instrumento ornatam, quae supererant, rejecta in villam ut intelligantur. H.

Quotidiani usus deliciis. Ad delicias quotidianas. H.

Ad H-S. millies. MSS. *concremaretur H-S. millies.* Vt lib. XXXVII, cap. 6, *Datum mille talentum.* Sestertium millies centena millia, est enim id semper subintelligendum. H. — *Ad H S. millies.* Brot. ex Regg. 2 et 3, praepositionem delevit. Sunt monetae gallicae libraе 19,455,025. Ed. P.

C. Curio. Ad Curionem plurimae Ciceronis exstant epistolae. H.

Funebri patris munere. Ludis in funere patris exhibitis. H.

quum opibus apparatuque non posset superare Scaurum (unde enim illi vitricus Sylla, et Metella mater proscriptionum sectrix? unde M. Scaurus pater, toties princeps civitatis, et Marianis sodalitiis rapinarum provincialium sinus?) quum iam ne ipse quidem Scaurus comparari sibi posset, quando hoc certe incendii illius praemium habuit, convectis ex orbe terrarum rebus, ut nemo postea par esset insaniae illi. Ingenio ergo utendum fuit: operae pretium est scire 14
quid invenerit, et gaudere moribus nostris, ac nostro modo nos vocare maiores. Theatra duo iuxta fecit amplissima e ligno, cardinum singulorum versatili suspensa libramento, in quibus utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter sese aversis, ne invicem obstreperent scenae: repente circumactis ut contra starent, postremo iam die discedentibus tabulis, et cornibus in se coëuntibus faciebat

Vnde enim illi vitricus, etc. Non erat, inquit, Curioni, ut Scauro, vitricus Sylla, tot proscriptor civium: non Metella Caecilia mater, filia Caecilii Metelli Pii pontificis, etc. Haro.

Sectrix. « Sectores dicti sunt inquit Asconius in Verr. III, aestimatores, redemptoresque bonorum damnati, qui spem lucri sui sequuti, bona condemnatorum semel auctionabantur. » Vnde Antonius a Cicerone, Philipp. II, num. 75, sector Pompeii appellatur, quoniam in subhastatione bona Cn. Pompeii redemerat. H.

Et Marianis Sodalitiis. Marii partes in bello civili fovcrat. Iugurthae largitionibus locupletatum, avaritiamque suam callide occultasse, Sallustius est auctor in bello Iugurthino. Hard.

Sinus. Receptaculum. H.

Nos vocare maiores. Nos credere maioribus nostris pares, nec minus severis moribus: quum simus Curionis aevo severiores. H.

Inter sese aversis. Vt tergo sese ac posteriore parte theatra contiogerent. Haro.

Ne invicem obstreperent. Ne se invicem auctores in scena exaudirent. Haro.

Circumactis ut contra starent. Vt utriusque theatri frontes adversae starent. H.

Discedentibus tabulis. Tota lignea machina, sedilibusque simul a priore situ discedentibus, et circumactis. Huc certe Virgilius respexit, quum cecinit, Georg. III, vers. 22: « iam nunc solemnes ducere pompas Ad delubra iuvat, caeterosque videre iuvencos: Vel scena ut versis discedat frontibus. » Tamen in Reg. 2

amphitheatrum, et gladiatorum spectacula edebat, ipsum magis auctoratum populum rom. circumferens.
15 Quid enim miretur quisque in hoc primum? inventorem, an inventum? artificem, an auctorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suscipere? parere, an iubere? Super omnia erit populi furor, sedere ausi tam infida instabilique sede. En hic est ille terrarum victor, et totius domitor orbis, qui gentes et regna diribet; iura externis mittit, deorum quaedam immortalium generi humano portio, in machina pendens, ad periculum suum plaudens. Quae vilitas animarum ista? aut quae querela de Cannis? Quantum mali potuit accidere? Hauriri urbes terrae hia-
16 tibus, publicus mortalium dolor est. Ecce populus romanus universus velut duobus navigiis impositus, binis cardinibus sustinetur, et se ipsum depugnantem spectat, periturus momento aliquo luxatis machinis: et per hoc quaeritur in tribuniciis concionibus gratia, ut pensiles tribus faceret. Qualis hic

legitur, « postremos dies etiam sedentibus aliquis, cornibus in se, etc. » Hasn.

Auctoratum. Mori destinantem, et ad id quasi pretio obligatum. Plinius, lib. XIV, c. 3: « Vindemitor auctoratus rogum ac tumulum excipit. » Horat. l. II, Sat. 7, vers. 58: « Quid referi uri virgis, ferroque necari Auctoratus eas? ». H.

Regna. Ita certe legimus in nummis Traiani Imp. REGNA ASSIGNATA: et, REX PARTHIS DATVS. In nummis Antonii Pii: REX ARMENIIS DATVS, et REX QVADIS DATVS. H.

Diribet. Distribuit, dividit. H.

Generi humano. Reg. 2, *genere*. Malim ego, repetita e superiore voce litterula *m*, divulsaque, legi, *in genere humano*. Defendi tamen et vulgata lectio potest, ut sit sententia, instar deorum esse humano generi senatum populumque romanum, qui gentes et regna diribet, etc. H.— *Ad periculum*. Brot. ex ed. pr. *et ad peric*. En. P.

Quae vilitas animarum. Adeone vilis populi rom. vita videatur, ut sic certae morti obiici impune possit? Quid de Cannensi clade quaerimur, quum maior hic fieri luxata machina, potuisset? H.

Vt pensiles tribus faceret. In MSS. Regg. et edit. principe omissum, *faceret*. Brot. cui displicebat etiam illud verbum, coniiciebat, *ut pensiles sint tribus*. Capperonnier, qui hunc Plinii locum recensuit, theatri Curionis il-

in Rostris? Quid non ausurus apud eos, quibus hoc persuaserit? Vera namque confitentibus populus romanus funebri munere ad tumulum patris eius depugnavit universus. Variavit hanc suam magnificentiam fessis turbatisque cardinibus: et amphitheatri forma custodita, novissimo die duabus per medium scenis athletas edidit, raptisque e contrario repente pulpitis eodem die victores e gladiatoribus suis produxit. Nec fuit rex Curio, aut gentium imperator, non opibus insignis, ut qui nihil in censu habuerit, praeter discordiam principum.

Sed dicantur vera aestimatione invicta miracula, 17
quae Q. Marcius Rex fecit. Is iussus a senatu aquarum Appiae, Anienis, Tepulae, ductus reficere, no-

lustrandi causa, *apud pensiles tribus*, paulo audacius emendabat. Cf. *Memoire de l'Acad. des Inscr.* tom. XXIII, p. 378. Ex Brot. not. ad h.l. Ed. P.

Qualis hic in Rostris? Vnde nimirum concionabantur tribuni, consulesque ad populum. Qualis, inquit, hic fuit, qui id populo romano persuaserit in concione? H.

Turbatisque cardinibus. Pondere totius machinae. H.

Duabus. Brot. ex MSS. Regg. et edit. principe, *diversis duabus*, etc. Ed. P.

Per medium scenis. In medio amphiteatro. H.

Raptisque e contrario. Raptimque excitatis contra medium amphitheatri pulpitis duobus, etc. H.

Pulpitis. Pulpitum locus est ante scenam editior, in quo omnis comoedia recitatur. Plinius iunior, lib. IV, ep. 25: « Inde ista ludibria, scena et pulpito digna. a Ibi auctores gerebant partes. H. — *Victores e gladiatoribus suis prod.* Insanum sane fuit munus illud celebre a C. Curione anno V.C. 704 editum, fatendum tamen in eo fuisse mirum artis mechanicae monumentum. Brot.

Quae Q. Marcius rex fecit. Proconsul is bello Mithridatico cum tribus legionibus in Ciliciam et Lycaoniam missus est: bello Catilinario Fesulis pro republica exercitum coëgit: Gallos sub Alpibus sitos vicit: coloniam Narbonem Martium deduxit: Sallustius, Dion, Eutropius. Aquam Marciam, de qua hic, adduxit. Dal. — *Q. Marcius Rex.* In Iulio Frontino, l. I de Aquaeductibus, legimus aquam Marciam a M. Tito praetore (pro *Marcio praetore*) perductam anno Vrbis 610, Ser. Sulpicio Galba, L. Aurelio Cotta coss. Concipi aquam eam idem via Valeria admonet, etc. Hard.

Appiae. Appius Claudius Caecus aquam adduxit, quam et suo praenomine Appiam, ut scriptores plerique appellant: vel e nomine Clau-

vam a nomine suo appellatam cuniculis per montes actis intra praeturae suae tempus adduxit. Agrippa vero in aedilitate sua, adiecta virgine aqua, caeteris corrivatis atque emendatis, lacus septingentos fecit: praeterea salientes centum quinque: castella centum triginta, complura etiam cultu magnifica: operibus iis signa trecenta aerea aut marmorea imposuit, columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo spatio. Adiicit ipse in aedilitatis suae commemoratione, et ludos undesexaginta diebus factos, et gratuita praebita balinea centum septuaginta, quae nunc Romae ad infinitum auxere numerum.

diam, ut Cassiodorus, et alii, nuncupavit. Livium vide lib. IX, p. 162. Vetus inscriptio apud Gruterum, p. 489, sed ficta: APPIVS. CLAVDIVS. C. F. CAECVS. VIAM. APPIAM. STRAVIT. ET. AQVAM. IN. VRBEM. ADDVXIT. Vnde aqua ea deducta sit, docet Frontinus, lib. I, de Aquaeduct. H.

Anienis. Ab Aniene amne deductae, de quo lib. III, cap. 17. Apud Iul. Frontin. I. de Aquaeduct. extstat senatusconsultum. DE. AIVIS. SPECVBVS. FORNICIBVSQVE. IVLIAE. MARCIAE. APPIAE. TEPVLAE. ANIONIS. REFICIENDIS. Et initio libri primi, Anionem veterem, et Anionem novum, inter aquas appellat, quae in Vrbem influunt. Anionem veterem a M. Curio Dentato, qui censuram cum L. Papirio Cursore gessit, ex manubiis de Pyrrho captis, perductum in Vrbem. De hoc Plinius agit. Anio novus deinde Claudio principe consummatus. Tepulam vero ex agro Lucullano, quem quidam Tusculanum credunt, Cn. Servilius Caepio, et L. Cassius Longinus censores, ann. 629, M. Plautio Hypsaeo, M. Fulvio Flacco coss. Romam et in Capitolium adducendam curaverunt. « Concipitur via Latina » inquit idem Frontinus, etc. H.

Novam a nomine suo. Aquam Marciam cognominatam. Vide quae de ea re diximus lib. XXXI, cap. 24. H.

Agrippa. Vide quae dicta sunt superius a nobis, lib. XXXI, cap. 24. Gessit is aedilitatem anno Vrbis 721. Auctor Dio, lib. XLIX, pag. 419. H.

Lacus. *Des abreuvoirs*. H.

Salientes. Scaturigines aquarum quae tubulis emittuntur, et fistulis. *Des fontaines*. H.

Quinque. Brot. ex Regg. cod. 2, 3, et 5, *centum sex*. ED. P.

Castella. De hac voce diximus lib XXXI, cap. 31. H.

Annuo spatio. En quod romanum est. Numquam lenta ibi fuere publica opera, sed pernicissima. BROT.

Et gratuita praebita balinea. Dio Cassius, lib. XLIX, pag. 419, de Agrippae muneribus in aedilitate agens: τά τε βαλανεῖα προῖκα δι' ἔτους καὶ τοῖς ἀνδράσι, καὶ ταῖς γυναιξὶ λούεσθαι παρέσχε. « Et anno toto bal-

Vicit antecedentes aquarum ductus novissimum impendium operis inchoati a Caio Caesare, et peracti a Claudio. Quippe a lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, ut in omnes Vrbis montes levarentur, influxere Curtius atque Caeruleus fontes. Erogatum in id opus sestertium LV. D. Quod si quis diligentius aestimaverit aquarum abundantiam in publico, ba-

neorum lavacra tam viris quam mulieribus gratuito praebuit, etc. H.

Auxere numerum. Postea fuere Romae balinea 856, teste P. Victore. Brot.

A Caio Caesare. Germanici filio. Suetonius in Claudio, c. xx. H.

A Claudio. Suetonius, l. c. « Claudiae aquae gelidos atque uberes fontes, quorum alteri Caeruleo, alteri Curtio et Albano nomen est, simulque rivum Anionis novi, lapideo opere in Vrbem perduxit, divisitque in plurimos et ornatissimos lacus. » Ad Aventini caput esse perductam notat Cassiodorus, lib. VII, formula 6. H.

Quippe a lapide quadragesimo. Frontinus, paulo minore intervallo spatium definit, lib. de Aquaeduct. num. 20. « Claudia, inquit, concipitur via Sublacensi ad milliarium XXXVIII diverticulo sinistrorsus, intra passus CCC ex fontibus duobus amplissimis, et speciosis: Caerulo qui a similitudine appellatus est, et Curtio. » Huc pertinent inscriptiones tres, quas refert Gruterus, p. 176, sed recentes: duae priores, cum falsa adnotatione, IMP. XV. et IMP. XVII. TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MAXIM. TRIB. POTEST. V. IMP. XV. P. P. COS. DESIG. IV. ARCVS. DVCTVS. AQVAE. VIRGINIS. DISTVRBATOS. PER. C. CAESAREM. A. FVNDAMENTIS. NOVOS. FECIT. AC. RESTITVIT. Altera, cui plane similem in Claudii nummo epigraphen vidimus, sed adulterino: ut ipsi Patino suboluit, in Thesauro Numismat. pag. 103: TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIF. MAXIM. TR. POT. XII. IMP. XVII. S. P. Q. R. P. P. AQVAS. CLAVDIAM. EX. FONTIBVS. QVI. VOCABANTVR. CAERVLEVS. ET. CVRTIVS. A. MILLIARIO. XXXXV. ITEM. ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO. LXII. SVA. IMPENSA. IN. VRBEM. PERDVCENDAS. CVRAVIT. COS. V. Has deinde post Plinii obitum Vespasiani pater et filius restituisse leguntur. Gruter. loc. cit. IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVGVST. PONTIF. MAX. AQVAS. CVRTIAM. ET. CAERVLEAM. PERDVCTAS. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA. INTERMISSAS. DILAPSASQVE. PER. ANNOS. NOVEM. SVA. IMPENSA. VRBI. RESTITVIT. Similis et Titi inscriptio ibidem. H.

Curtius atque Caeruleus fontes. Adiicit Brot. *Et Anio novus*, qui nunc *Teverone* dicitur. In Regg. codd. *et aut novos*; in edit. princip. *et ante novos*. Ed. P.

Sestertium ter millies. « Sestertia quingenta LV. millia. » Manuscript. Summa haec Budaei calculo efficit decies centena millia, trecenta octoginta quinque millia et quingentos coronatos. Dal. — *Sestertium LV. D.* Hoc est, sestertium quinquagies quinquies, et quingenties centenis millibus. Sic Reg. 2, probatioresque cae-

lineis, piscinis, domibus, euripis, hortis, suburbanis, villis, spatioque advenientis exstructos arcus, montes perfossos, convalles aequatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum.

Eiusdem Claudii inter maxime memoranda equidem duxerim, quamvis destitutum successoris odio, montem perfossum ad lacum fucinum emittendum, inenarrabili profecto impendio, et operarum multitudine per tot annos: quum aut corrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in vertice machinis, aut silex caederetur: omniaque intus in tenebris fierent, quae neque concipi animo, nisi ab iis qui videre, neque humano sermone enarrari possunt.

Nam portus Ostiensis opus praetereo: item vias inter montes excisas: mare Tyrrhenum a Lucrino molibus seclusum: tot pontes tantis impendiis factos. Et inter plurima alia Italiae miracula, ipsa marmora in lapicidinis crescere auctor est Papirius Fabianus,

teri codices. Budaeus id quoque in suis codicibus vidit, interpretatusque est, « sestertia quingenta LV M, » quod et Parmensis editio habet, et Frobenius in sua sequutus est. Libri alii perperam, « sestertium ter millies. » Hard. — Gallicae monetae sunt, teste Brot. librae 10,797,624. Ed. P.

Spatioque advenientis. Toto spatio quo aqua advenit in Vrbem exstructi arcus, etc. Brot.

Eiusdem Claudii. Tranquillus in Claudio, c. XX: « Fucinum lacum aggressus est, non minus compendii spe, quam gloria, quum quidam privato sumptu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri, concederentur. Per tria autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absolvit aegre, et post undecim annos, quamvis continuis XXX hominum millibus sine intermissione laborantibus. » H.

Successoris odio. Neronis. At post Plinii obitum perficiendo operi manum admovit Hadrianus, ut quidem auctor est Spartianus in eius vita, p. 11. H.

Nam portus Ostiensis. Suetonius in Claudio, cap. XX: « Portum Ostiae exstruxit, etc. » Hard. — Portum Ostiensem postea ampliavit et ornavit Traianus. Conf. Tacitum, t. V, pag. 181 et 185 ed. meae. Brot.

A Lucrino. A Lucrino loca, de quo lib. III, c. 9. Hard.

naturae rerum peritissimus: exemptores quoque affirmant compleri sponte illa montium hulcera. Quae si vera sunt, spes est numquam defuturam luxuriam.

XXV. (XVI.) A marmoribus digredienti ad reliquorum lapidum insignes naturas, quis dubitet in primis magnetem occurrere? quid enim mirabilius? aut qua in parte naturae maior improbitas? Dederat vocem saxis, ut diximus, respondentem homini, immo vero et obloquentem. Quid lapidis rigore pigrius? Ecce sensus manusque tribuit illi. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit, et patitur mores: trahitur namque a magnete lapide, domitrixque illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit: atque ut propius venit, assistit, teneturque, complexuque haeret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inventore (ut auctor est Nicander) in Ida repertus: namque et passim invenitur, ut in Hispania

XXV. *Ut diximus*, Cap. 23. H.

Et patitur mores. Et mitiores videtur induere et accipere mores. H. — Mox Brot. *tenetur*, etc. Ed. P.

Ad inane nescio quid. Ad aliquid quod videri oculis nequit. H.

Sideritin. Σιδηρῖτιν Hesych. H. — *Ob hoc*. Brot. *ob id*. Ed. P.

Quidam Heracleon. Subintellige, lapidem. Hesychius, pag. 427: Ἡράκλεια λίθος, ἣν ἔνιοι μαγνῆτιν λέγουσιν, κέκληται δὲ οὕτως ἀπὸ Ἡρακλείας τῆς ἐν Λυδίᾳ πόλεως. Διὸ καὶ Σοφοκλῆς Λυδίαν λίθον αὐτὴν καλεῖ, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ Ἡρακλεῶτιν. Ab Heraclea Lydiae civitate id ei nomen haesisse significat. Μάγνησσα λίθος et Ἡράκλεια Tzetzae, Chiliad. VI, v. 627. Hard.

Magnes appellatus. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 4. Sane Magnes viri proprium nomen est, atque eo nomine Comicus apud Athenaeum laudatur, lib. IX, pag. 367. — *In Ida repertus*. Sic libri omnes, etiam MSS. Nec tantum Isidoro tribuendum putamus, ut quidquam moveamus hoc loco, quanquam ille Pliniana haec ex more transcribens, Origg. lib. XVI, c. 4, *in India* legisse videatur, ut et Marbodeus, lib. de Lapid. pret. cap. 43, fol. 41: « Magnetes lapis est inventus apud Troglodytas, quem lapidum genitrix nihilominus India mittit. » Inventoris certe, a quo magneti ea indita appellatio est, viri proprium apud Graecos nomen esse docuimus. Hard. — *Magnes*. Vulgo, *aimant* (*fer magnétique*, *oxidulé amorphe*) variat coloribus. Ed. P.

quoque. Invenisse autem fertur, clavis crepidarum et baculi cuspide haerentibus, quum armenta pasceret. Quinque genera magnetis Sotacus demonstrat: Aethiopicum: e Magnesia Macedoniae contermina, Boebeida lacum petentibus dextra: tertium in Hyrietico Boeotiae: quartum circa Alexandriam Troadem: quintum in Magnesia Asiae. Differentia prima, mas sit an femina: proxima in colore. Nam qui in Magnesia Macedonica reperiuntur, rufi nigrique sunt. Boeotius vero rufi coloris plus habet, quam nigri. Is qui in Troade invenitur, niger est et feminei sexus, ideoque sine viribus. Deterrimus autem in Magnesia Asiae, candidus neque attrahens ferrum, similisque pumici. Compertum tanto meliores esse, quanto sunt magis caerulei. Aethiopico laus summa datur, pondusque argento rependitur. Invenitur hic in Aethiopiae Zimiri: ita vocatur regio arenosa. Ibi et haematites magnes sanguinei coloris, sanguinemque reddens, si teratur, sed et crocum. In attrahendo ferro non eadem haematitae natura, quae magneti. Aethiopici argumentum est, quod magnetem quoque alium

Invenisse autem fertur, etc. Isidorus, loc. cit. Hard.

In Hyrietico Boeotiae. In agro, Hyrien Boeotiae oppidum circumiacente. De eo oppido, lib. IV, cap. 12. Libri hactenus editi, *in Echio Boeotiae.* Reg. 2, et Pintiani *in Hyrtio*; Colb. 3, *in Hyrtico.* Nihil visum est verae lectioni propius, quam *Hyrietico*, ab oppido Boeotiae, ut diximus, de quo lib. IV, c. 12. H.

Nam qui in Macedonia et Magnesia reperiuntur (sic prius). In vet. cod. «Nam qui in Magnesia Macedonica reperiuntur,» possel etiam legi eodem sensu, «Nam qui in Macedoniae Magnesia reperiuntur» ut paulo ante, «Aethiopicum: e Magnesia Macedoniae.» Pint.

Compertum tanto meliores esse. Sic Dioscorides, lib. V, c. 146: Ἀριστός ἐστιν ὁ τὸν σίδηρον εὐχερῶς ἕλκων, καὶ τὴν χροιὰν κυανίζων, πυκνός τε καὶ οὐκ ἄγαν βαρύς. H.

Haematites. Magnetis genus, αἱματίτης, cui a colore sanguineo nomen. Hard. — *Haematites magnes.* Haematites, vulgo *la pierre sanguine*, metallum ferri ditissimum. Cf. Hill, p. 138. Bioc. — Ferri istius (*fer oxidé, hématite*) fragmenta, ignis vim

ad se trahit. Omnes autem ii oculorum medicamentis prosunt, ad suam quisque portionem: maximeque epiphoras sistunt. Sanant et adusta cremati tritique. Alius rursus in eadem Aethiopia non procul mons gignit lapidem theameden, qui ferrum omne abigit, respuitque. De utraque natura saepius diximus.

XXVI. Lapidem e Scyro insula integrum fluctuare tradunt, eumdem comminutum mergi.

XXVII. (XVII.) In Asso Troadis sarcophagus lapis

passa, magnetica virtute pollent. Ed. Par.

Omnes autem. Hoc de haematite lapide speciatim tradit et Dioscor. lib. V, cap. 144. Hard.

Sanant et adusta. Plin. Val. lib III, cap. 36. Hard.

Lapidem theameden. Theamedes lapis nunc ignotus. Cl. dux de Noya celebritatem addidit alteri lapidi, qui si modico igne calefiat, pulvisculum attrahit, deinde longe repellit. Lapis ille, qui in insula Taprobane, *Ceylan*, reperitur, *la tourmaline* appellatur. Brot.

Saepius diximus. In primis, lib. XX, cap. 1. Simile est quod Plinius ante retulit, lib. II, cap. 98: « Duo sunt montes iuxta flumen indum: alteri natura est, ut ferrum omne teneat, alteri ut respuat. Itaque si sint clavi in calciamento, vestigia avelli in altero non posse, in altero sisti non posse. » In Reg. 2 cod hoc tantum: « Alius rursus in eadem Aethiopia non procul mons ferrum omne abigit, respuitque. »

XXVI. *Lapidem e Scyro.* Egimus de ea insula in Geographicis, lib. IV, cap. 23. *E Syro*, non a *Scyro*, libri quidam MSS. praeferunt. Ego vero de Scyro ut haec potius accipienda putem, favcamque vulgatae haetenus lectioni, facit Eustathii in primis auctoritas, qui ad Dionys. vs. 521, p. 21, Σκύρον Scyrum insulam sic esse appellatam prodidit, quod sit petrosa, σκυρώδης: aitque e lapicidinis erui variegatos lapides, qui Scyrii appellentur: μέταλλα δέ εἰσι ποικίλης λίθου, Σκυρίας λεγομένης. Et in Proverbiis Zenobii, centur. 1, num. 32: Πετρώδης καὶ λυπηρά ἐστιν ἡ Σκύρος. Ac Suidas idem habet, et Apostolius Suidam sequutus. De Syro nihil legas usquam eiuscemodi. Isidorus incaute locum hunc exscribens, Orig. lib. XVI, cap. 4: « Syrius lapis, inquit, a Syria, ubi reperitur, appellatur: hic integer fluctuare traditur, comminutus mergi. » Isidori errorem sequitur Albertus, lib. II, tract. 2 de Miner. cap. 17. Hard. — *Lapidem e Scyro.* De hoc lapide iam supra Plinius, lib. II, cap. 106. Lapis ille volcanicus est; nec mirum est eum fluctuare integrum, comminutum mergi. Brot.

XXVII. *In Asso Troadis*, etc. Insula Assus, etiamnunc *Asso* appellatur. Ed. P.

Sarcophagus lapis. Aliis pyritis genus chalcanthodis, aliis misyos, aliis pumicis aerosi. Daeno. — *Fissili vena scinditur.* Hoc est, in assulas, seu laminas potius. Hard.

fissili vena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo, absumi constat intra XL diem, exceptis dentibus. Mucianus specula quoque, et strigiles, et vestes, et calciamenta illata mortuis lapidea fieri, auctor est. Eius generis et in Lycia saxa sunt, et in Oriente, quae viventibus quoque adalligata, erodunt corpora.

XXVIII. Mitior est autem servandis corporibus, nec absumendis chernites, ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt: Parioque similis candore et duritia, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur. Theophrastus auctor est et translucidi lapidis

Corpora. Sic Dioscorid. lib. V, cap. 142, ex Assio lapide, qui hic ipse est, quem Plinius a re ipsa, seu vi corpora exedendi σαρκοφάγον vocat, loculos fieri ait, qui defunctorum carnes exedant. Plinius ipse lib. II, cap. 98: « At circa Asson Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora: sarcophagus vocatur. » Theophrast. lib. de Igne, pag. 442; Albertus M. lib. II, tract. 2 de Mineral. cap. 17. Hard.

Strigiles. Quibus utuntur in balneis ad fricanda corpora. Eas describit Apuleius, lib. II Floridorum, de Hippia loquens. Dal.

Illata mortuis. Sic Reg. 2, Colb. 3, vetus Dalec. aliique: non, ut editi libri, *illata omnia.* Reculas eiuscemodi, quibus vivi usi fuerant, aut delectati, in eodem sepulcro mortuis inferri solita, tralatitium est. H.

Lapidea fieri. Crusta potius lapidea obtegi. Lapis ille sarcophagus videtur fuisse pumicosus. Brot.

Eius generis. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 4: Refert auctor libri de Admir. Auscultat. Pergami ad metalla Croesi fugisse quosdam propter hostium metum: clausis vero metallorum ostiis suffocatos ibi esse, mox longo post tempore effossis puteis eorum ossa lapidea reperta esse, vasaque pariter, quibus usi in latebris fuissent. Hard.

XXVIII. *Chernites.* Theophr. lib. περὶ λίθων, p. 2: Καὶ ὁ τῷ ἐλέφαντι ὅμοιος, Χερνίτης καλούμενος, ἐν ᾧ φασὶ καὶ Δαρεῖον κεῖσθαι. Καὶ ὁ Πῶρος ὅμοιος τῷ χρώματι καὶ τῇ πυκνότητι τῷ Παρίῳ, τὴν δὲ κουφότητα μόνον ἔχων τοῦ πώρου. Quae sunt Plinianis verbis de chernite, poroque, plane similia. Hard. — *Chernites.* Species est marmoris candidi, nunc ignota. Brot.

Qui porus. Πῶρος. Suidas, Hesichius, aliique. H. — *Porus.* Species marmoris nobis ignota. Brot.

Theophrastus auctor est. Sic Reg. 2, Colb. 3, et Pintiani codex, excepto quod *Phio* non *Chio*, sed mendose, legunt. Theophrast. lib. de Lapid. p. 2: Μέλας αὐτόθι (ἐν Αἰγύπτῳ) διαφανὴς ὁμοίως τῷ Χίῳ. Nec latuit hoc Pintianum et Hermolaum. In libris

in Aegypto, quem Chio similem ait: quod fortassis tunc fuerit, quoniam et ii desinunt, et novi reperiuntur. Assius gustu salsus podagras lenit, pedibus in vase ex eo cavato inditis. Praeterea omnia crurum vitia in iis lapicidinis sanantur, quum in metallis omnibus crura vitientur. Eiusdem lapidis flos appel-

hactenus editis, et translucidos lapides in Aegypto invenirí, quos ophitae similes ait, interpolationem mavo. Hard.

Quod fortassis tunc fuerit. Quod fortassis tunc fuerit ibi iste lapis: at nunc novi ibi reperiuntur.

Assius. Idem qui paulo antea sarcophagus vocatus est, quamvis alterum ab altero hic Plinius distinguere videatur. Dal. — *Assius.* Redit ad Assium lapidem, a quo paulisper discesserat, ut contrariam at in chernite, et in poro vim asservandi corpora obiter indicaret: nunc ad Assii lapidis medicinas revertitur, quas in Indice huius loci ita designat: « De sarcophago, medicinae x. De chernite, de poro. De lapidibus osseis, etc. » Quo ex loco apparet non existimasse Plinium a sarcophago differre Assium lapidem, ut Salmasius in Solinum, pag. 1203; et Dalec. censuere.

Podagras lenit. Diosc. lib. V, cap. 142. Celsus lib. IV, cap. 24: « Lapis etiam, qui carnem exedit, quem σαρκοφάγον Graeci vocant, excisus sic ut pedes capiat, demissis eis, quum dolant, retentosque ibi levare consuevit: ex quo in Asio lapidi Asio gratia est. » Hard.

In vase ex eo cavato inditis. Sic etiam Mss. omnes. Solium, loculum, σόλεν Dioscorides appellat, loc. cit. Salmasius ἀσβεστεῖ, quum a emblasi ex eo cavato legit. H.

In iis lapicidinis sanantur. Flore lapidis, seu farina, quae multa sum-

per est in lapicidinis, vitia omnia crurum sanantur; contra crura in metallis omnibus vitiantur ob mephitim. Quum lapis Asius apud nos non occurrat, Cl. Caesalpinus, de Metallicis cap. 51, ut substituebat lapidem insulae Ilvae, *l'Elbe*, in qua effoditur alumen, Brot. — *Alumine sulfatée, alunite.* Ed. P.

Eiusdem lapidis flos appellatur. Est eiusdem lapidis quod flos appellatur, nempe farina mollis, etc. Sic libri omnes editi: sic Reg. 2 totidem syllabis apicibusque. Salmasius tamen in Solinum p. 1201, ex nescio quibus codicibus, corruptis certe et interpolatis, sic emendati: « Eiusdem lapidis flos appellatur, farina ex eo quaedam perinde efficax. » Vt videatur esse sententia, in farinam, seu tenuissimum pulverem teri hunc lapidem, qui pulvis flos appelletur. Id vero quam longe et a scriptoris mente, et a rei veritate abhorreat, testis Actius, lib. II de re medi. cap. 23, p. 52, ubi de lapide Asio: « Huic, inquit, quidam agnoscitur pulviculo farinae pistrinorum parietibus insidenti simile, quod florem Asiae petrae vocant. » Graecus Ms. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λίθος... ὃν δὲ καλοῦσιν Ἀσίαν πυρῆνοειδῆ κατὰ τὴν χροιὰν καὶ τὴν σύστασιν..... Ἐπιτρίβεται δὲ αὐτὸ εἰς πυρῆνλήστον ἀλεύρου. Ἐπιτρίβεται τῷ πρωτῷ ἀνοστε τοῖς τοίχοις τῶν μυλώνων. Insidet itaque flos ille lapidis non ex eodem conminuto, aut tristo, tritóve sit. Sic Oribasius lib. XIII, p.

latur, in farinam mollis, ad quaedam perinde efficax. Est autem similis pumici rufo. Admixtus aeri Cyprio mammarum vitia emendat: pici autem resinaeve, strumas et panos discutit. Prodest et phthisicis linctu. Cum melle vetera hulcera ad cicatricem perducit: excrescentia erodit. Et ad bestiarum morsus utilis. Repugnantia curationi, ac suppurata siccat. Fit et cataplasma ex eo podagricis, mixto fabae lomento.

XXIX. (XVIII.) Idem Theophrastus et Mncianus esse aliquos lapides qui pariant, credunt. Theophrastus auctor est et ebur fossile candido et nigro colore inveniri, et ossa e terra nasci, invenirique lapides

229: «Lapidis Assii flos est salsugo summo lapidi insidens, etc.» post Dioscor. lib. V, cap. 142, et Galenum lib. IX de Facult. simpl. med. pag. 257. Hard.

Est autem similis. Flos ille lapidis Assii colore pumicem refert. Dioscor. loc. cit. Hard.

Pici autem resinaeve. Dioscor. loc. cit. Hard.

Prodest et phthisicis. Dioscor. loc. cit. Εκλειχόμενον δὲ τὸ ἄνθος μετὰ μέλιτος, φθισικοὺς ὠφελεῖ. H.

Cum melle hulcera vetera. Dioscor. loc. cit. Πληροῖ δὲ καὶ τὰ κοῖλα τῶν ἑλκῶν... σὺν μέλιτι. H.

Repugnantia curationi. Vetera, et cicatrici repugnantia hulcera: τὰ παλαιὰ, καὶ δυσκατούλωτα ἕλκη Diosc. loc. cit. H.

Podagricis. Sic Reg. 2 et alii, non *podagris* Diosc. loc. cit. Καὶ ποδαγρικοῖς ἐν καταπλάσματι μετὰ ἐρέγμου. H.

XXXI. *Idem Theophrastus.* Adde Democritum apud Albertum Magnum, lib. I, Miner. tract. I, cap 4. E recentioribus Cardanum, et alios Clarius vero Rueus lib. I de Gemmis cap. 1, ubi relatum sibi ab integerrimae fidei hominibus ait, duos sibi domi esse ex avita hereditate adamantes, qui alios subinde gignant, plane ut intuentes congenerem sibi prolem eniti illos putent: aere fortassis circumfuso, vi quadam adamanti ei ingenita, in aquam primum transmutato, mox indurato in adamantem. H. — *Lapides qui pariant.* Lapides illi qui parere dicuntur, sunt aetitae, *les pierres d'aigle.* Frequentes sunt in Aegypto, maxime in *Bhar-bela-ma.* Multos vidi a P. Sicard missos. Br. — Cf. de aetitis lapidibus inf. cap. 39. Ed P.

Theophrastus auctor est. Vide Theophr. lib. περὶ λίθων, p. 8. H.

Ebur fossile. Ebenum fossilem, qui igne non accenditur, in metallis aluminis ad *Hildeseim* reperiri tradit Agricola. Hoc Theophrastus libello περὶ τῶν λίθων quem nos emendavimus. Dal. — Ebur fossile, *l'ivoire fossile*, cuius tanta copia in multis imperii Rossici provinciis reperitur: ut videre est in commentariis Academiae Petropolitanae. Brot.

Ossa e terra nasci. Non e terra na-

osseos. Palmati circa Mundam in Hispania, ubi Caesar dictator Pompeium vicit, reperiuntur, idque quoties fregeris. Sunt et nigri, quorum auctoritas venit in marmora, sicut Taenarius. Varro nigros ex Africa firmiores esse tradit, quam in Italia. E diverso albos tornis duriores, quam Parios. Idem Lunensem silicem serra secari: at Tusculanum dissilire igni. Sabinum fuscum addito oleo etiam lucere. Item molas versatiles Volsiniis inventas, aliquas et sponte motas invenimus in prodigiis.

XXX. Nusquam hic utilior, quam in Italia, gignitur: lapisque, non saxum, est. In quibusdam vero provinciis omnino non invenitur. Sunt quidem in eo genere molliores, qui et cote laevigantur, ut procul intuentibus ophitae videri possint. Neque est alius firmior: quando et lapidis natura, ut lignum, similiter imbres solesque aut hiemes non patitur, in aliis atque aliis generibus. Sunt qui et lunam non tolerent, et qui vetustate rubiginem trahant, colo-

scuntur, sed sunt ossa fossilia, quae passim inveniuntur. Vidi effossa Parisiis in caemeterio DD. Innocentium. De ossibus fossilibus vide Cl. Leibnitzium, in Protogaea, p. 62 sqq. Bsot. — Conf. item de ossibus iis D. Cuvier. tom. III, p. 572 sqq. edit. huiusce. Ed. Tavs.

Palmati. Qui palmae totus fracti effigiem referant. H.

Pompeium. Cneium Pompei Magni filium: conf. III, c. p. 3. H.

Venit in marmora. Tantam habent in aedificiis auctoritatem, quantam ipsa marmora. H.

Sicut Taenarius. De Taenariis lapicidinis cf. Strab. VIII p. 367.

Ad Tusculanum dissilire igni. Sic in igne crepitat, quem Galli *ardoise* appellant, parantque fere ad tegularum usum. Frequens in Aremoricis Britonibus, Andegavisque. H.

Item molas versatiles. Quarum circumactu culiri, ac novaculae acuuntur. H. — *Volsiniis inventas.* Tota illa regio antiquitus volcanicis ignibus exarsit. Inde molae illae versatiles, quae vulgo *pierres meulières* (*quartz-agate molaire*) dicuntur. Ed. P.

XXX. *Nusquam hic utilior.* Nusquam lapis *molaris* utilior, lapisque *vectilis* est, non saxi duritia. H.

Ophitae. Marmoris genus illud est, de quo superius cap. 11. H. — Nostris vulgo, *serpentine.* Ed. P.

Sunt qui et lunam non tolerent. Alto ordine in Archetypo nostro: « Sunt et qui lunam non tolerent. »

remve candidum oleo mutent (XIX.) Molarem quidam pyriten vocant, quoniam sit plurimus ignis illi: sed est alius etiamnum pyrites similitudine aeris. In Cypro eum reperiri volunt, et in metallis, quae sunt circa Acarnaniam, unum argenteo colore, alterum aureo. Coquuntur varie ab aliis iterum tertioque in melle, donec consumatur liquor: ab aliis pruna prius, dein melle, et postea lavantur, ut aes. Vsus eorum in medicina excalfacere, siccare, discutere, humorem extenuare, duritias nimias mollire. Vtuntur et crudis tusisque ad strumas atque furunculos. Pyri-

Considerandum autem an sit verior lectio *limam*, quam *lumen*. Pint.

Molarem quidam pyrithen vocant. Plinii editores ab iis verbis novum caput auspicati, titulum praefixere, « De curatio vel pyrite » quo fingi nihil absurdius potuit. Videre illi in quibusdam exemplaribus extrita priore littera, *olarem quidam*, mox aliis permutatis, *curalium* ibi latere commenti sunt. Nihil habet eiusmodi germanus Plinii Index: « De molaribus lapidibus; » de quibus nempe dictum est proxime: « Pyrites; medicinae ex eo, etc. » H.

Quoniam sit plurimus ignis illi. Πυρίθης λίθος appellatur lapis quilibet, ex quo ignis excutitur. H.

Sed est alius. Dioscor. lib. V, cap. 143: Πυρίτης εἶδός ἐστι λίθου, ἀφ' οὗ χαλκὸς μεταλλεύεται· ληπτέον μέντοι τὸν χαλκοειδῆ, etc. « Pyrites lapidis genus est, ex quo aes conflatur. Eligi debet aeris similitudine, etc. H.

Pyrites. Pyriten lapidem vivum Gratius vocat: « Et vivum lapidem, et circa Melitensia nectunt. » Turn. Advers. lib. VI, c. 9.

Metallis, etc. Pyrites ille cupri, seu aeris minera est (*culvre pyriteux*) omnium vulgatissima: aureo colore nitet, aut variegato. Ed. P.

Vnum argenteo colore. Aetius lib. II, cap. 20, p. 51, ex Ms. Graeco: Ὁ πυρίτης ὀνομαζόμενος, ἐοικὼς ἀργύρῳ τὴν χροιάν, etc. Hard.

Coquuntur varie ab aliis iterum, etc. Hi cocturae modi latius a Dioscoride exponuntur lib. V, cap. 143. Hard.

Vsus eorum in medicina. Dioscor. l. c. Δύναμιν δὲ ἔχει κεκαυμένος καὶ ὠμὸς θερμαντικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς ὄψεσι, διαφορητικήν τε καὶ πεπτικὴν σκληρωμάτων. « Vis est usti crudique excalfacere, abstergere, offusam oculis caliginem expurgare, duritias et discutere et maturare. » In MSS. « Et duritias inius vertere. » Forte, *intus*. Theod. Priscianus, lib. I, cap. 9, ubi de furunculis, strumis, duritiisque maturandis: « Hoc, inquit, lapis molaris facit, tusus et cribellatus, et resinae commixtus. » Hard.

Et duritias nimias mollire. In apographo nostro: « et duritias in ius vertere. » Scribendum forte, *in pus vertere*. Pint.

tarum etiamnum aliqui genus unum faciunt, plurimum habens ignis, quos vivos appellamus, et ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maxime necessarii, qui clavo vel altero lapide percussi scintillas edunt: quae exceptae sulphure aut fungis aridis, vel foliis, dicto celerius ignem trahunt.

XXXI. Ostracitae similitudinem testae habent. Vsus eorum pro pumice ad laevigandam cutem. Poti sanguinem sistunt; et illiti cum melle hulcera, doloresque mammarum sanant. Amiantus alumini similis,

Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt. Isidorus, Orig. lib. XVI, c. 4. Hoc pyritarum genus, seu igniariorum lapidum, *pierres à feu*; *pierres à fusil*, vulgus vocat. Vide Scaligerum Exercit. XVI, p. 77. H.

Vivos appellamus. Pyritae illi vivi (*quarto agate pyromaque*), vulgo *la pierre à fusil*. Ed. P.

Ignem trahunt. Sic MSS. non *ignem praebent*, ut editi. Ignem trahere, scite dicitur; pro excipere, concipere. Sic lib. XII, cap. 14: « Iuniperi baccae piperis vim mire trahere ac transferre in se dicuntur. Libro VII, cap. 15: « Dentes candorem trahunt. » Libro XII, cap. 27: « celeriter situm trahens » hoc est, contrahens. Et lib. XIV, c. 27: « vinum odorem trahit. » Iterumque cap. 19, num. 5: « Mira vitium natura, saporem alienum in se trahendi. » Plura vide in Indice.

XXXI. *Ostracitae.* Οστρίτην vocat Orpheus lib. περὶ λίθων. Dalec. — *Ostracitae.* Totidem verbis Dioscorides, lib. V, cap. 165: Λίθος ὀστρακίτης ὅμοιός ἐστιν ὀστράκῳ, πλακώδης καὶ εὔσχιστος, ᾧ χρῶνται ἀντὶ κισσήρεως πρὸς τριχῶν ἄρσιν αἱ γυναῖκες. « Ostracites testae similitudinem habet, crustosus, et in laminas fissilis, quo mulieres ad pilos amovendos pro pumice utuntur. » Οστρακον Graecis testa dicitur. H. — *Ostracitae.* Ostracites, *l'ostracite*, *l'huitre pétrifiée*. Diversus est in eis duritiei gradus. In agro nostro Nivernensi Galliaeque medullitio, vidi in vico D. Desiderii, *saint-Didier*, prope oppidum *Tannay*, montem durissimis ostracitis constantem. Vicina regio abundat ceraunias lapidibus, *les belemnites*, cornibus Hammonis, *les cornes d'Hammon*, peregrina etiam filice vermiculatis, aliisque mari spoliis. In imo monte et proximo fluvio *Iconna*, *l'Yonne*, aurum intermicat. Tantum maris, tantum peregrinae naturae ubique permixtum! Brot.

Poti sanguinem. Potu eo sisti menses feminarum ait Diosc. loc. cit. H.

Et illiti cum melle hulcera. Totidem verbis Diosc. loc. cit. H.

Amiantus. Diosc. lib. V, c. 158: Ἀμίαντος λίθος γεννᾶται μὲν ἐν Κύπρῳ στυπτηρίᾳ σχιστῇ ἐοικὼς ὃν ἐργαζόμενοι ὑφάσματα ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ ὄντος ἱμαντώδους πρὸς θέαν· ἃ βληθέντα εἰς πῦρ φλογοῦνται μὲν, λαμπρότερα δὲ ἐξέρχονται, μὴ κατακαιόμενα. » Amiantus lapis in Cypro nascitur, scissili alumini similis, e quo elaborato, utpote flexili, teles

nihil igni deperdit. Hic veneficiis resistit omnibus, privatim magorum.

XXXII. Geoden ex argumento appellant, quoniam complexus est terram, oculorum medicamentis utilissimum: item mammarum ac testium vitiis.

XXXIII. Melitites lapis succum remittit dulcem mellitumque. Tusus et cerae mixtus, eruptionibus pituitae, maculisque corporis medetur, et faucium exhulcerationi. Epinyctidas tollit, et vulvarum dolores impositus velleri.

XXXIV. Gagates lapis nomen habet loci et amnis

spectaculi gratia texunt: quae ignibus injectae ardent quidem, sed flammis invictae splendidiores exeunt.» Et hinc efficta quondam ellychnia crediderim, quae nihil igne deperderent. Anastasius, in S. Silvestro, p. 49: «Vbi candela est... nixum vero ex stupa amianti.» Lege, «myxum vero ex stupa amianti.» Hard. — *Amiantus.* Nobis *asbeste flexible*, vulgo *amiante*. De alumine, στυπτηρία, diximus XXXV, 52. Ed. P.

Alumini similis. Putri ligno, Theophrast. lib. Περὶ λίθων. Dal.

Nihil igni deperdit. Inde ex amianto facta ellychnia. Reperta est lucerna antiqua talibus ellychniis instructa, in qua erat adhuc oleum crassissimum, Cl. Ficoroni teste. Brot.

Hic veneficiis resistit. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 4. Hard.

XXXII. *Geoden.* Aetitis genus, quod intra se terram continet, non lapidem. Dal. — *Geoden.* Habet is ex re ipsa nomen, nempe ex terra, Graeci γῆν vocant, quam intra se complectitur. Dioscorid. lib. V, cap. 169: Λίθος γεώδης στύφει, ξηρμένει, ἀποκαθαίρει τὰ ἐπισκοτοῦντα τοῖς ὀφθαλμοῖς καταχοισθεῖσα δὲ μεθ' ὕδατος, μαστῶν καὶ ὄρχεων παύει φλεγμονάς. Huius icones varias exhibet Aldrovandus, de Metal. lib. IV, cap. 5, p. 591. H. — *Geoden.* Geodes, *le géode, la pierre d'aigle bâtarde.* Brot.

XXXIII. *Melitites lapis succum remittit dulcem, mellitumque tusus. Et cerae mixtus*, etc. (sic prius.) In suppunctione verborum error est: lege, «Melitites lapis succum remittit dulcem melleumque. Tusus et cerae mixtus, etc. Pint. — *Melitites.* Μελιτίτης λίθος; Dioscorid. lib. V, cap. 151. Locum hunc Isidorus exscripsit, Orig. lib. XVI, cap. 4. Sed apud eum mendose *melantes*, pro *melites*. H. — *Melitites lapis.* Ad argillas flavas, *l'argile jaune*, referendus videtur. Brot.

XXXIV. *Gagates.* Nicander Theriacis vocat ἐγγάγγιδα πέτρην, interpres exponit γαγγίτην, quod magnus et pallescens reperiatur in littore ad Gangas oppidum Lyciae, sive Gagas cuius meminit Stephanus, eamque dum accensa uritur, ἀποφορὰν καὶ ὀσμὴν ἀσφαλθώδη ἔχειν. Strabo gangitis lapidis nitorem τὰ ἑρπετὰ φεύγειν tradit Plin. lib. X, cap. 3, gagaten etiam aetiten appellari scribit,

Gagis Lyciae. Aiunt et in Leucolla expelli mari, atque intra XII stadia colligi. Niger est, planus, pumicosus, non multum a ligno differens, levis, fragilis: odore, si teratur, gravis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Quum uritur, odorem sulphureum reddit: mirumque, accenditur aqua, oleo restinguitur. Fugat serpentes ita, recreatque vulvae strangu-

nihilque igne deperdere. Vide adnotate in eum locum. Rhodiginus lib. XIII, c. 20. Vide et apud Orpheum de hoc lapide versus luculentos. Dal. — *Gagates lapis.* Nomen habet e Gage urbe Lyciae, de qua lib. V, c. 28, et ab amoe praeterfluente. Dioscor. lib. V, cap. 149: Καλεῖται δὲ ὁ τόπος καὶ ὁ ποταμὸς Γάγας, παρ' οὗ τὸ στόματι εὑρίσκονται αὐτοὶ οἱ λίθοι. » Vocatur autem Gagas et locus et amnis, ad cuius ostium id genus lapidum invenitur. » Ambram nigram esse censet Aldrovandus, de Metall. lib. III, c. 19, p. 418, Cardanum, et alios sequutus. Paleas eo attrahi auctor est Marbod. cap. 29, libro de Lapid. pret. » Vicinas paleas trahit attritu calefactus. » Sic et Albertus Magnus, lib. II de Miner. tract. 2 cap. de gagate: » Confricatum autem trahit paleas, et incensum ardet sicut thus. » H. — *Gagates.* Bituminosis cognetus, nostris vulgo, *jayet.* Ed. P.

Aiunt et in Leucolla. In nostro apographo *Leucolla* habetur, non *Leucola*: quid si legas, etsi duriuscule correctione; » Aiunt et ad Plagiapolin expelli mari, » ex Dioscor. lib. V, in mentione eius lapidis. Pint. — *Leucolla.* Promontorium id, oppidumque Pamphyliae, de quo lib. V, cap. 26. Hard.

Intra XII stadia. Mille quingentos pass. Hard.

Niger est, etc. Diosc. loc. cit. Μέλας δὲ κοινῶς ὑπάρχει καὶ αὐχμηρός, ἔτι δὲ πλακώδης καὶ κοῦφος ἄγαν. » Est autem niger plerumque, et squalidus, praetereaque crustosus, et perquem levis. » Hard.

Fictilia ex eo inscripta. Isid. Orig. lib. XVI, cap. 4. Hard.

Quum uritur. Dioscor. loc. cit. odorem bituminis accenso eo reddi ait. Sulphureum, auctor libri de Simp. med. ad Patern. tom. XIII operum Galeni, pag. 993. Hard.

Mirumque, accenditur aqua, oleo restinguitur. Notabilis memoriae error Plinii nostri. Nam quod Nicander in Theriacis et Dioscorid. lib. V, tribuunt Thracio lapidi, ipse gagatae dedit: causa erroris fuit, quae subinde contingere solet, quod Diosc. de gagate et Thracio lapide pariter disseruit; notavit hoc etiam ante nos Marcellus Dioscorid. interpres. Pint. — *Mirumque.* Solin. cap. XXII, p. 43; Isidorus, loc. cit. Marbodeus, lib de Lapid. pret. cap. 29 de gagate: » Ardet aqua lotus, restinguitur unctus olivo. Per suffumigium muliebria menstrua reddit. Accensus prodit fumi nidore caducos, etc. » Hard.

Fugat serpentes ita. Hoc est, quum uritur, nidore suo. Isidorus, loc. c. et Diosc. lib. V, cap. 146. Item auctor Kiranidum, lib. II, p. 75; Nicander in Theriac. p. 3. Vide et eius Scholiasten, p. 7. Hard.

lationes. Deprehendit sonticum morbum et virginitatem suffitus. Idem ex vino decoctus, dentibus medetur, strumisque cerae permixtus. Hoc dicuntur uti magi in ea, quam vocant axinomantiam et peruri negant, si eventurum sit, quod aliquis optet.

XXXV. Spongiae lapides inveniuntur in spongiis, et sunt nativi. Quidam eos tecolithos vocant, quoniam vesicae medentur: calculos rumpunt in vino poti.

Recreatque vulvae strangulationes. Dioscorid. lib. V, cap. 146. H.

Sonticum morbum. Epilepticum; ἐλέγχει ἐπιληπτικοὺς, inquit Dioscor. Sonticum tamen morbum in XII tabulis interpretantur eum qui noccat, Torn. Advers. lib. XVII, cap. 7. Dal. — *Sonticum.* Nam suffitu prodit eos qui sunt ei morbo obnoxii: statim enim correpti eo cadunt: Diosc. loc. cit. Εστι δὲ καὶ ἐπιληπτικῶν ἔλεγχος ὑποθυμιασθεὶς, etc. Aetius item, lib. II, cap. 34, p. 53; Isidorus loc. cit. Apuleius in Apologia. Theodorus Priscianus, lib. IV: «Lalentes epilepticos, gagatis lapidis admotum fumigium, semper repentinis casibus publicavit.» Hard.

Virginitatem suffitus. Virginitatem ideo deprehendit, quod a virgine ieiuna potus statim urinam provocat. Idem narrant et de nostra umbra cinerea odorata Dal. — *Et virginitatem.* Isidorus, loc. cit. Albertus Magnus, lib. II, de Mineral. tract. 2, cap. 7, pag. 234, de gagate. «Aiunt autem de espertis esse, quod si colatura, et eius lotura cum rasura detur virgini, bibita retinebit eam, quod non minget. Si autem non est virgo, statim minget: et sic debet probari an sit virgo.» Hard.

Dentibus medetur. «Fluidos firmat dentes, ut aiunt,» inquit Albertus l. c. Marbod. item, loc. cit. «Et dilutus aqua dentes firmat labefactos.» H.

Strumisque. Aetius, l. c. H.

Hoc dicuntur uti magi; etc. Lege: «Hoc dicunt uti magi in ea quam vocant causimomantiam.» Ἡ καυσιμαντεία apud magos est μαντεία τῶν καυσίμων, rerum scilicet, quae uri possunt. Salm.

Axinomantiam. Ex fit gagati impositio securi candenti. Dal. — *Axinomantiam.* Sic libri omnes etiam MSS. Ἀξινομαντεία divinatio est quae fit securibus, ut dictum est lib. XXX, cap. 5. Salmasius in Solin. pag. 252, inauditum Magis divinationis genus comminiscitur, quo in hunc Plinii locum obtrudat, spreta lectione vetere, καυσιμαντείαν. H.

Et peruri negant. Alio scilicet a superiore illo divinationis genere, quocumque id demum nomine appellari oporteat. Hard.

XXXV *Spongiae lapides.* Dioscorides, lib. V, c. 53: Λίθοι οἱ ἐν τοῖς σπόγγοις εὑρισκόμενοι σὺν οἴνῳ πιθέντες, τοὺς ἐν κύστει λίθους θρύπτουσιν. Hard.

Quidam eos tecolithos. Τηκολίθους, quod lapides in vesica rumpunt, et atterunt, ut ex Dioscor. diximus. Galen. IX, de Facult. simpl. med. 258, non vesicae, sed renum calculos rumpi

XXXVI. Phrygius lapis gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa. Vritur ante vino perfusus, flaturque follibus, donec rubescat, ac rursus dulci vino exstinguitur, et hoc ternis vicibus: tingendis vestibus tantum utilis.

XXXVII. (xx.) Schistos et haematites cognationem habent. Haematites invenitur in metallis: ustus minii colorem imitatur. Vritur ut Phrygius, sed non restinguitur vino. Adulteratum schisto haematiten di-

eo sit. H. — At nullos calculos eo rumpi credibile est. Ed. P

XXXVI. *Phrygius lapis.* In Cappadocia tamen nascitur. Dioscorides. Dalec. — *Phrygius lapis.* Isidorus, lib. XVI, Orig cap. 4: « Phrygius lapis ex loco traxit vocabulum: nascitur enim in Phrygia, etc. » Et in Cappadocia nasci tradit Diosc. lib. V, cap. 41. Hard.

Est autem gleba pumicosa. Pumicum instar, modice ponderosus, corporis compage minime solido, μέσως βαρὺς, οὐκ σύστασις τῇ συγκρίσει τοῦ σώματος Diosc. loc. cit. H.

Vritur. Totidem verbis haec Dioscor. et Isidorus, loc. cit. H.

Et hoc trinis vicibus (sic prius). In vetusto codice, « dulci vino exstinguitur exterrius vicibus » forte pro duabus ultimis vocibus, substitui poterit, *et ternis vicibus*; semper enim in cod. vet. pro hoc nomine *trinus* invenio *ternus*. Pint.

Tingendis vestibus tantum utilis. Nam detersoria facultate vestium sordibus exemptis, ut commodius et fidelius tincturam bibant, praestat. Dalec. — *Tingendis vestibus.* Diosc. loc. cit. Λίθος Φρύγιος, ᾧ οἱ βαφεῖς ἐν Φρυγίᾳ χρῶνται. « Phrygius lapis, quo infectores in Phrygia utuntur. » Sed et ad alios usus graeci medici lapidem eum adsciscunt: Diosc. loc. cit Galenus, lib. IX, de Fac. simpl. med. p. 256, et alii. Hard.

XXXVII. *Haematites.* Theophrast. lib. περὶ λίθων haematiten dici vult, non quod tritus sanguineum succum reddat, non quod sanguinem sistat, sed quod similis sit αἵματι ξηρῷ πεπηγότι, arido sanguini et concreto. Dalec. *Schistos*, etc. Schistus, *le schiste*, lapis est argillosus et scissilis. Haematites, *l'hématite*, *la pierre sanguine*, ut iam supra dictum, cap. 25, n. 11. Ed. P.

Cognationem habent. Quare et haematites schisto adulteratur. Dioscor. lib. V, pag. 144, moxque ipse Plinius. A colore sanguineo, quem reddit is quum teritur, nomen accepit, teste Aëtio, lib. II, cap. 13, pag. 50. Nec schiston Recentiorum ulli, nec haematiten norunt. Hard.

Minii colorem imitatur. Diosc. loc. cit. τοῦ κιννάβαρεως. H.

Vritur ut Phrygius. Diosc. loc. cit. Hard.

Adulteratur schisto (sic prius). Lege: « Adulteratum schisto haematiten discernunt venae rubentes. » Paullo post lege: « Proficit oculorum lacunis. » Salmas.

scernunt venae rubentes, et friabilis natura. Oculis cruore suffusis mire convenit. Sistit profluvium mulierum potus. Bibunt eum et qui sanguinem reiecerunt, cum succo punici mali. Et in vesicae vitiis efficax. Bibitur et in vino contra serpentium ictus. Infirmior ad omnia haec eadem est, quem schiston appellant. Sed in iis commodior croco similis, peculiarius splendet. Proficit oculorum lacrymis in lacte muliebri: procidentesque oculos praeclare cohibet. Haec est sententia eorum, qui nuperrime scripsere.

XXXVIII. Sotacus e vetustissimis auctoribus quinque genera haematitarum tradit, praeter magnetem. Principatum dat ex iis Aethiopico, oculorum medicamentis utilissimo, et iis quae panchresta appellant: item ambustis. Alterum androdamanta dicit

Oculis cruore suffusis. Dioscor. loc. cit. totidem verbis: Galenus, lib. IX, de Facult. simpl. med. pag. 254, et Marbod. lib. I, de Lap. pr. cap. 36, de haematite. Hard.

Sistit profluvium. Diosc. et Marbod. loc. cit. Hard.

Bibunt eum. Dioscor. et Galenus, loc. cit. et Marbodeus: a Eius ramentis si glarea mixta sit ovi, Succo dilutus quem punica mala remittunt, Vel resolutis aqua: iuvat hos qui sanguinis ore Grumos emittunt, etc. Hard.

Et in vesicae vitiis. Diosc. et Marbod. loc. cit. Hard.

Bibitur et. Marbodeus: a Vino dilutus veteri, bibitusque frequenter Serpentis morsus, vel quod fit ab aspide vulnus, Egregie curat. a H.

Infirmior. Totidem verbis Dioscor. lib. V, cap. 145, et Aëtius, lib. II, c. 14, pag. 50. Galenus item, loc. cit. Hard.

Sed in iis commodior. Sed e schistis lapidibus, inquit, ille probatior multo est, qui croci colorem aemulatur. Diosc. loc. cit. Σχιστὸς δὲ λίθος... ἄριστος εἶναι δοκεῖ ὁ παραπλησίζων τῇ χρόᾳ, etc. Idemque commodior, mitior, in usu iucundior, πρᾴοτερος, inquit Galenus, loc. cit. p. 255. H.

Proficit oculorum lacrymis. Diosc. loc. cit. Hard.

XXXVIII. *Praeter magnetem.* Praeter id magnetis genus, quod haematiten pariter appellari superius dictum est, cap. 25. H.

Panchresta appellant. Omnibus aegritudinum generibus utilia, πρὸς πάντα νοσήματα χρηστά, καὶ ὠφέλιμα. *polychresta* quidam legunt et aptius, ut arbitror. Dal. — *Quae panchresta.* Πάγχρηστα, perbenigna, prorsus utilia. Hard.

Alterum. Locum hunc plane ad verbum exscripsit Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 4. H.

vocari, colore nigro, pondere ac duritia insignem, et inde nomen traxisse, praecipueque in Africa repertum. Trahere autem in se argentum, aes, ferrum. Experimentum eius esse in cote ex lapide basanite. Reddere enim succum sanguineum, et esse ad iocineris vitia praecipui remedii. Tertium genus Arabici facit, simili duritie, vix reddentis succum ad cotem aquariam, aliquando croco similem. Quarti generis elatiten vocari, quamdiu crudus sit; coctum vero miltiten, utilem ambustis, ad omnia utiliorem rubrica. Quinti generis schiston, haemorrhoidas reprimentem. In totum autem haematitas omnes tritos in oleo trium drachmarum pondere a ieiunis sumendos, ad vitia sanguinis. Idem auctor, schiston alterius generis quam haematiten tradit, quem vocant

Androdamanta. Haematitae omnes nobis ferro aliis mineralibus mixto constant (*peroxide, hydroxide de fer, hématite rouge; brune*, etc) forma, colore, structura variant. Ed. P.

Et inde nomen. Quod hominum conatus in frangendo domet, ἀνδροδάμας. Hard.

Trahere autem in se. Vt ferrum a magnete trahitur. Isidorus, loc. cit. Hard.

In cote ex lapide basanite. Qui lapis nullum ex se succum aut colorem remittit. Pro cote mortarium dicere Plinium debuisse, contendit Salmasius in Solin. p. 1333. Frustra: tum quod ex attrito ad colem lapide haud secus reddi succus intelligatur, quam ex eodem, si teratur in mortariis: tum quod ipsa mortaria coles appellari recte possint, quod ex cote fiunt. Vnde lib. XXXVII, cap. 54, de achate: «Medici coticulas inde faciunt.» Hard.

Ad cotem aquariam. Quae aqua aspergitur. Hard.

Quarti generis elatiten vocari. Quartum illud genus, quum crudum esset, vocabatur elatites, ob colorem ἐλάτης, sive abietis; coctum vero dicebatur miltites, ob μίλτου, seu rubricae colorem. Coctum rubescebat, ut corpora omnia ferruginea. Elatites autem, ut et Arabicus croco similis, dicebatur xanthus, teste Theophrasto, de Lapidibus, cap. 66, quod Doriis color ex albo flavescens appellabatur xanthus, *le blanc jaunâtre*. Brot.

Vtiliorem rubrica. Cuius vires in medicina superius proditae, l. XXXV, cap. 14. Hard.

Haematitas omnes tritos. Haematitarum usus apud nos, sed rarior in medicina. Ed. P.

Quam haematiten. Supra dictum c. 37, nam et ipse suo modo σχιστός, scissilis est, quod per venarum lon-

anthraciten. Nasci in Africa nigrum, attritum aquariis cotibus reddere ab ea parte, quae fuerit ab radice, nigrum colorem: ab altera, croci. Ipsum utilem esse oculorum medicamentis.

XXXIX. (XXI.) Aetitae lapides ex argumento nominis magnam famam habent. Reperiuntur in nidis aquilarum, sicut in decimo volumine diximus. Aiunt binos inveniri, marem et feminam: nec sine iis parere, quas diximus, aquilas: et ideo binos tantum. Genera eorum quatuor. In Africa nascentem pusillum ac mollem, intra se et velut in alvo habentem argillam suavem, candidam: ipsum friabilem, quem feminei sexus putant. Marem autem, qui in Arabia nascitur, durum, gallae similem, aut subrutilum, in alvo habentem durum lapidem. Tertius in Cypro invenitur, colore illis in Africa nascentibus similis, amplior tamen atque dilatatus: caeteris enim globosa facies. Habet in alvo arenam iucundam et lapillos: ipse tam mollis ut etiam digitis frietur.

giusculos ductus diffringitur. Diosc. lib. V, cap. 145. H.

Anthraciten. Qui carbonum, ἀν θράκων, colorem imitatur. H. — *Anthraciten.* Anthracites ille non videtur esse quem nos dicimus, *anthracite*; sed alia materies carbonaria, nostris dicta *houille*; vulgo, *charbon de terre.* Ed. P.

Ab radice. Ab humo cui lapis haeret. Hard.

XXXIX. *Aetitae.* Totidem verbis haec Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 4. Nomen habet ab ἀετοῖς, hoc est, ab aquilis, quarum in nido reperitur. H. — *Aetitae.* Vulgo *pierres d'aigle* (*fer hydraté, globulaire, géodique*); aetites quidem ferri minera constat, geodes vero silice, achate, etc. Ed. P.

In decimo. Libro X, cap 4.

Quas diximus Loco proxime citato, his verbis: » Tribus primis, et quinto aquilarum generi inhaedificatur nido lapis aetites, etc.» Vide Philostr. lib. II de vita Apollonii, cap. 7, pag. 74. Hard.

Et ideo binos tantum. Libro X, c. 4: » Excludunt pullos binos: visi sunt et tres aliquando. » H.

Genera eorum quatuor. Duo priora Isidorus agnoscit, Orig. lib. XVI, c. 4. Hard.

Pusillum ac mollem Reperitur prope Viennam in rivulo, qui montem Salomonis praeterfluit. Dal.

Quarti generis Taphiusius appellatur, nascens iuxta Leucadem, ubi est mons Taphius, qui locatus est dextra navigantibus ad Leucadem. Invenitur in fluminibus candidus et rotundus. Huic est in alvo lapis, qui vocatur callimus, nec quidquam tenerius. Aetitae omnes gravidis adalligati mulieribus, vel quadrupedibus, in pelliculis sacrificatorum animalium, continent partus, non, nisi parturiant, removendi: alioqui vulvae excidium fit. Sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariunt.

XL. Est lapis Samius in eadem insula, ubi terram

Vbi est mons Taphius. Taphiassus collis, de quo diximus in Geographicis, lib. IV, cap. 3. Hunc locum ex fide codicis Colb. 3 repraesentamus, quum libri hactenus editi insulse hunc locum ita referant: « iuxta Leucadem, in Taphiusa, qui locus est dextra navigantibus ex hac ad Leucadem. Hard.

Qui vocatur callimus. Lege: «Huic est in alvo lapis, qui vocatur Calainus,» a colore scilicet calaino. Salmas. — *Callimus.* Κάλλιμος, *pulcherrimus*, a nomine κάλλος. Ita Reg. 2, probatioresque codices. Tamen in Colb. 3, *calaimus*: sed, ut remur, mendose: quanquam lectionem eam avide Salmasius arripit, in Solin. p. 713. Hard.

Nec quidquam tenerius. In ipsa fodina aetitae lapides tenerrimi sunt et citrei coloris: aëre perculsi durescunt, pariunt et nigrescunt. Nondum, ut videtur, innotuerant aetitae lapides, quos Aegyptus fert; ni forte sint quos et de Africa commemoravit Plinius. Brot.

Aetitae omnes. Aetius lib. II, c. 32, pag. 54, post Dioscor. lib. V, cap. 161. Hard.

Continent partus. Solini paraphrasis, cap. XXXVII, pag. 67: «Spem uteri defendit a fluxibus abortivis.» H. — Nugae merae. Ed. P.

Non, nisi parturiant. Non nisi quum parturiunt removendi: tum vero maxime auferendi, alioqui vulva corrumpitur, retento diutius partu. Hard.

Vulvae excidium fit. Ita Reg. 2, non ut vulgo, *vulvae excidunt*, quanquam ita Isidorus, Orig lib. XIV, 4, aliudque vulvae vitium, quam procidentiam eiusdem esse, hoc intelligimus: quum et contineri partus adalligato lapide proxime dictum sit, tantaque vis in continendo statim significetur, ut, nisi parturientibus auferatur, omnino non pariant. Qui hunc locum ante nos intelligeret, ut alia plurima, vidimus neminem: qui traiectione aut simili vitio laborare dicerent, sed desperatione ad id adacti, complures. Rem tamen ita se habere, comprobatamque multis recentiorum medicorum experimentis hanc lapidis aetitae vim, discere ex Schenkio possis, Observ. Medic. lib. IV, pag. 647. Hard.

XL. *Est lapis Samius.* Isidorus,

laudavimus, poliendo auro utilis. Vtilis et in medicina oculorum hulceribus cum lacte, quo supra dictum est modo, contra veteres lacrymationes. Prodest et contra vitia stomachi potus: vertigines sedat: mentes commotas restituit. Quidam et morbis comitialibus utiliter dari putant, et ad urinae difficultates. Acopis etiam miscetur. Probatur gravitate et candore. Vulvas et partus contineri adalligato eo tradunt.

XLI. Arabus lapis ebori similis, dentifriciis accommodatur crematus. Privatim haemorrhoidas sanat cum lanugine linteorum, linteolis insuper impositis.

Orig. lib. XIV, cap. 4. Dioscorides, lib. V, cap. 173: Εὑρίσκεται δέ τις ἐν τῇ Σαμίᾳ γῇ λίθος, ᾧ οἱ χρυσοχόοι χρῶνται πρὸς τὸ λειαίνειν, καὶ στιλβοῦν. Hard.

Laudavimus. Libr XXXV, 53.

Poliendo auro utilis Inde in veteri inscriptione SAMIARII DORYPHORΩN, qui praetorianorum et satellitum Imperatoris arma, spicula, ferramenta ad nitorem fricabant et tergebant, gladiorumque praeterea et iaculorum aciem et cuspidem exasperabant. Turneb. libro XXI, cap. 27. Dal. — *Vtilis*, etc. Diosc. loc. cit. Hard. — Terrae autem Sami argillaceae, lapidisve Samii nullus fere in medicina usus. Ed. P.

Quo supra dictum est modo. Hoc est, cum lacte muliebri: ut de schisto proxime dictum est cap. 37: » Proficit oculorum lacrymis in lacte muliebri. « Hard.

Vitia Stomachi. Diosc. l. c. H.

Vertigines sedat. Dioscorides haec paulo obscurius, loc. cit. quum sit hanc inesse vim Samio lapidi, ut instrumenta sensuum adiuvet, et ab iniuria vindicet. H.

Probatur gravitate, etc. Dioscor. loc. cit. Διαφέρει δὲ ὁ λευκὸς, καὶ στιβαρός. Hard.

Vulvas, etc. Dioscor. loc. cit. Δοκεῖ δὲ καὶ ὠκυτόκιον εἶναι καὶ φυλακτήριος τῶν συνειληφυιῶν, περιαπτόμενος. » Creditur et adalligatus accelerare partus, et conceptus feminarum custodire. Hard.

XLI. *Arabus lapis ebori similis.* Sic Mss. omnes, tum hoc loco, tum in Indice. Arabium Galenus vocat de Fac. simpl med. lib. IX, p. 257: Ο γε μὴν Ἀράβιος καλούμενος λίθος, ἐοικὼς ἐλέφαντι, ξηραντικῆς καὶ ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως. Diosc. lib V, pag. 149, Αραβικόν. Isidorus item lib. XVI, cap. 4. Arabum pro Arabico antiqui dixere. Ovidius in ep. Sapphus, vs. 76: » Non Arabo noster rore capillus olet. « Hoc est, myrrha Arabica. Quae porro de viribus lapidis Arabi produntur a Plinio, haec verbis fere totidem Diosc. loco cit. Qui porro sit lapis Arabicus, non satis constat. Hard. — *Arabus lapis.* Idem est ac lapis Arabicus, *la pierre d'Arabie*, quem inter pumicosos lapides (ignibus volcanicis coctos) *les pierres ponces*, refert Theophrastus de Lapidibus, c. 55. Ed. P.

XLII. Non praetermittenda est et pumicum natura. Appellantur quidem ita et erosa saxa, in aedificiis, quae musea vocant, dependentia, ad imaginem specus arte reddendam: sed et ii pumices, qui sunt in usu corporum laevigandorum feminis, iam quidem et viris, atque, ut ait Catullus, libris, laudatissimi sunt in Melo, Nisyro, et Aeoliis insulis. Probatio in candore minimoque pondere, et ut

Cum lanugine. Hoc est, ut alibi dixit, cum linteolis concerptis. *Charpie.* Hard.

XLII. *Erosa saxa.* Pumex, cavum et latebrosum saxum, pendens, antrosum; non tantum rari, laxi et levissimi lapides. Propertius lib. III, eleg. 3: « Pendebantque cavis tympana pumicibus. » Virgil. Aeneid. XII: « Inclusas ut quum latebroso in pumice pastor Vestigavit apes, fumoque implevit amaro. » Turneb. XVI, 33. Das.

Quae musea vocant Μουσεῖα, hoc est, diversoria eruditorum. Plinius iunior lib. I, epist. 9: « O mare! o littus! verumque secretumque μουσεῖον, quam multa invenitis? quam multa dictatis? » Aliud longe est, quod mosaicum opus appellamus, de quo nos alibi dicturi sumus, etsi placuisse aliter intelligo viris eruditis. H.

In usu corporum. Pullulantem in corporibus pubertatem pumicibus eradebant. Martialis lib. XIV, epigr. CCV: « Sit nobis aetate puer, non pumice, laevis. » Hinc apud Plinium iuniorem lib. II, ep. 2: « Homo comptus et pumicatus. » Nam eo mollitiei, non dicam elegantiae, devoluti erant, ut et manus et alias corporis partes pumice sibi laevigarent. Ovidius Art. Am. I, 507: « Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos, nec tua mordaci pumice crura teras. » Martialis lib. V, epig. XLII: Et pumicata pauperes manu monstras. » Hard.

Vt ait Catullus. Epigr. 1: « Quoi dono lepidum novum libellum, Arida modo pumice expolitum? ? » quem in locum Muretus, « Pellibus, inquit, ut nunc fit, libri etiam olim integebantur: eaque pumice poliri ac laevigari solebant. Lepide Martialis de bibliopola, apud quem libri eius prostabant venales, lib. I, epigram. CXVIII: » De primo dabit alterove nido, Rasum pumice purpuraque cultum, Denariis tibi quinque Martialem. »

In Melo, Nisyro. De pumicibus agitur. Prius *in Melo Seyro*, legebatur. Ex anis exemplaribus *in Syro* Pintianus rescribere nitebatur. Atque ita sane Reg. 2. At Colb. 3., *in Melonis Seyro.* Nos, *in Melo, Nisyro*, indubitata coniectura reponimus. Auctor ita emendandi, praeter vestigia codicum omnium, Theophrastus, qui libro περὶ λίθων, pag. 5, pumices laudat in primis eos qui ἐν Νισύρῳ et ἐν Μήλῳ reperiuntur Eustachius item in Dionys. vers 526, p. 76, molares lapides e Nisyro commendat, Νισύρος πετρώδης ἐστὶ λίθου, μυλίου. Hard. — *Probatio in candore*, etc. Totidem verbis Diosc. lib. V, c.

quam maxime spongiosi aridique sint, ac teri faciles, nec arenosi in fricando. Vis eorum in medicina, extenuare, siccare, tertia ustione, ita ut torreantur carbone puro, ac toties vino restinguantur albo. Lavantur deinde, ut cadmia, et siccati conduntur, quam minime uliginoso loco. Vsus farinae eius oculorum maxime medicamentis: hulcera purgat eorum leniter, expletque cicatrices, et emendat. Quidam tertia ustione refrigeratos potius quam restinctos, terere malunt ex vino. Adduntur etiam ad malagmata, capitum verendorumque hulceribus. Vtilissima fiunt ex his dentifricia. Theophrastus auctor est, potores in certamine bibendi praesumere farinam eam: sed nisi immenso potu impleantur, periclitari: tantamque refrigerandi naturam esse, ut musta fervere desinant pumice addito.

XLIII. (XXII.) Auctoribus curae fuere lapides mortariorum quoque, nec medicinalium tantum, aut ad

425, et Oribasius lib. XIII, pag. 228. Hard.

Aridique Plautus in Aulul. « Pumex non aeque est aridus, atque hic est senex. » Dalec.

Tertia ustione. Post tertiam ustionem. Dioscor. et Oribas. locis cit. Hard.

Vt cadmia. De cuius lotione dictum est lib. XXXIV, c. 22.

Vsus farinae, etc. Pumicis in tenuissimam farinam triti. Adhibetur a Dioscorid. ad purganda ea quae pupillis offundunt caliginem; et ad explenda hulcera, perducendaque ad cicatricem. H.

Quidam tertia ustione refrigeratos. Per se scilicet ac sponte refrigeratos potius, quam vino restinctos. In horum est numero Dioscorides l. c. et qui Dioscoridem fere sequitur, Oribasius. H.

Dentifricia. E farina pumicis Κίσηρις σμηκτικὴ ὀδόντων λεία. Dioscor. l. c. Viget is hodieque apud nos triti pumicis usus. Ed. P.

Theophrastus auctor est, potores. Apud Theophr. Hist. lib. IX, c. 18, Eudemus Chius post septimam veteri potionem, vomitum cohibuit primum sumpto pumice mero diluto et macerato. Dal.

Tantamque. Hoc pariter Dioscor. loc. cit totidem verbis ex Theophrasto Hard.

XLIII. *Lapides mortariorum.* Thyitas, Hermodao. Hippocrates thyite ad terendum utitur velut cote. Dal.

Nec medicinalium. In quibus medicamenta pistillo teruntur. H.

pigmenta pertinentium. Etesium lapidem in iis praetulere caeteris: mox et Thebaicum, quem pyropoecilon appellavimus: aliqui psaronium vocant. Tertium ex chalazio chrysiten. Medici autem et basaniten. Hic enim lapis nihil ex sese remittit. Ii autem lapides qui succum reddunt, oculorum medicamentis utiles existimantur; ideoque Aethiopici maxime ad ea probantur. Taenarium vero lapidem et Poenicum, et haematiten iis medicamentis prodesse tradunt, quae ex croco componantur: ex alio Taenario, qui niger est, et ex Pario lapide, non aeque medicis utilem: potiorem ex alabastrite Aegyptio, vel ex ophite albo. Est enim hoc genus ophitis, ex quo vasa etiam et cados faciunt.

Aut ad pigmenta. Ad colores terendos. Ζωγράφων θεῖαι. H.

Etesium. Ετήσιον. Sic Mss. omnes Reg. 2, aliique. Sic et Plinius ipse in Indice libri huius. In libris hactenus editis, *Ephesium*, mendose. Isidorus Orig. lib. XVI, cap. 4: « Lapides quoque medicinalium mortariorum et pigmentorum usibus apti, Etesius praecipuus et inde colaticus: Thebaicus quoque, et basanites lapides, vel ex sese remittentes. » Lexicon Chymicae: Βοστρυχίτης, πυρίνης, καὶ ἀνήσιος. H. — *Etesium lapidem.* Quis sit ille lapis, non compertum. Forte est, *le granit à taches grises.* Brot.

Pyropoecilon appellavimus. Sic Mss. recte, non *pyrrophoecilon.* Egimus de ea voce cum Plinio, cap. 13. H. — *Pyropoecilon.* Brot. *pyrrhopoecilon, le granit rouge d'Egypte* (*syénite*), de qua dictum est supra c. 13. Ed. P.

Aliqui psaronium. Ψαρώνιον, hoc est, variegati coloris, a ψαρός. Hesich. ψαροί, ποικίλοι, εἶδος χρώματος· ψάρον, ποικίλον, σποδοειδές.

Ex chalazio chrysiten. Libro sequenti, chalazias gemma grandinem imitatur. Dalec. — *Chrysiten.* Qui grandinum colorem imitatur aureis intervenientibus punctis. In Indice similiter, *Etesius lapis, Thebaicus, Chalazius.* Χάλαζα grandinem, χρυσός aurum sonat. H. — *Ex chalazio.* Hic lapis videtur etiam referendus ad speciem aliquam Thebaici marmoris, *le granit*, cuius maculae flavescunt. Brot.

Nihil ex sese remittit. Nullum succum ex sese remittit, *quum teritur.* Hard.

Et Poenicum. Punicum, Carthaginiensem. Hard.

Ex alio Taenario. Succum subintellige, ex alio Taenario lapide, qui niger est. Hard.

Alabastrite Aegyptio, vel ex ophite albo. Repertum est in villa Labicana Iulii Caesaris, nunc *S. Cesario*, vas ovatum ex alabastrite, cuius ambitus est palmorum viginti quinque, altitudo palmorum quatuor. Brot. —

XLIV. In Siphno lapis est, qui cavatur tornaturque in vasa coquendis cibis utilia, vel ad esculentorum usus: quod in Comensi Italiae lapide viridi accidere scimus. Sed in Siphnio singulare, quod excalfactus oleo nigrescit, durescitque, natura mollissimus. Tanta qualitatum differentia est. Nam mollitiae et trans Alpes praecipua sunt exempla. In Belgica provincia candidum lapidem serra, qua lignum, faciliusque etiam, secant, ad tegularum et imbricum vicem: vel si libeat, ad quae vocant pavonacea tegendi genera: et hi quidem sectiles sunt.

XLV. Specularis vero (quoniam et hic lapis no-

Conf. de alabastrite c. 59 infra. Ed. P.

XLIV. *In Siphno lapis* Σίφνιον ποτήριον Stephano, verbo Σίφνος. H. — *In Siphno lapis.* Hic lapis ophitis (*serpentine*) varietas est; nostris, *pierre ollaire*. Siphnus, nunc *Serphanto*. Ed. P.

In Comensi Italiae lapide viridi. Lapis ille viridis, *la pierre ollaire colubrine*. In agro Comensi, *Come*, et in Helvetia reperitur. Brot.

Sed in Siphnio. Isidor. totidem verbis, Orig. lib. XVI, cap. 4, Plinium sequutus. Theophrastus l. περὶ λίθων, pag. 9. Hahn.

In Belgica provincia candidum lapidem. Non in Belgica tantum provincia, sed et in Gallia Celtica reperitur ille lapis, *la pierre franche*, quo in agris tuguria templaque teguntur. Brot.

Pavonacea. Docti complures legendum putant *pavita* aut *pavimenta*, id est, pavimenti modo facta et constructa. Ego *pavonacea* interpretor, picturatis lapidum impositorum quadris ad instar pennarum pavonis fulgentia et splendentia, ut hodie fit in principum aedibus, tegulis magna colorum varietate nitentibus et conspicuis. Dal. — *Pavonacea.* Tecta scilicet e lapide fissili, in squamam secto et composito, in pavonum caudae similitudinem picto: quem morem et in viridi lapide, qui sectilis est, observant etiam nostrates. Pavonum pavonatilem dixit aetas sequior, pro variegato in pavonum caudae speciem. Vid. Du-Cangium in Glossario. H. — *Pavonacea.* Nomen illud retinent Itali in marmore, cuius maculae pavoninarum caudarum sunt similes; idque vocant *pavonazzo* vel *pavonazzetto*. Brot.

XLV. *Specularis vero.* Nomen hic lapis invenit a natura fralucente. Quadrae ex eo fiebant, sive orbes, fenestris inserti, ad immittendam lucem, ad ventos excludendos, ad vicem et usum vitreorum. Nunc aitne in notitia, nescio: in usu certe non est: at olim in frequenti, qui Augusti fere temporibus coepit. Seneca, epist. LX: « Quaedam nostra demum prodiisse memoria scimus, ut specularium usum perlucente testa clarum transmittente lumen. λίθος σπεκλάριος » Basilio dicitur, homil. 3 in Hex.

men obtinet) faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues crustas. Hispania hunc olim citerior tantum dabat, nec tota, sed intra centum millia passuum circa Segobricam urbem: iam et Cypros, et Cappadocia, et Sicilia, et nuper inventum Africa: postferendos omnes tamen Hispaniae, et Cappadociae, mollissimis et amplissimae magnitudinis, sed obscuris. Sunt et in Bononiensi Italiae parte breves, maculosi, complexu silicis alligati, quorum tamen appareat natura similis eis qui in Hispania puteis effodiuntur profunda altitudine. Necnon et saxo inclusus sub terra invenitur, extrahiturque, aut exciditur. Sed maiori parte fossili natura, absolutus segmenti modo, numquam adhuc quinque pedum longitudine amplior. Humorem hunc terrae quidam autumant crystalli modo glaciari. Et in lapidem concrescere manifesto apparet, quod quum ferae decidere in puteos tales, medullae in ossibus earum post unam hiemem in eamdem lapidis naturam figurantur. Invenitur et niger

pag. 84. Vide Licetum lib. I de Quaesitis per epist. pag. 116. Adi, si lubet, et Matthaeum Silvaticum, cap. 479. Hard. — *Specularis*. Lapis specularis, vulgo *pierre spéculaire*, *sélénite transparente*, ad selenitas gypsosque (*chaux sulfatée*) pertinet. Ed. P.

Hispania. Haec pariter Isidor. Orig. lib. XVI, cap. 4. H.

Segobricum urbem. Segobrica, *Ségorbe*, in regno Valentino. Ed. P.

Et Cappadocia. De speculari lapide Cappadocico, vide Strabonem lib. XII, pag. 540. Hard.

Et Cappadociae. Subintellige, lapidibus. Locum hunc uti edidimus; sic typi omnes, manuscriptique probatissimi repraesentant, Reg. 2 et alii. In quibusdam tamen, sed sane mendose, legas: « Praeferendum tamen omnibus Hispanis... sed obscurum. » Qua, quaeso, dote specularis lapis commendari possit, si sit obscurus, nec idem tamen mollis aut amplus? Hard.

In Bononiensi. Hunc esse quem talcum (*mica foliacé*) varii coloris reperire est: candidi nempe, flavi, viridis, nigri, etc. Ed. P.

Quorum tamen appareat natura similis eis, qui in Hispania, etc. Dele duas dictionnes *eis qui*, et scribe cum maiore littera, ut sit initium sequentis coli, « Puteis Hispania effoditur, » ex antiquo exemplari. Pint.

Absolutus segmenti modo. A saxo terraque divisus, et tamquam resectus. Dal.

aliquando. Sed candido natura mira, quum sit mollitia nota, perpetiendi soles rigoresque: nec senescit, si modo iniuria non arsit; quum hoc etiam in caementis multorum generum accidat. Invenere et alium usum in ramentis quoque, Circum maximum ludis Circensibus sternendi, ut sit in commendatione candor.

XLVI. Nerone principe in Cappadocia repertus est lapis duritia marmoris, candidus atque translucens, etiam qua parte fulvae inciderant venae, ex argumento phengites appellatus. Hoc construxerat aedem Fortunae, quam Seiam appellant, a Servio rege sacratam, aurea domo complexus. Quare etiam fori-

XLVI. *In Cappadocia repertus est lapis*, etc. Isidorus Orig. lib. XVI, cap. 4. Hard.

Ex argumento phengites appellatus. Ex re ipsa. Nam φέγγος splendorem sonat. Meminit huius lapidis Tranquillus in Domitiano cap. xiv, his nempe verbis: « Tempore quoque suspecti periculi appropinquante, sollicitior in dies, porticuum, in quibus spatiari consueverat, parietes phengite lapide distinxit, e cuius splendore per imagines quidquid a tergo fieret, provideret. »

Hoc construxerat. Nero scilicet, quo principe si inventus est lapis, quique aurea sua domo hanc aedem complexus dicitur, quando et hoc lapide aedem construxit. Hard.

Seiam appellant. Seia fortassis ea est, quam D. Augustinus ex Varrone segetibus ait fuisse praepositam, quamdiu sub terra essent. Dalec. — *Quam Seiam appellant.* Sic libri omnes, etiam Mss. Gruteri inscriptio, pag. 79, SEIAE. FORTVNAE. mendose, credo, pro *Seia*. Seiam Deam a ferendo dictam vidimus supra lib. XVIII, cap. 2. Hard.

A Servio rege. De hac aede Fortunae a Servio Tullio dedicata, Livius sub finem libri X, p. 187. Fortunae brevi sacratam ait Plutarchus, in Quaest. Rom pag. 281: Διὰ τί Μικρᾶς Τύχης ἱερὸν ἱδρύσατο Σερούϊος Τύλλιος ὁ βασιλεὺς, ἣν Βρέβεμ καλοῦσιν. Hard.

Aurea domo. Hanc Fortunae aedem aurea Neronis domo, de qua cap. 24, inclusam significat. Hard.

Quare etiam foribus opertis, etc. Tota domus e marmore illo phengite structa erat. Clausis foribus et fenestris, nihilominus diurna claritate illustrabatur, tamquam inclusa, non transmissa luce, alio quam specularium modo, qui lucem transmittunt, non includunt, et transmissa luce domum illuminant. Salm. — *Quare etiam foribus opertis.* Sic Reg. 2, et Pintiani codex, rectissime. Prius legebatur insulse, *foribus apertis*; et mox, *haud alio quam specularium modo*, quod verbis statim sequentibus adversatur. Emendationem nostram Isidori calculo comprobamus: « Phengites, inquit ille Orig. lib XVI, cap. 4, Cappadociae lapis, du-

bus opertis interdiu claritas ibi diurna erat, alio quam specularium modo, tamquam inclusa luce, non transmissa. In Arabia quoque esse lapidem vitri modo translucidum, quo utuntur pro specularibus, Iuba auctor est.

XLVII. Nunc ad operarios lapides transisse conveniat, primumque cotes ferro acuendo. Multa earum genera: Creticae diu maximam laudem habuere: secundam Laconicae ex Taygeto monte, utraeque oleo indigentes. Inter aquarias Naxiae laus maxima fuit; mox Armeniacae, de quibus diximus. Ex oleo et aqua Ciliciae pollent, ex aqua Arsinoeticae. Repertae sunt et in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu.

ritia marmoris, candidus atque translucidus: ex quo quondam templum constructum est a quodam rege foribus aureis, quibus clausis claritas diurna erat. a Pliniana haec narratio, quae fidem excedere quibusdam videtur, non paucis comprobatur exemplis. Notum inter alia Florentiae in ecclesia S. Miniatis fenestras esse, in quibus pro vitro tabulae sunt ex alabastrite, quindecim pedes altae; et ecclesia tamen, foribus quamvis apertis, luce perfunditur. Haso.

Alio quam specularium modo. Nam speculares lucem transmittunt, non includunt (ut a Salmasio notatum est supra): phengites lapis lucem in aede includit, et ex se fundit. H. — *Alio quam specularium modo.* Ex loco Tranquilli supra laudato, patet phengitem, imagines speculi instar repraesentasse. Fuit ergo translucidus, ut lumen externum acciperet; politus simul et splendens, ut intus imagines lumenque remitteret. Videtur ergo multum accessisse ad alabastriten, *l'albatre oriental*, in quo sunt hae dotes. Ex Brot. nott. Ep. P.

XLVII. *Creticae.* Alfenus, in leg. Caesar. 45. Dig. de Publicanis: aCaesar quum insulae Cretae cotarias locaret, legem ita dixerat: Ne quis praeter redemptorem post idus martias cotem ex insula Creta fodito, neve eximito, etc.a H. — Multae et apud nos ferro acuendo cotes, *grès houillier, grès rouge, schiste argileux, Dolomie*, etc. quibus et ex aqua, et ex oleo utimur. Eo. P.

Inter aquarias. Quae aqua indigent, quae asperguntur aqua. H.

De quibus diximus. Cap. 10. H.

Ex aqua Arsinoeticae. Vel ex oppido Cypri Arsinoe, de quo V, cap. 35. Nam et Cypriis cotibus commendatio praecipua fuit, ut dictum est cap. 10. Vel, quod similius veri arbitror, ex Arsinoe Ciliciae oppido, de quo lib. V, cap. 22, quod huius regionis cotes proxime pollere ex oleo et aqua dictum est, uti has ex aqua. Haso.

Trahentes. Acutam reddentes aciem cultrorum, ut quam acerrime postea secent. Haso.

Trahentes aciem. Vide quae de hac

Necnon et trans Alpes, quas passernices vocant. Quarta ratio est saliva hominis proficientium, in tonstrinarum officinis, inutilis fragili mollitia. Flaminitanae ex Hispania citeriore in eo genere praecipuae.

XLVIII. E reliqua multitudine lapidum, tofus aedificiis inutilis est mortalitate mollitiae. Quaedam tamen loca non alium habent, sicut Carthago in Africa. Exercetur halitu maris, fricatur vento, et verberatur imbri. Sed cura tuentur picando parietes, quoniam et tectorii calce roditur: sciteque dictum est, ad tecta eos pice, ad vinum calce uti, quoniam sic musta condiunt. Alia mollitia circa Romam Fidenati, et Albano.

voce diximus, c. 30. Isidorus, Orig. lib XVI, cap. 3: «E cotibus aliae aquariae sunt aliae oleo indigent in acuendo: sed oleum lenem, aquariae aciem acerrimam reddunt.» H.

Passernices. Vox celtica. H.

Quarta ratio. Quartum obtinent locum eae cotes quae saliva aspergunlur, et molliores fiunt. Hard.

Flaminitanae. Sic etiam MSS. Forte *Flaminianae* a Flaminio quoqnam redemptore, seu publicano: ut a metallorum dominis Livianum aes, et Sallustianum, appellatum esse meminimus lib XXXIV. cap. 2. Vel *Damanitanae* a Damania, Hispaniae citerioris oppido, de quo diximus lib. III, cap 4. Hard.

XLVIII *E reliqua.* In libris hactenus editis, «Reliqua multitudo lapidum in totum aedificiis inutilis est,» quod abhorret sane a similitudine veri longissime Regius 2 codex: «Reliqua multitudine lapidum totus aedificiis, etc.» Nos e superiore voce litterula repetita, «E reliqua multitudine» et mox indubitata emendatione *tofus* scripsimus. Emendandi auctor Isidorus Orig. l. XIX, cap. 10, ubi hunc locum exscribit: «Tofus, inquit, aedificiis inutilis est, fundamentis aptus, mortalitate mollitiae. Ex aestu enim et halitu maris fricatur, et verberatur imbribus.» Et Plinianus Index: «XLVII. De cotibus. XLVIII. De tophis. XLIX. De silicum naturis» Tophum alii, alii tofum scribunt Vossium vide in Etymol. Tofum nostrates vocant, *du tuf* Laquearibus olim cum pumice expetitus. Ovid. Fastor l. II: «Antra solit tofis laquesta, et pumice vivo: Garrulus in primo limine rivus erat» Hard.

Mortalitate. Ob mollitiem minime durabilis Hard.

Et verberatur imbri. Non insueta Plinio locutio. Vide lib XIV, cap 27, extremo Hard.

Sic musta condiunt. Plinius, lib. XIV, cap 24: «Africa gypso mitigat asperitatem vini, nec non aliquibus sui partibus calce.» Hard.

Alia mollitia. Vitruvius, lib. II, c.

In Liguria quoque, Vmbria, et Venetia, albus lapis dentata serra secatur. Hi tractabiles in opere, laborem quoque tolerant, sub tecto dumtaxat. Aspergine et gelu pruinisque rumpuntur in testas: nec contra humores et auram maris robusti. Tiburtini ad reliqua fortes, vapore dissiliunt.

XLIX. Nigri silices optimi: quibusdam in locis et rubentes. Nonnusquam vero et albi, sicut in Tarquiniensi Anicianis lapicidinis circa lacum Volsiniensem.

7, pag. 26, de Lapicidinis: «Sunt enim, inquit, aliae molles, uti sunt circa Vrbem rubrae, Palliensea, Fidenatea, Albanae, etc.» H.

Vmbria, etc. Vitruvius l. c. «In Vmbria, et Piceno, et Venetia, tofus albus, qui etiam serra dentata, uti lignum secatur.» Haan.

Laborem. Onera tectorum. H.

Sub tecto dumtaxat. Vitruvius, loc. cit. «Si sunt in apertis et patentibus locis, gelicidiis et pruinis congesta, friantur et dissolvuntur: item secundum oras maritimas ab salsugina esesa diffluunt: neque perferunt aestus.» Haan.

Vapore dissiliunt. Vitruvius: «Tiburtina vero, et quae eodem genere sunt omnia, sufferunt, et ab oneribus, et a tempestatibus iniurias: sed ab igni non possunt esse tuta: simulque ut sunt ab eo tacta, dissiliunt et dissipantur: idem quod temperatura naturali parvn sunt humore, etc.» H. — *Vapore.* Calore. Haan.

XLIX. *Nonnusquam vero et albi.* Quae contractiore paulo oratione Plinius, haec fusiore et explanatiore multo Vitruvius lib. II, cap. 7, pag. 27: «Sunt vero, inquit, lapicidinae complures in finibus Tarquiniensium, quae dicuntur Anicianae: colore quidem quemadmodum Albanae, quarum officinae maxime sunt circa lacum Volsiniensem: item praefectura Statoniensi. Eae autem habent infinitas virtutes, neque enim his gelicidiorum tempestas, neque tactus ignis potest nocere: sed sunt firmae, et ad vetustatem permanentes .... Id autem maxime indicare licet e monumentis quae sunt circa municipium Ferentia ex his facta lapicidinis: namque habent et statuas amplas factas egregie, et minora sigilla, floresque, et acanthos eleganter scalptos: quae quum sint vetusta, sic apparent recentia, uti sint modo facta. Non minus etiam fabri aerarii de his lapicidinis in aeris flatura formas habent comparatas, et ea his ad aes fundendum maximas utilitates, etc.» Hunc Plinii locum exscripsit Isidorus Orig. XIX, 10. H. — Anicianus lapis idem forte cum tofaceo lapide, frequentissimo in Etruria, et aedificiis utilissimo. Nunc Itali *travertin* vocant. Ed. P.

Anicianis. Sive ex aliquo Etruriae loco, ut suspicabamur ad librum III, cap. 8, seu, quod nunc verius remur, ab Anicia familia, penes quam eius loci possessio fuerit, nomen id tractum sit. Nam Boëtius, qui ea ex

Et in Statoniensi sunt, quibus ne ignis quidem nocet. Iidem et in monumentis scalpti, contra vetustatem quoque incorrupti permanent. Ex iis formae fiunt, in quibus aera funduntur. Est et viridis silex, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: et ubi invenitur, lapis, non saxum, est. E reliquis pallidus in caemento raro utilis. Globosus, contra iniurias fortis, sed ad structuram infidelis, nisi multa suffrenatione devinctus. Nec certior fluviatilis, semper veluti madens.

L. Remedium est in lapide rubro, aestate eum exi-

familia fuit, sibi praedia villasque in montibus Aureliae fuisse testatur. Hard.

Et in Statoniensi. Vulgo, *Lago di Mezzano.* Est et lapis Gabinus pariter igni impervius, Tacito teste, Annal. lib. XV, pag 254. Hard.

Ex iis formae. Gallis, *des moules*, in quibus nummi, staticulae, aliaque eiusmodi, ex aere, argento, auro, plumbo. Trebellius Pollio, in Victoria, p. 200: a Cusi sunt eius nummi aerei, aurei et argentei: quorum hodieque forma exstat apud Trevivros a Prius enim nummi fundebantur, tum deinde ad summam perfectionem atque absolutionem feriebantur. Vnde triumviri monetales, aeri, auro, argentove flando simul ac feriundo praefici dicebantur. H.

Est et viridis silex. Libri hactenus editi, etiam et MSS. quidam, *est et viridis lapis.* At de silicum universo genere nunc esse sermonem, non antecedentia modo sudent, sed et ea quoque quae subsequuntur. De nigris hactenus, rubentibusque, et albis: nunc de viridi, pallido, globoso, fluviatilique silice ait. Admonuit erroris Isidorus, qui locum hunc integerrima fide descripsit, Orig. l. XIX, cap. 10: a Viridis silex, inquit, vehementer et ipse igni resistens, sed nusquam copiosus, et ubi invenitur, lapis, non saxum est. Pallidus in caemento raro utilis. Globus contra iniurias fortis, etc. a

Non saxum est. Quod maius, asperius, duriusque, quam lapis, est.

Globosus. Sic etiam MSS. omnes, Reg. Colb alii. Isidorus Orig. lib. XIX, cap. 10, *globus.* Quid si *gibus*, vel *gibus* legas? nam de silicum coloribus, nigro, rubro, albo, viridi, pallido, est ei sermo. Nec *globosus* tamen omnino displicet, ob ea quae sequuntur: et quod cap. 62 extremo, globosi lapidis mentio fit Hard.

Suffrenatione. Colligatione, arctaque structura, quae lapidem veluti freno retineat. Sic Isidorus, Orig. lib. XIX, cap 10: a Globus contra iniurias fortis, sed in structuris infidus nisi fuerit multa suffrenatione devinctus a Hard.

Nec certior fluviatilis. Silex nimirum. Isidorus, loc. cit. a Fluviatilis silex semper veluti madens est. a H.

L. *Remedium est in lapide rubro.* Contra nimiam lapidis rubri molli-

mere, nec ante biennium eum inserere tecto, domitum tempestatibus. Quae ex eo laesa fuerint, in subterranea structura aptantur utilius. Quae restiterint, tutum est vel caelo committere.

LI. Graeci e lapide duro, aut silice aequato construunt veluti lateritios parietes. Quum ita fecerint, isodomon vocant genus structurae. At quum inaequali crassitudine structa sunt, pseudisodomon. Tertium est emplecton, tantummodo frontibus politis:

liam, remedium est, eum biennio sub dio linquere, ut dometur tempestatibus, antequam in aedificiis adhibeatur. Vidit Pintianus hunc locum in mendo cubare, quum legeretur, » Remedium est in lapide dubio: » itaque *udo*, vel *humido* potius, legi censuit oportere. Nos *rubro*, auctore Vitruvio. Sic enim ille, l. *II*, cap. 7, p. 27: » Quum ergo propter propinquitatem necessitas cogat ex rubris lapicidinis, et quae sunt Vrbi proximae, copiis uti: si qui voluerint sine vitiis perficere, ita erit praeparandum: Quum aedificandum fuerit, ante biennium ea saxa non hieme, sed aestate eximantur, et incentia permaneant in locis patentibus. Quae autem a tempestatibus eo biennio tacta laesa fuerint, ea in fundamenta coniciantur: caetera quae non erunt vitiata, ab natura rerum probata, durare poterunt supra terram aedificata. » Vitruvianae orationi simillimam esse Plinianam, perspicuum est. Remedium, inquit, in rubro lapide, qui circa Vrbem eruitur, at mollior est, etc. Nam molliorem esse eum, ipse prius admonuit superiora cap. » Alia mollitia, inquit, circa Romam: » quod ex Vitruvio pariter liquet, ita scribente: » Sunt enim aliae lapicidinae molles, uti sunt circa Vrbem rubrae, etc. » ut suo loco indicavimus. Hard.

Quae ex eo. Vitruvius lib. *II*, c. 7, pag. 27. H.

Laesa fuerint. A tempestatibus. H.

Vel caelo committere. Ex eo lapide supra terram aedificare. Vitruvius, loc. cit. Hard.

LI. *Graeci e lapide.* Haec totidem verbis Vitruvius lib. *II*, cap. 8. p. 28. Hard.

Aequato. Aequalis crassitudinis ac latitudinis. Hard.

Isodomon. Ἰσόδομον, quum omnes lapidum ordines in structura aequales sunt: quum vero sunt inaequales, ita ut versus inferior exempli causa sit lapidum sesquipedalium, pedalium vero superior, tunc ψευδισόδομον Graeci vocant. H.

Tertium est emplecton. Vitruvius, loc. cit. » Altera structura est, quam ἐμπλεκτον appellant, qua etiam nostri rustici utuntur: quum frontes poliuntur, reliqua ita ut sunt nata, cum materia collocata, alternis alligant coagmentis. Sed nostri celeritati studentes, erecta coria locantes, frontibus serviunt, et in medio farciunt... Ita tres suscitantur in structura crustae: duae frontium, et una media farcturae. » Hard.

reliqua fortuito collocant. Alternas coagmentationes fieri, ut commissuras antecedentium medii lapides obtineant, necessarium est in medio quoque pariete, si res patitur: si minus, utique a lateribus. Medios parietes farcire fractis caementis, diamicton vocant. Reticulata structura, qua frequentissime Romae struunt, rimis opportuna est. Structuram ad normam et libellam fieri, et ad perpendiculum respondere oportet.

LII. (XXIII.) Et cisternas arenae purae et asperae quinque partibus, calcis quam vehementissimae duabus construi convenit, fragmentis silicis non excedentibus libras. Ita ferratis vectibus calcari solum, parietesque similiter. Vtilius geminas esse, ut in priore vitia considant aquae, atque per colum in proximam transeat maxime pura aqua.

LIII. Calcem e vario lapide Cato Censorius impro-

Alternas. Tum fiunt alternae coagmentationes, quum maiores lapides minoribus inseruntur vicibus alternis. HARD.

Diamicton vocant. Διὰ μικτῶν, ob immista, sive iniecta inter medios parietes caementa. Locum hunc interpolatores hactenus corrupere insigniter, et praepostera interpunctione, et totius perturbatione sententiae, in hunc modum: » si minus utique a lateribus medios parietes farcire fractis caementis. Dichtyocheton vocant reticulatam structuram, quam frequentissime Romae struunt, rimis opportunam. » Nos conditivorum librorum fidem integerrime sequuti suo nitori locum restituimus. Et Pintianus in suo codice *Diamicton* legit. Διὰ μικτῶν architecti genus illud structurae nuncupavere scilicet, ut medici sua medicamenta διὰ κωδίων, aliaque similia nuncuparunt. H.

Reticulata. Reticulatum opus dicitur, quum lapides in quadrum secti, non iacentes, sed in latus stantes collocantur, instar scutariarum tessellarum, *en losange.* Nostri vocant *maçonnerie maillée.* Vitruvius, lib. II, cap. 8, p. 27; » Structurarum genera sunt haec. Reticulatum, quo nunc omnes utuntur, et antiquum, quod incertum dicitur. Ex his venustius est reticulatum: sed ad ruinas (an *rimas?*) faciendas ideo paratum, quod in omnes partes dissoluta habet cubicula et coagmenta. » H.

Structuram ad normam. Norma, *l'équerre;* libella, *le niveau;* perpendiculum, *le plomb.* H.

LIII. *Calcem e vario e lapide Cato Censorius improbat.* Vitruv. lib. II,

bat. Ex albo melior. Quae ex duro, structurae utilior: quae ex fistuloso, tectoriis. Ad utrumque damnatur ex silice. Vtilior eadem ex effosso lapide, quam ex ripis fluminum collecto. Vtilior e molari, quia est quaedam pinguior natura eius. Mirum, aliquid, postquam arserit, accendi aquis.

LIV. Arenae tria genera. Fossitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluviatili aut marinae, tertia. Si et testae tusae tertia pars addatur, melior materia erit. Ab Apennino ad Padum non invenitur fossitia, nec trans maria.

LV. Ruinarum Vrbis ea maxime causa, quod furto

cap. 5. Omittit Plinius, talem calcem confectam e testis bucclnarum, et aliorum id genus piscium, memoratam a Diosc. Dat. — *Cato Censorius.* L. de Re rust. c. xxxviii, pag. 33: « Lapidem bonum in fornacem, quam candidissimum, quam minime varium indito. » H.

Ex albo melior. Prius legebatur, « Ex albo melior, quam ex duro, et structurae utilior. » Erroris admonuit, non Pintiani modo codex, sed et Vitruvius, lib. II, cap. 5, pag. 24: « De calce, inquit, diligentia est adhibenda, uti de albo saxo aut silice coquatur: et quae erit ex spisso et duriore, erit utilior in structura: quae autem ex fistuloso, in tectoriis. » Sic etiam Palladius, de Re rust. lib. I, c. 10, pag. 14: « Calcem quoque ex albo saxo duro, vel Tiburtino... coquemus.... Quae erit ex spisso et duro saxo, structuris convenit: ex fistuloso vero, aut molliori lapide, tectoriis adhibetur utilius. » H.

Ad utrumque. Sentire contra Vitruvius videtur lib. II, c. 5. H.

Vtilior eadem. Ita Vitruvius lib. II, cap. 4, pag. 23. H.

LIV. *Fossitia*, etc. Haec pariter Vitruvius lib. II, c. 5, pag. 24. Sic et Palladius, lib. I, cap. 10, p. 14, apud quem *testae cretae*; pro *tritae*, perperam legi credimus. H. — Arenae fossitiae optimum genus, quod Puteolanum vocant, *pouzzolane.* Eo. P.

Si et testae. Vitruvius, l. c. H.

Apennino. In scripto exemplari non legitur *Padum*, sed *earum*; scribendum puto, « Ab Apennino ad Vrbem non invenitur, etc. » nam sequitur statim: « Ruinarum Vrbis ea maxima causa est, etc. » Pint. — *Ab Apennino.* Vitruvius lib. II, p. 26: « Maxime vero licet considerare, quod qua mons Apenninus regiones Italiae Etruriaeque circumcingit, propa omnibus locis non desunt fossitia arenaria: trans Apenninum vero, quae pars est ad Adriaticum mare, nulla inveniuntur: item Achaia, Asia, et omnino trans mare, ne nominantur quidem. » Sed Philandri notas ad eum locum consule H. — *Intrita.* Nobis, *chaux fusée.* Eo. P.

LV. *Quod furto calcis.* Vt pingentium furtum in minio lib. XXXIII, cap. 40, sic modo in calce tectorum

calcis sine ferrumine suo caementa componuntur. Intrita quoque quo vetustior, eo melior. In antiquarum aedium legibus invenitur, ne recentiore trima uteretur redemptor. Ideo nulla tectoria eorum rimae foedavere. Tectorium quidem nisi ter arenato et bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. Vliginosa, et ubi salsugo vitiat, testaceo sublini utilius. In Graecia tectoriis etiam arenatum quod inducturi sunt, prius in mortario ligneis vectibus subigunt.

rapinam coarguere, plane videtur. Ferrumen, id quod alligat, glutinatque, Latini vocant: unde ferruminare, pro glutinare, translatitium est. In tectoriis calx ferruminis vicem praebet, quod caementa ligat, ut dicetur cap. 68. Eo destituta, rimas fere agere, ac dissolvi necesse est. Huc Caius Caesar Germanicus alludebat quum teste Tranquillo, cap. LIII: «Senecam tum maxime placentem, commissiones meras componere, et arenam esse sine calce diceret.» HARD.

Intrita quoque. Intritam calcem vocat, ut cum Hermolao, aliisque credimus, quae longo tempore macerata sit, ac fermentata. Vitruvium lege toto cap secundo lib. VII. H. — In tertis quae quondam ignibus volcanicis exarsere, arena fossilia plerumque reperitur; neque ipsa in multis Galliae locis infrequens, quanquam Italicae impar fere videtur. ED. P.

Redemptor. Redemptores proprie et ex antiqua consuetudine dicebantur, qui certo pretio conducebant universum aliquod opus faciendum. H.

Tectorium quidem. Vitruvius, lib. VII, cap. 3, pag. 132, et Palladius, lib. I, cap. 15, tria arenae coria, tria marmoris desiderent, ut sit opus et solidum, et adeo nitens, ut etiam expressas imagines adspicientibus remittat. Tectorium, illinimentum est, et quasi incrustatio parietis, quae fit gypso, calce, etc. Constat pluribus coriis, *plusieurs couches de chaux et de plâtre.* «Calicata aedificia» Festus appellat, quae sunt *calce polita.* H.

Arenato. Hodie *mortarium* appellamus, quod fit ex arena et calce. Marmoratum, quod e marmore trito et calce. Nam caementa marmorea, sive assulae, quas marmorarii ex operibus deiiciunt, pilis ferreis contunduntur, cribrisque excernuntur. Eae autem excretae calci miscentur. Vitruvium vide, lib. VII, cap. 6, pag. 138, et Dioscor. libro V, cap. 133. Galli marmoratum vocant, *du stuc.* H.

Marmorato. Marmoratum fit e marmore trito et calce viva. DAL.

Vliginosa. Loca humida et salsugine infecta, tectorio sublini debent, quod fiat e testis tusis. HARD.

Testaceo. Vitruvius, lib. VII, cap. 4, «de politionibus in humidis locis; pag. 134: Pro arenato testa trulisetur.» HARD.

Prius in mortario. Mortarium dicit pro alveo, loco, conceptaculo, ubi adnitente certatim hominum multitudine materia pinsitur, ac subigitur: Vitruvius, lib. VII, cap. 3, p. 132,

Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohaereat. Contra in albario opere, ut macerata calx ceu glutinum haereat. Macerari nonnisi ex gleba oportet. In Elide aedes est Minervae, in qua frater Phidiae Panaenus tectorium induxit lacte et croco subactum, ut ferunt; ideoque si teratur in ea hodieque saliva pollice, odorem croci saporemque reddit.

LVI. Columnae in aede densius positae crassiores videntur. Genera earum quatuor. Quae sextam partem altitudinis in crassitudine ima habent, Doricae vocantur; quae nonam, Ionicae: quae septimam, Tusca-

» Graecorum verò tectores, non solum his rationibus utendo faciunt opera firma, sed etiam mortario collocato, calce et arena ibi confusa, decuria hominum inducta ligneis vectibus pinsunt materiam: et ita ad certamen subacta tunc utuntur. » H.

Experimentum. Vitruvius quasi paraphrastes esto, l. c. pag. 132 : » Marmorati ita materies temperetur, uti quum subigitur, non haereat ad rutrum, sed purum ferrum e mortario libretur. » — Rutrum instrumentum est, *le rabot*, quo structores utuntur, ad subigendum marmoratum, *le mortier de marbre*. Ed. P.

Contra in albario opere. Albarium opus fit ex calce sola, vel sola gypso: eaque re a caeteris tectorii generibus discriminatur, quae arenam aut marmor adiciunt. Opifices in eo genere scalem in vetusto lapide appellantur, apud Gruterum, pag. 642. H.

Ceu glutinum. Ita Vitruvius, lib. VII, cap. 4, pag. 130, et post eum Palladius, lib. I, cap. 14, pag. 151 : » Opus quoque albarium saepe delectat, cui calcem debebimus adhibere, quum multo tempore fuerit macerata. Ergo ut utilem probes, ascia calcem quasi lignum delabis. Si nusquam acies eius offenderit, et si quod asciae adhaeret, fuerit molle atque viscosum, constet albariis operibus convenire. » Hand.

Macerari. Vitruvius, loc. cit. p. 129 : » Erit albarium opus recte, si glebae calcis optimae ante multo tempore, quam opus fuerit, macerabuntur, etc. » Hand.

Ex gleba. Quum in gleba est. H.

LVI. *Densius positae.* Quum angustius est inter columnas spatium. Tullius *intercolumnium* nuncupat: Galli, *l'espacement des colonnes*. Hand.

Genera earum quatuor. Vitruv. lib. IV, cap. 1, 2, 3. Tria tantum genera is recenset : Ionicam, Corinthiam, Doricam. Dat. — *Genera earum quatuor.* Totidem Vitruvius enumerat, lib. IV, cap. 6, extremo, pag. 73. Nostrates vocant, *l'ordre dorique*, *l'ordre ionique*, *l'ordre toscan*, *l'ordre corinthien*. Quintum adiciunt, ex Ionico, Corinthioque compositum, *l'ordre composite*. Hand.

Tuscanicae. Vitruvius, lib. IV, cap. 7, pag. 75, de Tuscanica ratione :

nicae. Corinthiis eadem ratio, quae Ionicis: et differentia, quoniam capitulis Corinthiarum eadem est altitudo, quae colligitur crassitudine ima: ideoque graciliores videntur; Ionici enim capituli altitudo, tertia pars est crassitudinis. Antiqua ratio erat columnarum altitudinis, tertia pars latitudinum delubri. In Ephesiae Dianae aede, de qua prius fuit sermo, primum columnis spirae subditae, et capitula addita: placuitque altitudinis octava pars in crassitudine, et ut spirae haberent crassitudinis dimidium, septimaeque partes detraherentur summarum crassitudini. Praeter has sunt, quae vocantur Atticae columnae, quaternis angulis, pari laterum intervallo.

LVII. (XXIV). Calcis et in medicina magnus usus.

a Columnae, inquit, sint ima crassitudine, altitudinis parte septima. » H.

Et differentia. Vitruvius, lib. IV, cap. 1, p. 59: « Ionici capituli altitudo, tertia pars est crassitudinis columnae: Corinthi, tota crassitudo scapi. » Scapum nostrates vocant, *le vif de la colonne.* Hard.

Antiqua ratio. De qua Vitruv. lib. IV, cap. 7, pag. 75. Hard.

De qua prius fuit sermo. Cap. 21. Hard.

Spirae subditae. Spirae sunt tori sive anuli basium, qui serpentium, seu funis convoluti similitudinem referunt: *les astragales, le tore ou le bâton qui composent la base de la colonne.* Ex his et basis ipsa spira nuncupatur. Festus: « Spira dicitur basis columnae, unius tori, aut duorum. » Hard.

Et capitula. Le chapiteau de la colonne. H. — *Columnis spirae subditae, et capitula addita.* Immerito Cl. Aquino Vocabularium Architecturae, p. 83, Plinium arguit, quod dixerit columnis spiras fuisse subditas, et capitula addita. Iuxta eum, dicendum erat bases et capitula scapis addita, non columnis; quod columnae suas partes habeat basim, scapum, et capitulum. Non attendit vir eruditus fuisse columnas, quum nondum essent bases et capitula. Paestum, nunc *Pieste*, habet antiquissima et pulcherrima templa, multis ornata columnis, sine ullis basibus. Vide Cl. Major, *les Ruines de Paestum, ou de Posidonia, dans la Grande-Grèce*, pag. 26 seq. P. Sicard vidit in Pharaonicis Aegypti columnis capitula, quae erant capita animalium, aliaque id genus. Ex nott. Brot. ad h. loc. Ed. P.

Et ut spirae. Et ut basis in altitudine haberet dimidium crassitudinis columnarum: et ei dimidiae crassitudini pars septima detraheretur, ut fieret iusta mensura crassitudinis summae columnae, sive capituli. H.

Eligitur recens, nec adspersa aquis: urit, discutit, extrahit, incipientesque serpere hulcerum impetus coërcet. Aceto et rosaceo temperata perducit ad cicatricem. Luxatis quoque cum adipe suillo, aut liquida resina ex melle medetur: eadem compositione et strumis.

LVIII. Maltha e calce fit recenti. Gleba vino restinguitur: mox tunditur cum adipe suillo et ficu, duplici linamento: quae res omnium tenacissima, et duritiam lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur ante.

LIX. Cognata calci res gypsum est. Plura eius genera. Nam et e lapide coquitur, ut in Syria ac Thuriis: et e terra foditur, ut in Cypro, ac Perrhaebis: e summa tellure et Tymphaicum est. Qui coquitur

LVII. *Eligitur*, etc. Haec totidem verbis Dioscor. V, 133. H.

Incipientesque. Diosc. loc. cit. Marcellus Empiricus, cap. IV, p. 42, et Plinius Valer. III, 22. Hard.

Aceto et rosaceo. Auctores idem proxime appellati. Hard.

Eadem compositione. Plinius Valerius III, 29. Hard.

LVIII. *Maltha. Maltha*; vetus dictio, mollem significat. Luc. Sat. XXVIII: « Insanum vocant, quem feminam et maltham dici volunt. » Bitumen, *malthan nativam* vocari, vide supra lib. II, cap. 104. Dal. — *Maltha e calce.* Palladius, libro I, cap. 17, pag. 10: « Hoc genus malthae adhibebimus, picis liquidae quantum volueris, et tantumdem sumes unguinis, quod vocamus asungiam, vel sevum. Tunc in olla utrumque miscebis, et coques, donec spumet: deinde ab igne removebis. Quum fueris eadem refrigerata permixtio, calcem minutim superadiicies, et ad unum corpus omnia mixta revocabis. » Et cap. 41, pag. 35: « malthae calidariae compositio talis est: hammoniacum remissum, ficum, stupam, picem liquidam.... item sevum liquefactum. » Alter Festus: « Maltha dicitur a Graecis pix cum cera mixta. » Hard. — *Gleba.* Gleba calcis. H.

Duplici linamento. Sic typi omnes. MSS. *liniamento*. Forte, *linimento*: ut sit sententia, duplici corio malthae si tectoria parietum inducantur, nihil fore tenacius. H. — Brot. ex ed princ. *liniam.* Ed. P.

LIX. *Natt et e lapide.* Quae deinceps sequuntur, usque ad es verba, *Vnus gypsi*, etc. tradita totidem verbis a Theophrasto, lib. περὶ λίθων, p. 13 et 14. H. — Gypsum (*chaux sulfatée calcinée*), vulgo *plâtre*. Ed. P.

Ac Perrhaebis. Περὶ Τυμφαίων, καὶ περὶ Περραιβίων, inquit Theophrastus, loc. cit. De his utrisque Aetoliae populis, Plinius IV, 3. H.

Tymphaicum est. A Tymphaeis

lapis, non dissimilis alabastritae esse debet, aut marmoroso. In Syria durissimos ad id eligunt, coquuntque fimo bubulo, ut celerius urantur. Omnium autem optimum fieri compertum est e lapide speculari, squamamve talem habente. Gypso madido statim utendum est, quoniam celerrime coit ac siccatur: tamen rursus tundi et in farinam resolvi patitur. Vsus gypsi in albariis, sigillis aedificiorum et coronis gratissimus. Exemplum illustre; C. Proculeium, Augusti Caesaris familiaritate subnixum, in maximo stomachi dolore gypso poto, conscivisse sibi mortem.

LX. (xxv). Pavimenta originem apud Graecos habent elaborata arte, picturae ratione, donec lithostrota

Aetolibus, quibus vicini Perrhaebi sunt, IV, 2, potius quam a Tymphaeis Macedonibus. Dal.

Non dissimilis alabastritae. Talis in Sequanis ad oppidum Pollinium in pago S. Lothini reperitur, et ab incolis alabastrum vocatur. Theophr. lib. περὶ λίθων. Dalec.

Aut marmoroso. Lapidi marmoreo, hoc est, marmori. Theophr. loc. cit. Καίουσι μαρμάρους, etc. H.

Omnium autem. Isidorus, Orig. l. XVI, cap. 3: « Gypsi plura genera: omnium autem optimum, lapis specularis: est enim signis aedificiorum, et coronis gratissimus. » H. — *Ac siccatur.* Haec Br. delet. Ed. P.

Vsus gypsi in albariis. Veteres etiam gypso arma dealbasse, quum noctu vellent hostes aggredi, ut suos ab adversariis dignoscerent; monstrant Herodotus in Vrania, et Pausanias initio lib. X. Vsos quoque ad claudenda vini dolia, operculaque continenda, monstrat hic locus Arbitri in Satyra: « Statim, inquit, allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: Falernum Opimianum annorum centum. » Cicero vero Medeam Ennii manibus gypsatissimis quare dicat, vide Victorium, lib. XXX, cap. 13; Politianum, Miscell. cap. xxvii; Muretum, Variar. lib. VIII, c. 17. Dal.

Sigillis. Parvis signis, seu statuis, et simulacris. Hard.

Coronis gratissimus. Coronis admisceri prohibet Vitruvius, VII, cap. 3. Dal. — *Et coronis.* Coronidem nostrates vocant, *la corniche.* Vide Baldum, de signific. Vocabulorum Vitruvianor. verbo *Corona.* Coronides eae sunt in contignationibus, ornamenti magis causa, quam necessitatis. Hard.

C. Proculeium. Egimus de eo lib. VII, cap. 46. Hard.

Gypso poto. Gypsum epotum strangulare scribit pariter Dioscorides, l. V, cap. 134: Ποθεῖσα δὲ πνίγει τῷ κατὰ πνιγμὸν τρόπῳ. Hard.

LX. *Donec lithostrota.* Λιθόστρωτα, *lapidibus strata*, significat. Pavimenti

expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami stravit quem vocant asaroton oecon, quoniam purgamenta coenae in pavimento, quaeque everri solent, veluti relicta, fecerat parvis e testulis tinctisque in varios colores. Mirabilis ibi columba bibens, et aquam umbra capitis infuscans. Apricantur aliae scabentes sese in canthari labro.

LXI. Pavimenta credo primum facta quae nunc vocamus barbarica, atque subtegulanea, in Italia fistucis pavita: hoc certe ex nomine ipso intelligi potest.

genus, teste Isid. Orig. lib. XV, c. 8, e parvulis crustis, tessellisque tinctis in varios colores. Sic modo et a latere coctili, atque adeo a ligno fiunt variis figuris sectilia pavimenta. Nunc vulgo Musaica nuncupant. H.

Asaroton oecon. Ἀσάρωτος οἶκος domum sonat, quam verrere scopis omiserint, ab α et σαίρω: nam in iis pavimentis quasi purgamenta coenae remansissent humi, sic erant depicta. Vsi hac voce Sidonius, aliique. Papinius in primis, lib. I Silv. ubi sic canit: « Dum vagor adspectu, visusque per omnia duco, Calcabam nec opinus opes, Nam splendor ab alto Defluus, et nitidum referentes aëra testae Monstravere solum, variis ubi picta per artes Gaudet humus, suberantque novis asarota figuris. » Hoc poëta significat: tam solum marmoreis tessellis pictum ac variegatum fuisse, quam tectum ipsum ac fornicem pellucidis ac splendissimis testis obductum: a quibus lux splendorque longe lateque quodammodo defluerat. Eas porro nitidissimi speculi more modoque pavimenti figuras, atque asarota repraesentasse. Quum igitur eo pervenisset Statius, atque oculos huc illucque circumduceret, necdum ad solum oculos adiecisset, non ante quid calcaret animadvertisse, quam sublatis oculis pavimentum per testulas illa transpiceret. Ita Petavius in notis ad orationem Themistii XVIII, pag. 486. H.

Quoniam purgamenta. Inerant et aliae figurae ibi pictae, ut ex sequentibus intelligetur: *Mirabilis ibi*, etc. H. — *Everri* Brot. *verri*. Ed. P.

Veluti relicta. Quasi relicta ibi fuissent, in pavimento erant elaborata e testulis, tinctis in varios colores. Hard. — *Veluti*, Brot. *velut*, et mox *tesserulis*, pro *testulis*. Ed. P.

Scabentes sese. Sic omnes editi, cum Reg. 2. In Colb. 3, *lavantes*. H. — Hanc pavimenti partem Pergamo, ut videtur, translatam, inter Hadriani villae rudera reperit Cl. Furietti, ann. 1737. Ed. P.

LXI. *Subtegulanea.* Quae sunt sub tegulis, in cavis aedium, ὑπόστεγα; quibus subdialia opponuntur, ὕπαιθρα. Hard.

Fistucis pavita. De fistuca diximus iamdudum. Machina est vulgo nota, qua pavitores utuntur ad complananda pavimenta, et est utrimque anasta. Hard.

Ex nomine ipso. Nam pavimenta

Romae scalpturatum in Iovis Capitolini aede primum factum est post tertium Punicum bellum initum. Frequentata vero pavimenta ante Cimbricum magna gratia animorum, indicio est Lucilianus ille versus: « Arte pavimento, atque emblemate vermiculato. »

LXII. Subdialia Graeci invenere, talibus domos contegentes tractu tepente: sed fallax, ubicumque imbres gelant. Necessarium binas per diversum coassationes substerni, capita earum praefigi ne torqueantur, et ruderi novo tertiam partem testae tusae addi;

a paviendo dicta, id est, feriendo; ut ipsum instrumentum pavicula appellatur. Hard.

Scalpturatum. Variis scalpturis elegantius factum. Hard.

Lucilianus. Versus Lucilii hi sunt: « Lexes compositae, ut tesserulae omnes Arte pavimento, atque emblemate vermiculato. » Hoc est, dictiones compositae, quemadmodum sunt tesserulae in pavimento ex arte et emblemate picto tinctove. H.

LXII. *Subdialia Graeci invenere.* Hanc totam rationem vide prolixe et diligenter explicatam à Vitr. l. VII, cap. 4, et Palladio, lib. I, c. 9. Dal. — *Subdialia.* Quae sunt sub dio. Vitruvius, lib. VII, pag. 128: « Sub dio vero maxime idonea facienda sunt pavimenta, etc. » Υπαιθρα Graeci vocant: nostri, *des terrasses.* H.

Domos contegentes. In Graeciae calidiore tractu domos quidem tectis non operiunt, sed aedificiorum summa parte reclusas et detectas ambulationes relinquunt aut se captandae gratia, quae vaporosum caelum refrigeret, et praecipue fervidis aestatis noctibus. Dal.

Tractu tepente. Calidiore caeli tractu. Hard.

Necessarium. Vitruv. lib. VII, cap. 4, pag. 128: « Quum coassatum fuerit, super altera coassatio transversa sternatur, clavisque fixa duplicem praebeat contignationis loricationem. Deinde ruderi novo tertia pars tastae tusae admisceatur: calcisque duae partes ad quinque mortarii mixtionibus praestent responsum. Staluminatione facta rudus inducatur, idque pinsum absolutum, ne minus pede sit crassum. Tunc autem nucleo inducto, uti supra scriptum est, pavimentum e tessera grandi circiter binum digitum caesa struatur, fastigium habens in pedes denos, digitos binos. » Sic etiam Palladius, lib. I, cap. 9. Hard.

Binas. Duplex substerni debet tabularum ordo contrario situ, directus scilicet atque transversus: extremitates earum clavis figendae, ne torqueantur. Hard.

Capita earum. Vitruv. p. 127: « In singulis tignis extremis partibus axis, uni clavi fingantur, uti nulla ex parte possint se torquendo anguli excitare. » Hard.

Ruderi novo. Rudus novum fit e lapide tum primum contuso, aut testis, addita una parte calcis ad duas;

deinde rudus, in quo duae quintae calcis misceantur, pedali crassitudine fistucari. Tunc nucleo crasso sex digitos induci, et ex tessera grandi non minus alta duos digitos strui. Fastigium vero servari in pedes denos sesquuncem: ac diligenter cote despumare: quernisque axibus contabulare. Quae torquentur, inutilia putant: immo et filicem aut paleam substerni melius

redivivum, seu renovatum e veteri, fit ex pavimentis, aut aedificiis dirutis; adiectis duabus partibus calcis ad quinque. Dalec. — *Ruderi novo.* Rudus novum est materia pavimenti, hoc est, saxa recens contusa, seu testae confractae cum calce ad pavimentum faciendum. Vitruvius, l. c. mortarium vocat. Ruderationem facere Galli, *hourder.* Hasp.

In quo duae quintae. Legendum ex Vitruvii loco allato videtur, permutatis voculis duabus, s in quo quintae duae calcis misceantur: s hoc est, in quo quintae parti ruderis sive mortarii duae calcis partes misceantur: nam ille, s calcisque duae partes ad quinque mortarii, et s. H.

Fistucari. Fistucationibus magna cura solidari, inquit Vitruvius, pag. 126, hoc est, fistuca exaequari. De fistuca diximus cap sup H.

Tunc. Tunc alterum coriom ruderis alterius crassum sex digitis inducatur. Hasp

Nucleo crasso. Corio, crusta, tectorio. *Nucleus* medium pavimenti corium, media crusta. Itali *animam* vocant. Is Vitruvio fit ex testae tribus partibus et una calcis. Dalec. — *Tunc nucleo.* Vitruvius, p. 127: « Insuper ex testa nucleus inducatur, mixtioonem habens ad tres partes unam calcis, uti ne minore sit crassitudine pavimentum, digitorum senum. Supra nucleum, ad regulam et libellam exacta, pavimenta struantur, sive sectilibus, seu tesseris. » H.

Et ex tessera. Tessaras sive scutulas in pavimento vocant frusta quadrata et rotunda. Hasp.

Fastigium. Fastigium pavimenti sic paulisper attolli debet, ut in singulos denos pedes attollatur pollice uno cum dimidio: tum cote laevigandum est. E querceu tabulae sive asseres eligendi. Hasp. — *Sesquuncem.* Brot. ex Reg. 5, *sescuncias.* Ed. P.

Despumare. Polire, abstergere, fricare, uti nulli gradus sint in scutulis, aut quadratis. Vitruv. loc. cit. qui et ea despumandi voce usus, lib. VII, cap. 4, p. 135. H

Quernisque axibus contabulare. Quernos asseres Vitruvius improbat, quoniam humorem ubi perceperunt, torquent se et in pavimento fiunt rimosi: ex esculo vero praefert. Idem Palladius, lib. I, cap. 9. Dalec. — *Quernisque axibus.* Quernis esculinos Vitruvius anteponit, loc. citat. nisi querni teniores secti sint. Sic et Palladius, lib. I, cap. 9. Hasp.

Et filicem. Sic Reg. 2, non, ut editi, *silice.* Vitruvius, lib. VII, c. 1, pag. 127: « Coassatioonibus factis, si erit, filex: si non, palea substernatur, uti materiea ab calcis vitio defendatur. » Palladius item, loc. c. Hasp.

esse, quo minor vis calcis perveniat. Necessarium et globosum lapidem subiici. Similiter fiunt spicata testacea.

LXIII. Non negligendum est etiamnum unum genus Graecanici. Solo fistucato iniicitur rudus aut testaceum pavimentum: dein spisse calcatis carbonibus inducitur, sabulo, calce, ac favilla mixtis: materia crassitudine semipedali ad regulam et libellam exigitur, et est forma terrena. Si vero cote depolitum est, nigri pavimenti visum obtinet.

LXIV. Lithostrota acceptavere iam sub Sylla: parvulis certe crustis exstat hodieque, quod in Fortunae

Quo minor vis calcis perveniat. Ne calx, quae contignationis et coassationis materiam contactu vitiare potest, in profundum subeat. DAL.

Necessarium. Vitruvius, loc. cit. » Tunc insuper statuminetur, nec minore saxo, quam quod possit manum implere: statuminibus inductis, ruderetur, etc. » Statumen, pavimentorum imum stratum est. H.

Spicata testacea. Spicata pavimenta fiunt a laterculis coctilibus iunctis, et in latus proclinatis ad spicae foemam. Vide Philandrum in Vitruvium. DALEC. — *Spicata testacea* Hoc est, pavimenta e testis seu laterculis, in formam spicae dispositis. Vitruvius, lib. VII, c. 1, pag. 128: » Item testacea spicata Tiburtina sunt diligenter exigenda, etc » Spicati operis iconem Philander exhibet ad eum Vitruvii locum, p 129. H.

LXIII. *Graecanici.* Subintelligo, pavimenti. Vitruvius, libro VII, c. 4, pag. 135: » Graecorum hibernaculorum usus, qui minima sumptuosus est, sed utilis apparatus. Foditur enim intra libramentum triclinii altitudo circiter pedum binum: et solo fistucato inducitur aut rudus, aut testaceum pavimentum. Deinde congestis et spisse calcatis carbonibus, inducitur ex sabulone, et calce, et favilla mixta materies, crassitudine semipedali, ad regulam et libellam: et summo libramento cote dispumato, redditur species nigri pavimenti. Ita conviviis eorum, et quod poculis et spuiamatis effunditur, simul atque cadit, siccescit: quique versantur ibi ministrantes, etsi nudis pedibus fuerint, non recipiunt frigus ab eiusmodi genere pavimenti. » HARD.

Si vero cote depolitum. Plane perpolitum. Festus: *Depolitum, perfectum*, etc H — Brot. ex MSS. et ed. princ. *politum.* Ed. P.

LXIV. *Lithostrota acceptavere.* Sic lib. MSS. non *coeptavere.* Subintelligo, Romani, sive Latini, seu prisci. HARD

Exstat Pavimentum scilicet λιθόστρωτον. H. — Exstat hodieque egregium illud musivum, *la mosaique de Palestrine*, ea arte elaboratum, ut adspicientibus etiam pictoribus admi-

delubro Praeneste fecit. Pulsa deinde ex humo pavimenta in cameras transiere, e vitro: novitium et hoc inventum, Agrippa certe in Thermis, quas Romae fecit, figlinum opus encausto pinxit: in reliquis albaria adornavit: non dubie vitreas facturus cameras, si prius inventum id fuisset, aut a parietibus scenae, ut diximus, Scauri, pervenisset in cameras. Quamobrem et vitri natura indicanda est.

LXV. (XXVI). Pars est Syriae, quae Phoenice vocatur, finitima Iudaeae, intra montis Carmeli radices paludem habens, quae vocatur Cendevia. Ex ea cre-

rationem moveat. Eruditissimam de eo dissertationem scripsit Barthelemy, *Mém. de l'Acad. des Inscr.* t. XXX, p. 503: cf. etiam Winckelm. *Monumenti inediti*, t. II, p. 215. Ex Br. nott. Ep. P.

Pulsa deinde. Hoc est, ut prius pavimenta, ita postea et cameras tesellato opere contexi coeptae sunt: et quidem ex vitro, seu vitri partibus quadratis, aut trigonis, aut hexagonis: ex quibus quoddam quasi tessellatum, ac musivum, sive mosaicum, a vitro opus fiebat. Glossae MSS. « Musivum, quod fit de vitro in parietibus. » Vita sancti Laurentii Ep. Sipontini, cap. 2: « Ex minutis vitreis lapidibus, etc. » Paulinus, epist. 12: « Camera musivo illuta. » Ex Leone Ostiensi, lib. III, cap. 27: intelligitur musivi operis artifices appellatos, a qui abscidas et arcus musivos componerent: quadratarios vero, qui pavimentum lapideum pulcra varietate consternerent. » Plura de hoc argumento V. Gl. Du-Cangius congessit in Glossario, verbo *Musivum opus*, unde haec fere delibavimus. Parmensis editio: « Pulsa deinde ... in cameras transiere, ut prorum vitium: et hoc inventum Agrippae. Certe, etc. » penitus adspernanda lectione. H.

In Thermis. Thermae Agrippae in regione Vrbis nona, a Publio Victore collocantur, in descr. Romae. Hann.

Figlinum opus. Parietes lateritios. Sic MSS. omnes, Reg. 2, aliique. Colb. 3, *figulinum*. Nullus *signinum*, ut Salmasius interpolat, in Solin. p. 1245. Nec iam de pavimentis sermo. Hann.

Encausto. Hoc est, ceris coloratis, et igne resolutis. Vide quae diximus lib. XXXV, c. 41. H.

Vt diximus. Cap. 24: « Ima pars scenae e marmore fuit, media e vitro, inaudito etiam postea genere luxuriae, etc. » H.

LXV. *Pars est Syriae.* Haec totidem verbis Isidorus Orig. lib. XVI, cap. 15. Vide quae diximus lib. V, c. 17. H.

Ex ea creditur nasci Belus. Supra lib. V, cap. 19. Vide prolixam huius rei narrationem apud Rhod. ex Iosepho lib. XXII, c. 5. Dan. — Amnis Belus, nunc *Nahr-Halon*, Ptolemais, *Acra*. Ba.

ditur nasci Belus amnis, quinque M pass. spatio in mare perfluens, iuxta Ptolemaidem coloniam. Lentus hic currit, insalubri potu, sed caerimoniis sacer, limosus, vado profundus. Non nisi refuso mari arenas fatetur: fluctibus enim volutatae nitescunt, detritis sordibus. Nunc et a marino creduntur adstringi morsu, non prius utiles. Quingentorum est passuum non amplius littoris spatium, idque tantum multa per saecula gignendo fuit vitro. Fama est, appulsa nave mercatorum nitri, quum sparsi per littus epulas pararent, nec esset cortinis attollendis lapidum occasio, glebas nitri e nave subdidisse. Quibus accensis permixta arena litoris, translucentes novi liquoris fluxisse rivos, et hanc fuisse originem vitri.

LXVI. Mox ut est astuta et ingeniosa solertia, non

Sed caerimoniis sacer, limosus, vado profundus, etc. Lege: « sed caerimoniis sacer, limosus, vado profundus, non nisi repulsus mari arenas fatetur: fluctibus enim volutatae nitescunt detectis sordibus. Tunc et marino credunt adstringi meatu, non prius utiles. Quingentorum est passuum non amplius littoris spatium, idque tamen multa per saecula gignendo fuit vitro. » Salmas. p. 619. s. Dal.

Non nisi. Belus amnis, quum limosus sit natura, infusi maris vi arenas fateri, et agnoscere quasi cogitur. Sic et Tacitus refert Hist lib. V, et Iosephus belli Iud. lib. II, cap 9. Harl.

Nunc et a marino. Salis acrimoniae mordacitate; vim eam vitri conflandi creduntur accipere, non prius utiles. H. — *Nunc et a marino.* Br *tunc et marino.* Ed. P.

Idque tantum Ex tam exiguo spatio quum arenas convehant quotannis onustae naves plurimae, sufficiunt tamen semper recentes, quibus ille locus impellente vento impletur. Iosephus loc. cit. Tacitus, Hist. lib. V, p. 417 : « Et Belus amnis Iudaico mari illabitur : circa cuius os collectae arenae, admixto nitro, in vitrum excoquuntur. Modicum id littus, sed egerentibus inexhaustum » H.

Fama est Haec totidem verbis Isid. Orig lib. XVI, c. 15.

Cortinis Isid. *vasis* H.

Glebas nitri. E succis concretis, qui cum lapidibus liquescentibus ad vitrum conficiendum naturali cognatione iunguntur, primae nitro deferuntur: secundae sali, etc. Vide Agricolam, de re metall. lib. XII, pag. 470 H.

Novi liquoris. Sic MSS. omnes, et Isidor.: non, ut typi, *nobilis liquoris.* H. — Mox Brot. *ut est ingen. solertia*; deletis vocibus his duabus, *astuta et.* Ed. P.

fuit contenta nitrum miscuisse: coeptus addi et magnes lapis: quoniam in se liquorem vitri quoque, ut ferrum, trahere creditur. Simili modo et calculi splendentes multifariam coepti uri: deinde conchae, et fossiles arenae. Auctores sunt, in India e crystallo fracta fieri, et ob id nullum comparari Indico. Levibus autem aridisque lignis coquitur, addito Cyprio, ac nitro, maxime Ophirio. Continuis fornacibus, ut aes, liquatur, massaeque fiunt colore pingui nigricantes. Acies tanta est quacumque, ut citra ullum sensum ad ossa consecet, quidquid afflaverit corporis. Ex massis rursus funditur in officinis, tingiturque. Et aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo caelatur, Sidone quondam iis officinis nobili:

LXVI. *Levibus.* Lege: *Lenibus.* Graeci ἄκαπνα vocant, Homerus κάγκανα, quae δριμύτητα καπνοῦ non habent. Lenibus τὰ δριμέα contraria sunt. Apud Catonem, a lenibus lignis facito calescat: a apud Varron. l. I, c. 63, amurca decoquitur in ahenis, lenibus lignis. Dal. — *Levibus autem.* Isid. Orig. lib. XVI, cap. 15. Hard.

Addito Cyprio. Hoc est, aere Cyprio. Isid. *addito cupro.* H.

Maxime Ophirio: MSS. *Ofirio,* et *Offirio.* Quid si *Ophrynio,* ab oppido Troadis cognomine, cuius meminere Strabo, lib. XIII, p. 595; Harpocration, aliique? Quid si potius *aphronitro?* H.

Continuis. Sic Isid. totidem verbis. Vitrariis aliis hodie tres sunt fornaces, aliis duae, aliis una. Quibus tres, hi in prima coquunt materiam, in secunda recoquunt, in tertia refrigerant vitrea vasa; caeteraque opera candentia Agricola de re metall. lib. XII, p. 471. H.

Quacumque. Quocumque quid massae vitri ferventis inciderit. H.

Ex massis. Isid. l. c.

Et aliud flatu. Vti nunc moris est in vitrariis. H.

Aliud torno. Hoc olim: nunc obmutuit. Torno formati calices e vitro, audaces dicebantur, et plebeii tamen erant, et parvo venibant Martialis, libro XIV, epigr. xciv, cuius lemma, a Calices audaces: Nos sumus audacis plebeia torcumata vitri; Nostra nec ardenti gemma feritur aqua. a Hard. — *Aliud.* Multa utriusque generis exstant, quae diximus, *pâtes antiques.* Bart.

Aliud argenti. Achilles Tatius, lib. II de amoribus Clitophontis et Leucippes, poculum a vitro caelato describit: Κρατῆρα παρέθηκεν μετὰ τὸν Γλαύκου τοῦ Χίου δεύτερον ὑάλου μέν τοι ἔργον ὀρωρυγμένης, etc. In scalpendo porro caelandove, ne frangerentur vitra, magna cautio fuit: nam, ut caecinit Martialis, lib. XIV, epigr. cxv, cuius lemma, a Calices vitrei:

siquidem etiam specula excogitaverat. Haec fuit antiqua ratio vitri. Iam vero et in Vulturno, mari Italiae, arena alba nascens, sex M pass. littore, inter Cumas atque Liternum, quae mollissima est, pila molaque teritur. Dein miscetur tribus partibus nitri pondere vel mensura, ac liquata in alias fornaces transfunditur. Ibi fit massa, quae vocatur ammonitrum: atque haec recoquitur, et fit vitrum purum, ac massa vitri candidi. Iam vero per Gallias Hispaniasque simili modo arenae temperantur. Ferunt Tiberio principe excogitatum vitri temperamentum, ut flexibile esset;

quibus addere plura Dum cupit, ab quoties perdidit auctor opus! a H.

Vulturno mari. Quod circa ostium Vulturni amnis, quo de amne diximus l. III, cap. 9, appellatione maris quod eam oram alluit, nulli alteri scriptori, quod quidem sciam, usurpata. H. — Brot. *in Vulturno, mari ital.* Ed. P.

Atque Liternum. In libris hactenus vulgatis, *Cumas atque Lucrinum.* In Reg. 2 et Colb. 3, *atque littorum.* Indubitata emendatio est, *atque Liternum.* Tum ex Antonino, sive Aethico, qui in itinere a Tarracina Neapolim, Literno Cumas, tanto distare intervallo docet, quantum illud modo littus esse dicitur, quo Vulturnum mare nuncupatur, hoc est, VI M. P. Tum ex Plinio ipso, qui lib. III, c. 9, haec esse vicina inter se admonet, Vulturnum, unde mari appellatio, Liternum, Cumas: a In ora .... Vulturnum oppidum cum amne, Liternum, Cumae Chalcidensium. a Subfuit hic eius loci error Camillo Pellegrino, l. de *Campania Felice*, pag. 183. H.

Quae mollissima, etc. Haec deinceps totidem verbis Isidorus, Orig. l. XVI, c. 15. H.

Ammonitrum. Αμμόνιτρον, voce conflata ab ἄμμος, *arena*, et νίτρον, *nitrum*. Hodie opifices *fritta* nuncupant, teste Caesalpino. H.

Iam vero. Isid. l. c. H.

Ut flexibile esset. Rhodig. lib. XX, c. 30, narrat, quom supplex quidam coram Tiberio de industria poculum vitreum allisum, ἄθραυστον, id est, illaesum et infractum ostendisset, iussu eius fuisse interfectum. Dat. — *Ut flexibile esset* Et flecti sane, si debite incalescat, potest: malleo duci in tenues laminas, quemadmodum visum est Isidoro, Orig. l XVI, cap. 15, non potest: quantumlibet suffragari ei Dio videatur, qui hoc Tiberiani artificis factum amplificat, lib. LIX, p. 617, multo minus caute quam Plinius; qui ne flectendi quidem excogitatam ab eo rationem, liquido asseverat; sed crebriore id modo prodit, quam certiore fama pervulgatum, Hard. — *Excogitatum*, etc. Brot. ex Reg. 2, *excogitato vitri temperamento.* Ed. P.

et totam officinam artificis eius abolitam, ne aeris, argenti, auri metallis pretia detraherentur: eaque fama crebrior diu, quam certior fuit. Sed quid refert? Neronis principatu reperta vitri arte, quae modicos calices duos, quos appellabant pterotos, H-S. Sex millibus venderet.

LXVII. In genere vitri et Obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Aethiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando et translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine umbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt: vidimusque et solidas imagines Divi Augusti, capti materiae huius crassitudine: dicavitque ipse pro mira-

Pterotos. Quasi pinnatos et alatos, duabus ansis appositis. Quidam legunt *apyrotos*, et ita dici putant vasa frigidaria. Dat. — *Pterotos.* Πτερωτούς, quasi pinnatos, duabus ansis appositis. In Reg. 2, et Colb. 3, *petrotos*. H.

H-S. sex millibus. Sestertium sex millia, monetae nostratis libras efficiunt, 1,167. Bu.

LXVII. *Et obsidiana.* Obsidiana illa quae Plinius memorat, factitia erant, ad similitudinem lapidis Obsidiani, et in genere vitri reponebantur. Fiebat et Obsidianum rubens ad escaria vasa. Idem Plinius: « Fit et tinctura ex genere Obsidiani, ad escaria vasa totum rubens vitrum atque non translucens, haematicum appellatum; fit et album et murrinum. » Ita legendus ille locus, vulgo corruptissimus. At verus Obsidianus ab Obsidio nomen nugatur. Graeci ὀψιανὸν vocant, numquam ὀψιδιανόν. Scribitur apud eumdem: « multi ex eo gemmas faciunt: » hic *gemmae* sunt lapides anulorum, et sic proprie, quidquid lapidum ad ornatum induretur. Sacm.

Obsidius. Gruteri inscriptio, p. 72, OBSIDIVS AVRVS. H.

Nigerrimi coloris. Isidor. Orig. lib. XVI, cap. 15: « Est autem niger interdum, et vicens aliquando, et translucidus, crassiore visu, et in speculis parietum pro imagine umbras reddente. » Et cap. 4: « Obsidius lapis niger est, translucidus, et vitri habens similitudinem. Ponitur in speculis parietum propter imaginum umbras reddendas. » Harn. — Obsidianus lapis, nobis quoque *Obsidienne* dictus, ad ea pertinet quae ignibus volcanicis in vitri similitudinem redacta sunt: pumici, *ponce*, affinis item ei lapidi quem vocant *feld-spath compacte*. Eo. P.

Crassiore visu. Crassius multo, quam vitrum, lucem transmittit. H.

Gemmas multi. Isidorus, locis citatis gemmas, lapides anulorum vocat. H.

culo in templo Concordiae Obsidianos quatuor elephantos. Remisit et Tiberius Caesar Heliopolitarum caerimoniis repertam ibi in hereditate eius qui praefuerat Aegypto, Obsidianam imaginem Menelai. Ex quo apparet antiquior materiae origo, nunc vitri similitudine interpolata. Xenocrates Obsidianum lapidem in India et in Samnio Italiae, et ad Oceanum in Hispania nasci tradit. Fit et tincturae genere Obsidianum, ad escaria varia vasa, et totum rubens vitrum, atque non translucens, haematinon appellatum. Fit et album, et murrhinum, aut hyacinthos sapphirosque imitatum, et omnibus aliis coloribus. Nec est alia nunc materia sequacior, aut etiam picturae accommodatior. Maximus tamen honos in candido translucentibus, quam proxima crystalli similitudine. Vsus vero ad potandum argenti metalla et auri pepulit. Est autem caloris impatiens, ni praecedat frigidus

In templo Concordiae. Regione Vrbis octava. Hoc loco *Obsidianos* etiam scribit Reg. 2, alibi *Obsianus* et *Obsianum*: sed mendosè. Iudex *de Obsidianis* Tamen Arriano: Ὀψιανὸς λίθος. Et Isid. *Obsius lapis*. In Pandectis, *Obsidianus lapis*. Forte ἀπὸ τῆς ὄψεως, a visu, seu translucente natura. Hard.

Menelai. Helenae mariti, qui Graeciam repetens in Aegyptum est tempestate delatus. Vide Hyginum, Fab. CXVIII. H.

Et in Samnio Italiae. Isidor. hinc emendabis, qui locis cit. *in Samo Italiae* dixit. H.

In Hispania. In Lusitania certe reperiri, visamque a se ollam ex eo lapide perpolitam, scribit Vasconcellius. Hard.

Fit et. Fit etiam certo quodam tincturae genere, ut lapidem Obsidianum rubens vitrum aemuletur. Hard.

Fit et tincturae, etc. Sic typi omnes, et MSS. nequiquam immutante Salmasio. in Solin. pag. 91: « Fit et tinctura ea genere Obsidiani, etc. Hard.

Haematinon. Αἱματῖνον, sanguineum. Hard.

Fit et album et murrhinum. Quod murrhinos calices imitetur, aut hyacinthi, sapphirive colorem. Isid. Orig. l. XVI, c. 15. H.

Nec est alia nunc materia sequacior. Dum flatu figuratur. Isid. hunc locum legisse aliter videtur: « Neque est alia, inquit loco cit. speculis aptior materia, vel picturas accommodatior. Maximus tamen honor in candido vitro, etc. » H.

Est autem. Calorem ferre vitreus calix non potest, sed igni applicitus

liquor: quum adlita aqua vitreae pilae sole adverso, in tantum excandescant, ut vestes exurant. Fragmenta teporata agglutinantur tantum: rursus tota fundi non queunt, praeterquam abrupta sibimet. Tingit ars, veluti quum calculi fiunt, quos quidam abaculos appellant, aliquos etiam pluribus modis versicolores. Vitrum sulphuri concoctum ferruminatur in lapidem.

LXVIII. At peractis omnibus, quae constant ingenio, artem natura faciente, succurrit, mirari, nihil paene non igni perfici. (XXVII). Ignis accipit arenas, ex quibus alibi vitrum, alibi argentum, alibi minium, alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicamenta fundit. Igne lapides in aes solvuntur, igne ferrum gignitur ac domatur, igne cremato lapide caementa in tectis ligantur. Alia saepius uri prodest. Eademque materia aliud gignit primis ignibus, aliud secundis, aliud tertiis: quando ipse carbo vires habere incipit

frangitur, nisi aqua intervenisset: quum tamen orbes vitrei aqua pleni solis radiis sic excandescant, etc. H.

Vitreae pilae sole adverso. Crystallinae praecipue. Inde reperta speculorum urentium materia. DAL. — *Vitreae pilae.* Lactantius, lib. de ira Dei, cap. 10, pag. 508: « Orbem vitreum plenum aquae si tenueris in sole, de lumine, quod ab aqua refulget, ignis accenditur, etiam in durissimo frigore. » Plin. l. XXXVII, cap. 10: « Invenio medicos: quae sunt urenda corporum, non aliter utilius id fieri putare, quam crystallina pila, adversis posita solis radiis. » H. sen.

Tingit ars. Vitra scilicet. Non habent has voces libri hactenus editi: Reg. cod. 2, *tinguit has.* Colb. 3, *tingui.* Quid propius vero videretur, nihil occurrit aliud, quam *tingit ars.* Quum praesertim sequenti proxime c. legatur: « Peractis omnibus quae constant ingenio, artem natura faciente succurrit, etc. » H.

Calculi . . . . quos . . . . . abaculos. Scrupos, opinor, lusorios intelligit, qui versicolores erant. *Des dames.* Alii calculos intelligunt, quibus in supputatione nummorum utimur. *Des jetons.* H.

Ferruminatur. In lapidis modum indurantur. H.

LXVIII. *Igne lapides.* Lib. XXXIV, c. 2. H.

Igne cremat lapide. Ex quo calx efficitur. H.

Eademque materia. Vt de plumbo dictum est, l. XXXIII, c. 47: « Eius qui primus fuit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum, etc. » H.

restinctus, atque interiisse creditus, maioris fit virtutis. Immensa et improba rerum naturae portio: et in qua dubium sit, plura absumat, an pariat.

LXIX. Est et ipsis ignibus medica vis. Pestilentiae, quae solis obscuratione contrahitur, ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est. Empedocles et Hippocrates id demonstravere diversis locis. Ad convulsa viscera, aut contusa, ut M. Varro: ipsis enim verbis eius utar: « Lix cinis est, inquit, foci. Inde enim cinis luxatis potus medetur: ut licet videre gladiatores, quum deluserunt, huc iuvari potione. » Quin et carbunculum genus morbi, quo duos consu-

LXIX. *M. Varro auctor est.* Duo postrema verba delenda, ex scripto codice, sequitur enim illico verbum *inquit.* Pint.

Lixivus potus medetur. Lixivum cinerem (Graeca κονίαν σταχτὴν) Plautus simpliciter cinerem vocat in Milite. *Lixa*, aqua: inde elixare, aqua coquere. *Lixae*, qui officium sustinent aquae vehendae militibus. *Lix* cinis, vel humor cineris mixtus, hodie lixivium. Non. — Quidam legunt, « Inde enim cinis luxatis potus medetur, etc. » cinerem hic lixivium exponentes. Vide Diction. Constant. in voce κονία. Dioscor. de lixivio idipsum prodidit his verbis: ποτίζεται πρὸς πτώματα, ῥήγματα, θλάσματα, cap. de Ficu. Dal. — *Cinis luxatis.* Sic recte Romana vetus editio: non ut Dalecampius, *cinis lixivus.* Cinis lixivus dicitur, non cinis ipse modo qui aqua est percolatus, sed ipsum lixivium liquidum. Sic enim accepit et Scribonius Largus, cap. cexvi: « Hoc teritur ex cinere lixivia, donec laeve factum habeat mellis spissitudinem. » Iterum: « Hoc terere oportet ex cinere lixivia e caprifico vel sarmentis, donec laevia habeant temperamentum. » A Plinio tamen, ut ex sequentibus liquet, pro cinere ipso accipitur. Harr.

Vt licet videre gladiatores quum deluserint. In eodem, *quum deluserunt*: scribendum forte, *quum deluxarunt*: ut dici solet, *fregit crus*, pro « fractum est ei crus; » et praecedit statim ante, *luxatis potus medetur.* Pint. — *Vt licet videre gladiatores*, etc. Praeludunt gladiatores in arena, quum ante verum pugnam clypeos et parmas in altum mittunt, quas venuste excipiant, hastasque rudes et gladios iactant, quod *ventilare* dicitur: eludunt vero, sive deludunt, quum illo exercitationis genere ludere desierint. Sic Aquilius littus definit, qua fluctus eluderet, id est, ludere cessaret. Lips. Saturn. lib. II, c. 19. Dal. — *Quum deluserunt.* Delusisse gladiatores dicuntur, quum, ut in digladiando fit, aliquod membrum luxarunt aut laeserunt, ut iam ludere non possint. Turnebus, advers. lib. XXII, cap. 5, pag. 709. Vel potius deludere est, ita inleliciter ludere, ut vel nimio aestu, vel causa simili morbum

lares nuper absumptos indicavimus, querneus carbo tritus cum melle sanat. Adeo in rebus damnatis quoque, ac iam nullis, sunt aliqua remedia, ut in carbone ecce et cinere.

LXX. Non praeteribo et unum foci exemplum, romanis litteris clarum. Tarquinio Prisco regnante tradunt repente in foco eius comparuisse genitale e cinere masculini sexus, eamque, quae insederat, ibi Tanaquilis reginae ancillam Ocrisiam captivam, consurrexisse gravidam. Ita Servium Tullium natum, qui regno successit. Inde et in regia cubanti puero caput arsisse visum, creditumque Laris familiaris filium: ob id Compitalia et ludos Laribus primum instituisse.

aliquem, dolorem verbi gratia lateris contrahas: cui morbo cinerem commode adhiberi docet inscriptio vetus, apud Gruterum, pag. 74, sed ficta ac recens: ΛΟΥΚΙΩ ΠΑΕΥΡΕΙΤΙΚΩ ΚΑΙ ΑΠΗΛΠΙΣΜΕΝΩ ΥΠΟ ΠΑΝΤΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΕΧΡΗΜΑΤΙΣΕΝ Ο ΘΕΟΣ ΕΛΘΕΙΝ ΚΑΙ ΕΚ ΤΟΥ ΤΡΙΒΩΜΟΥ ΑΡΑΙ ΤΕΦΡΑΝ ΚΑΙ ΜΕΤ' ΟΙΝΟΥ ΑΝΑΦΥΡΑΣΑΙ ΚΑΙ ΕΠΙΘΕΙΝΑΙ ΕΠΙ ΤΟ ΠΑΕΥΡΟΝ ΚΑΙ ΕΣΩΘΗ ΚΑΙ ΔΗΜΟΣΙΑ ΗΥΧΑΡΙΣΤΗΣΕΝ ΤΩ ΘΕΩ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΣΥΝΕΧΑΡΗ ΑΥΤΩ. « Lucio lateris dolore affecto, et desperato ab omnibus hominibus oracolum Deus reddidit. Veniret, et ex ara tolleret cinerem, et cum vino misceret, imponeretque lateri. Et convaluit, et publice gratias egit, et gratulatus ei populus est. » Graeca apud Gruterum mendis scatent. H.

Indicavimus. Lib. XXVI, cap. 4. Hard.

Ac iam nullis. Igne consumptis. Sic lib. II, c. 63, mortuos *iam nullos* vocat. Hard.

LXX. *Tarquinio.* Narrat hoc et Dionys. Halic. fabulisque accenset, Antiq. Rom. lib. IV, p. 207. Arnobius, adversus gentes, lib. V, pag. 169: « Sed et deos Conserentes, taceamus, quos cum caeteris scribit Flaccus in humani penis similitudinem versos obruisse se cineri, qui sub ollula fuerat factus exlorum: quem quum Tanaquil dimoveret, Etruriae disciplinarum perita, surrexisse se deos et nervis obduruisse divinis, etc. » Pudet tam obscena, quamvis Arnobio praeeunte, chartis mandare. H.

Inde et in regia. Sic Dionys. loc. cit. Livius lib. I, pag. 15, Florus lib. I, cap. 6, p. 12. Vide quae diximus lib. II, cap. 111. H.

Ob id Compitalia, etc. De his egimus in notis ad librum III. H.

C. PLINII SECVNDI

NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXXVII.

I.

Vt nihil instituto operi desit, gemmae supersunt, et in arctum coacta rerum naturae maiestas, multis nulla sui parte mirabilior. Tantum tribuunt varietati, coloribus, materiae, decori: violari etiam signis gemmas nefas ducentes. Aliquas vero extra pretia ulla, taxationemque humanarum opum arbitrantes, ut plerisque ad summam absolutamque rerum naturae contemplationem satis sit una aliqua gemma. Quae fuerit origo gemmarum, et quibus initiis in tantum adiniratio haec exarserit, diximus quadamtenus in mentione auri anulorumque. Fabulae primordium a rupe Caucasea tradunt: Promethei

I. *Diximus quadamtenus.* Libro XXXIII, cap. 4: » Nam de Prometheo omnia fabulosa arbitror, quanquam illi quoque ferreum anulum dedit antiquitas: vinculumque id, non gestamen, intelligi voluit. » H.

Fabulae primordium. Vide Servium in sextam Virgilii Eclogam. Isidorus Orig. lib. XVI, cap. 16: » Primordia gemmarum, inquit, a rupe Caucasi fabulae ferunt Prometheum Primum fragmentum saxi eiusdem inclusisse ferro, ac digito circumdedisse: lisque initiis coepisse anulum atque gemmam. Sic et Marbodeus in praefat. » Hard.

Promethei vinculorum interpretatione fatali. Prometheum Caucasi rupibus Iupiter alligaverat, quod per ludibrium sibi ossa pingui tecta in convivio apposuisset: quod ignem caelestem esset furatus: quod de stupro Minervam sollicitasset. Eum tamen post solvit, quod Thetidis amore

vinculorum interpretatione fatali: primumque saxi huius fragmentum inclusum ferro, ac digito circumdatum, hoc fuisse anulum, et hoc gemmam.

II. (1.) His initiis coepit auctoritas, in tantum amorem elata, ut Polycrati Samio severo insularum ac littorum tyranno, felicitatis suae, quam nimiam fatebatur etiam ipse, satis piamenti in unius gemmae voluntario damno videretur, si cum fortunae volubilitate paria faceret: planeque ab invidia eius abunde se redimi putaret si hoc unum doluisset. Assiduo ergo gaudio lassus, profectus navigio in altum, anulum mersit. At illum piscis eximia magnitudine regi natus, escae vice raptum, ut faceret ostentum, in culinam domini rursus Fortunae insidiantis manu reddidit. Sardonychem eam gemmam fuisse constat: ostenduntcaplus, ab eo fatorum praescio cognovisset, nasciturum ex Thetide filium patre, maiorem fore, et memor eorum quae adversus patrem gesserat, metueret ne par redderetur: sed es lege ut suarum poenarum monumentum anulum ferreum, et coronam textam colligatis floribus gestaret. Rhodiginus lib. VI, cap. 19. Dal. — *Fatali.* Infelici. Ita libri omnes: non, ut quibusdam placet, *futili.* H.

Hoc fuisse anulum. Sententia est, ferrum digito circumdatum, anuli vicem praebuisse: gemmae, saxi fragmentum ferro inclusum. Hard. — *Hoc fuisse anulum.* Gron. et al. ante Hard. *digito circumdatum anulum et hoc gemmam.* Ed. P.

II. *Polycrati Samio.* Vide supra lib. XXXI, cap. 1; Valer. Max. lib. VI, cap. ultim. Tali historia, vel potius fabula, apud Pausaniam lib. I, Theseus gemmam caelatam, quam Minos ira percitus in mare proiecerat, demersus retulit. Dalec.

Felicitatis suae, quam nimiam fatebatur. Felicitatem suam satis minuendam arbitratus est, unam eam gemmam si sponte perderet, si hoc fortunae semper alias blandienti quasi vicissim traderet, ne in aliis rebus adversam sentiret. Hard.

Paria faceret. Diximus de ea forma loquendi lib. II, cap. 88. Referunt hanc historiam auctores alii appellati a nobis lib. XXXIII, cap. 6. Hard.

Fortunae insidiantis manu reddidit. Meminimus ex Strabonis, opinor lib. XIV, a Persarum satrapa dolo caplum et suspendio necatum. Dal. — *Fortunae insidiantis.* Blandientis nunc quidem, sed paulo mox necem molientis, ut diximus lib. XXXIII, cap. 6. Hard.

Sardonychem. Ita et Solinus, cap. XXXIII, pag. 63. Smaragdum alii aiunt fuisse, inter quos Herodotus in Thalia lib. III, num. 41, pag. 178. H. — De smaragdo et sardonyche conf.

que Romae, si credimus, Concordiae delubro, cornu aureo Augusti dono inclusam et novissimum prope locum tot praelatis obtinentem.

III. Post hunc anulum regia fama est gemmae Pyrrhi illius, qui adversus Romanos bellum gessit. Namque habuisse traditur achaten, in qua novem Musae et Apollo citharam tenens spectarentur, non arte, sed sponte naturae ita discurrentibus maculis, ut Musis quoque singulis redderentur insignia. Nec

infra cap. 17 et 23. Ed. P.

Ostenduntque Romae. Herodoto qui smaragdum fuisse sit, consentiunt Pausanias, Dionysius, Halicarnasseus, Suidas aliique. Non erat ergo Polycratis gemma, quae Romae ostendebatur, ut et mox infra cap. 4 observandum fuit. Conf. Brot. nott. ad hunc loc. Ed. P.

In Concordiae delubro. Vrbis regione octava. Hard. — Broter. praepositionem delet. Ed. P.

Augusti dono. Sic Mss. omnes, non *Augustae*, ut editi, quod hoc loco absonum. Hard.

Tot praelatis. Quum tot alii ipsi praeferantur. Hard.

III. *Pyrrhi illius.* Regis Epirotarum, qui bellum adversus Romanos decennio toto pro Tarentinis gessit, ante Punicum primum. Hard. — Pyrrhus bellum adversus Romanos gessit anno V. C. 474. Ed. P.

Namque habuisse traditur achaten. Solinus iisdem verbis cap. v, p. 31; Marbodeus lib. de Lapid. pret. cap. 2, fol. 40, et alii. Similem achaten, in quo Christi Domini nomen affabre delineatum cernatur, asservat gazophilacium Augusti Romanorum imperatoris, teste Lambecio, de Bibl. Caes. lib. I. fol. 25, § 27. Alium, in quo B. Virginis cum puero Iesu effigies, sponte naturae depicta esset, vidisse se Aldrovandus ait, de Metallis lib. IV, cap 73, pag. 407. Vide et Pancirolum, lib. Rerum memorab. tit. 16, pag. 43, et scriptores Ephemerid. Germ. tom. I, Observ. 156, pag. 336, et Kircherum denique nostrum, de Mundo subterraneo. lib. VIII, cap. 1. Hard.

Vt Musis quoque singulis redderentur insignia. Musarum insignia ex vetera tabula recitantur in museo Cospiano, pag. 450. Calliope alphabeti elementa quatuor et viginti depicta gerit in tabella: quoniam libris totidem heroum facta, ut Achillis et Vlyssis contineantur. Ausonius Idyll. 20: « Carmina Calliope libris heroica mandat. » Clio ante pedes abiectos historiarum libros habet: « Clio gesta canens transactis tempora reddit. » Erato lyra canit: « Plectra gerens, Erato saltat pede, carmine, vultu. » Thalia in viridanti loco obambulat: « Comica lascivo gaudet sermone Thalia. » Melpomene librum apertum manu gestat: « Melpomene tragico proclamat maesta boatu. » Terpsichore, citharam: « Terpsichore affectus citharis movet, imperat, auget. » Euterpe, fistulam: « Dulciloquos calamos Euterpe flatibus urget. » Polyhymnia, duplicem citharam;

deindé alia, quae tradatur, magnopere gemmarum claritas exstat apud auctores: praeterquam Ismeniam choraulem, multis fulgentibusque uti solitum, comitante fabula vanitatem eius, indicato in Cypro sex aureis denariis smaragdo, in quo fuerat sculpta Amymone, iussisse numerari: et quum duo relati essent, imminuto pretio, male hercules curatum, dixisse: multum enim detractum gemmae dignitati. Hic vide-

» Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu, » Urania, sphaeram, circinumque: » Urania cæli motus scrutatur, et astra. » Hard.

Ismeniam. Ισμηνίαν, tibicinem, Thebanum, de quo Plutarchus lib. adversus Epicurum pag. 1095, et in Pericle: » Quum audisset, inquit, Antisthenes, Ismeniam optimum essa tibicinem, respondit: Malus igitur, quam si probus esset, tibicen non esset. » Hard.

Choraulem. Χοραύλην, tibicinem qui in choro tibia canit. Olim quippe in comoediis, » quando chorus canebat, choricis tibiis, id est, choraulicis, artifex concinebat » inquit Diomedes lib. III, p. 489. Apud Gruter. pag. 1035, Graphyri Choravlae mentio. In conviviis etiam cecinisse choraulas, ex Martiali scimus, epigr. lib. IX: » Quod optimum sit quaeritis convivium? In quod choraules non venit. » Hard.

Indicato. Aestimato. H.

Sex aureis denariis. Denarios, nummosve aureos hic interpretamur, quorum quadraginta octo in libras auri fierent, singuli ses scripuforum, quorum unumquodque vicenis sestertiis cummunibus, hoc est, duorum assium cum semisse singulis, aestimaretur, ac proinde quinque denariis argenteis; monetae nostrae (ut superius denarium argenteum assibus nostris octo taxavimus) assibus quadraginta. Ita aureus quisque denarius, qui esset sex scripulorum, ac proinde cxx sestertiorum, sive xxx denariorum argenti, esset monetae nostratis, librarum duodecim. 4 écus. Sex denarii, septuaginta duae librae, 72 *livres*, vel 24 *écus*. Hard. — *Indicato in Cypro sex aureis denariis smaragdo.* Edit. princ. » indito in Cypro vt aureis denariis pro smaragdo. » Brot. ex Mss. Regg 2, 3, 5, 6, » indicante in Cypro rege aureos denarios c pro smaragdo » Centum aurei denarii sunt gallicae monetae librae 2,362. Infra cap 17, in Cypro insula memoratur eius regulus Hermiss. Hard.

Amymone. Una es Danai quinquaginta filiabus, quae a Neptuno compressa Nauplium peperit. Dal. — *Amymone.* Danai filia, cuius fabulam vide apud Hyginum; num. clxis. H.

Et quum duo relati essent. Mercatorem puduit tanti aestimasse velunicum: pretio persoluto, duos emptori obtulit. Hard.

Male hercules curatum. Male profecto provisum esse a mercatore. Hard.

Gemmae dignitati. Cui gemmae ex maiore pretio maior dignitas accessisset. Hard.

tur instituisse, ut omnes musicae artis hac quoque ostentatione censerentur, veluti Dionysodorus aequalis eius et aemulus, ut sic quoque par videretur. Tertius, qui eodem tempore fuit inter musicos, Nicomachus, multas gemmas habuisse traditur, sed nulla peritia electas: sorte quadam his exemplis initio voluminis oblatis adversus istos, qui sibi hanc ostentationem arrogant, ut palam sit eos tibicinum gloria tumere.

IV. Polycratis gemma, quae demonstratur, illibata intactaque est. Ismeniae aetate multos post annos, apparet scalpi etiam smaragdos solitos. Confirmat hanc eamdem opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit in gemma se ab alio scalpi, quam a Pyrgotele, non dubie clarissimo artis eius. Post eum Apollonides et Cronius in gloria fuere: quique divi Augusti imaginem similem expressit, qua postea principes signabant, Dioscorides. Sylla dictator traditione Iugur-

Omnes musicae artis. Subintellige, periti. Sic lib. VII, cap. 40: a Grammaticae artis Daphni, Gnatio, etc. a Hard.

Initio voluminis, etc. Initio huius libri his exemplis casu propositis adversus eos, etc. Hard.

Illibata intactaque est. Ergo quae Romae ostendebatur, non fuit Polycratis gemma, ea enim signabat Polycrates, teste Herodoto loc. cit. Regnabat autem anno V. C. 229, ante Chr. n. 523. Cf. Brot. not. ad hunc loc. Ed. P.

Ismeniae aetate. Vixit is fere annis centum post Polycratem: hic Tarquinii Superbi Romanorum regis aetate. H. — *Ismeniae aetate.* Choraules ille, tibicenve, vivebat ann. ante Chr. nat. circiter 391. Multo ante caelatos fuisse smaragdos docet Mosea, Exod. xxviii, 17. Brot.

Edictum Alexandri. De quo diximus antea lib. VII, cap. 38. H. — *Edictum.* Quo ab Apelle pingi, a Lysippo fingi, a Pyrgotele scalpi se iusserat. Ed. P.

Qua postea principes signabant. Suetonius loc. cit. Dio, lib. XLIX, pag. 417. H. — *Signabant.* Brot. ex Mss. Regg. et edit. princ. *signant*; et sic scribere debuit Noster, quum eius aetate ea gemma signarent principes. Ed. P.

Dioscorides. Mentio huius apud Tranquillum in Augusto, c. 2. H. — *Dioscorides.* Exstant adhuc gemmae ab illo scalptae, cum suo nomine, ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ. Brot.

Sylla dictator traditione Iugurthae.

thae semper signavit. Est apud auctores, et Intercatiensem illum, cuius patrem Scipio Aemilianus ex provocatione interfecerat, pugnae eius effigie signasse: vulgato Stilonis Praeconini sale, quidnam fuisse facturum eum, si Scipio a patre eius interemptus esset. Divus Augustus inter initia sphinge signavit. Duas in matris anulis iam indiscretae similitudinis invenerat. Altera per bella civilia, absente eo, amici signa-

In antiqui denarii adversa parte impressum est caput Torquati cuiusdam cum his litteris, FAVSTVS: in aversa parte signatus Sylla in solio sedens, adstante Boccho in genua procumbente, et velut herbam porrigente, Iugurtaque manibus in tergum revinctis, humi abiecto, elato crure dextro. Vrsinus 75. Vide Valer. lib. VIII, cap. 15; Plutarchum in Sylla. DAL. — *Traditione Iugurthae.* Hoc est, sigillo in quo Bocchus erat insculptus, Iugurtham Syllae tradens. Plutarchus in Mario pag. 411: Αὐτός τε Σύλλας σφραγίδα ποιησάμενος ἐφόρει, γλυφὴν ἔχουσαν ἐγχειριζόμενον ὑπὸ τοῦ Βόκχου τὸν Ἰουγούρθαν ἑαυτῷ, καὶ ταύτῃ χρώμενος ἀεὶ διετέλει. Hoc ipsum repetit iterum pag. 424, et in Sylla pag. 452, et libro de Reip. gerendae praeceptis p. 806. Valerius Max. lib. VIII, cap. 14. p. 408: « L. Sylla... Iugurthae a Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem tam cupide asseruit, ut annulo quo signatorio utebatur, inscriptam illam traditionem haberet. » Bocchus Iugurtham Syllae dedidit, quum is a Mario legatum ageret, anno V. C. 648. Exstat eius facti memoria in nummis apud Patinum p. 88. H.

Intercatiensem. Ab Intercatia, Hispaniae citerioris oppido, de quo lib. III, cap. 4. HARD.

Scipio Aemilianus. Idem Africanus posterior appellatus, qui Carthaginem Numantiamque delevit. Epitome Livii lib. XLVIII: « In Hispania P. Cornelius Africanus, Scipio Aemilianus, L. Pauli F. Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit. » H.

Stilonis. De eo in auctorum Indice diximus, verbo *Aelius Stilo.* In Colb. 3 aliter haec leguntur, sed mendose, credo: « vulgato stilo, plerumque incommodum valere aliquid: non enim hoc fuisse acturum eum, si etc. » HARD.

Facturum. Brot. ex Regg. et ed. princ. *acturum.* ED. P.

Sphinge signavit. Pompeius ensifero leone. Alex. ab Alex. l. II, c. 19. DAL. — *Sphinge.* Dio Cassius, lib. XLIX, pag. 417. Tranquillus in Augusto cap. L: « In diplomatibus, libellisque, et epistolis signandis, initio sphinge usus est: mox imagine Magni Alexandri: novissime sua, Dioscoridis manu sculpta: qua signare insequuti quoque principes perseverarunt. » Sigilli huius, sive sphingis effigiem, disce ex Plinio l. VIII, cap. 30. H. — *Sphinge.* Sphingem videre est in nummis familiae Carisiae. BROT. — *Iam indiscretae.* Broter. ex Mss. τὸ *iam* delevit. ED P.

Maecenatis rana. Seneca in epist.

vere epistolas et edicta, quae ratio temporum nomine eius reddi postulabat, non infaceto lepore accipientium aenigmata afferre eam sphingem. Quin etiam Maecenatis rana, per collationem pecuniarum in magno terrore erat. Augustus postea ad evitanda convicia sphingis, Alexandri Magni imagine signavit.

V. Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine dactyliothecam, primus omnium habuit Romae privignus Syllae Scaurus. Diuque nulla alia fuit, donec Pompeius Magnus eam quae Mithridatis regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, ut M. Varro aliique eiusdem aetatis auctores confirmant, multum praelatam Scauri. Hoc exemplo Caesar dictator sex dactyliothecas in aede Veneris Genetricis consecravit: Marcellus Octavia genitus in Palatina Apollinis cella unam.

VI. Victoria tamen illa Pompeii primum ad margaritas gemmasque mores inclinavit: sicut L. Scipio-

115 de Maecenate: « Nam etiam quum absentis Caesaris partibus fungeretur, signum a discincto petebatur. Dal. — *Maecenatis rana.* Quod in anulo signum habebat, id ob exactiones pecuniarum, quae Augusti nomine fiebant, magnos terrores ingerebat: infausta enimvero omine coaxare ea rana iactabatur. H.

Dactyliothecam. Δακτυλιοθήκην, anulorum repositorium. H.

Scaurus. Aedilis ille, de quo lib. XXXVI, cap. 24. Hard.

Multum praelatam Scauri. Subintellige, dactyliothecae. H.

In aede Veneris Genetricis. In foro. Hard.

Octavia genitus. Fuit ea Augusti principis soror, cuius ille nomine et bibliothecam condidit, Octavianam appellatam. Dio, lib. XLIX, p. 417. De hoc Marcello Maro Aeneid. lib. VI: « Tu Marcellus eris. » H.

Apollinis cellà. Cella pars templi sacratior, in quam ingredi nefas fuit. Sic Mss. non ut editi, *Apollinis aede.* Fuit autem haec aedes in Palatio, decima Vrbis regione, unde Palatina dicta. Sic Gellius, lib. VII, cap. 1, ait « Scipionem Africanum solitavisse noctis extremo, prius quam dilucularet, in Capitolium venitare, ac iubere aperiri cellam Iovis, atque ibi solum diu demorari, quasi consultaturum de Republica cum Iove, etc. »

VI. *L. Scipionis.* Asiatici, de quo lib. XXXIII, cap. 53, et alibi saepius. Hard.

nis et Cn. Manlii ad caelatum argentum, vestes Attalicas, triclinia aerata: sicut L. Mummii, ad Corinthia et tabulas pictas. (II.) Id uti planius noscatur, verba ex ipsis Pompeii triumphorum actis subiiciam. Ergo tertio triumpho, quem de piratis, Asia, Ponto, gentibusque et regibus in septimo operis huius volumine indicatis, M. Pisone, M. Messala consulibus, pridie kalend. octob. die natalis sui egit, transtulit alveum cum tesseris lusorium e gemmis duabus, latum pedes tres, longum pedes quatuor (et ne quis de ea re dubitet, nulla gemmarum magnitudine hodie prope ad hanc amplitudinem accedente, in ea fuit luna aurea pondo xxx): lectos tricliniares tres: vasa ex auro et gemmis abacorum novem: signa aurea trja, Minervae, Martis, et Apollinis: coronas ex margaritis triginta tres: montem aureum quadratum cum cervis et leonibus, et pomis omnis generis, circumdata vite aurea: museum ex margaritis, in cuius fastigio horologium erat: imago Cn. Pompeii e margaritis, illa regio honore grata: illius probi oris venerandique per cunctas gentes, illa, inquam, ex margaritis, severitate victa, et ve-

Cn. Manlii. De eo lib. XXXIV, cap. 8. Hard. — *Vestes.* Broter. *et vestes*, etc. Ed. P.

L. Mummii. Achaici, qui Corinthum, cepit anno 608. H.

In septimo. Libro VII, c. 7. H.

M. Messala consulibus. Anno Urbis 693. Hard.

Die natalis sui. Unicum triumpho diem Plinius adsignat. Vide Plutarchum in Pompeio H.

Alveum cum tesseris lusorium) *Un damier*, vel *un échiquier*. H.

Abacorum. Quae novem abacis onerandis paria forent. H.

Museum. Movσεῖον simulacrum esse aediculae Musis dictae videtur. Sic Ἰσεῖον Isidis Monumentum, ut alibi diximus. H. — *Museum.* Museum crediderim esse armarium, quo res pretiosae erant conditae. Sic et nos *museum* adhuc dicimus armaria, quibus nummos, aliaque huius antiquae curiositatis, recondere solemus. Broт.

Horologium erat: imago. Brot. ex edit. princ. ut constet oratio, quum caetera sint in quarto casu, *horologium erat*, ut et *imago Cn. Pompeii.* Ed. P.

Illius probi oris. In quo forma et

riore luxuriae triumpho. Profecto inter molles viros durasset cognomen Magni, si prima victoria sic triumphasses: E margaritis, Magne, tam prodiga re, et feminis reperta, quam gerere te fas non sit, hinc fieri tuos vultus? sic te pretiosum videri? Nonne illa similior tui est imago, quam Pyrenaei iugis imposuisti? Grave profecto foedumque probrum erat, ni verius irae deorum ostentum credi oporteret, clareque intelligi posset, iam tum illud caput, Orientis opibus sine reliquo corpore ostentatum. Caetera triumphi eiusdem quam virilia! reipublicae et quaestoribus, qui

species est liberalis. Familiaris Plinio locutio, usurpata superius lib. VII, cap. 11. Hard.

Et veriore luxuriae triumpho. Et verius luxuriae, quam Pompeii triumpho. — *Veriore luxuriae triumpho.* Brot. ex Mss. Regg. et edit. principe, » veriore luxuria quam triumpho. » Ed. P.

Profecto inter molles, etc. Profecto et molles viri ad Magni cognomen aspirassent, si prima victoria sic triumphasses: quum incertum foret, virtusne tum, an luxuria triumpharet. A profuso quidem sumptu in exstructionem Pompeiani Theatri, Magni ei cognomen haesisse, sensit Cassiod. lib. IV, Var. ep. 51: falso ut constat ex Plinio lib. VII, cap. 27. Nam ex Africa tota subacta et in ditionem redacta id cognomen tulit. Trinaiit illud ad posteros cognominis vice. — Sic totidem spicibus ac syllabis. Reg. 2, Colb. 3, aliique Mss. Quibus verbis quum subsit sententia paulo reconditior, nec statim legentibus obvia, Pliniani interpolatores hactenus ita edidere: » Quam profecto » vel » Quod profecto inter illos viros durasset cognomen, etc. » H.

Prima victoria. Africa nempe subacta, unde Magni cognomen tulit, ut dictum est proxime: etsi victoriae antea illus aliae commemorantur. H.

Et feminis reperta. In feminarum usum. Hard.

Pyrenaei iugis. Vide quae dicta sunt lib. VII, cap. 27. H.

Iam tum illud caput. Quod e margaritis; hoc est; Orientis opibus, thorace tenus, ut solet, conflatum, ea triumphi pompa delatum est: perinde ac si saevum illud deorum ostentum esset, fore aliquando ut caput eius praecisum Oriente toti sine reliquo corpore ostentaretur. Ptolemaei scilicet regis Aegypti iussu trucidatus est, ut quidem referunt scriptores rerum romanarum omnes. Hard.

Reipublicae et quaestoribus, qui oram maris, etc. Nusquam grassata libertas, quam in hunc locum, editorum audacia: sic enim typi hactenus vulgati: » Reipublicae datum mille talentum; legatis et quaestoribus, qui oras maris defendissent, H-S bina millia: commilitibus singulis quinquaginta. » Quis umquam in latina lingua *commilites* audiit? Nos exemplarium vetustissimorum, integerrimorumque,

oram maris defendissent datum mille talentum: militibus singulis sena millia sestertium. Tolerabiliorem tamen fecit causam Caii principis, qui super omnia muliebria, socculos induebat e margaritis: et Neronis principis, qui sceptra et personas histrionum, et cubilia amatoria unionibus construebat. Quin immo etiam ius videmur perdidisse corripiendi gemmata potoria, et varia supellectilis genera, anulos transeuntes. Quae enim non luxuria innocentior existimari possit?

VII. Eadem victoria primum in Vrbem murrhina

sequuti sumus fidem, in primis Reg. 2, et Colb. 3, in quibus totidem syllabis et apicibus locus hic exhibetur, quod repraesentamus: neque in iis modo, sed et in illis quos Budaeus inspexit, de Asse, lib. III, fol. 82. De portione certe praemiorum, quae sunt militibus singulis distributa, ad eorum codicum fidem, quos sequuti sumus, accedit auctoritas Appiani ac Plutarchi, a quibus illud ipsum memoriae traditum est. Ille enim, lib. de bellis Mithrid. pag. 252, iste in Pompeio, pag. 642, vicissim singulis collatas aiunt drachmas Atticas mille et quingentas, καθ' ἕκαστον ἄνδρα χιλίας πεντακοσίας Ἀττικὰς δραχμάς. Sunt autem M D drachmae, seu denarii, sena millia sestertium, ut liquet. Harp.

Mille talentum. Sic Tullius, Philipp. VI, 15: « Quis inventus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum? » Talenta porro Attica mille (nam de his accipiendum id puto) monetae nostratis libras faciunt omnino 2,400,000. H. — Immo nostratis monetae librae 4,568,750. Brot.

Sena millia sestertium. Monetae gallicae librae sunt 1,167. Brot.

Caii principis. Caesaris Germanici. Indutum hunc muliebribus vestimentis progressum in publicum, prodidere etiam Iosephus, Antiq. Iud. lib. XIX, cap. 1, et Tranquillus in eius vita, cap. LII: « Vestitu, calceatuque, et caetero habitu, neque patrio, neque civili, ac ne virili quidem, ac denique humano semper usus est. Saepe depictas gemmatasque indutus paenulas.... ac modo in speculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri, etc. » Harp.

Qui super omnia muliebria. Qui inter alios mores muliebres. Harp.

Et personas histrionum, etc. Sic Reg. 2 codex. In Colb. 3, « et cubilia victoria. » In libris hactenus editis, « et personas, et cubicula victoria » *histrionum* voce praetermissa, caeterisque immutatis. Harp. — *Et personas.* Brot. ex MSS. Regg. Viadobon. et edit. princ. *sceptra personis histrionum.* Ed. P.

Corripiendi. Reprehendendi *gemmata potoria.* Harp.

Anulos. Quando de anulis silemus. Quae enim non luxuria prae illa innocentior videatur? Harp.

invexit: primusque Pompeius lapides et pocula ex eo triumpho Capitolino Iovi dicavit: quae protinus ad hominum usum transiere, abacis etiam escariisque vasis inde expetitis: excrescitque in dies eius rei luxus, murrhino LXX talentis empto, capaci plane ad sextarios tres calice. Potavit ex eo ante hos annos consularis, ob amorem abroso eius margine, ut tamen iniuria illa pretium augeret: neque est hodie murrhini alterius praestantior indicatura. Idem in reliquis generis eius quantum voraverit, licet existimare ex multitudine, quae tanta fuit, ut auferente liberis eius Nerone Domitio, theatrum peculiare trans Tiberim hortis exposita occuparent: quod a populo impleri canente se, dum Pompeiano praeludit etiam

VII. *Pompeius lapides et pocula*, etc. A codicum fide et conspirante consensu non discedimus, Reg. 2, Colb. 3, vetere Dalecampii exemplari, aliisque. Typi hactenus vulgati id exhibent solum: *Pompeius sex pocula*: insigni admodum interpolatione: nam e sex poculis, abacos et vasa escaria, id quod statim affirmatur a Plinio, conflata umquam aut conflari umquam posse, quis credat? Hard. — *Pocula*. Quibus in itinere, profectionibus et expeditionibus quum Roma discessisset, utebatur. Dalec. — *Pocula* Id argumento est murrhina fuisse e lapide, siquidem Noster ait lapides et pocula. Brot.

Abacis etiam. Abacos vocat fulcra, pluteosque, quibus vasa, candelabraque, et alia imponimus. *Des guéridons*. Hard.

LXX talentis. Ita Reg. 2, Colb. 3, vel. Dal. De talentis Atticis haec accipimus, de quibus alibi. Typi vulgati hactenus *LXXX sestertiis*, nullo codice suffragante. H. — *LXX sestertiis*. Sic Regg. 2, 3, 5, 6; septuaginta autem talenta sunt gallicae monetae librae 326,812, in MSS. Vindobon. et Ambrosian. *LXX sestertiis*, quae sunt monetae nostratis librae 15,562; at in tanta luxuria poculique magnitudine, maiorem numerum veriorem esse credit et Broterius. Ed. P.

Ad sextarios tres. Mensura gallica, *deux pintes et demi setier*. Vide quae diximus l. XIV, c. 6. H.

Ob amorem. Quo calicem hunc deperibat. Hard.

Praestantior indicatura. Maius pretium. Diximus de hac voce in praef. ad Titum, et lib. XXIX, c. 8. H. — Sic supra cap. 3, *indicante in Cypro rege*. Brot.

Auferente. Vi quum Nero Caesar ea pocula liberis eius auferret.

Hortis. In hortis suis, Neronis sc. P. Victor. in descript. Romae, regione XIV: « Trans Tiberim.... Hortus Domitii. » Hard.

Dum Pompeiano praeludit. Scilicet

Neroni satis erat: qui vidit tunc annumerari unius scyphi fracta membra: quae in dolorem, credo, saeculi invidiamque fortunae, tamquam Alexandri Magni corpus, in conditorio servari, ut ostentarentur, placebat. T. Petronius consularis moriturus, invidia Neronis principis, ut mensam eius exheredaret, trullam murrhinam trecentis talentis emptam fregit. Sed Nero, ut par erat principem, vicit omnes, trecentis talentis

theatru: ut intelligamus theatrum hoc transtiberinum Pompeiani fuisse praeludium. Nam Nero priusquam probe perfricuisset frontem, minoribus se ostentavit theatris, postremo in Pompeii theatro in conspectu totius populi romani ineptire non erubuit sive cantando, sive aurigando. Gelen. — *Dum Pompeiano praeludit.* Dum se parat ad canendum in Pompeii theatro. Tranquillus in Nerone, cap. XXIII: » Mox et ipse aurigare, atque etiam spectari saepius voluit: postloque in hortis, inter servitia, et sordidam plebem rudimento, universorum se oculis in circo maximo praebuit. » Et antea c. XXI: » Quum magni aestimaret cantare, etiam Romae Neroneum agona ante praestitam diem revocavit: flagitantibusque cunctis caelestem vocem, respondit quidem in hortis se copiam volentibus facturum. » Hard.

Qui vidit tunc annumerari. Sic et adjt. princeps, Brot. ex Regg. codd. 2, 3, 5, *vidi tunc annumerari.* Eo. P.

In dolorem. Vt doleret praesens saeculum, invidereique fortunae superioris aetatis. Hard.

Alexandri. » Magni Alexandri thoracem repetitum a Caligula e conditorio eius » scribit Tranquillus, cap. LI, in Caio. Fuit illud Alexandriae, aureum primo, mox vitreum, quum sublatum furto aureum fuisset. Strabo, lib. XVIII, p. 794. Hard.

T. Petronius. Titum quoque Plutarchus appellat, lib. de Discrimine adulatoris et amici: ubi exprobratam ab eo Neroni tenuitatem ac sordes refert. Caium Tacitus non semel appellat: in primis Annal. lib. XVI, pag. 271, ubi de hoc ipso loqui coeptat, de quo et Plinius agit, res ipsa indicio est. Hi proconsul Bithyniae, mox consul, dein revolutus ad vitia, seu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium assumptus a Nerone dicitur. Et pag. 272: » Flagitia principis sub nominibus exoletorum feminarumque, et novitate cuiusque stupri perscripsit, atque obsignata misit Neroni, etc. » Quibus verbis opusculum signari quidam arbitrantur, quod Petronii Arbitri Satyricon appellatur: quibus non ego credulus. Hard.

Exheredaret. Heredi auferret. H. — *Exheredaret.* Vt trullam hanc mensae principis auferret. Eo. P.

Trullam. Trullam glossae χέρνιβον et *acquiminale*, seu pollubrum interpretantur, *un bassin à laver.* H.

Trecentis talentis. Sic MSS. omnes. Attica talenta ubique interpretatur. Libri hactenus editi, et hoc loco, et eo qui proxime sequitur, *trecentis sestertiis* legunt, nullo adstipulante

capidem unam parando. Memoranda res tanti imperatorem patremque patriae bibisse.

VIII. Oriens murrhina mittit. Inveniuntur enim ibi in pluribus locis, nec insignibus; maxime Parthici regni: praecipue tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam parvos excedunt abacos: crassitudine raro, quanta

vetere exemplari. H. — *Trecentis talentis emptam.* Ita MSS. Regg. 2, 3, 5, 6. In MSS. Vindobon. et Ambros. *trecentis sestertiis*; Rezz. CCC H-S, et explicat *trecenta millia sestertia*: melius dixisset trecenties centena millia sestertium, seu monetae gallicae libras 5,836,507; trecenta autem sestertia sunt libras 58,369; trecenta vero talenta, 1,370,626. Ex Brott. nott. ad h. l. Ed. P.

Capidem unam. Capis genus est poculi a capiendo dictum, auctore Festo. Livius lib. X: « Cum capide ac lituo capite velato, victimam caedat. » In MSS. *iaspidem*, sed mendose. H. — *Trecentis talentis.* Brot. *C talentis*, etc. Edit. princ. *C lib.* Ambrosian. 2, *C sestertiis.* Vindobon. *quadringenis sestertiis* Rezzon CCCC H-S. id est, « quadringenties centena millia sestertium » seu gallicae monetae libras 7,782,010. Centum autem sestertia, sunt nostrae monetae libras 19,453: quadringenta sestertia, libras 77,812: centum talenta, libras 466,875. Omnes tamen vicit Nero, quum non ingentia vasa, sed unam capidem, minusculum vas, tanti emisset. Ex Brot. nott. ad hunc loc. Ed. P.

VIII. *Oriens murrhina.* Glossarium veteris Latino Gallicum, murrhina vasa vocat *hanaps de madre.* Sed *madrata* haec opera e ligno fuisse verius alii censent cum Ruellio, quem sequuti sumus lib. XIII, cap. 30. Vasa fuere ex pretioso lapide sui nominis, suique generis. Vide quae Passeratius habet in Propertium lib. IV, Elegia 5. Hunc Plinii locum totidem fere verbis exscripsit Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 42. H. — *Oriens murrhina mittit.* Scaliger, Mariette, aliique existimavere murrhina esse *la porcelaine.* Quae sententia prorsus adversatur Plinianae murrhinorum descriptioni. Si quis conferat locos omnes, in quibus Plinius agit de murrhinis, perspiciet murrhina esse lapidem, et, ut Brotério videtur, sobati non absimilem, at rariorem et praestantiorem. Nunc vero apud peritissimos *mineralogiae* auctores constat, plurimisque probavit argumentis Cl. de Rosière, lapidis nempe duritia et splendore, colorum varietate ac repercussu, nonis discurrentibus maculisve in purpuram candorem, etc. se circumagentibus, nihil aliud murrhinorum antiquorum materiam fuisse, quam quod recentiores vocant *fluor* (*fluate de chaux*, *fluhorure de calcium*), de quo conf. Cl. nostras Beudant, *Traité de Minéralogie*, pag. 456 et 719, Paris. an. 1824. Ed. P.

Praecipue tamen. Brot. ex MSS. Regg. 3, 5, Vindobon. et ed. princ. *praecipua tamen.* Ed. P.

Parvos excedunt abacos. Abaci, dies

dictum est vasi potorio. Splendor his sine viribus: nitorque verius, quam splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, et tertium ex utroque ignescentem, veluti per transitum coloris, in purpura, aut rubescente lacteo. Sunt qui maxime in iis laudent extremitates, et quosdam colorum repercussus, quales in caelesti arcu spectantur. His maculae pingues placent: translucere quidquam, aut pallere, vitium est. Item sales, verrucaeque non eminentes, sed ut in corpore etiam plerumque sessiles. Aliqua et in odore commendatio est.

guridons, ut disimus sup. cap. II.

Crassitudine. Baro, inquit, murrhini lapidis crassitudo tanta est, ut excavari possit in eam altitudinem, quae vasi potorio superiore capite attributa est, » capaci plane ad sextarios tres calice. » Hard.

Sine viribus. Neque enim erant translucida, nisi forte, ut Plinii verbis utar, crassiore visu; nos proprie dicimus, *semi-transparents*. Ed. P.

In purpura. Quum murrhini area vel purpurea sit, vel lactei coloris simul ac rubescentis. H. — *In purpura, aut rubescente lacteo.* Sic MSS. omnes. Editi corrupte, » purpura rubescente, aut lacte caodescente. » Isidorus, qui hunc locum totidem aliisque verbis expressit, voces eas omnino neglexit. » Varietas eius, inquit, Orig. lib. XVI, cap. 12, in purpuram candoremque, et ignem, cum quibusdam colorum repercussionibus, quales in caelesti arcu spectantur. » H. — *Ignescentem...in purpura.* Brot. ex MSS. Regg. 2, 3, 5, 6, et edit. princ. » ignescente, veluti per transitum coloris, purpura. » Ed. P.

Sessiles. Depressae. Hard.

Aliqua et in odore. E murrhinis calyeibus vina potabant, quod ex illo vasis genere gratiorem ea traherent saporem. Martialis, lib. XIII, epigr. 113, cui lemma: » Myrrhina: Si ralidum potas, ardenti myrrha Falerno Convenit: et melior fit sapor inde mero. » Hard.

IX. *Contraria huic causa crystallum fecit.* Ad verbum haec Isidorus, loc. cit. Et cap. XIII: » Crystallus resplendens et aquosus colore. Traditur quod nix sit glacie durata per annos. Unde et nomen ei Graeci dedere. » Statius item in Epithalamio Stellae: » Raraque longaevis nivibus crystalla gelari. » Seneca Natural. Quaest. lib. III, cap. 25: » Quis non gravissimas esse aquas credat, quae in crystallum coeunt? Contra autem est: tenuissimis enim hoc evenit, quas frigus ob ipsam tenuitatem facillime gelat. Unde autem fiat eiusmodi lapis, apud Graecos ex ipso nomine apparet. Κρύσταλλον enim appellant atque hunc perlucidum lapidem, quam illam glaciem, ex qua fieri creditur, etc. » Basilius quoque, homil. III, in Hexaem. pag. 34. Dio-

IX. Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto. Non aliubi certe reperitur, quam ubi maxime hibernae nives rigent: glaciemque esse certum est: unde et nomen Graeci dedere. Oriens et hanc mittit, quoniam Indicae nulla praefertur. Nascitur et in Asia vilissima circa Alabanda, et Orthosiam, finitimisque montibus, item in Cypro. Sed laudata in Europae Alpium iugis. Iuba auctor est, et in quadam insula Rubri maris ante Arabiam sita nasci, quae Necron vocetur, et in ea quae iuxta gem-

dorus Siculus, Bibl. lib. II, p. 134, crystallum ait quidem ex aqua purissima in glaciem indurata coalescere: non quidem a frigore, sed divini ignis potentia.

Gelu vehementiore concreto. Fallitur Plinius. Crystallus fit e lapidescente perspicuo succo, quem sub terris, aut inter gelidas rupium venas frigiditas vehemens glaciat, et durat. Vide Agricolam lib. VI Fossil. Rhod. lib. I, c. 10. De crystallo vide Orpheum et Theophr. περὶ λίθων. Dal.

Non aliubi certe reperitur, quam ubi, etc. Id vero alii negant, ut Marbodeus cecinit, lib. de Lapid. pret. cap. 23: « Pars negat, et multis perhibent in partibus orbis Crystallum nasci, qua non vis frigoris ulla est, Nec glacialis biems, etc. » Sequitur nempe Solinum, c. xv, p. 36. H.

Glaciemque esse certum. Glaciem intellige, non caelestem aquam, in extimis montium iugis, sed succum potius in terrae visceribus, atque inter cautes, uti mox dicetur vehementiore gelu concretum: frigoris vi conglutinatum et coactum. H.

Unde et nomen. Κρύσταλλος a frigore, ἀπὸ τοῦ κρύους. H. — Nobis *quarz cristallisé incolore, quarz hyalin limpide.* Vulgo, *cristal de roche.* Ed. Par.

Indicae nulla praefertur. Garcias ab Horto lib. I, cap. 47, nullam per universam Indiam crystallum reperiri scribit. Dalec. — *Quoniam Indicae.* Sic MSS. Reg. 2, Colb. 3, aliique. Libri hactenus editi: « sed Indicae nulla praefertur: » male. Sententia est, etiam in Oriente gigni crystallum, idque vel ex eo argumento constare, quod vulgo crystallo Indicae nulla praefertur. Nunc per universam Indiam reperiri nullam crystallum aiunt. Fuisse olim, luculentus est auctor Strabo, lib. XV, pag. 717. Solinus item, et Marbodeus, laudandi infer. cap. 75.

Nascitur et in Asia. Solinus, cap. xv, pag. 36, in Scythia. Strabo lib. XV, pag. 740, in Cappadocia. De Alabandis, Orthosiaque lib. V, cap. 29. Hard.

Alpium iugis. Sic Isidor. Orig. lib. XVI, cap. 13. H.

Quae Necron vocetur. Sic MSS. omnes: Reg. 2, Colb. 3, vetus Dalec. etc. Τῶν νεκρῶν insula, *Necronnesos*, hoc est, mortuorum: ut Macaronnesos, τῶν μακάρων. Libri editi, *Neron*, mendose. H. — *Necron*, In-

mam topazion ferat, cubitalemque effossam a Pythagora Ptolemaei regis praefecto. Cornelius Bocchus et in Lusitania nasci perquam mirandi ponderis Ammaensibus iugis, depressis ad libramentum aquae puteis. Mirum et quod Xenocrates tradit Ephesius, aratro in Asia et Cypro excitari. Non enim inveniri in terreno, nec nisi inter cautes creditum fuerat. Similius vero est, quod idem Xenocrates tradit, torrentibus saepe deportari. Sudines vero negat, nisi ad

sula Necron mihi videtur esse, *l'île Maceira*. Brot.

Et in ea. De hac insula dictum est lib. VI, cap. 34. H. — *Quae iuxta gemmam topazion ferat*. Est insula Topazos, nunc *Zemorgete*, haud procul portu urbis Berenices, nunc *Coscir*. Gemma topazios, *la topaze*. Br.

Cubitalemque. Crystallum. H. — Nobis multo maior est crystalli copia et magnitudo quam antiquis. Brot.

Cornelius Bocchus et in Lusitania, etc. Legend. « Cornelius Bocchus et in Lusitania nasci perquam mirandi ponderis in Lunensibus iugis, etc. » Lunae promontorium in Lusitania; « depressos puteos ad libramentum aquae », ad libranda aquam depressos intellige. Legi etiam posse, *Anensibus iugis*, ut de iugis intelligat, unde Ana fluvius oritur. Salm. — *Cornelius Bocchus*. Laudatur hic saepe in Indice huius libri, ex MSS. omnibus. Hoc loco tamen quidam codices, non *Bocchus*, sed *Nepos* habent: mendose. Nam et vetustae editiones *Bocchus* habent: et ipse Plinius hoc ipsum repetens inferius, cap. 43: « Bocchus, inquit, auctor est, et in Hispania repertas; quo in loco crystallum dicit ad libramentum aquae puteis defossis inde erutam. » H.

Ammaensibus iugis. In MSS. Reg. 2, et Colb. 3, *Annensibus*, et *Amnensibus iugis*. Salmasius in Solinum p. 407, *Lunensibus iugis* legi coniiciebat posse, quoniam, credo, Σελήνης ὄρος Lunae promontorium in Lusitania Ptolemaeus agnoverit: satis audaci coniectura. Adicit idem, posse scribi *Anensibus*, ut de iugis intelligatur, unde Ana fluvius oritur, perinde quasi in Lusitania is, non in Hispania citeriore oriatur, ut diximus lib. III, cap. 2, p. 288. Ammienses, sive Ammaënses in Lusitania populos novimus appellatos lib. IV, cap. 35. Hinc iuga Ammaënsia. H. — *Ammaensibus*. Ammienses populi videntur fuisse, ubi municipium Ammaia, nunc *Portalegre*. Brot.

Ad libramentum. Quantum effodere aquae permittunt, non scaturientes. Eodem loquendi genere usus est et c. 9 sequente. Dal. — *Ad libramentum aquae*. Vbi fodiuntur scrobes seu putei ad ducendam ex libramento aquam. De hac voce diximus lib. XXXI, cap. 31. H.

Nec nisi inter cautes creditum fuerat. Certe vulgo inter cautes, *le quartz*, invenitur crystallus; sed et alibi inventa. Illisque superis annis, navis gallica, quae ex India revertebatur, quum vectores aquatum descendissent in insulam *Madagascar*, unus

meridiem spectantibus locis nasci: quod certum est: non enim reperitur in aquosis, quanquam in regione praegelida, vel si ad vada usque glacientur amnes. Caelesti humore, parvaque nive id fieri necesse est: ideo caloris impatiens, non nisi frigido potui addicitur. Quare sexangulis nascatur lateribus, non facile ratio inveniri potest: eo magis quod neque mucronibus eadem species est, et ita absolutus est laterum laevor, ut nulla id arte possit aequari.

X. Magnitudo amplissima adhuc visa nobis erat, quam in Capitolio Livia Augusta dicaverat, librarum circiter quinquaginta. Xenocrates auctor est, vas

forte cavernam sublii, quo splendentibus particulis invitatus processit, et reperit maximam optimae crystalli vim, quae Parisiis venit. Vidi illius crystalli particulas non ita puras, in quibus paleae, et musci, aliaque id genus, conspiciebantur. Brot.

Caelesti humore, parvaque nive id fieri necesse est. Legend. « Caelesti humore, parvaque nive id fieri necesse est, ideo caloris impatiens, non nisi frigido potui dicatur » Salm. — *Non nisi frigido potui addicitur.* Libri hactenus vulgati, *nisi frigido potui abdicatur.* At MSS. Reg. 2, Colb. 3, aliique, ut edidimus. Adiuvat et Solinus cap. xv, pag. 36, de crystallo: « Multus ad pocula destinatur, quamlibet nihil aliud quam frigidum pati possit. » H. — *Caelesti humore parvaque nive.* Nos meliora de origine crystalli docuere tempus et experientia. Brot.

Non facile ratio. Assignare tamen Cardanus est ausus, quem ob eam rem Scaliger exagitat, Exerc. 118. Hard.

Eo magis. Mucronum quidem numerum servat natura diligenter: speciem, sive formam, ac similitudinem, non item. Nicol. Chorier, hist. Delph. lib. I, pag. 72, auctor est, in montibus Ebrodunensibus, Diensibusque, in Delphinatu, crystallum eiusmodi crebro passimque reperiri H. — *Eo magis quod neque mucronibus eadem species.* Id nascitur vel ex salibus, vel ex metallis quae determinatas habent suas figuras, immo et praeter varios colores; qui ex diversis oriuntur mixturis, inest quoque singulis metallis in minutissimum pulverem redactis, proprius suus color: auro, ruber, *le rouge*; plumbo, hyacinthinus, *l'orangé*; argento, flavus, *le jaune*; aeri, viridis, *le vert*; ferro, caeruleus, *le bleu*, etc. Quod in regia societate Londinensi multis experimentis docuit Cl. Hussey Delaval. Brot. — *Mucronibus.* Broler. operarum errore, *mucronis.* Ed. P.

X. *Magnitudo:* Solinus haec ad verbum exscripsit, cap. xv, pag 36. Hard.

Livia Augusta. Sic etiam Solinus. At MSS. *Divus Augustus.* H.

Librarum circiter quinquaginta. An *librarum CL?* legitur etiam in Plin.

amphorale visum: et aliqui, ex India crystallum sextariorum quatuor. Nos liquido affirmare possumus, in cautibus Alpium nasci, atque adeo inviis, ut plerumque fune pendentes eam extrahant. Peritis signa et indicia nota sunt. Infestantur plurimis vitiis: scabro ferrumine, maculosa nube, occulta aliqua vomica, praeduro fragilique centro: item sale appellato. Est

exemplaribus: «quam Divus Augustus dicaverat.» Salmas. — *Circiter quinquaginta.* Sic etiam MSS. At Solinus *CL.* H. — *Magnitudo amplissima ... Librarum circiter quinquaginta.* Quanto ampliorem nunc novimus crystalli magnitudinem! In montibus vallis *Oberhasli*, in pago Bernensi, *le canton de Berne*, inventa est pars crystalli, cuius pondus erat librarum 800. Aliae erant ibi partes librarum 400, vel 500; plures librarum amplius 100. Totum pondus partium crystalli in una caverna ibi repertarum et praestantissimae naturae sine vitiis, fuit librarum 100,000. Tota haec crystallus fuit aestimata gallicae nostrae monetae libris 90,000. Vide Gronner, *Histoire naturelle des glaciers de la Suisse*, pag. 40. Adeo ob copiam imminutum est apud nos crystalli pretium. Bapt.

Idem Xenocrates auctor est (sic prius). Lege: «Idem Xenocratea auctor est vas amphorale visum: et aliqui ex India crystalli sextariorum quatuor.» Id est, vas crystalli ex India. Salm. — *Vas amphorale.* Quid sit amphora, diximus lib. XIV, cap. 5. Hard.

Sextariorum quatuor. Trea *pintes* vulgus Luletiae vocat. H.

Fune pendentes. E summis cautibus, iugisque montium. H.

Infestantur plurimis vitiis, scabro, ferrugine, etc. Leg. «Infestantur plurimis vitiis, scabro, ferrumine, maculosa nube, occulta aliqua vomica, praeduro fragilique centro, item sale appellato.» In ferro τὸ κέντρον agnovere Graeci, partem eius durissimam. Salm. — *Infestantur.* Crystalli, inquit, haec vitia sunt: scabrities ac ferrugo, seu qualis in ferro rubigo cernitur, (MSS. *ferrumine* hoc loco agnoscunt, non, ut editi, *scabro ferrugine*) maculosa nubes, etc. H.

Occulta aliqua vomica. Vomica proprie tumor est excrescens in aliqua parte corporis, saniem fluidam continens in sese. Ad huius similitudinem in crystallo vomicam Plinius, opinor, intelligit, occultam in media crystallo aquae guttulam, quae nondum fuerit gelu concreta. Exstat in similem crystallum epigramma Claudiani geminum, in Anthologia lib. IV, tit. 18; Κλαυδιανοῦ εἰς κρύσταλλον ἐντὸς ὕδωρ ἔχουσαν. Χιονέη κρύσταλλος ὑπ' ἀέρος ἀσκηθεῖσα, Δεῖξεν ἀκηράσιοιο παναίολον εἰκόνα κόσμου; Οὐρανὸν ἀγκὰς ἔχοντα βαρύκτυπον ἐνδοθὶ πόντον. «De crystallo intus aquam habente: Aëris ingenio glacies sortita figuram, Exhibet immensum nobis in imagine mundum, Aethera qui fluctus pelagi complectitur in ae.» Alterum priore haud inferius elegantia, istiusmodi: Εἰπ' ἄγε μοι, κρύσταλλε, λίθῳ πεπυκασμένον ὕδωρ, Τίς πῆξεν; βορέης· ἢ τίς ἔλυσε; Νότος. «Dic, aqua sub lapidis glaciali tegmine, quo

et rufa aliquibus rubigo: aliis capillamentum rimae simile. Hoc artifices caelatura occultant. Quae vero sine vitio sunt, puras esse malunt, acenteta appellantes: nec spumae colore, sed limpidae aquae. Postremo auctoritas in pondere est. Invenio medicos, quae sunt urenda corporum, non aliter utilius id fieri putare, quam crystallina pila adversis posita solis radiis. Alius hic furor, H-S. CL M trullam unam non ante multos annos mercatam a matre familias, nec divite. Idem Nero amissarum rerum nuncio accepto, duos calyces crystallinos in suprema ira fregit illisos. Haec fuit ratio saeculum suum punientis, ne quis alius ex his biberet. Fragmenta sarciri nullo modo queunt. Mire ad similitudinem accessere vitrea, sed prodigii modo, ut suum pretium auxerint crystalli, non diminuerint.

tu Compacta es? Borea; quo resoluta? Noto. » HARD.

Centro, Quid centrum sit, diximus lib. XVI, cap. 76. H.

Item sale. Verruncarum instar non eminentium, vitium id esse non in crystallis modo, sed in murrhinis intelligitur ex his Plinii verbis, cap. 8, « Murrhinis translucere quidquam, aut pallere, vitium est. Item sales verrucaeque non eminentes, sed ut in corpore etiam plerumque sessiles. » HARD.

Acenteta. Ἀκέντητα, sine caelatura, de qua dictum est proxime: sive quae scalpri puncturam non senserunt. *Asynthetam* legit hoc loco vir doctus in primis, informemque crystallum interpretatus est, Notis in Alexiad. p. 279. Nos a MSS. non discedimus. H. — Paulo ante *puras esse malunt*; sic Gron. et al. *pura* Broter. ED. P.

Nec spumae colore. Solinus, c. XV, pag. 36: » Qui eligunt, purissimum captant: ne quid rufum, ne quid nubilum, vel spumis obsitum, arceat perspicuitatem. » Prius legebatur, nec spumei coloris limpidae aquae. » HARD.

Invenio medicos. Vide quae diximus lib. XXXVI, cap. 67. Expertum id a se feliciter testatur Matthiolus, in Diosc. lib. V, cap. 116, pag. 1388. HARD.

H-S. CL M. Sesterium centum quinquaginta millia, monetae gallicae sunt librae 29,179. ED. P.

Trullam unam. Crystallinam: *un bassin de cristal*. H. — *Trullam* Brot. interpretatur, *une coupe*, ut videre est apud Iuven. Satyr. III, vers. 108. ED P.

Idem Nero. Tranquillus in Neron. cap. XLVII: « Nuntiata interim defectione . . . , duos scyphos, gratissimi usus, quos Homericos, a caelatura carminum Homeri vocabat, solo illisit, etc. » H.

XI. Proximum locum in deliciis, feminarum tamen adhuc tantum, succina obtinent: eamdemque omnia haec, quam gemmae, auctoritatem: sane maiorem aliquibus de causis crystallina et murrhina, rigidi potus utraque. In succinis causam ne deliciae quidem adhuc excogitaverunt. Occasio est vanitas Graecorum diligentiae. Legentes modo aeque perpetiantur me de ortu eorum, quum hoc quoque intersit vitae, scire posteros quidquid illi prodidere mirandum. Phaethontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos, lacrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus: et electrum appellatum, quoniam sol vocitatus sit Elector, plurimi poëtae dixere, primique, ut arbitror,

XI. *Feminarum tamen adhuc tantum.* Hunc Ovidius, Metam. lib. II, vars. 364: a Inde fluunt lacrymae, stillataque sole rigescunt De ramis electra novis, quae lucidus amnis Excipit, et nuribus mittit gestanda Latinis. » Hasp.

Succina. Ruellius, de Nat. stirp. l. I, cap. 39, p. 445: a Succinum nostrae officinae, rufaque, et vulgus medicorum Ambram vocant citrinam: Mauritani *Karabe*. Gestant nostrae mulieres decoris causa, quaedam monilium vice: aliae orbiculos ex eo efficiunt, quibus suas preces numerant. a Alia res omnino est, quam Ambram griseam vocitant. H. — *Succina.* Succinum, *le succin*, *l'ambre jaune*, bituminis genus est: *Succin mammelonné, celluleux, insectifère*, etc. H.

Rigidi potus utraque. Sic libri omnes: hoc est, frigidi. Tamen et ad calidos potus murrhina Martialis adhibet, laudatus a nobis paulo antea, c. 8. H.

De ortu eorum. Vet. apud Dal. *de ortu eorum dicere.* Ed. P.

Phaethontis fulmine icti, etc. Nasonem vide, l. c. H.

Lacrymis electrum omnibus annis. Inda *lacrymosum* Virgilio in Ciri, a Non me deliciis commovit regia dives Corslio fragili ac electro lacrymoso. a Orpheus quoque in Argonauticis αἴγειρον πολύκλαυστον, populum lacrymosam vocat, quod succinum, populi asse lacrymam arbitraretur. Dap.

Iuxta Eridanum amnem. Eridanus, *le Rodaune*, amnis est qui in laevum Vistulae ostium influit, et urbem *Dantzick* alluit. Ibi magna succini copia. At quum Germanorum Eridanus, Rhodanusve et Padus appellatus quoque ab Italis Eridanus similitudinem nominum habeant, inde nostae toi fabulae de patria et origine succini. Brot.

Elector. Ἠλέκτωρ, quod nos ἠλέκτρους, hoc est, sine lecto facit, et a somno lecloque excitat: πάχεσι πεμ-

Aeschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus. Quod esse falsum, Italiae testimonio patet. Diligen-
3 tiores eorum, Electridas insulas in mari Adriatico esse dixerunt, ad quas dilaberetur Padus. Qua appellatione nullas umquam ibi fuisse, certum est: nec vero ullas ibi appositas esse, in quas quidquam cursu Padi devehi possit. Nam quod Aeschylus in Iberia, hoc est, in Hispania, Eridanum esse dixit, eumdemque appellari Rhodanum: Euripides rursus, et Apollonius in Adriatico littore confluere Rhodanum et Padum: faciliorem veniam facit ignorati succini, in tanta orbis ignorantia. Modestiores, sed aeque falsum prodidere, in extremis Adriatici sinus rupibus inviis arbores
4 stare, quae Canis ortu hoc effunderent gummi. Theophrastus in Liguria effodi dixit. Chares vero Phaethontem in Aethiopia Hammonis obiisse: ob id delubrum ibi esse atque oraculum, electrumque gigni.

φαίνων ἠλέκτωρ ἐβέβηκες. Iliad Z Dal. — *Elector*. Potius id ei nomen est ab electri splendore. H. — *Elector*. Sol Homero aliisque saepe dicitur ἠλέκτωρ. Brot.

Euripides. Petrus Victorius, lib. XXV, cap. 4, Apollonii versus et Euripidis ex Hippolyto coronato recitat. Dal.

Diligentiores eorum. Apollonius Rhodius, Argon. lib. IV, vers. 506. Qui Radaunum amnem (is Dantiscum praeterfluit) pro Rhodano acceptum a Veteribus volunt, λήρους ληροῦσιν. H. — Conf. not. pag. praeced.

Electridas insulas. Electrides insulae sunt in ipsis Vistulae, *la Vistule*, ostiis. Brot.

Hoc est, in Hispania. At Iberiae nomine vetustissimi scriptores intellexere tractum omnem illum terrarum, qui a Rhodano ad Gades pertinet, teste quidem Strabone, lib. III, pag. 166. H.

Et Apollonius. Idem qui supra Rhodius appellatus, Argon. lib. IV, vers. 627. H.

Faciliorem veniam facit. Venia digni, quod succini ortum ignorarint, qui vel orbis situm ipsum nescierunt. Hard. — *Quae canis ortu hoc effunderent gummi*. Sic quoque Gronov. et libri omnes ante Hard. editi. Broterius vero, *hanc effunderent gummim*. En. P.

Theophrastus in Liguria effodi. Theophrastus, libro περὶ λίθων, n. 53, pag. 6: Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ἤλεκτρον λίθος, καὶ γὰρ ὀρυκτὸν τὸ περὶ Λυγγιστήν. « Electri nempe natura est lapidea, quum in Liguria effodiatur, etc. » H.

Philemon fossile esse, et in Scythia erui duobus locis: candidum atque cerei coloris, quod vocaretur electrum: in alio loco fulvum, quod appellaretur subalternicum. Demostratus lyncurion id vocat, et fieri ex urina lyncum bestiarum, e maribus fulvum et igneum, e feminis languidius atque candidum. Alii dixere langurium, et esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem, et circa Padum iis 5 vitam assignat. Sudines arborem quae gignat in Liguria. In eadem sententia et Metrodorus fuit. Sotacus credidit in Britannia petris effluere, quas electridas vocat. Pytheas Guttonibus, Germaniae genti, accoli aestuarium Oceani, Mentonomon nomine, spatio stadiorum sex millium: ab hoc diei navigatione insulam abesse Abalum: illuc vere fluctibus advehi, et esse concreti maris purgamentum: incolas pro ligno ad

Fossile esse. Succinum fossile, *l'ambre de rochers.* Contra quod in mari reperitur, *l'ambre lavé, l'ambre poli.* Brot.

Subalternicum. Gronov. et al. ante Hard. *sualternicum.* Ed. P.

Lyncurion. Iosephus, l. V, ἀλώστως, λιγούριον vocat. Vide Brod. lib. III, cap. 10; Theoph. lib. de Lapidibus. Dal. — *Lyncurion.* De lyncurio diximus lib. VIII, cap. 57. Strabo similiter, lib. IV, pag. 202, ubi de Liguribus: Πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λιγγούριον παρ' αὐτοῖς, ὃ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσι. a Copiosum est apud illos lyngurium, quod nonnulli cognominant electrum. b H. — *Lyncurion.* De lyncurio dicetur infra c. 13. Ed. P.

Assignat. Sic et Chiffl. *affirmat* Gr. et al. ante Hard. Ed. P.

Petris effluere. Sic Reg. 2, Colb. 3, Chiffl. vet. apud Dalec. aliique. In editis perperam, *arboribus effluere.* H. — *Vocat.* Gronov. et al. *vocavit.* Ed. P.

Guttonibus. Legendum *Guttis*, qui Ptolemaeo, lib. II, Gothi vocantur. Guttos alii Prussiae Smolandiam esse putant, aestuariumque Mentonomon; Curiense littus, quod Germanis appelletur *der Curische Strand.* Eo namque fluctibus Oceani magna succini copia eiicitur, sicut et ad Dantiscum, *Dantzick*, Prussiae. Dal. — *Guttonibus.* De his egimus lib. IV, c. 28. H.

Aestuarium Oceani. In Vistulae scilicet ostiis. Brot.

Abalum. Aeedem sunt Electrides Glessariaeve insulae. Br.

Vere. b Veris temperie a lib. IV, cap. 13, quamvis illic quidam legant *veris tempore.* Dal. — *Illuc vere fluctibus advehi.* Subintellige, succinum. Hard.

6 ignem uti eo, proximisque Teutonis vendere. Huic et Timaeus credidit, sed insulam Basiliam vocavit. Philemon ait flammam ab electro reddi. Nicias solis radiorum succum intelligi voluit. Hos circa occasum credit vehementiores in terram actos, pinguem sudorem in ea parte Oceani relinquere, deinde aestatibus in Germanorum littora eiici. Et in Aegypto nasci simili modo, et vocari sacal: item in India, gratiusque thure esse Indis. In Syria quoque feminas verticillos inde facere et vocare harpaga, quia folia et paleas, vestiumque fimbrias rapiat. Theochrestus
7 Oceano id exaestuante ad Pyrenaei promontoria eiici: quod et Xenocrates credidit, qui de iis nuperrime scripsit. Vivit adhuc Asarubas, qui tradidit iuxta Atlanticum mare esse lacum Cephisiada, quem Mauri vocant Electrum. Hunc sole excalfactum e limo dare electrum fluitans. Mnaseas Africae locum Sicyonem appellat, et Crathin amnem in Oceanum effluentem e lacu, in quo aves, quas meleagridas et penelopas

Basiliam vocavit. Sic MSS. omnes, non *Baltiam.* Sic Pytheas, lib. IV, c. 27. H.

Ait. Gron. et al. ante Hard. *negavit.* Ed. P.

Aestibus (sic prius). Non prorsus absque ratione legitur *aestatibus.* Compertum enim est in Arverris bitumen e fonte suo non nisi aestate scaturire. Dal.

Et vocari sacal. Lingua Aegyptiaca, non Hebraea. H. — *Sacal.* Ob similitudinem lapidis, qui *sacal* a Iudaeis adhuc dicitur. Ba.

Verticillos. Verticilli instrumenta sunt, quae fusò adhibentur, ut facilius vertatur. H.

Et vocare harpaga. Succinum videlicet. Ἁρπαξ Graecis rapacem, seu raptorem sonat. Exscripsit hunc locum Isidorus, Orig. lib. XVI, c. 8. Hard.

Theocrestus. Sic Reg. 2, Colb. 3, aliique. Sic loci huius index; non, ut editi, *Theophrastus.* H.

Mnaseas. Sic MSS. proxime laudati: sic Iudex. In editis male, *Mnesias.* H.

Appellat. Gronov. et al. ante Hard. *appellatum.* Ed. P.

Et penelopas. Πηνελοπες, quas aves qui non viderunt, aquaticas esse, anatibusque similes comminiscuntur. H. — *Melagr. et penelopas.* Has ad genus avis referunt, quod nostri vocant *pintade.* Cf. supra lib. X, c. 52. Ed. P.

vocat: et vere ibi nasci, ratione eadem, qua supra dictum est de Electride lacu. Theomenes, iuxta Syrtim magnam hortum Hesperidum esse, ex quo in stagnum cadat, colligi vero a virginibus Hesperidum. Ctesias Indis flumen esse Hypobarum, quo vocabulo significetur omnia in se ferre bona: fluere a septemtrione in exortivum Oceanum iuxta montem silvestrem arboribus, electrum ferentibus. Arbores eas, siptachoras vocari, qua appellatione significetur praedulcis suavitas. Mithridates in Germaniae littoribus esse insulam, vocarique eam Osericlam, cedri genere silvosam: inde defluere in petras. Xenocrates non succinum tantum in Italia, verum etiam thyon vocari, a Scythis vero sacrium, quoniam et ibi nascatur. Alios putare in Numidia gigni. Super omnes est Sophocles tragicus poëta, quod equidem miror tanta gravitate cothurni,

Et vere ibi nasci. Subintellige electrum. H.

Qua supra dictum. Proxime antea, de Cephisiade lacu H.

Cadat. Vet. ap. Dal. *cadit.*

Ctesias Indis flumen esse Hypobarum. In libro de rebus Indicis apud Photium in Bibl. cod. 73, pag. 149: Εστι δὲ καὶ ποταμὸς διαῤῥέων διὰ τῆς Ινδικῆς ... ὄνομα δὲ τῷ ποταμῷ ἰνδιστὶ μὲν Ὑπαρχος (rectius Ὑπόβαρος), ἑλληνιστὶ δὲ, φέρων πάντα τὰ ἀγαθά. Οὗτος τοῦ ἑνιαυτοῦ λ' ἡμέρας ἤλεκτρον καταῤῥεῖ, etc. » Est et fluvius Indiam interlabens .... qui ab Indis Hypobarus appellatur, quod graece sonat, Ferens omnia bona. Triginta diebus per singulos annos succinum undis vehit, etc. » H.

Omnia in se ferre bona. Sic ex coniectura, favente Cteslae loco ante allato scripsimus, mutilis hac parte libris. Editi hactenus typi, *omnia vasa ferre bona.* H. — Vet. apud Dalec. *omnia vado ferre.* Ed. P.

Aphytacoras. Eas esse quidam putant, quae caphuram fundunt, voce ad caphuram multum accedente. Dal. — *Siptachoras.* Non ut typi hactenus vulgati, *Aphytacoras.* Ctesias, loc. c. Τῷ δενδρίῳ δὲ τούτῳ ὄνομά ἐστιν ἰνδιστὶ Σιπταχόρα, ἑλληνιστὶ σημαίνει γλυκὺ, ἡδύ. Quod idem iterum repetit p. 52. De ea arbore vide ibi plura. Hard.

Thicum (sic prius). Hoc est, *thyeum*, sacrificiis aptum: vel *theicon*, sulphuri simile: vel *theion*, divinum. Dal. — *Thyon vocari.* Quo nomine Veteres arboris genus appellarunt, quod esset cedro citroque affine, ut diximus lib. XIII, c. 80. H.

Tanta gravitate cothurnus. Tanta in poësi gravitate. De eo genere loquendi diximus lib. XXXV, cap. 36. Hard.

et praeterea vitae fama, alias principe loco genitus Athenis, rebus gestis, exercitu ducto. Hic ultra Indiam fieri dixit e lacrymis meleagridum avium Meleagrum deflentium. Quod et credidisse eum, vel sperasse aliis persuaderi posse, quis non miretur? quamve pueritiam tam imperitam posse reperiri, quae avium ploratus annuos credat, lacrymasve tam grandes, avesque e Graecia, ubi Meleager periit, ploratum isse in Indos? Quid ergo? non multa aeque fabulosa produnt poëtae? Sed hoc ea in re, quae quotidie inveniatur atque abundet, et hoc mendacium coarguat, serio quemquam dixisse, summa hominum contemptio est, et intoleranda mendaciorum impunitas.

(III). Certum est gigni in insulis septemtrionalis Oceani: et a Germanis appellari glessum: itaque et a nostris unam insularum ob id Glessariam appellatam, Germanico Caesare ibi classibus rem gerente, Austraviam a barbaris dictam. Nascitur autem defluen-

Rebus gestis Quas a Suida accurate recensitas vide. HARD.

Meleagrum deflentium. A matre interfectum, quem quum sorores eius deflerent, deorum voluntate in aves sunt transfiguratae, quae Meleagrides vocantur Hyginus, fabula CLXXIV. H.

Quae quotidie inveniatur. Sic codices manu exarati. Prius editi, *invehatur*. HARD.

Certum est gigni. Haec totidem verbis exscripsit Solinus cap XX, pag. 40. HARD.

Appellari glessum. Forte, quod transluceat et niteat ut vitrum, *glas* a Germanis appellatum. DALEC. — *Glessum.* Tacitus lib. de moribus Germ. pag. 138: « Sed et mare scrutantur, ac soli omnium succinum, quod ipsi glessum vocant, inter vada, atque in ipso littore legunt, etc. H.

Itaque et a nostris. A romanis militibus. De Glessariis insulis eglmus lib. IV, cap. 30. H.

Nascitur autem defluente, etc. Legend. « Nascitur autem defluens e medulla in pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis ac prunis, etc. » SALM. — *Nascitur autem,* etc. In regione, quae succinum mittit, resiniferae nullae sunt arbores. At in Septentrionalium littorum tractu bituminis certe genus flavum est, ut nigrum apud nos in Arvernis, eiusque naphtha flava, qualem e Saxonibus afferunt, et petroleum vocant, ut apud nos atra. Quum ergo fonte suo scaturit bitumen id, molle adhuc et li-

te medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pinis. Erumpit humoris abundantia: densatur rigore vel tepore autumnali. Quum intumescens aestus rapuit ex insulis, certe in littora expellitur, ita volubile, ut pendere videatur, atque con-

quidum obvia quaequa amplectitur, retinet, includit. Fluctu vero lambente in alium provolutum, maris vertigine ac salsugine, temporisque diuturnitate durescit, ut apud nos pissasphaltum, et iam tum succinum est, sicque coneretum in littora eius acaturigini opposita adversis ventis elicitur. Gagatis, qui procul dubio bitumen est visceribus terrae multis seculis excoctum, glebam habui, erutam prope Narbonem in eius lapidis fodinis, dimidia es parte nigram, altera flavam, succini modo, quod argumento certissimo est, succinum eo modo gigni quo diximus. Globulos quoque e succino duodecim haud ita pridem in fossilium thesauro meo servavi, singulos culicem ostendentes, vel formicam intus sepultam. Dal. — *Nascitur.* Ita Solinus loc. cit. Subscribit et Olaus Magnus Hist. lib. XII, cap. 8, pag. 500: » Abietes, inquit, seu piceae arbores, natura sua resinosae, excelsa proceritate, sive super littora maris, sive super rivos, vel alias silvarum declivitates crescentes, succinum sudant, maxime dum maturis frugibus solis fervor, etc. » Sed altera praeterea succini generatio est, e terra scilicet: quum sit picis fossilis, seu bituminis genus, quod non in litore modo Prussiaci maris, sed et in locis ab eo pluribus passuum millibus disiunctis, atque adeo in ipsis montibus reperitur. Vide Kircherum, de Mundo subterr. lib. VIII, cap. 13, pag. 75. Succinum e cetaceorum piscium spermate fieri, recentioribus quibusdam negotiatoribus Sarmaticis credidit Alciatos, Prerog. iuris lib. VII, tom. VI, cap. 4, fol. 154. Consule de hoc argumento historiam Academiae Regiae Scientiarum, anni 1705, pag. 43. H. — Non de succino, *ambre jaune*, verum de ambaro, *ambre gris*, auctores quosdam hoc prodidisse meminimus. Ed. P.

Resina pinis. Sic Mss. omnes, non *pineis*. Sextus hic casus, » *pinus, pini*, secundae declinationis. H.

Erumpit humoris abundantia, etc. Lege: » Erupti humoris abundantia densatur frigore vel tepore, aut mari quum intumescens aestus rapuit ea insulis: certe in littora expellitur ita volubile, ut pendere videatur, atque non sidere in vado. »

Vel tepore autumnali. Solinus l. c. At Isidorus Orig. l. XVI, c. 8, *vel tempore*, mendose. H.

Quum intumescens. Tacitus loc. cit. » Fecundiora igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis, ubi thura balsamaque sudantur, ita Occidentis insulis terrisque inesse crediderim, quae vicini solis radiis expressa atque liquentia, in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in adversa littora exundant. »

Ut pendere videatur. Vt modo pendere in aquis, modo in vado considere videatur. Ita Mss. omnes. Salmasius in Solin. p. 234, legit, *atque*

sidere in vado: quod arboris succum esse prisci nostri credidere, ob id succinum appellantes. Pineae autem arboris esse indicio est pineus in attritu odor, et quod accensum tedae modo ac nidore flagret. Affirmatur a Germanis ideo maxime appetitam provinciam: et inde advectos primum, quos Graeci macatos voca-

non sidere. Tacitus, loc. cit. inter vada succinum peti ait. H.

Quod arboris succum esse prisci nostri. Priscos illos sequutus est Nepos Cornelius, ut ex Cassiodoro intelligimus, Var. lib. V, epist. 2. Solinus loc. cit. « Succum esse arboris de nominis significatione capessas: verum unde profluit, si asseris, odor indicabit. » H. — *Quod arboris succum.* Sic et edit. princ. Brot. ex Mss. Regg. *Arboris succum*; nempe rō *quod* omisso. Ed. P.

Quod accensum tedae modo. Inde fortassis Germani *brusten* vocant, quod accensum et nidorosum significat. Dal. — *Et quod accensum.* Tacitus loc. cit. « Si naturam succini admoto igne tentes, in modum tedae accenditur: alitque flammam pinguem et olentem: mox ut in picem resinamve lentescit, etc. H.

Affirmatur a Germanis ideo maxime appetitam provinciam, etc. Propter succinum. Notat luxuriam suorum temporum. Nec xyllabam, nec apicem quidem manuscriptis codicibus Reg. 2, Colb. 3, aliisque adiicimus aut detrahimus. Fecere id audacius, qui Plinium aut edidere primum, aut emendare deinde conati sunt; Parmensis editio: « Affertur a Germanis in Pannoniam, mox per provinciam. Inde Veneti primum, quos Graeci Henetos vocant, rei famam fecere. Proximae Pannoniae id accipientes circa mare Adriaticum. » Aliae mox sequutae: « Affertur a Germanis in Pannoniam maxime provinciam. Inde Veneti primum, quos Graeci Henetos vocant, rei famam fecere proximi Pannoniae, etc. » Salmasius in Solin pag. 235: « Affertur a Germanis in Pannoniam, ideo maxime appetitam provinciam, et inde ad Venetos primum, quos Graeci Henetos vocabant. Hi rei famam fecere proximi Pannoniae, etc. » Quam ista nobis frigide, quam alieno loco posita videntur, « quos Graeci Henetos vocabant? », et mox *proximi Pannoniae?* In Mss. ut apparet, nulla Venetorum mentio est, nulla apud Solinum, qui hunc locum exscripsit cap. xx, pag. 40. Neque vero vocem hanc *macatos* deploratam nescimus: sed repraesentari tamen vel sic a nobis oportuit, quibus religio est vel latum unguem a codicum antiquorum fide desciscere: hanc enim omnes clare prae se ferunt. Et spes est fortasse fore ut ex iis vestigiis, quae sincera vox ibi delitescat, felicior aliquis aliquando coniector eruat. Hand. — *Et inde advectos primum, quos Graeci macatos.* Brot. ex Mss. Regg. 2, 3, 5, 6: « Et inde Veneti primum, quos Graeci Enetos vocabant, famam rei, etc. » Non Pannoniae, sed Veneti Succinum accipiebant circa mare Adriaticum. Ed. P.

Macatos vocabant. Maiores succini glebas, vel pretiosiores, μαχιστους. Hand.

bant. Famam rei fecere proximae Pannoniae, id accipientes circa mare Adriaticum. Pado vero annexae fabulae videtur causa, hodieque Transpadanorum agrestibus feminis, monilium vice succina gestantibus, maxime decoris gratia, sed et medicinae: quando tonsillis creditur resistere, et faucium vitiis, vario genere aquarum iuxta infestante guttura ac vicinas carnes. Sexcentis fere M pass. a Carnuto Pannoniae 13
abest littus id Germaniae, ex quo invehitur, percognitum nuper. Vidit enim eques romanus, missus ad id comparandum a Iuliano curante gladiatorium munus Neronis principis, qui haec commercia et littora peragravit, tanta copia invecta, ut retia arcendis feris podium protegentia succino nodarentur: arma

Annexae fabulae videtur causa. Solini paraphrasis cap. xx, pag. 40, de succino: « Pretium operae est ire longius, ne Padanae silvae credantur lapidem flevisse. Hanc speciem in Illyricum barbari intulerunt, quae quum per Pannonica commercia usu ad Transpadanos homines foret devoluta, quod ibi primum nostri viderant, ibi etiam natum putaverunt. » Hard.

Transpadanorum agrestibus feminis. Sic Mss. non *Transpadanarum*. Isidorus, Orig lib. XVI, cap. 8: « E succino fiunt decoris gratia agrestium feminarum monilia. » Ovidius supra laudatus, *nuribus gestanda Latinis*. H.

Sed et medicinae. Vide Matthiolum in Diosc. lib. I, cap. 93, pag. 139. Hard.

Vario... aquarum. Praesertim nivalium, quae ex summis Alpium iugis liquatae cum amnibus corrivantur: Inde strumis eorum animum accolae potoresque obnoxii. H.

Ac vicinas carnes. Nullus est e Mss. codicibus qui Salmasio faveat, ita legenti: « Iuxta iis infestante guttura, ac vicinis Carnis. Hard.

Carnunto. Carnunti rudera adhuc videntur inter *Hambourg* et *Petroneb*. Brot.

Gladiatorium munus. Quod in amphitheatro ligneo, in regione Martii campi intra anni spatium fabricato dedit. Suetonius in Nerone cap. xii. Hard.

Vt retia arcendis feris podium protegentia succinis notarentur (sic prius). Lege: *succino nodarentur*. Arma omnia gladiatoria, et vasa e ludo composita erant succino. Retia porro quae podium protegebant, succino erant nodata, i. e. nodos habebant e succino, vel loco nodorum succinum: *nodosa retia* Tibullo. Retibus totum amphitheatri podium praetendebatur ad arcendas feras. Salm. — *Podium.* In theatro Menianum, locum ad spectandum idoneum, cuius pars magis provecta *pulpitum* dicitur: « Nero, inquit Suetonius, perraro ludis prae-

vero, et libitina, totusque unius diei apparatus esset e succino. Maximum pondus is glebae attulit XIII librarum. Nasci et in India certum est. Archelaus, qui regnavit in Cappadocia, illinc pineo cortice inhaerente tradit advehi rude, polirique adipe suis lactentis incoctum. Liquidum primo destillare, argumento sunt quaedam intus translucentia, ut formicae, aut culices,

sidere, caeterum accubas primum parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueverat. » Dal. — *Podium*. Orchestra, in qua erant senatorum designata loca, Romae inter cuneos et scenam interiecta erat, praeducta muro pedem unum alto, quod podium dicebatur: qui murus columnis tres pedes altis ornabatur, quibus spectatores inniti possent. Erat orchestra graduum quatuor aut quinque, longa dimidiam scenae partem. Gradus orchestrae dignissimus imus fuit, podio proximus, et scenae. Iuvenalis Satyra II, versu 145: « Et Capitolinis generosior, et Marcellis, Et Catuli Paulique minoribus, et Fabiis, et Omnibus ad podium spectantibus: his licet ipsum Admoveas, cuius tunc munere retia misit. Hard. — *Succino nodarentur*. Sic Mss. Reg. 2, Colb. 3, aliique. Hard.

Libitina. Apparatus funebris, feretra, sandapilae, et, ut inquit Martialis, orcinianae spondae. Pugnaturis gladiatoribus in arenam libitinae instrumenta ferebantur, ut sandapilae, et lecti, sive tori, ut mortui protinus efferrentur. Portam vero qua evehebantur, in amphitheatro Libitinensem ideo vocabant, Quintilianus, « Sonabant ferali clangore tubae, illatisque libitinae toris ducebatur Innus ante mortem. » Lipsius. — *Et libitina*. Lectus quo gladiatores in arena mortui statim efferebantur, Libitina dicebatur: quoniam in aede Libitinae deae pararentur omnia necessaria ad funebrem apparatum. Horatius lib. III, od. ult. « Multaque pars mei Vitabit Libitinam. » H.

Totusque unius diei. Solinus, c. xx, pag. 40. Hard.

Maximum, is glebae attulit XIII librarum. Hoc est, Solino interprete, loc. cit. XIII millium librarum. Massam succini equo maiorem ad littus Schetlandiae appulisse aliquando prodidit Hector Boetius in Hist. Scotorum. Hard.

Nasci et in India certum est. Fortassis Indiae Tartaria septentrionali. Dalec. — *Nasci et in India*. Solinus cap. xx, pag. 41; Ctesias in Indicis, apud Photium cod. 73, pag. 152. H.

Archelaus. Cuius regnum in formam provinciae Tiberius redegit, ut Suetonius prodidit c. xxxvi. H.

Pineo cortice. Vocem *pineo* ex Mss. addidimus. Solinus paraphrastes cap. xx, pag. 41, de succino: « Rude primum nascitur et corticosum, deinde incoctum adipe lactentis suis expolitur, ad quem videmus nitorem. Hard.

Liquidum primo destillare. Hoc ipsum experimenta confirmant summorum virorum huius etiam aevi. Vide Kirchetum nostrum, Mundi subt. tom. II, pag. 75 et 76. H.

Ut formicae aut culices, etc. Mar-

lacertaeque, quas adhaesisse musteo non est dubium, et inclusas indurescenti.

XII. Genera eius plura. Candida odoris praestantissimi. Sed nec his, nec cereis pretium: fulvis maior auctoritas. Ex iis etiamnum amplior translucentibus, praeterquam si nimio ardore flagrent: imaginem igneam inesse, non ignem, placet. Summa laus Falernis a vini colore dictis, molli fulgore perspicuis. Sunt et in quibus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc quoque notum fieri oportet, quocumque libeat, tingi, hoedorum sevo, et anchusae radice: quippe etiam conchylio inficiuntur. Caeterum attritu

tialis lib. VI, epigr. xv: « Dum Phaëthontea formica vagatur in umbra, Implicuit tenuem succina gutta feram. Sic modo quae fuerat vita contempta manente, Funeribus facta est nunc pretiosa sua. » Et lib. IV, epigr. XXXII, de api electro inclusa: « Et latet et lucet, Phaethontide condita gemma, Vt videatur apis nectare clausa suo. Dignum tantorum pretium tulit illa laborum: Credibile est ipsam sic voluisse mori. » Et epigr. LIX de vipera electro inclusa: « Fletibus Heliadum ramis, dum vipera serpit, Fluxit in obstantem succina gemma feram. Quae dum miratur pingui se rore teneri, Concreto riguit vincta repente gelu. Ne tibi regali placeas Cleopatra, sepulcro: Vipera si tumulo nobiliore iacet. » Vide et Tacitum lib de Moribus German. pag 178. Kircherus in suo museo servare se ait, loc. cit. precariam dacadem, quam *rosaire* vocant, in qua quot succinei globis spectantur, tot differentes muscae sunt. HARD.

Musteo. Recenti. HARD.

XII. *Summa laus Falernis.* Solinus cap. xx, pag. 41, de succino: « Pro facie habet nomina: melleum dicitur, et Falernum: utrumque de similitudine aut vini, aut utique mellis. » HARD.

Verum hoc quoque. Isidorus haec breviter, Orig. lib. XIV, cap. 8, de succino: « Quocumque autem modo libeat, tingitur; nam anchusae radice conchylioque inficitur. » HARD.

Caeterum attritu digitorum accepta caloris anima, etc. Lege: « Caeterum attritu digitorum accepta vi caloris attrahunt in se paleas ac folia arida, et quae levia sunt; ac ut magnes lapis, ferri ramenta quoque. Succina oleo addito flagrant dilucidius diutiusque, quam lini medulla. » SALM. — *Accepta caloris anima.* Hoc est, *vi caloris.* In Mss. Reg. 2, et Colb. 3, *accepta vi caloris attrahunt*, etc. Tamen vulgatae lectioni favet Isidorus, qui exscripsisse ad verbum integra fide hunc locum videtur, Orig. lib. XVI, c. 8: « Vocari autem, inquit, a quibusdam harpaga, eo quod attritu digitorum accepta caloris anima, folia paleasque.... rapiat, sicut

digitorum accepta caloris anima trahunt in se paleas ac folia arida, quae levia sunt: ac ut magnes lapis, ferri ramenta quoque. Succina oleo addita flagrant dilucidius diutiusque, quam lini medulla. Taxatio in deliciis tanta, ut hominis quamvis parva effigies, vivorum hominum vigentiumque pretia superet: prorsus ut castigatio una non sit satis. In Corinthiis aes placet auro argentoque mixtum, in caelatis ars et ingenia. Murrhinorum et crystallinorum diximus gratiam: uniones, quod capite circumferuntur, gemmae digitis: in omnibus denique aliis vitiis ostentatio aut usus placet: in succinis deliciarum tantum conscientia.
3 Domitius Nero in caeteris vitae suae portentis, ca-

magnes ferrum. 2 Mox vero, ubi prius legebatur, 2 ac folia arida, ac philyras, ut magnes lapis ferrum. Ramenta quoque eius in oleo addita flagrant dilucidius, diutiusque, quam lini medulla 2 eosdem sequuti codices ad suum nitorem plane hunc locum restituimus, ut cuivis singula expendenti constabit. De attractiva alectri virtute, multa Kircherus noster erudite, Mundi subterr. lib. VIII, tom. II, pag. 76. Haud.

Ferri ramenta quoque. Non levia modo, sed et ponderosissima omnis generis metalla, ferrum, argentum, aurum, plumbum, ad x ac xx libras, ligneos baculos, hastas, chirotheccas, succini frusto attraxissa se Kircherus idem contestatur, pag. 77. Quod porro Geoponicon auctor lib. XV, cap. 1, pag. 406, famaque vulgi ocimum excipit, quod a succino posse trahi negat, ἀχυρώδη καὶ κοῦφα ἕλκει πρὸς ἑαυτόν. πλὴν ὠκίμου, id variis experimentis falsum esse et ipsi scimus, et idem Kircherus vidit. H. — *Ac ut magnes lapis, ferri ramenta*, etc. Gron et al. ante Hard. 2 Folia arida ac philyras, ut magnes lapis ferrum. Ramenta quoque succini oleo, etc. Ed. P.

Quam lini medulla. Ita libri omnes: haud dubie tamen, *quam pini medulla*, legi satius fuerit. Quid enim *lini medulla*? Stupane, quae medullae proxima? Vereor ut id satis dicatur apposite. Pini vero medullam, quam Graeci καρδίαν vocant, Theophrast. Hist. Plant. lib. I, cap. 9, maxime ἔνδαδον esse vere pronuntiavit, hoc est, ledo refertam. Hard.

Taxatio in deliciis tanta, etc. Superiore saeculo vigebat adhuc apud nos illa succini amor; iam exolevit. Vidi plures e succino effigies, etc. Brot.

Vt castigatio una non sit satis. Vt castigasse invehique in mores semel obiter non sit satis. Hard.

Auro argentoque mixtum. Gron. et al. ante Harduinum *argentoque mixto.* Ed. P.

Quod capite circumferuntur. Auribus videlicet. Hard.

Domitius Nero. Vide Auctorum indicem. Hard. — *Succina appel-*

pillos quoque coniugis suae Poppaeae in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine succina appellando. Et quoniam nullis vitiis desunt pretiosa nomina, ex eo tertius quidam hic colos coepit expeti a matronis. Vsus tamen succinorum invenitur aliquis in medicina: sed non ob hoc feminis placent. Infantibus adalligari amuleti ratione prodest. Callistratus et cuicumque aetati contra lymphationes prodesse tradit, et urinae difficultatibus potum, adalligatumque. Hic et differentiam novam attulit, appellando chryselectrum, quasi coloris aurei, et matutino gratissimi aspectus, rapacissimum ignium, et si iuxta fuerint, celerrime ardescens. Hoc collo adalligatum, mederi febribus et morbis: tritum cum melle ac rosaceo, aurium vitiis; et si cum melle Attico conteratur, oculorum quoque obscuritatibus. Stomachi etiam vitiis vel per se farina eius sumpta, vel cum mastiche ex aqua pota. Succina etiam gemmis, quae sunt translucidae, adulterandis magnum habent locum, maxime amethystis, quum omni, ut diximus, colore tingantur.

XIII. De lyncurio proxime dici cogit auctorum pertinacia. Quippe, etiam si non electrum id esset, lyncurium tamen gemmam esse contendunt. Fieri

laudo. Brot. ex Regg. Mss. et edit. princ. *succinos appell.* Ed. P.

Tertius quidam hic colos. Post autum et uniones: quae pariter matronae gestant. Hard.

Chryselectrum, quasi coloris, aurei. Haec iisdem fere verbis Marbodeus, lib. de Lapid. pret. cap. 47. Hard. — *Chryselectrum.* Hoc chryselectrum aureo colore praestans, est hyacinthus ex albo flavescens, *l'hyacinthe d'un blanc jaunâtre.* Brot. — *Gratissimi aspectus.* Gron. et al. ante Hard. *gratissimo aspectu.* Ed. P.

Stomachi etiam vitiis. Id quoque de suo electro πτερυγοφόρῳ Dioscorides lib. II, cap. 100. Hard.

Vt diximus. Hoc ipso cap. Hard.

XIII. *Lyncurium tamen gemmam esse contendunt.* Haec totidem verbis Solinus, cap. 11, p. 15, ac pro veris habuit. Item auctor Kiranidum, p. 42. Vide quae de lyncurio dicta sunt, lib. VIII, c. 57. H. — *Lyncurium.* Lyncurium gemmae genus, dictum Recentioribus, *tourmaline.* Ed. P.

autem ex urina quidem lyncis, sed egestam terra protinus bestia operiente eam, quoniam invideat hominum usui. Esse autem qualem in igneis succinis, colorem, scalpique. Nec folia tantum aut stramenta ad se rapere, sed aeris etiam ac ferri laminas, quod Diocles quidem et Theophrastus credit. Ego falsum id totum arbitror, nec visam in aevo nostro gemmam ullam ea appellatione: et quod de medicina simul proditur, calculos vesicae eo poto elidi, et morbo regio occurri, si ex vino bibatur, aut si portetur etiam.

XIV. Nunc gemmarum confessa genera dicemus, a laudatissimis orsi. Nec vero id solum agemus, sed ad maiorem utilitatem vitae obiter coarguetur magorum infanda vanitas, quando illi vel plurima prodidere de gemmis, medicinae ex his blanda specie prodigia transgressi.

Ex urina quid. lyncis, sed eg. t protinus bestia operiente, etc. De hac falsa origine lyncurii, iam Noster supra dixit, lib. VIII, c. 57. Ed. P.

Qualem in igneis succinis, colorem. Lyncurius ille lapis, *la pierre de lynx*, est colore hyacinthino ad puniceum inclinante, sine ulla nigritudinis mixtura, *hyacinthe la belle, de couleur aurore ou orangée, tirant sur le ponceau.* Brot. — Conf. paulo sup. not. 1. Ed. P.

Scalpique. Non scalpi quidem, sed scalpendis gemmis eam esse idoneam prodidit Phile, lib. de Propr. Anim. pag. 108: Οὖρον δὲ λυγγὸς ἐκτραχυνθὲν εἰς λίθον, Στεῤῥός τίς ἐστιν ἐγκοπεὺς πρὸς τοὺς λίθους. Hard.

Sed aeris etiam ac ferri. Quod lyncurium li scilicet electrum esse arbitrarentur. Nam succino vim eam inesse paulo antea diximus. Haec tot. dem verbis apud Theophr. leguntur, lib. περὶ λίθων, p. 6. Hard.

Theophrastus credit. De Lapid. c. 50. Gron. et al. ante Hard. *credidit.* Ed. P.

Ego falsum id. Falsum id quoque Dioscorid. arbitratur, lib. II, c. 100. H. — *Gemmam ullam ea appellatione.* Nempe mutata erant tempora; et Dioscoridis Plinique aetate, lyncurii ad succina referebantur. Brot.

Calculos vesicae. Vide quae dicta sunt lib. XXVIII, cap. 32. H. — *Calculos vesicae*, etc. Idem de crystallo perhibet Terzagius, Museum Septalianum, pag. 26. Nunc medici in lapidibus nullam vim medicam agnoscunt. Brot.

XIV. *Medicinae.* Omnia medicinae prodigia superantes, blandis pollicitationibus remediorum a gemmis, «quae sunt incredibilia et falsa.» H.

XV. (IV). Maximum in rebus humanis, non solum inter gemmas, pretium habet adamas, diu non nisi regibus et iis admodum paucis cognitus, auri modo in metallis repertus, perquam raro: comes auri, nec nisi in auro nasci videbatur. Veteres eum in Aethiopum tantum metallis inveniri existimavere, inter delubrum Mercurii, atque insulam Meroën: dixeruntque non ampliorem cucumis semine, aut colore dissimilem inveniri. Nunc genera eius sex noscuntur: Indici, non in auro nascentis, sed quadam crystalli cognatione. Siquidem et colore translucido non differt,

XV. *Diu nonnisi regibus et iis admodum paucis cognitus.* Lege: « Diu non nisi regibus, et iis admodum paucis cognitus; ita appellatus, auri modo in metallis repertus, perquam raro comes auro, sed nec nisi in auro nasci videtur. » Verum adamantem et hoc nomine maxime dignum eum habitum vult Plinius, qui in auro nasceretur. Vel legendum: « perquam puro comes auro. » Salm. — De adamantis generibus, vide Garciam ab Horto rerum Indicarum lib. I, cap. 47. Dal.

Auri modo. Sic Reg. 2, et Colb. 3. In editis vitiose, *unus modo.* Nec minus corrupte in Chiffl. *auri nodus*, quanquam id intelligo placere Salmasio, in Solin. p. 1037. Ariolantur qui Plinium hallucinatum hoc loco putant, ac spumam auri, quam id dum excoquitur, exspuit (Graeci nonnulli ἀδάμαντα nuncupant) pro adamante gemma accepisse autumant. Hard.

Nec nisi in auro. Mox, et in auro non nisi excellentissimo natales. » H.

Inter delubrum Mercurii, etc. Fabulosum id. Dal.

Indici, non in auro nascentis. In Indise provincia Bisnagar, duabus vel tribus cautibus: in Decan duabus: una ad fretum Taniam reperiri, scribit Garcias. Dal. — *Non in auro nascentis.* Bene ac vere. Indicus adamas maxime reperitur in eo terrarum spatio quod interiacet inter fluvios *Criehna* et *Penna.* Pint.

Sed quadam crystalli cognatione. Fere crystalli similis. Solinus, cap. LII, pag. 82, de adamante: « In quodam crystalli genere invenitur, materiae, in qua nascitur, adaeque similis, splendore liquidissimo, in mucronem sesangulum utrimque secus leniter turbinatus, nec umquam ultra magnitudinem nuclei avellanae repertus. » Expressit hoc idem versu Marbodeus, lib. de Lapidib. prel. c. 41: « Vltima praecipuum genus India fert adamantis, De crystallorum natum sumptumve metallis: Hunc ita fulgentem crystallina reddit origo, Vt ferruginei non desinat esse coloris. Hic sed avellana maior nuce non reperitur. » Genera adamantum a Plinio, caeterisque Veterum proposita, aetati huic nostrae ignota censemus, cum Aldrovando de Metall. lib. IV, cap. 78, p. 947. Hard.

et laterum sexangulo laevore turbinatus in mucronem: aut duabus contrariis partibus, ut si duo turbines latissimis suis partibus iungantur: magnitudine vero etiam avellanae nuclei. Similis est huic quidem Ara-

Laterum sexangulo laevore. Immo adamas octonos naturaliter habet angulos, ut in celeberrimo Imperatoris Brasiliae clarissime apparet, cui hominis manus non accessit. Conf. infra not. 9. Ed. P.

Aut duabus contrariis partibus. Subintellige, acuminatus, seu turbinatus in mucronem, ab utraque parte. Gallice, *en lozange.* Hasp. — Duae sunt quas adamas arte induit, apud nos praecipuae formae: *le brillant, la rose*, quarum prior optima; posterior non ita commendabilis, quum ad adamantas minores, aut vitio quodam deturpatos plerumque pertineat. Tertia fuit et forma, *taille en biseau*, quae iam pridem obsolevit. Ed. P.

Magnitudine vero etiam avellanae nuclei. Adamantibus locupletiores longe sumus quam antiqui; maiores quoque habemus. Vulgatissimi apud nos cuius pondus infra quatuor grana (vulgo *carat* appellant) consistit; nec eorum usus, nisi ad minutissima opera, vel ad secandum vitrum pulveremve arpetendum, quo adamas unice potest caedi, *l'égrisée:* pluris aestimantur qui unum, vel duo, tresve aut quatuor *carats* pendent; optimi habentur, qui quinque aut paulo amplius; rariores iam qui duodecim; rarissimi, quorum pondus viginti *carats* sit. Sed inventi sunt, qui centum, immo bis terve centum *carats* penderent, pretii videlicet immensi. Insigniores nostris temporibus exstitere: in Gallia, *le Sancy*, cuius pondus 55 *carats*, teste Romé Deslisle, non 126, ut olim ferebatur; emptus est gallicae monetae libris 600,000: *le Régent*, sic dictus ab Aurelianensi duce Philippo illo, qui pulcherrimam omnium huius generis gemmam emit libris 2,500,000; nunc multo pluris veniret: pondus eius 136 *carats* 3/4; priusquam caederetur plus pendebat 410. In Austria imperatoris adamas, cuius pondus 139 *carats* 1/2; pretium eius ex Tavernieri computatione, librae 2,608,335. Omnium maximus in insula Borneensi (*Borneo*) adamas ducis quem vulgo dicunt *raja de matum*: pendet *carats* ter centum, seu duas et amplius uncias. Mox in India, Mogolici imperatoris, adamas, cuius pondus 279 *carats* 9/16; pretium ex Tavernieri computatione eadem, 11,723,278. Tum in Russia, adamas ovi columbini magnitudine, quem anno 1772 Catharina II, imperatrix, a mercatore graeco emit 450,000 *roubles*, gallicae monetae lib. 2,250,000, pacta insuper, quamdiu mercator viserit, annuas monetae nostrae lib. 100,000. Fertur fuisse subreptus in India a milite gallo in templo *Bramae.* Vnus erat es oculis statuae dictae de *Scheringam.* Pondus eius 193 *carats*: peioris autem formae, neque ex nitidissimis, videtur adamas imperatoria Brasiliae qui pendet 120, sive, ut alii volunt, 93 *carats* 3/4, sed non fuit caesus, ut iam supra monuimus. Ed. P.

Similis est huic quidem Arabicus, etc. Lege: »Similis huic Arabicus,

bicus, minor tantum similiter et nascens: caeteris pallor argenti, et in auro non nisi excellentissimo natales. Incudibus hi deprehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrum utrinque dissultet, incudesque etiam ipsae dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, si-

minor tantum, similiter nascens, caeteris pallidior ut argentum. At in auro non nisi excellentissimo natales. Incudibus is deprehenditur, etc. Salm.

Minor tantum. Haec verba sic Marbodeus accepit, ut minoris pretii quidem, non item molis esse intellexerit, loco citato: Alterius generis producit Arabs adamantem, non sic invictum: nam frangitur absque cruore: Nec par huic nitor est, pretiique minoris habetur: Pondere sit quamvis, cuormi et corpore maior. w. H.

Similiter et nascens. Hoc est, ut Indicus, non in auro nascens, sed quadam crystalli cognatione.

Caeteris pallor argenti. Caeteris adamantis generibus, praeter Arabicum, Indicumque, pallor est argenti; natales in excellentissimi auri metallis. Libri hactenus editi insulse, s caeteris pallor gentis. s Alii, *pallor ingens*, reponere nitebantur. Reg. 2, et Colb. 3, s caeteris pallidior argento et auro. s Salmasius in Solinum, s caeteris pallidior sd argentum, et in auro... natales s ut haec ad Arabicum adamantem referantur, de quo proxime antea sermo fuit. Mox idem, s incudibus is deprehenditur, ita respuens ictum, etc. s Quae sunt omnia a scriptoris mente admodum abhorrentia: nam Arabicum primum adamantem *similiter* atque Indicum *nasci* ante prodidit, hoc est, s non in auro, sed quadam crystalli cognatione: s caeterisque generibus communes deinceps dotes eas esse velle, palloris nimirum argenti, viriumque incudibus indomitarum, aperte prodit, quum subiicit: s Vuum ex iis vocant cenchron s ex iis sc. generibus quae modo complectitur, dotibus assignatis, quae sunt omnibus iis communes. Errandi argumentum et causam Salmasio Solinus obiecit, c. LII, p. 82, ubi posteaquam de Indico adamante dixit, Arabico neglecto, transiliit ad unum e reliquis generibus, de quo sic ille: s Huic proximus, in excellentissimo auro deprehenditur, pallidior, ac magis ad argenti colorem renitens. s Quae Salmasius ad Arabicum adamantem, quem Plinius Indico proximum facit, pertinere credidit. Sed Adamantis genera Plinius, quam Solinus, plura agnovit: iste quaterna tantum: sena ille, ac diversa.

Incudibus hi. Marbodeus Indico soli hanc dotem assignat. Solinus, c. LII, pag. 82, Indico et alteri generi, cuius natales in auro: s Nec ferro vincuntur, inquit, nec igne domantur. s H.

Ita respuentes ictum. Fabulosum id esse tradit Gareias, fam et in scobem malleolo redigi, et facillime confringi atterique in mortario pistillo ferreo. Dal. — *Quippe duritia.* Haec totidem verbis Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 13. Vide egregiam de ea re dissertationem, apud Theophr. Simocattam, phys. Quaest. I. Nostri tamen adamantes adeo non ictum mallei respuunt, ut etiam in scobem malleolo redigantur. Facillime vero pistillo ferreo in mortario confringi et atteri solent, ut eorum scobe adamantes alii po-

mulque ignium victrix naturâ, et numquam incalescens. Vnde et nomen indomita vis graeca interpretatione accepit. Vnum ex iis vocant cenchron, quod est milii magnitudine. Alterum Macedonicum in Philippico auro repertum: et hic est cucumis semini par. Post hos Cyprius vocatur in Cypro repertus, vergens in aërium colorem, sed in medicina, ut dicemus,

liantur. Vide Garciam ab Horto, in Arom. Hist. cap. XLVII. H. — *Duritia inenarrabilis est.* Quum duritiae invictae adamantem esse crederent Veteres, falsa haec opinio eum scriptis eorum ad nuperiores transiit, et maximo, praesertim Lusitanis, damno fuit, qui plurimas et pretiosissimas quidem gemmas malleolo temere confregerunt, dum naturam experiri vellent. EN. P.

Vnde et nomen indomita. Ἀδάμας, ἀπὸ τοῦ α καὶ δαμάζω, id est *domo*, quod nulli materiae cedat. H.

Vnum ex iis vocant cenchron. Lege: « Vnum ex iis vocant centron, quod est milii magnitudine. » Graeci κέντρον vocant in omni materie nodosam duritiem, quae ictus respuit, ac ferro findi frangique negat. Vide Plin. lib. XVI, c. 39: « Publicum omnium vitium vocant spiras ubi convolvere se venae atque nodi. Inveniuntur in quibusdam, sicut in marmore centra, id est, duritia clavo similis, inimica serris. » Atqui in gemmis ea centra reperiuntur. Plin. de Sapphiris Medicis: Praeterea inutiles scalpturae intervenientibus crystallinis centria. » Ergo illa centra in gemmis ferro scalpi negant et scalpturae resistunt. SALM. — *Cenchron.* Ita clare Colb 3, aliique MSS. et typi omnes. Et κέγχρος quidem milium sonat, unde ei adamanti nomen. Nodum quaerit in scirpo Salmasius, in Solin. pag 1074, qui *centron* reponere conatur, hoc est, centrum, seu nodum, nodosamve duritiem, quae in gemmis reperitur interdum. HARD.

In Philippico auro repertum. In metallis aurariis, quae sunt in Philippensi Macedoniae agro. In ferrariis dixit Marbodeus, loc. cit. « Tertis est adamas, quem dat maris insula Cypros. Quartum producit ferraria vena Philippis. » At falso, quum his generibus natales in auro esse Plinius praemonuerit. Sed Solinum ille transcripsit, qui quartum similiter genus adamantis metallis ferrariis adiudicat, non tamen Philippensibus: quum neque in ullis, ut mox dicemus, reperiri possit. HARD.

In aërium colorem. Vel caeruleum, vel in translucido liquidum. Ita clare Colb. 3. In aliis *aereum*, errore minime dubio. Epiphanius, de gemmis, pag. 230: Ὁ λίθος ὁ ἀδάμας ἐμφερής ἐστι κατὰ τὴν χροιὰν τῷ ἀέρι. Et p. 231: Ὃς ἂν ὁ ἀληθεὶς ἀδάμας, τὴν χροιὰν ἀερίζων. Hoc loco corruptis Plinii codicibus usum Solinum intelliges, qui et *aereum* legit, et aereum adamantem commentus est, et Cyprum pro cupro, sive pro aere interpretatus est. » Tertius, inquit, c. LII, pag. 82, in venis cupri apparet propior ad aeream faciem. » Similemque alium subtexit errorem, quum

efficacissimus. Post hunc est siderites ferrei splendoris, pondere ante caeteros, sed natura dissimilis. Nam et ictibus frangitur, et alio adamante perforari potest: quod et Cyprio evenit: breviterque, ut degeneres, nominis tantum auctoritatem habent. Idque, quod totis voluminibus his docere et mandare conati sumus, de discordia rerum concordiaque, quam antipathiam ac sympathiam appellavere Graeci, non aliter clarius intelligi potest. Siquidem illa invicta vis duarum violentissimarum naturae rerum, ferri ignisque, contemptrix, hircino rumpitur sanguine; neque aliter quam recenti calidoque macerata, et sic quoque multis ictibus: tunc etiam, praeterquam eximias, incudes malleosque frangens. Cuius hoc ingenio inventum? quove casu repertum? aut quae fuit conie-

eum quem Plinius sideriten dixit, quod ferrei sit coloris, ipse in ferrariis officinis colligi somniavit: sQuartus, inquit, in metallis ferrariis legitur, pondere caeteros antecedens, etc. Haao.

Vt dicemus. Sub finem nempe huius capitis. Haad.

Post hunc est. Σιδηρίτης, non quod in ferrariis metallis invenitur, ut Solinus somniavit, esp. LII, p. 82, sed quod est ille ferrei coloris. Hasd. — *Siderites ferrei splendoris.* Adamas ille, *le diamant bleuâtre ou couleur d'acier.* Cl. Boyle tales adamantes vidit, qui a magnete attrsherentur. Cyprius quoque, ut credi potest, fuit siderites. Brot.

Nam et ictibus frangitur. Totidem verbis haec Solinus, loco citato. H. — *Et alio adamante.* Adamas, omnium corporum quae novimus, durissimum, non nisi alio adamante, in scobem redacto, caedi, perforari aut poliri potest. Ed. P.

Siquidem illa invicta vis duarum violentissimarum naturae rerum, etc. Haec Solinus ad verbum, loc. cit. et Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 13. Haao.

Hircino rumpitur sanguine. Garcias ab Horto expertum se id scribit, sed vana spe. Dalec. — *Hircino rumpitur sanguine.* Negant hoc esse verum recentiores physici, nisi hircus antea petroselino ac silere montano pastus sit: his herbis frangendi vim hircinum sanguinem adipisci: adeo ut ruta muraria sola hirco enutrito, per dies quadraginta, prohibitoque ab omni potu, nisi ut sub noctem pluviam decidentem lamberet, interfecti sanguinem leniter exsiccatum, comminuendi calculi causa aegris propinatum esse, felicissimo eventu. H. — *Hircino rumpitur sanguine.* Fabula mera, cui ne ullam adhiceret fidem, bono Harduino satis erat Dalecampii nutam inspexisse. Hanc divulgatam credit fabulam Broterius, ut adamantis fran-

ctura experiendi rem immensi secreti, et in foedissimo animalium? Numinum profecto muneris talis inventio omnis est. Nec quaerenda in ulla parte naturae ratio, sed voluntas. Et quum feliciter rumpere contigit, in tam parvas frangitur crustas, ut cerni vix possint. Expetuntur a scalptoribus, ferroque includuntur, nullam non duritiam ex facili cavantes. Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum, ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprehenderit, rapiat, atque auferat. Adamas et venena irrita facit, et lymphationes abigit, metusque vanos expellit a mente: et ob id quidam eum anachiten vocavere. Metrodorus Scepsius, in

gendi artem mercatores opificesve occultarent. Ed. P.

Expetuntur a scalptoribus. Solinus, loc. cit. « Fragmenta scalptoribus in usum insigniendae cuiuscumque modi gemmae expetuntur. » Isidorus, Orig lib. XVI, c. 8: « Adamantis fragmentis scalptores pro gemmis insigniendis perforandisque utuntur. » Albertus Magnus de Miner. lib. II, tract. 2, p. 227: « Hic autem lapis penetrat ferrum, et caeteras gemmas omnes, praeter chalybem, in quo retinetur. » H. — *Nullam non duritiam ex facili cavantes.* En egregium artis experimentum, quo antiquitus durissima quaeque adamante fuisse aculpta manifestum est. Et antiquissimum esse illum usum non modo constat Plinii auctoritate, sed et Ieremiae multo antiquioris. Ierem. XVII, 1: Artem olim notissimam renovavit circa annum 1475 Ludovicus Berquemius. Baor.

Dissidet cum magnete lapide in tantum, ut, etc. Fabulosum id quoque Garcias ab Horto, non semel expertus, tradit Dalec. — *Adamas.* Ita Solinus, Isidorus, Albertus, locis citatis Marbodeus, de Lapid. pret. c. 4: « Omnibus aequa tamen vis est adducere ferrum: Quod facit et magnes absente potens adamante: Nam praesens adamas magneti quod rapit, aufert. » Non habet hanc vim adamas orbi nostro nunc cognitus. Haud. — Immo numquam habuit, ut ex omnibus recentiorum experimentis patet. Ed. P.

Adamas et venena irrita facit. Solinus, et Isidorus, locis citatis. Albertus his amplius, loco citato: « Dicuntque Magi, quod lacerto sinistro alligatus, valet contra hostes, et insaniam, et indomitas bestias, et feros homines, et contra iurgia et rixas, et contra venena, et incursus phantasmatum, et incubórum. » Marbodeus, loc. cit. « Et noctis lemures, et somnia vana repellit, Atra venena fugat, etc. »

Et ob id quidam eum anachiten vocavere. Anachyten, quod animi moerorem effundat; ἀνάχυσις mollities, lascivia. In MSS. legitur, *euiacitem*: fortassis εὐναχοίτην, quod cubituris metu depulso, moereoreque levato,

eadem Germania et Basilia insula nasci, in qua et succinum, quod equidem legerim, solus dicit: et praefert Arabicis: quod falsum esse quis dubitet?

XVI. Proximum apud nos Indicis Arabicisque margaritis pretium est, de quibus in nono diximus volumine inter res marinas.

(v). Tertia auctoritas smaragdis perhibetur pluribus de causis. Nullius coloris aspectus iucundior est. Nam herbas quoque virentes frondesque avide spectamus: smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Praeterea soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant. Quin et ab intentione alia obscurata, aspectu smaragdi recreatur acies. Scalpentibusque gemmas non alia gra-

somnum conciliet, recreata tranquillataque mente. Alii quod τὰ ἄχη, id est, τὰς λύπας παύει, quod animi aegritudines et anxietates sedat et discutit. Dal. — *Anachiten.* Sic libri fere omnes editi. In Parmensi edit. *anchiten.* Reg. 2, et Colb. 3, *quodam cunaciten.* An σύνκοιτην (ut Dalecampius legi voluit), quod metus a lecto somnoque pellat? nam et σύνοιτη et κοίτη lectus dicitur. Salmasius in Solin. ἀναγκίτην legit, p. 1085, quod metus sedet: nam metum ille, caeterosque animi affectus, quae πάθη Graeci vocant, ἀνάγκας appellari posse, credi cogit: pareant, quibus ille iusserit. H. — *Anachiten.* Broter. ex MSS. Regg. 2, 3, 5, 6, *cunaciten,* id est, sopientem, abolentem curas; ab σύνάζω et ἀχός. Ed. P.

XVI. *In nono diximus.* Lib. IX, c. 54 et sqq. Hard.

Tertia auctoritas smaragdis. Haec iisdem fere verbis Solinus, cap. xv, pag. 35; Isidorus item Orig. lib. XVI, cap. 7. Maragdum absque praevio sibilo scribendum esse contendit Athenaeus lib. III, pag. 94, quod ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν, hoc est, a splendore nomen habere vult. Nostris, *émeraude.* Hard. — *Smaragdis.* Non ignotus fuit antiquis verus smaragdus, ac perfecte viridis, ut videtur ex Plinii aliorumque descriptionibus, et gemmis antiquis, maxime Marine, Honorii imperatoris uxoris Pedes sollii imperatoris Turcici (ut fertur) smaragdis fulgent. Sunt tamen qui velint verum smaragdum reperiri tantum in America. Brot. — Et in Asia quoque orientali. Ed. P.

Nihil omnino viridius comparatum illis viret. Leg. »Smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatu, etc.« Salm.

Praeterea soli, etc. Solinus, ex Theophrasto, et Isidorus, locis citat. Hard.

Scalpentibusque gemmas non alia gratior. Solinus, loco citato: »Deinde abluitur fatigatos coloris reficiunt lenitate: nam visus, quos alterius

tior oculorum refectio est: ita viridi lenitate lassitudinem mulcent. Praeterea longinquo amplificantur visu, inficientes circa se repercussum aëra: non sole mutati, non umbra, non lucernis, semperque sensim radiantes, et visum admittentes, ad crassitudinem sui facilitate translucida: quod etiam in aquis nos iuvat. Iidem plerumque et concavi, ut visum colligant. Quapropter decreto hominum iis parcitur, scalpi

gemmae fulgor retuderit, smaragdi recreant et exacuunt. » H.

Amplificantur visu, etc. Amplificari visu longinquo scribit, quia aërem sibi vicinum inficientes, quae proxima sunt, immo etiam longinqua, videnda tradant oculis viridi colore infecta. Et paulo post lego: » quod etiam in aquis nos iuvat; » in aquis. hoc etiam iuvare ait et delectare, si vitrea perspicuitate visum ad imum usque fundum admittant. Et paulo post legit: » Proximam laudem habent sicut et sedem, Bactriani in commissuris saxorum colligere eos dicuntur Etesiis flantibus: tunc enim tellure aperta nitent, etc. » Et paulo post: » Tertium locum Aegyptii habent, qui eruuntur circa Copton incolis, ex cautibus » id est, qui eruuntur ex cautibus ab incolis circa Copton. Salm. — *Amplificantur visu.* Praeterea ex longo spatii intervallo oculos feriunt, et amplissimam emittunt ex se lucem. Hard.

Inficientes circa se repercussum aëra. Eadem ambage sermonis, Solinus, pag. 36: » Proxima sibi inficiunt aëre repercusso. » Isidorus, loc. cit. » Inficiunt circa se viriditate repercussum aërem. » Albertus Magnus de Miner. lib. II, pag. 239: » Vicinum aërem sua videtur tingere viriditate. » H.

Non sole mutati. Nec sol, nec umbra, nec lucernae, vividam eam viriditatem auferunt. Hard.

Ad crassitudinem sui facilitate translucida. Ad intimum usque sui crassitudinem, quoniam translucida est, et facile visum transmittit. H.

Quod etiam in aquis nos iuvat. Sic MSS. Reg. 2, Colb. 3, aliique, non ut editi perperam, » quod etiam in aquis non fit. » Sententia est, in aquis etiam iuvare hoc ac delectare plurimum, si vitrea ac pellucida perspicuitate, ad imum usque fundum, visus admittant. Hinc illud de fonte pervulgatum, ut sit » vitreis pellucidus undis. »

Vt visum colligant. Vt aspectum cogant, nec radios, quos vocant visuales, dissipent. Dignus risu ac sibilo Solinus, qui cap. xv, pag. 36, hunc Plinii locum sic interpretatur: » Quum concavi sunt smaragdi, inspectantium facies aemulantur. » H.

Quapropter decreto. Solini paraphrasis: » Nec aliam ob causam placuit ut non scalpantur, ne offensum decus imaginum laconis corrumperetur. » Hard. — *Scalpi vetitis.* Inde in dactyliothecis antiquarum gemmarum rarissimi sunt smaragdi. At quum his legibus non tenerentur principes, in sepulcro Mariae, filiae Stiliconis, uxoris Honorii, quod effossum est in Vaticano D. Petri templo, anno 1593,

vetitis. Quanquam Scythicorum Aegyptiorumque duritia tanta est, ut nequeant vulnerari. Quorum vero corpus extensum est, eadem, qua specula, ratione supini imagines rerum reddunt. Nero princeps gladiatorum pugnas spectabat smaragdo.

XVII. Genera eorum duodecim: nobilissimi Scythici, ab ea gente, in qua reperiuntur, appellati. Nullis maior austeritas, nec minus vitii. Et quantum smaragdi a gemmis distant, tantum Scythici a caeteris smaragdis. Proximam laudem habent, sicut et sedem, Baetriani; quos in commissuris saxorum colligere

inter caeteras gemmas pluresque smaragdos unus erat in quo incisum Honorii caput. Brot.

Quanquam Scythicorum, etc. Solinus loc. cit. Haan.

Quorum vero corpus extensum est. Solinus item loc. cit. et Isidorus Orig. lib. XVI, 7. Marbodeus lib de Lapid. pret. cap. 54: « Optimus hic situs est, quorum sunt corpora plana. » H.

Nero princeps. Isidorus, loco citato. Marbodeus, lib. de Lapid. pret. cap. 54: « Omne virens superat forma viridante smaragdus, Cuius bis quinae species binaeque feruntur: Praecipuus Scythicis honos est; et gratia maior. His usum speculis testatur fama Neronem, Quum gladiatorum pugnas spectare libebat. » Hard.

XVII. *Genera eorum.* Albertus Magnus, lib. II, de Mineral. pag. 236: « Smaragdi, propter planitiei et coloris varietatem, dicunt esse diversitates duodecim. » Nunc genera tantum bina noscuntur; orientale et occidentale: ab Indiis unde adveliuntur. Haan.

Nobilissimi Scythici. Garcias ab Horto locum eius natalem vix cognosci tradit, nullis fragmentis remanentibus, quoniam ea propter raritatem mercatores auferant. Verum alia et certa haec ratio est, quod smaragdi in Scythis, Bactris, Aegypto, regionibus procul dissitis ab India, in qua Garcias degebat, reperiantur. Dal. — *Nobilissimi.* Isidorus et Solinus, locis cit. Scythidem gemmam appellat Martianus, lib. 1, pag. 18 et 20. Haan.

Nullis maior austeritas. Solinus, loc. cit. « laudantur austeri, » hoc est, saturi coloris. Mss. tamen Reg. et Colb. « nullis maior auctoritas, » sed mendose: quum iidem cap. seq. clare exhibeant, « tenorem illum Scythicae austeritatis non semper custodiunt. » H. — *Austeritas.* Austeritatem illam nos dicimus *le velouté.* Brot.

Proximam laudem habent. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 7, et Theophr. περὶ λίθων, p. 7. Vbi tamen, ut optime Dalecampius animadvertit, aliique post eum, nihil ille de commissuris saxorum: sed intezi solum smaragdos calycibus gemmatis, εἰς τὰ λιθόκολλα: colligi eosdem in arena Etesiis flantibus, quia venti ii movent arenas, ac tellure detersa interniitentes smaragdos aperiunt. Hard.

Quos in commissuris saxorum. Nihil

dicuntur Etesiis flantibus. Tunc enim tellure internitent, quia iis ventis maxime arenae moventur. Sed hos minores multo Scythicis esse tradunt. Tertium locum Aegyptii habent, qui eruuntur circa Copton oppidum Thebaidis in collibus, ex cautibus. Reliqua genera in metallis aerariis inveniuntur. Quapropter principatum ex iis Cyprii obtinent: dosque eorum est nec in colore liquido, nec diluto, verum ex humido pingui, quaque perspiciatur, imitante translucidum mare: pariterque translucentem colorem expellit, et aciem reficit. Ferunt in ea insula tumulo

de hac re Theophrastus. Et probabile, si arena commota inveniantur, in sabulo magis nasci: nisi forte putemus, alio tempore nitorem illorum obscurari arenarum appulsu, Etesiis vero flantibus discuti sabulum illud ac disiici, ideoque tum fulgere. Theophrasti verba sunt hanc lib. περὶ λίθων· Οἷς δέ τις τὰ λιθόκολλα χρῶνται ἐκ τῆς Βακτριανῆς εἰσι πρὸς τῇ ἐρήμῳ· συλλέγουσι δὲ αὐτοὺς ὑπὸ ἐτησίας ἱππεῖς ἐξιόντες· τότε γὰρ ἐμφανεῖς γίνονται κινουμένης τῆς ἄμμου διὰ τὸ μέγεθος τῶν πνευμάτων· εἰσὶ δὲ μικροὶ καὶ οὐ μεγάλοι. Id est, « Carbunculi ex Bactriana, quibus utuntur ad gemmata monilia, in desertis nascuntur. Colligunt eos flantibus Etesiis equites illo egressi; tum enim aurae vehementia commotis arenis apparent. Sunt autem parvi ac non magni. » Dal.

Tellure internitent. Solinus, loc. c. « Inveniuntur Etesiis flantibus: tunc enim detecto solo facillime internitent: nam Etesiae plurimum arenas movent. » Isidorus similiter, loc. cit. « Tellure deoperta interniteant. » Theophrastus, loc. cit. τότε γὰρ ἐμφανεῖς γίνονται. H. — *Tellure internitent.* Broter. ex Mss. Regg. 2, 3, 5, 6, et edit. princ. *tellure tersa, nitent.* Ed. P.

Tertium locum Aegyptii, etc. Isid. loc. cit. H.

Thebaidis in collibus. Inter Copton et Berenicen mons est ille smaragdus, *la mine d'émeraudes*, quem P. Sicard. invisit. Brot.

Reliqua genera. Solin. et Isid. locis cit. H.

Quaque perspiciatur, imitante translucidum mare. Legend. « Dosque eorum est in colore liquido, nec diluto, verum ex humido pingui, quaque perspicitur, imitante translucidum maris. » Ita liquidos vult esse illos smaragdos, ut diluti non sint, sed ex liquido et humido pingues. Salm. — Brot. ex Mss post Sahnasium, *quaque perspicitur, imitante translucidum maris* Ed. P.

Translucentem colorem expellit. Aeque atque mare, colorem emittit translucentem, aciemque reficit. Sic Mss. omnes: typi interpolati: « pariterque translucet et nitet, hoc est, colorem expellit, et aciem recipit. » Hard.

reguli Hermiae, iuxta cetarias, marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis, ita radiantibus etiam in gurgitem, ut territi refugerent thynni: diu mirantibus novitatem piscatoribus, donec mutavere oculis gemmas.

XVIII. Sed et vitia demonstrari oportet in tam proclivi erratu. Sunt quidem omnium eadem. Quaedam tamen nationum peculiaria, sicut in homine. Ergo Cyprii varie glauci, magisque ac minus in eodem smaragdo aliis partibus tenorem illum Scythicae austeritatis non semper custodiunt. Ad hoc quibusdam intercurrit umbra, surdusque fit colos, qui improbatur, etiam dilutior. Hinc genera distinguuntur. Sunt aliqui obscuri, quos vocant coecos: alii densi, nec e liquido translucidi: quidam varia nubecula improbati. Aliud est hoc, quam umbra, de qua diximus. Nubecula enim albicantis est vitium, quam viridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine visum candor. Haec coloris vitia: illa corporis, capillamentum, sal, plumbago. Ab iis Aethiopici laudantur a Copto dierum trium itinere, ut auctor est

Hermiae. De illo Suidas: Ἑρμίας ὁ σύνοῦχος, etc. H.

Vt territi refugerent. Gron. et al. ante Hard. *ut territi instrumenta refugerent.* Ed. P.

XVIII. *Scythicae austeritatis.* De qua dictum est sup. cap. Sic Mss. Reg. 2, Colb. 3. Fux. et alii omnes. Editi male, *auctoritatis.* H. — Mox Brot. male, *ab hoc.* Ed. P.

Surdusque fit colos. Hebesque fit. Hard.

Quos vocant caecos. Marbodeus, lib. de Lapid. pret. in praef. de gemmis: « Quae non translucent, caecas voluere vocari. » H.

De qua diximus. Paulo ante, ac plane modo. H.

Albicantis. Smaragdi. H.

Illa corporis. Solinus, cap. xv, p. 36, de smaragdis: « Vitiosi eorum intrinsecus quasdam sordes habent, vel plumbo, vel capillamentis, vel etiam sali similes, » hoc est, grano salis, sive verrucae, ut dictum antea. De plumbo, sive plumbagine, ipse mox. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 7, hunc locum exscribens, *lapillamentis* mendose, pro capillamentis posuit. H.

luba, acriter virides, sed non facile puri aut concolores. Democritus in hoc genere ponit Hermeos, et Persicos: illos extumescentes: Persicos vero non translucidos, sed iucundi tenoris, visum implere, quem non admittant, felium pantherarumque oculis similes: namque et illos radiare, nec perspici: eosdem in sole hebetari: in umbra refulgere, et longius, quam caeteros, nitere. Omnium horum etiamnum vitium, quod fellis colorem, aut aeris habet. In sole dilucidi quidem ac liquidi, sed non virides. Haec vitia et Atticis maxime sentiuntur, in argentariis metallis repertis, in loco qui Thoricos vocatur, semper minus pingues, et e longinquo speciosiores. Frequens et iis plumbago, hoc est, ut in sole plumbei videantur. Illud peculiare, quod quidam ex his senescunt, paulatim viriditate evanida, et sole laeduntur. Post hos medici plurimum viriditatis habent, interdum et e

Acriter virides. Mss. omnes, *alacriter virides*. — Reg. 2, Colb. 3, Fux. alii. H. — *Acriter*. Sic et edit. princ. Brot. ex Regg. 2, 3, 5, 6, *alacriter*. Color autem alacriter viridis nobis dicitur, *le vert gai*. Eo. P.

Hermeos. Sic iidem Mss. non *Herminos*. Ab Hermia supra dicto hi nomen habent. H. — *Extumescentes*. Gron. et al. addita una voce, *extum. pinguiter*. Eu. P.

Quod fellis colorem, aut aeris habet. Prius legebatur, *aut aeris*. Mss. Reg. 2, Colb. 3, Fux. alii, *aeris olei* exhibent, credo mendose. Aeris certe color fellis est colori affinis. Et Marbodeus, lib de Lapid pret. cap. 54, de smaragdis: « Sunt et qui venis nasci perhibentur in aeris, Quos maculis vitiosa notat natura smaragdi. » Rubiginia aeris habere viriditatem ait Albertus Magnus, lib II de Mineral tract. 2, pag 237: « et qui in venis aeris nascuntur, maculosos, quod admixturam habent cum illo lapide. » — Albertus Magnus, lib. II de Min. p. 236: « Aliquando quoddam fel nigrum per modum virgularum permixtum habet. » H.

Thoricos vocatur. Populus ex Acamantide tribu. Dal. — *Thoricos*. Lib. IV, cap. 11: *Thoricos promontorium*. Harn.

Hoc est, ut in sole. Ita melius Romana et Parmensis editio, quam Mss. quidam, *in solo*. H. — Brot. tamen, *in solo*. Eo. P.

Post hos medici. Horum meminit etiam Solinus, c. xv, p. 35. E Media, quae Persidis regio est, advehuntur. Harn.

Plurimum viriditatis. Mss. omnes, *varietatis*, minus recte. H. — Br. ex Regg 2, 3, 5, 6, *varietatis*. Variant

sapphiro. Ii sunt fluctuosi, ac rerum imagines complexi, ut verbi gratia papaverum, aut avium, pinnarumque vel capillorum, aut similium. Qui non omnino virides nascuntur, vino et oleo meliores fiunt: neque est aliorum magnitudo amplior.

Calchedonii nescio an in totum exoleverint, postquam metalla aeris ibi defecerunt: et semper tamen viles fuere, minimique. Iidem fragiles, sed colore incerti, et virentium in caudis pavonum columbarumque collo plumis similes, ad inclinationem magis aut minus lucidi, venosi quidem squamosique. Peculiare erat in his vitium sarcion appellatum: hoc est, quaedam gemmae caro. Mons iuxta Calchedonem, in quo legebantur, Smaragdites vocatus est. Iuba est auctor, smaragdum, quem cholan vocant, in Arabia aedificiorum ornamentis includi, et lapidem quem alabastriten Aegyptii vocant. Complures vero e proximo,

plurimum ut habeant colorem sapphiri caeruleum. Ed. P.

Et e sapphiro. Interdum et sapphirum imitatur. H.

Vel capillorum. Sic Mss. omnes. Editi, *catulorum.* H.

Qui non omnino. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 7. Solinus, cap. xv, pag. 36: » Mero et viridi proficiunt oleo, quamvis natura imbuuntur. » Hard.

Calchedonii. A Calchedone smaragdi ii nomen habent. Sic Mss. omnes, Reg. 2, Colb. 3, et alii, non, ut editi libri, *Carchedonii*, a Carchedone, hoc est, a Carthagine: etsi Carchedonios Marbodeus vocat, lib. de Lapid. pret. cap. LIV, de smaragdis: sed mendose. H. — *Viles.* Gron. et alii ante Hard. *vilissimi.* Calchedonius nobis eodem nomine dictus, *Calcédoine.* Ed. P.

Virentium in caudis pavonum columbarumque. Hi sunt quos dicimus, *les calcédoines chatoyantes.* Ed. P.

Ad inclinationem. Vt supini vel proni inclinantur. H.

Sarcion appellatum. Σαρκίον, *carunculа.* H.

Mons. Insulam fuisse Theophrastus auctor est; et fortassis insula mons ille fuit. Dal. — *Mons iuxta Calchedonem.* Theophrastus, l. περὶ λίθων: ἐν τῇ νήσῳ τῇ ἐπικειμένῃ Καρχηδόνι, lege Χαλχηδόνι. H.

Colon (Sic prius). Χωλὸν vocant, quasi claudum, et aliis gratia, nobilitate, auctoritate inferiorem. Lego *chloëton*, vel *chloron*, id est, e pallido virescentem. Iaspidis viridis genus esse putant. Dal. — *Cholan vocant.* Ita Mss. omnes: nec tamen Arabica vox ea est, neque Graeca. Hard. — *Cholan.* Is videtur esse

Laconicos in Taygeto monte erui, medicis similes, et alios in Sicilia.

XIX. Inseritur smaragdis et quae vocatur tanos, e Persis veniens gemma, ingrate viridis, atque intus sordida. Item chalcosmaragdos e Cypro, turbida aereis venis. Theophrastus tradit in Aegyptiorum commentariis reperiri, regi eorum a rege Babylonio missum smaragdum munere IV cubitorum longitudine, et trium latitudine. Et fuisse apud eos in Iovis delubro obeliscum e IV smaragdis, XL cubitorum longitudine, latitudine vero in parte quatuor, in parte duorum. Se autem scribente, esse in Tyro Herculis templo stantem pilam e smaragdo, nisi potius pseudosmaragdus sit. Nam et hoc genus reperiri, et in Cypro inventum ex dimidia parte smaragdum, ex dimidia iaspidem, nondum humore in totum transfigurato.

quem dicimus, *la calcédoine laiteuse*. Brot.

E proximis Laconicos in Taygeto (sic prius). Lege: a E proximo Laconicos in Taygeto monte, etc. a Complures vero e proximo erui, ut Laconicos in Taygeto monte, at alios in Sicilia, e proximo ἐκ τῶν γειτόνων; nulli enim smaragdi magis e proximo eruebantur. Salm.

XIX. *Quae vocatur tanos.* Tanos aliique lapides, de quibus hic sermo, ad pseudo smaragdos a nonnullis referuntur, vulgo, *émeraudes bâtardes, primes d'émeraudes*. Eo. P.

Item chalcosmaragdos, etc. Iisdem verbis Isid. Orig. lib. XVI, cap. 7. H.

Theophrastus tradit, etc. Libro περὶ λίθων, unde Plinius haec omnia mutuatus est. Garcia auctor est; apud Indos e frustis lagenarum vitrearum, ac iaspide viridi, confici smaragdos eximii coloris, et insignis magnitudinis. Dal. — *Theophrastus.* Libro περὶ λίθων, pag. 5 et 6, quibus simillima sunt Pliniana, usque ad eum locum: a Apion cognominatus, etc. a H. — *Missum smaragdum munere*, etc. Quum smaragdos tantae magnitudinis non extitisse plus quam probabile verisimile sit, smaragdos plaerique credunt fuisse, quae nunc dicimus, *prases, jaspes verts, spaths fusibles, primes d'émeraudes, fluors, ou fluates de chaux*, quae eadem cum murrhinis, ut supra monuimus. Ed. Par.

Esse in Tyro. Et hunc Tyrium smaragdum, templumque, vinum a se pariter Herodotus contestatur, libro II, Euterpe, num. 44, pag. 107. H.

Nisi potius pseudosmaragdus sit. Theophr. εἰ μὴ ἄρα ψευδὴς σμάραγδος. Hard.

Nondum humore. Humore co scilicet,

Apion cognominatus Plistonices, paulo ante scriptum reliquit, esse etiam nunc in labyrintho Aegypti colosseum Serapin e smaragdo novem cubitorum.

XX. Eamdem multis naturam aut certe similem habere berylli videntur. India eos gignit, raro alibi repertos. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingeniis, quoniam hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eumdem. Probatissimi sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi, qui

qui e cautibus defluens in smaragdum indurescit. H.

Apion cognominatus Plistonices. Apion ille est, quem *mundi cymbalum* Tiberius vocavit praefatione huius operis, dictus πλειστονίκης, ab ingenii contentioso, vel πλειστονείκου, quod in historico certamine multas palmas adeptus fuisset. Aulo Gellio *Polyhistor* cognominatur. Scal.

Serapin. Sic Invem vel Solem, Naturamve per sidus solis largitricem frumenti Aegyptus appellavit: et Graecia, in nummo Odessitarum Thraciae, a nobis olim explicato: ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΥΡΣΑ. Κυρίου Σαράπιος. Item e Gallia Lugdunensi et Narbonensi sub Iuliano ethnici: qui gratulantes sibi, quod postquam religio Christiana, quam oderant, sub Constantino et successoribus diu fluruisset, demum haberent imperatorem superstitioni suae addictum, nummum inscripserunt, DEO SERAPIDI: hoc est. *Dudum Expetitum Orbi* SERAPis *Iulianum Dedit Imperatorem*; ut iam in simili fere alio diximus, ad librum XVIII, cap. 47. Harn.

XX. *Eamdem multis naturam.* Vide Garciam ab Horto, Rerum Indicarum lib. I, c. 47. Dal. — *Eamdem.* Haec totidem fere verbis Solinus, c. LII, p. 82; Isidorus, Orig. lib. XVI, c. 7, Marbod. lib. de Lapid. pret. cap. IX. Harn.

Berylli. Graecis βήρυλλοι. Crystalli species videtur. H. — *Similem habere berylli videntur.* Beryllus recentioribus, eadem nomine est, *béril*, et *aiguemarine*. Ed. P.

Raro alibi repertos. Iuxta Babylonem etiam reperiri scribit Dionys. Perieg. vers 1012. H. — *Raro alibi repertos.* Gronov. et al. ante Hard. *in India originem habentes, raro alibi reperti* Ed. P.

Poliuntur omnes sexangula figura. Isidorus et Solinus, locis cit. H. — *Sexangula figura.* Ob eam causam inaequales vocat Iuvenalis, Satyr. V, „ipse capaces Heliadum crustas, et inaequales beryllos.“ Dal.

Ni color surdus. Solini paraphrasis, loc. cit. „Beryllus in sexangulas formas Indi atterunt: ut hebetem coloris lenitatem angulorum repercussu excitent ad vigorem.“

Probatissimi sunt ex iis. Aquae marinas gemmarii vocant. Dalec. — *Probatissimi*, Solinus et Isidorus, loc. cit. Harn.

vocantur chrysoberylli, et sunt paulo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore. Vicinum genus huic est pallidius, et a quibusdam proprii generis existimatur, vocaturque chrysoprasus. Quarto loco numerantur hyacinthizontes. Quinto, quos aëroides vocant. Post eos autem cerini: ac deinde oleagini, hoc est, colore olei. Postremi crystallis fere similes. Hi capillamenta habent, sordesque: alioqui evanidi: quae sunt omnium vitia. Indi mire gaudent longitudine eorum, solosque gemmarum esse praedicant, qui carere auro malint: ob id perforatos elephantorum

Exeunte fulgore. Hoc est, ad aureum nitorem inclinante fulgore. Solinus, cap. LII, pag. 82, absone vocem eam interpretatur: « Chrysoberylli, inquit, languidius micantes nube aurea circumfuduntur. » Existimat chrysoberyllos in exitu, hoc est, in ora extima nube aurea circumciogi: quod ineptum, ac falsum. Rectius Isidorus, loc. cit. « Chrysoberyllus dictus, quod pallida eius viriditas in aureum colorem resplendeat. » H. — An nostras *chrysoberil*, aut *cymophane?* Ed. P.

Proprii generis. Peculiaris, et a beryllis diversi. Χρυσόπρασον vocari ait Isidorus, locis cit. « quod colore porri succum referat, aureis intervenientibus guttis. » Solinus, « quod ex auro et porraceo mixtam lucem trahit. » Hard. — *Vocaturque chrysoprasus.* Chrysoprasus apud nos etiam eodem nomine dicitur, *chrysoprase.* Ed. P.

Hyacinthizontes. Qui hyacinthos prope referant, inquit Solinus, loc. cit. Epiphanius, de 12 gemmis, pag. 230: Λίθος βηρύλλιον γλαυκίζων μὲν ἐστι, θαλασσοδαφὴς, ἔχων εἶδος καὶ τῆς ὑδαρεστέρας ὑακίνθου. « Beryllus gemma glauca est, colore maris, aut hyacinthi dilutioris. » Hard.

Aeroides. Ἀεροειδεῖς, colore aëri affines. Hard.

Post eos autem cerini. Cerei coloris. Epiphanius, loc. cit. de beryllorum generibus: ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πάλιν ἀροῖα κηρῷ. Hard.

Postremi crystallis, etc. Solinus, cap. LII, p. 82: « Eos vero beryllos, qui crystallo similes, capillamentis intercurrentibus obscurantur: hoc enim vitio illorum nomen est: scientissimi lapidum plebi dederunt. » Isidorus item, Orig. lib. XVI, cap. 9. Hard.

Evanidi. Senescentes, paulatim splendore evanescente: quae sunt omnium gemmarum vitia. H.

Indi mire gaudent longitudine eorum. Solini paraphrasis, loc. cit. Indici reges hoc genus gemmas in longissimos cylindros amant fingere, eosque perforatos elephantorum setis suspendunt, ac monilia habent: aut ex utroque capite inserunt aureos umbilicos, ut marcentem faciem ad nitelam incendant pinguiorem: quo per industriam metallo hinc inde addito, fulgentiorem trahant lucem. » Hard.

Carere auro. Sine auro gestari,

setis religant. Aliis convenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, umbilicis tantum ex auro capita comprehendentibus. Ideo cylindros ex iis facere malunt, quàm gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Quidam et angulosos putant statim nasci, et perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta, additoque auro repercussa, aut omnino castigata, causa perspicuitatis, crassitu-

quonism vel sic melius niteant. H.

Aliis convenit. Indi, inquit Plinius, beryllorum longitudine summopere delectantur. *Aliis convenit*, id est, inter alios homines convenit, non oportere eos perforari, quorum sit perfecta bonitas. Salmas.

Vmbilicis tantum. Sic MSS. omnes, non *statim*, ut editi: ita ipsa quoque postulante loci sententia. Sunt autem umbilici, ornamenta quaevis, sive lignea, sive ebores, sive aurea demum, quae absolutis olim voluminibus addebantur, quae capita elenchorum, seu cylindrorum ornabant. Vnde ducta paroemia, *Ad umbilicum ducere*, hoc est, absolvere ac finire. Hard.

Ideo cylindros ex iis facere malunt, etc. Quia commendatur in his lapidibus longitudo, eo cylindros ex his facere malunt, quam gemmas. Cylindri sunt lapides longiores ac rotundi manufacti. Salmas. — *Ideo cylindros.* Eo pertinet versus Iuvenalis, « Tu nube, atque tace: donant arcana cylindros. » Dal. — *Cylindros ex iis facere.* Cylindri sunt oblongi, et eos saepe videre est in antiquis musivis operibus. Verum ut facilius detur intelligere, et cylindros, et gemmas, muliebremque antiquitatis ornatum deorumque cultum, operae pretium est afferre inscriptionem, quae reperta est in urbe Acci, nunc *Guadix el vieio*, in Hispania Tarraconensi: « Isidi.. Fabia L. F. Fabiana avia in honorem avitae neptis piissimae ex arg. P. cxii s. (id est, *ex argento pondo seu libras CXII cum semisse*). Item ornamenta in basilio (*diadema est*) unio et margarita n. vi (*numero VI*) Zmaragdi duo, cylindri n. vii, gemma carbunculus, gemma hyacinthus, gemmae ceraunias duae; in auribus, zmaragdi duo, margarita duo; in collo quadribacium margaritis n. xxxvi; smaragdis n. xvi et in clusuris duo: in tibiis zmaragdi duo, cylindri n. xi; in smialiis zmaragdi n. viii, margarita n. viii: in digito minimo anuli duo gemmis adamant. Digito sequenti anulus polypsepus zmaragdis et margarito; in digito summo anulus cum zmaragdo; in soleis cylindri n. viii. » Brot.

Quam gemmas. Anulis scilicet inclusos lapides, σφραγῖδας. Nam, uti dictum est cap. 12: « gemmae digitis circumferuntur. » Cylindri aptantur ensibus. Tertull. lib. I, de cultu femin. cap. 6: « Latent in circulis smaragdi, et cylindros vaginae suae solus gladius sub sinu novit. » H.

Medulla candoris. Medulla candidiore sic exempta. Hard.

Crassitudine. Quoniam aliquid de

dine. Vitia, praeter iam dicta, eadem fere, quae in smaragdis, et pterygia. In nostro orbe aliquando circa Pontum inveniri putantur. Indi et alias quidem gemmas crystallum tingendo adulterare repererunt, sed praecipue beryllos.

XXI. (VI). Plurimum ab iis differunt opali, smaragdis tamen cedentes. India sola et horum est mater: atque in pretiosissimarum gemmarum gloria compositi, maxime inenarrabilem difficultatem dederunt.

crassitudine demitur, fieri ait idcirco magis perspicuos. Ita Reg. 2, Colb. 3, et alii. Prius, *ad crassitudinem*, legebatur. Hard.

Praeter iam dicta. Cap. 18. H.

Et pterygia. Πτερύγια, nubeculae instar unguium. Hard.

Crystallum tingendo. Gron. et al. ante Hard. *crystallo invento*; Vet. apud Dal. *liquato.* Ed. P.

XXI. *Minimum idemque plurimum ab iis differunt opali, smaragdis tantum cedentes.* Scribe: « Plurimum ab iis differunt opali, smaragdis tamen cedentes. » In veteri codice Regiae bibliothecae non comparent haec verba, *minimum idemque.* Dicit opalos multum praeferri beryllis, cedere tamen smaragdis, quibus tertia auctoritas post adamantas et margaritas. Quae sequuntur sic lege: « atque in pretiosissimarum gemmarum gloria, compositi maxime inenarrabilem difficultatem dederunt: est enim in his carbunculi tenuior ignis, etc. » Dicit opalos in gloria esse pretiosissimarum gemmarum et compositos maxime inenarrabilem difficultatem dedisse. Salmas. — *Plurimum ab iis.* Libri hactenus editi, « Minimum, idemque plurimum ab iis. » At voces duas priores, quae certe sunt spuriae, nullus codex MSS. ex iis quos terimus, repraesentat. Nec Furensis item. Hard. — *Opali.* Opalus, nobis etiamnunc dictus, *opale* (*irisée, de flamme, arlequine; opale de feu*); gemma raritate et colorum varietate praestantissima. Ed. P.

Opali, smaragdis, etc. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 12. Hard.

India. Isidorus, loc. cit. H.

In pretiosissimarum gemmarum gloria compositi. Et cum pretiosissimis gemmis comparati, maxime inenarrabilem dedere difficultatem, num gemmis aliis, quarum similitudinem referunt, potiores eos haberi oporteret. Sic totidem apicibus syllabisque codices MSS. omnes, Reg. 2, Colb. 3, aliique: neque quicquam est ea oratione planius: nihil tamen obscurius, si libros hactenus vulgatos sequare, qui locum hunc sic temeratum prodigiose referunt: « Atque ideo eis pretiosissimam gloriam compositorea gemmarum, et maxime inenarrabilem difficultatem dederunt. »

Inenarrabilem difficultatem. Opali certant gloria cum pretiosissimis gemmis; et si inter se comparentur, inenarrabilis est difficultas an opalus caeteras gemmas vincat, quarum similitudinem refert. Brot.

Est enim in iis carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdi virens mare, et cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alii summo fulgoris augmento, colores pigmentorum aequavere: alii sulphuris ardentem flammam, aut etiam ignis oleo accensi. Magnitudo nucem avellanam aequat, insigni apud nos historia. Siquidem exstat hodieque huius generis gemma, propter quam ab Antonio proscriptus Nonius senator est, filius Strumae Nonii eius, quem Q. Catullus poëta in sella curulli visum indigne tulit: avusque Servilii Noniani, quem consulem vidimus: ille proscriptus fugiens, hunc e

Carbunculi tenuior ignis, etc. Haec totidem verbis Isidorus, loc. proxime cit. Hard.

Smaragdi virens mare. Isidor. « nitens viriditas. » Hard.

Augmento. Gron. et al. ante Hard. *argumento.* Ed. P.

Ab Antonio. Triumviro, a quo et proscriptus Cicero. Hard.

Quem Catullus poëta. Versus Catulli sunt iambici trimetri; carm. LIII: « Quid est, Catulle, quod moreris emori? Sella in curuli Struma Nonius sedet. » Boethius *strumam* vitium esse vult, ac per translationem probrum et dedecus intelligit. Eius verba sunt: « Vnde Catullus licet in curuli sedentem Nonium tamen strumam appellat. » Turn. Advers. lib. XXI, cap. 1. Dalec. — *Q. Catullus.* Hoc ei praenomen MSS. asserunt: typi sustulerunt. Hard.

Quem consulem vidimus. Supremis fere Tiberii temporibus, cum C. Cestio Gallo, M. Servilius M. F. Rufus Nonianus gessit consulatum, anno Vrbis 787, ex Fastis. Hic animadverte ex descriptione generis Servilii Noniani, hanc fuisse rationem cognominum apud Romanos, ut desinentia in *inus* coniugem vel matrem significarent. Sic enim Nonius senator, avus Servilii Noniani fuit: en schema generis:

Nonius Struma,
|
Nonius Senator,
|
Nonia, coniux Servilii, qui Nonianus ex eo coniugio nominatus est.
|
Servilius Nonianus, Nonii senatoris nepos.

Fuit ex hac gente Nonia Sex. Nonius, cuius est in thesauro Reglo, et apud Patin. in Famil. pag. 88, num. 1, nummus argenteus. In eo Antonius Imp. clypeo insidet, dextra tenens bacillum imperatorium: a tergo Victoria palmam sinistra tenet; dextra coronam Antonino imponit. Infra, SEX. NONI. In ambitu, PR. L. V. P. F.) (. Caput senatus laureatum, vultu senili, cum litteris S. C. retro adscriptis; et sceptro, insigni potestatis. Deinde sinistro latere, SVPERAS. Integra haec sententia est, SEX*tus* NONIus PRaetor Ludos Votivos Ple-

fortunis suis omnibus anulum abstulit secum, quem certum est sestertium viginti millibus aestimatum. Sed mira Antonii feritas atque luxuria, propter gemmam proscribentis: nec minor Nonii contumacia, proscriptionem suam amantis, quum etiam ferae abrosas partes corporis relinquant, propter quas se periclitari sciant.

XXII. Vitia opali, si color in florem herbae, quae vocatur heliotropium, exeat, aut crystallum, aut grandinem: si sal interveniat, aut scabritia, aut puncta oculis occursantia: nullosque magis India similitudine

beios Fecit: Sacra Victoriae Fieri Edixit Narbone, Antonino Sospite. Senatus Consulto. Ita congruit egregie titulus cum pictura. At cave Nonianum aliquem in altero isto numismate designari, quod ex auro est apud Gorlaeum: in gente Considia: ex argento apud Platinum, pag. 80, num. 5. Hinc habet deae Veneris myrto cinctum caput; latere dextro, C. CONSIDI NONIANI: sinistro, ad imum, SC. In altera parte, claustra sunt affabre facta, cum porta, qua patet iter ad templum in colle positum. In ipso colle scriptum est SAVC. quod cave similiter referas ad Veoerem Erycinam. Vox NONIANI admonet, neque ipsam, neque priorem proinde, C. CONSIDI nomen hic esse. Neque enim in genitivo casu nomina virorum leguntur in nummis latinis. Et quae in I ibi desinunt, legenda sunt, ut exeuntia in *ius*. Sic AVRELI *Aurelius* est: CASSI *Cassius*, et sic caetera omnia. Sententia igitur integra est, *Capitolium Condidere Narbone Senatores, Iunctis Decurionum Impensis: Narbonenses Optavere Nomen Imponi ANtonini Imperatoris.* Deinde SAVC interpretare, *Exorabilis Romanis Venus Capitolina.* Capitolium Narbonae exstitisse, ex nummis et ex historicis ostendimus in nummis populorum et urbium. HAAD.

Sestertium viginti millibus. In MSS. Reg. 2, Colb. 3, caeterisque, «viginti mille nummum,» quod idem est. H. — Viginti millia sestertium sunt monetae nostrae librae 3,890; quod minimum certe est opali pretium, si pulcherrimus fuit; et esse sane debuit, qui tantopere diligeretur. Vnde quum edit. princeps exhibeat, *H·S. XX*, emendandum forte Broterius opinatur, *H·S. $\overline{XX}$*; quae sunt vicies centena millia sestertium, seu gallicae monetae librae 389,252; sed et maius id pretium videtur. ED. P.

Quum etiam ferae abrosas. De libro id supra scripsit l. VIII, c. 30. DAL. — *Quum etiam ferae.* Castores, de quibus lib. VIII, cap. 47. H.

XXII. *Si sal interveniat.* Verrucae genus, instar grani salis. HAAD.

Similitudine indiscreta. Tanta similitudine, ut vix falsos discernere liceat a veris. HAAD.

indiscreta vitro adulterat. Experimentum in sole tantum. Falsis enim contra radios libratis, digito ac pollice unus atque idem translucet colos in se consumptus. Veri fulgor subinde variat, et plus huc illucque spargit, et fulgor lucis in digitos funditur. Hanc gemmam propter eximiam gratiam plerique appellavere paederota. Sunt et qui privatum genus eius faciunt, sangenonque ab Indis vocari dicunt. Traduntur nasci et in Aegypto, et in Arabia, et vilissimi in Ponto. Item in Galatia, ac Thaso, et Cypro. Quippe opali gratiam habet: sed mollius nitet, raro non scaber. Summa coloris ex aere et purpura constat: viriditas smaragdi deest; constatque melior ille, cuius fulgor vini colore fuscatur, quam qui diluitur aqua.

XXIII. Hactenus de principatu convenit, mulierum maxime senatusconsulto. Minus certa sunt, de quibus et viri iudicant. Singulorum enim libido singulis pretia facit, et praecipue regum. Claudius Cae-

Vitro adulterat. Perfectissima ergo fuit apud Indos vitri et vitrearum mixturarum ars. Id quidem nos in tanta artium luce latet. Caeteras omnes gemmas, praeter opalum, aumus imitati. Baot. — Novimus certe vitream mixturam, *strass*, cuius ope adamantem indiscreta similitudine, praeter duritiam ac pondus, imitamur; multae sunt aliae mixturae, quibus gemmas plurimas alias adulteramus; opalos vero stanni et arsenici (*oxides d'étain et d'arsenic*) mixtura. Ed. P.

Libratis. Versatis. Hard.

In se consumptus. Nihil extra se lucis eliciens, aut spargens. H.

Veri fulgor. etc. Veri autem opali fulgor. Hard.

Paederota. Παιδέρωτα, venustum aeque ac puerum: vel laevore puerili corpori similem. Orpheus, περὶ λίθων, III. Ὀπάλλιος· Φημὶ δέ τοι τέρπειν καὶ ὀπάλλιον οὐρανίωνας, Ἀγλαόν, ἱμερτοῦ τέρενα χρόα παιδὸς ἔχοντα. — *Paederota.* Ita appellabatur opalus, a venustate et amore puerorum Graecis notissimo. Baot.

Privatum genus. Sunt qui paederota velint esse gemmam proprii generis, et ob opalo diversi. Hard.

Traduntur. Broter. ex MSS. Reg. 5, *tradunt nasci.* Mox ex eodem, *vilissimum*, non *vilissimi.* Ed. P.

Ex aere et purpura. Sic Reg. 2, et Colb. 3, aliique. Editi hactenus libri, mendose, *ex aere.* Plinius inferius, cap. 46: a Coëunt intus transi-

sar smaragdos induebat, et sardonychas. Primus autem Romanorum sardonyche usus est prior Africanus, ut in historia tradit Demostratus, et inde Romanis hanc gemmam fuisse celeberrimam. Quamobrem proximum ei dabimus locum. Sardonyches olim, ut ex nomine ipso apparet, intelligebantur candore in sarda, hoc est, velut carnibus ungue homini imposito, et utroque translucido. Tales esse Indicas tradunt, Ismenias, Demostratus, Zenothemis, Sotacus: hi quidem duo reliquas omnes, quae non transluceant, caecas appellantes, quae nunc nomen

lucidam crystallum, viridis suo modo aër, simulque purpura, at quidam.... croci nitor. » Hard.

XXIII. *Prior Africanus.* Scipio Africanus prior, qui bello punico secundo, ut ab Italia revocaret Hannibalem, transportavit bellum in Africam, Poenosque debellavit. H.

Et inde Romanis. Huc pertinet illud Martialis, lib. II, Epigr. 28: » Rufe, vides illum subsellia prima tenentem, Cuius et hinc lucet sardonycata manus. » Anulum enim gerebant equites romani, ac senatores, cum gemma sardonyche, eo inclusa. Hard.

Sardonyches olim, ut ex nomine, etc. Sardonychis nomen compositum ex Sarda, quae Graecis Σάρδιον et ὄνυξ quae unguem significat et gemmam unguis colora; ergo sardonyx ita olim intelligebatur, valut unguis carnibus impositus esset. Sequentis sic lege: » Radice nigra aut caerulem imitante: at ungue minium increatum candido pingui, nas sina quadam spa purpuraa in minium transeunte, » dicit Arabicas sardonichas nullum habera sardae vestigium, ut Indicas, sed aliis coloribos intelligi. Salm. — *Sardonyches.* Haec fere idem fere verbis Isidorus, lib. XVI, cap. 8; Marbodeus, lib. de Lapid. pret. c. 56: » Sardonychem faciunt duo nomina, sardus, onyxque. » Graecis σαρδόνυξ, nostris *sardoine.* Hard.

In sarda. Hoc est, candore addito colori sardae gammae, de qua inferius, cap. 31. Sardius autem lapis piscem cognominem colore aemulatur. Epiphanius, de 12 gemmis, p. 225: Αἴθος σάρδιος ὁ Βαβυλώνιος, οὕτω καλούμενος, ἔστι δὲ πυρωπὸς τῷ εἴδει καὶ αἱματοειδής, σαρδίῳ ἰχθύϊ τεταριχευμένῳ ἐοικώς· διὸ καὶ σάρδιος λέγεται, ἀπὸ τοῦ εἴδους λαβὼν τὸ ἐπώνυμον. Hoc est, Petavio nostro interprete: » Sardius Babylonius forma est ignea, at quae sanguinis colorem referat, sardio pisci sale condito et inveterato similis: qua de causa etiam sardius dicitur, a forma seu colore nomine desumpto. » H. — *Intelligebantur candore in sarda.* In sardonyche est candor onychis additus rubro colori gammae sardae. Sarda autem dicitur, quod colorem referat sardae piscis, sale conditi et inveterati: de quo dictum est l. XXXII, cap. 53 (conf. notam superior.). Brot. — *Velut carnibus*

abstulere. Nullo sardarum vestigio Arabicae sunt: coeperuntque pluribus hae gemmae coloribus intelligi, radice nigra, aut caeruleum imitante, et ungue minium, incretum candido pingui, nec sine quadam spe purpurae candore in minium transeunte. Has Indis non habitas in honore Zenothemis scribit: tantae alias magnitudinis, ut inde capulos factitarent. Etenim constat ibi torrentibus detegi. Et pla-

ungue hominis imposito. Onychem, *onyx (calcédoine rubannée)* antiqui gemmae genus appellabant, quod unguem hominis colore imitabatur: sardam, *sarde (calcédoine rouge, cornaline)*, quae carnem colore referret: sardonychem, *sardonyx*, *sardoine*, cuius carneus color trans unguem elucere videbatur. Ed. P.

Nullo sardarum vestigio. Nullum vestigium bonitatis sardarum gemmarum referunt arabicae sardonyches: sed aliis cognoscuntur coloribus, et quidem in una eademque gemma pluribus. Nem radix, etc. Hard.

Et ungue minium. Et id quod ungui humano simile est, minium imitatur, velut innatum candori pingui, qui subesse intelligitur, idemque in purpuram inclinat et minium. H. — *Et ungue minium*, etc. In Oriente plurea sunt lapides trium ordinum colore distincti: frequentissimi autem apud Sinas, ubi multa ex iis quasi pigmenta conficiunt, et arbores, fructus, aves, imitantur. Brot.

Creditum enim candido pingui (sic prius.) Leg. «incretum candido pingui, etc.» Salm. — *Incretum*, etc. Locum hunc interpolatores Pliniani in libris hactenus editis sic vitiarunt: «et unguem: creditum enim candido pingui, etc.» Reg. 2, Colb. 3, vetus codex Dalec. caeterique: «et ungue minium creditum condito, etc.» Nos e MSS. codicum fide non discedimus, nisi qua vitiati ipsi merito credi possunt, *incretumque* pro *credito* scribimus, auctore Isidoro, qui Origg. lib. XVI, cap. 8, de sardonyche, ex hoc Plinii loco haud dubie epitomen faciens, ex sinceriore exemplari: «Constat autem, inquit, tribus coloribus: subterius nigro, medio, candido, superius mineo.» Marbodeus similiter, lib. de Lapid. pret. cap. 56, de sardonyche: «Tres capit ex binis unus lapis iste colores: Albus, et hinc niger est, rubeus supereminet albo.» Vterque, ut apparet, ungui seu superiori et extimae lapidis parti minii, colorem assignat, mediae sive intimae candidum, quod minio subsit. Plinius ipse, cap. 75, sardonychi tergeminum colorem adiudicat, nigrum, candidum, minium. H. — *Incretum candido pingui.* Sic post Salmasium Harduinus; optimo quidem et vero sensu: audacter tamen: nemo enim antiquorum dixit *incretum* hoc sensu. Retinendum ergo *creditum*, ex Mss. Regg. et edit. principe: ut dicimus, *credere terris semina*, et e candido pingui exoritur minium, ut segetes e terra. Ex Brot. nott. ad hunc loc. Ed. P.

Capulos factitarent. Gladiorum manubria. Hard.

Etenim constat. Isidorus, loc. cit. de sardonyche: «reperitur autem ap.

cuisse in nostro orbe initio, quoniam solae prope gemmarum scalptae ceram non auferrent. Persuasimus deinde et Indis, ut ipsi quoque iis gauderent: utiturque perforatis utique vulgus, tantum in collo: et hoc est nunc Indicarum argumentum. Arabicae excellunt candore circuli praelucido atque non gracili, neque in recessu gemmae, aut in deiectu ridente, sed in ipsis umbonibus nitente, praeterea substrato nigerrimo colore. Et hoc in Indicis cereum aut corneum invenitur, etiam circuli albi: quaedam in iis caelestis arcus anhelatio est. Superficies vero locustarum maris crustis rubentior. Iam melleae, aut faeculentae (hoc enim nomen est vitio) improbantur: et si zona alba fundat se, non colligat. Simili modo, si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter. Nihil enim in sua sede alieno interpellari placet. Sunt et Armeniacae, caetero probandae, sed pallida zona.

Indos et Arabes detecta torrentibus. » Hard.

Ceram non auferrent. In signando partem cerae non tenent. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 8, de sardonyche. » Haec sola, inquit, in signando nihil cerae evellit. » Marbodeus, lib. de Lapid. pret. cap. 56: » Hic solus lapidum ceram convellere nescit. » Hard.

Neque in recessu gemmae. Neque quum longius gemma summovetur, aut quum deiicitur, arridet: sed in ipso umbilico, cui substernitur niger color: in Indicis sardonychibus, cereus etiam, corneusve: qui color et albi quoque circuli aliquando est: quaedam et in ipsis arcus caelestis expressio est. Haro.

Ridente. In MSS. *rime ridente.* Libri vulgati, *renidente.* H. — Brot. *renidente*, edit. prine. *renitente.* Ed. P.

Sed in ipsis umbonibus nitente. Paraphrasis Solini, c. xxxiii, p. 63, de sardonyche: » Medietas circumitur limite candicante... reliqua nigro finiuntur. » Hard.

Caelestis arcus anhelatio. Adumbratio, inchoatio: atque illa coloris unius in alterum inclinatio: et in transitu quidam labor et anhelatio. Sic MSS. omnes, et typi. Haro.

Locustarum maris. De his lib. XXXII, cap. 53. Hoc multo brevius Solinus, cap. xxxiii, p. 63, praetermissa locustarum commemoratione: » Superficies eius probatur, si merabius rubeat: arguitur, si fuerit faeculentior. » Hard.

Et si zona alba fundat. Et si cir-

XXIV. Exponenda est et onychis ipsius natura, propter nominis societatem: hoc in gemmam transilit ex lapide Carmaniae. Sudines dicit in gemma esse candorem unguis humani similitudine: item chrysolithi colorem, sardae, et iaspidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, intervenientibus quarumdam oculis obliquis venis. Sotacus et Arabicam onychem tradit: sed eam a caeteris distare, quod Indica igniculos habeat, albis cingentibus zonis singulis, pluribusve, aliter quam in sardonyche Indica. Illic enim momentum esse,

culus candidus in vicinos colores effundat se, non in se sistat. — Hoc est, circulus ille praelucidus supra dictus, atque non gracilis. Solini paraphrasis, loc cit. » Optima est, si nec colorem suum spargat in proximum, nec ipsa ex altero mutuetur. » Hardo.

XXIV. *Exponenda est et onychis ipsius natura.* Hodie dicti prope omnes onychem gemmam cum onyche marmore confundunt. Vbicumque *onyx* pro unguentario vase ponitur, non de gemma accipi debet, sed de lapide, vel marmore. Salm. — *Onychis ipsius natura.* Onyx gemma (*quara-agate onyx, calcédoine rubannée* prorsus diversa est ab onyche marmore (*albâtre veiné*), de qua Nostler, l. XXXVI, c. 12. Ed. P. — *Onychis.* Nunc *oamea* vocatur, teste Kirchero, lib. VIII, mundi subterr. pag. 81. Hard.

Transilit. Broter. ex Regg. 2, 3, 5, 6, *transiit.* Ed. P.

Sudines dicit. Et Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 8: » Onyx appellata, quae habet in se permixtum candorem in similitudinem unguis humani. Graeci enim unguem ὄνυχα dicunt. » Hardo.

Intervenientibus quarumdam oculis obliquis venis. Lege: » Cingentibus candidis zonis oculi modo, intervenientibus quarumdam et albis venis, » quae vera est lectio. Auctor ante dixit: » candore in sarda, hoc est, velut carnibus ungue hominis imposito, » talesque Indicas sardonychas sulgo existimatas, et videtur sentire *sardonychen* dictam quasi *sarconychem*, quod in ea velut unguis carnibus impositus esset; quum ex sarda et onyche gemma compositum sit istud nomen. Salm. — *Quarumdam.* Gemmarum onychum. H. — *Oculis obliquis venis.* Bene Brot. ex Regg. MSS. 2, 3, 5, 6: » quarumdam et obliquis venis. » Statim mox » et arabicam tradit » nempe τὸ *onychem* delendo. Ed. P.

Sotacus. Isidorus quoque, loc. cit. de onyche: » Hanc India et Arabia gignit: distant autem invicem. Nam Indica igniculos habet albis cingentibus zonis: Arabica autem nigra est cum candidis zonis. » Hard.

Illic enim momentum esse. In sar-

hic circulum. Arabicas onychas nigras inveniri candidis zonis. Satyrus carnosas esse Indicas, parte carbunculi, parte chrysolithi, et amethysti, totumque id genus abdicat. Veram autem onychem plurimas variasque cum lacteis zonis habere venas, omnium in transitu colore inenarrabili, et in unum redeunte concentum, suavitate grata. Nec sardae natura differenda est, dividuae ex eodem nomine: obiterque ardentium gemmarum indicanda.

XXV. (VII.) Principatum habent carbunculi, a similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam acausti vocati. Horum ge-

donyche Indica punctis constat is circulus: in onyche, linea perpetua et crassiore. HARD.

Abdicat. Improbat. HARD.

In transitu colore inenarrabili. In transitu a quovis colore ad alterum fit color inexplicabilis, ex utriusque confinio conflatus. HARD.

Nec sardae natura differenda. Prius tamen ardentes gemmae indicabuntur: post de sarda dicetur, c. 31. H.

Dividuae ex eodem nomine. Quae cum sardonyche dividuum sive dimidium nomen communicat: nam sardonyx appellatur. HARD.

XXV. *Principatum habent carbunculi.* Carbunculus nostris dictus, *le rubis*. BART.

Quum ipsi non sentiant ignes. Carbunculi multo minus sentiunt ignes, quam adamas. Igne tamen solis ita tenerescunt, ut iis sigillum imprimi possit, teste experientia Florentise facta. Quum enim carbunculus ibi per quadraginta quinque minuta prima temporis, *quarante-cinq minutes*, foco speculi ustorii fuisset expositus, ita tener fuit, ut ei impressum sit sigillum ex iaspide. At vi illius ignis nihil de pondere formaque amisit carbunculus. BART.

Apyroti vocati (sic prius). Leg. ob id a quibusdam pyropi vocati. a non dicit apyrotos vocatos quod ignes non sentiant, sed pyropos ab ignium similitudine: carbunculi, inquit, a similitudine ignium vocati, quum tamen ignea non sentiant: *ob id*, id est, ob eam ignium similitudinem pyropi a quibusdam vocati, id est, πυρωποί. SALM. — *Ob id a quibusdam*, etc. Marbodeus, lib. de Lapid. pret. cap. 10: »Ardentes gemmas superat carbunculus omnes: Nam velut ignitus radios iacit undique carbo, Nominis unde sui causam traxisse videtur.« Epiphan. de XII gemmis, pag. 227: Λίθος ἄνθραξ, etc. HARD. — *Acausti vocati.* Ἀκαυστοι, inusti, ustionem non experti. Prius legebatur, *apyroti vocati.* Parmensis edit. *apyrustae.* Antiqua codicum veterum lectio, ipso Barbaro teste, *acrusti*: nos *acausti*, ἄκαυστοι scripsimus, Theophrasto auctore, lib. περὶ λίθων, pag. 4: Ἀκαυστοι ὅλως, etc. Inania Salmasii coniectura in Solin. p. 277, legentis *pyropi*. HARD.

nera, Indici, et Garamantici, quos et Carchedonios vocant, propter opulentiam Carthaginis magnae. Adiiciunt Aethiopicos et Alabandicos, in Orthosia caute nascentes, sed qui perficiantur Alabandis. Praeterea in omni genere masculi appellati acrius, at feminae languidius refulgentes. In masculis quoque observant liquidioris alios flammae, nigrioris alios, et quosdam ex alio lucidos, ac magis caeteris in sole flagrantes. Optimos vero amethystizontas, hoc est, quorum ex-

Indici. Carbunculus Indicus plerisque videtur esse, *le rubis oriental*, quo nihil novit Oriens praestantius: ibi adamanti anteponitur. Ad id autem gemmarum genus pertinet, quod vocamus *telesiae*, *corindon*. Cf. not. seq. Ed. P.

Garamantici. Garamanticus carbunculus, *le grenat*. Carbunculum (*l'escarboucle*) Veterum Cl. Hillius, nec sine ratione, ut videtur, idem opinabatur esse cum gemma quam nostrates *grenat* appellent; et cuius plurima genera recentiores fecere. Noster nempe carbunculos dicit ab ignium similitudine appellatos, liquidioris nigriorieve flammae, amethystizontas optimos esse, Indicos in sextarii uniue mensuram cavari, etc. quae omnia certe ad id genus (*grenat*) pertinere videntur magis, quam ad quidpiem aliud. Forsan et diversa genera, dum graecos auctores, ut fere solet, transcriberet, Plinius non satis bene distinxit. Ed. P.

Carchedonios. Theophrastus περὶ λίθων afferri praestantissimos a Carthagine et Massilia tradit. Dal. — *Carchedonios.* A Carthagine, quae Graecis Καρχηδών. Theophrast. loc. cit. pag. 4, ἄγεται ἐκ Καρχηδόνος. Vide inferius cap. 30, Epiphanius, loc. cit. Γίνεται δὲ ἐν Καρχηδόνι τῆς Λιβύης, ἥ τις Ἀφρικὴ καλεῖται. Petronius, in Satyr. p. 207: » Quo Carchedonios optas ignes lepideos? « H.

Propter opulentiam Carthaginis. Propter divitiae mercatorum aius civitatis, qui ex Garamantibus, Aethiopiaeque et Persiae populis advehebant. Dal.

In Orthosia caute. Iuxta urbem cognominem, de qua vide lib. V, cap. 29. Hard.

Alabandis. Id carbunculi genus nostri adhuc gemmarii vocant, nunc *alabandine*, nunc *almandine*. Dal. — Carbunculus Alabandicus, *l'almandine*; alabandicus dicitur ab Alabanda Cariae urbe. Brot.

Liquidioris alios flammae. Dilutioris. Sic lib. III, cap. 14, pag. 349: » Strongyle a Lipara liquidiore flamma tentum differt. » Hard.

Quosdam ex alio lucidos. Aliena solis luce. Hard.

Amethystizontas. Ἀμεθυστίζοντας. Haec totidem syllabis Isidorus, Orig. lib. XVI, cap 9. At Mss. non e in amethysti violam, » sed » in amethystum » dumtaxat legunt. H. *Amethystizontas.* Carbunculus amethystiron nonnullis videtur esse, *le rubis balais*; quae gemma ad id genus refertur quod recentiores dicunt *spinelle*. An potius ad illud pertinet quod vulgo

tremus igniculus in amethysti violam exeat: proximos illis, quos vocant sititas innato fulgore radiantes. Inveniri autem ubicumque, maxime solis repercussu. Satyrus Indicos non esse claros dicit, ac plerumque sordidos ac semper fulgoris horridi: Aethiopicos pingues, lucemque non emittentes, aut fundentes, sed convoluto igne flagrare. Callistratus fulgorem carbunculi debere candidum esse positi, extremo visu nubilantem: si attollatur, exardescentem: ob id a plerisque hunc carbunculum candidum vocari. Qui languidius ac lividius ex Indicis lucent, lithizontas appellari. Carchedonios multo minores esse: Indicos etiam in sextarii unius mensuram cavari. Archelaus,

gemmarii appellant, *grenat syrien?* quadrat certe color violaceo-purpureus. Ed. P.

Sititas, *innato fulgore*. Σιτίτας, quasi saginatos, ob colorem saturum, eumdemque innatum: qua dote ab superioribus discrepant, qui dicuntur ex alio lucidi. Mss. omnes, *sititas pinnato*: editi, *syrtitas* exhibent: sed mendose, ut arbitramur. Nam quid est tandem pinnatus fulgor? Et vox *syrtitas* habere hic locum nequit. Salmasius, aliquanto, ut quidem videtur, confidentius, in Solin pag. 380, » Autitas, innato fulgore: « perinde quasi αὐτίτης ἄνθραξ usurpaverit Graecia aliquando, ut innato fulgore, non accersito radiantem carbunculum significaret. Haud. — *Pinnato fulgore radiantes* (sic prius). Lege *innato*. Nam gemmae fere sordido luto obvolutae, aut scabro corio vestitae reperiuntur, quod mola deferi oportet et auferri priusquam radient. Dalec.

Satyrus Indicos non esse claros dicit. Legend. » Satyrus Indicos non esse claros dicit, sed plerumque sordidos, ac semper fulgoris horridi: Aethiopicos pingues, lucemque non emittentes aut fundentes, sed convoluto igne flagrantes. « Salm. — *Fulgoris orridi*. Sic Mss. omnes, non *retorridi*. Haud. — *Fulgoris orridi*. Non ex India maximeque ex insula Taprobane, *Ceylan*, absolutissimos habemus carbunculos, quorum praecipuus color est *le ponceau*. Hunc colorem Plinius dicit horridum. Brot.

Sed convoluto igne. Collecto in se igne, nec sparso. Haud.

Positi. Humi deiecti ac residentis, extremo ambitu nubium quamdam speciem referat. Haud.

Lithizontas appellari. Λιθίζοντας, lapidis qualitatem potius quam gemmae referentes. Haud.

In sextarii unius mensuram cavari. Parisini dicunt, *trois demi-setiers*. Vide quae diximus lib. XIV, cap. 6. Haud. — *In sextarii*. Haec Noster non satis caute transcripsit ex Graecorum, aut peregrinantium fide, quibus quidlibet augendi semper fuit aequa potestas. Quid vero hoc monstri? an

Carchedonios nigrioris aspectus esse, sed igne, vel sole, et inclinatione acrius, quam caeteros, excitari. Eosdem umbrante tecto purpureos videri, sub caelo flammeos, contra radios solis et scintillare: ceras signantibus his liquescere, quamvis in opaco. Multi Indicos Carchedoniis candidiores esse, et e diverso inclinatione hebetari scripsere: etiamnum in Carchedoniis maribus stellas intus ardere, feminas fulgorem universum fundere extra se. Alabandicos caeteris nigriores esse scabrosque. Nascuntur et in Thracia coloris eiusdem, ignem minime sentientes. Theophrastus auctor est, et in Orchomeno Arcadiae inveniri, et in Chio. Illos nigriores, e quibus et specula fieri. Esse et Troezenios varios intervenientibus maculis albis: item Corinthios, et pallidiores, et candidos. Bocchus et in Olisiponensi erui scripsit magno labore, ob argillam sole adustis saltibus.

ullus umquam rubinus, ut aiunt, vel in Oriente (*rubis oriental*) repertus fuit tam insuditae amplitudinis? quae amplitudo, etsi non tanta fuerit, ex hoc tamen loco patebit, carbunculos Veterum et indicos quidem, ad nostrates rubinos referri non posse. Cf. sup. not. 5 hoc ipso cap. Ed. P.

Et inclinatione. Quum leviter inclinantur. Hard.

Stellas intus ardere. velut scintillantium fulgentiumque stellarum proiectos radios. Dal. — *Stellas intus ardere.* Veluti scintillantes intus stellas apparere. Hard.

Nascuntur et in Thracia. Thracius carbunculus idem nonnullis esse videtur, cum gemma nobis *vermeille* dicta. Ad id genus pertinet, quod *greuat* appellatum supra diximus: a colore nomen trahit; ex rubro in citrinum inclinante. Ed. P.

Theophrastus auctor est. Libro περὶ λίθων, pag. 7, ubi haec totidem verbis exstant. Hard.

Illos nigriores. Orchomenios. Theophrast. loc. cit. Εστι δ' οὗτος μελάντερος τοῦ Χίου, κάτοπτρα δὲ ἐξ αὐτοῦ ποιοῦσι. Hard.

Esse et Traezenios, etc. Theophr. loc. cit. Hard.

Item Corinthios. Theophrast. Ποικίλος δὲ καὶ ὁ Κορίνθιος, etc. H.

Et Olisipone scripsit magno labore (sic prius.) Legend. « Et in Olisipone erui scripsit magno labore ob argillam soli adusti solibus » difficulter erui carbunculos in Lusitano littore dicit, ob solum argillaceum solibus adustum. Salm. — *Bocchus et in Olisiponensi erui.* Sic Mss. omnes. Editi hactenus libri, « Massilia quoque importari Bocchus et Olisipone scripsit. » De Massilia Theo-

XXVI. Nec est aliud difficilius, quam discernere haec genera: tanta est in eis occasio artis, subditis per quae translucere cogantur. Aiunt ab Aethiopibus hebetiores in aceto maceratos quatuordecim diebus nitescere, totidem mensibus durante fulgore. Adulterantur vitro simillime: sed cote deprehenduntur, sicut aliae gemmae factitiae; mollior enim materia, et fragilis; et centrosa scobe deprehenduntur, et pondere, quod minus est vitreis: aliquando et pustulis argenti modo relucentibus.

XXVII. Est et anthracitis appellata in Thesprotia fossilis, carbonibus similis. Falsum arbitror, quod et in Liguria nasci tradiderunt, nisi forte tunc nascebantur. Esse in iis et praecinctae candida vena traduntur: harum igneus color, ut superiorum, est:

phrastus quoque confitetur, lib. περὶ λίθων, pag. 4, sed Pliniani codices silent. H. — Immo Broterius ex codd. Regg. 3, 5, 6, et edit. princ. restituit, « Massilia quoque importari Bocchus, etc. Ed. P.

Ob argillam. Qua obvolutae hae gemmae vix deteguntur. H.

Sole adustis saltibus. Lectio haec librorum visa sincerior, quam manu scriptorum, « ob argillam soli adustis saltibus; » sic enim Reg. 2, Colb. 3, et alii; vel quod Salmasius suggerit in Solin p. 277: « ob argillam soli adusti solibus. Hard.

XXVI. *Subditis.* Bracteis coloratis. Hard.

Sed cote deprehenduntur. Mola, ad quam gemmae poliuntur, quae e cote fit. Hard.

Et centr. scobe. Scobe exsilienta, quoniam in gemmis illis adulterinis centrum intervenit, quod esse duritiem quamdam ac veluti callum nodumve, alibi diximus. H.

XXVII. *Est et anthracitis.* Ἀνθρακίτις, quod carbonum ardentium speciem referat. H. — *Anthracitis.* Anthracitis Broterio videtur esse, *le rubis spinelle*; Dalecampio vero carbo fossilis, *la houille, le charbon de terre*, de quo supra diximus, lib. XXXVI, cap. 38. Nos de carbunculis veris non iam hic sermonem esse credimus. Ed. P.

Fossilis. Fortassis quem nasci ad Binas scribit Theophrastus lib. de Lapidib. Anthracitin hanc haematitis genus facit Agricola. Dalec.

Tunc nascebantur. Theophrast. prodidit lib. περὶ λίθων, hocque genus ligno putri simile adspectu, oleo perfusum accendi, et quum exstinctum fuerit tale videri quale antea fuerat. Dal.

Esse in iis, etc. Haec deinceps totidem verbis Isid. Orig. lib. XVI, cap. 3. Hard.

peculiare quidem, quod iactatae in ignem velut intermortuae exstinguuntur, contra aquis perfusae exardescunt.

XXVIII. Cognata est huic sandaresus, quam aliqui Garamantiten vocant: nascitur in India, loco eiusdem nominis. Gignitur et in Arabia ad meridiem versa. Commendatio summa, quod velut in translucido ignis obtentus, celantesque se transfulgent aureae guttae, semper in corpore, numquam in cute. Accedit religio narrata, a siderum cognatione, ab inspectoribus, quoniam fere stellarum Hyadum et numero, et dispositione stellantur, ob id Chaldaeis in caerimoniis habitae. Et hic mares austeritas distinguit, quodam vigore apposita tingens. Indicae

Quod iactatae in ignem. Idem de Thracio lapide recitat Dioscorides, quem nostrum carbonem fossilem esse pro indubitato habetur. Dal.

XXVIII. *Nascitur in India.* Isidorus Orig. lib. XVI, cap. 13: « Sandaresus (sic enim legi necesse est, tum ex hoc loco, tum ex Indice, non *sandasiros*) nascitur in India, loco eiusdem nominis. » H. — *Sandaresus.* Nunc non noscitur ille carbunculus. Brot. — Nec de carbunculo loqui Plinium arbitramur, quanquam sandaresum ad certam gemmae speciem referre nequimus. Ed. P.

Commendatio summa, quod velut in translucido stellantes intus, etc. (sic prius). Legend. « Summa eius commendatio, quod velut in translucido ignis intus celantesque se transfulgent aureae guttae, semper in corpore nunquam in cute. » Hinc summopere commendari ait, quod aureae guttae quas intus habet, velut in tralucido, et sese celantes transfulgeant. Salm. — *Ignis.* Ignis intus conditus, ac veluti abscondentes sese aureae guttae. Hard.

Ignis obtentus. Sic Mss. omnes, quos inspeximus. Prius legebatur: « velut in translucido stellantes intus fulgent aureae guttae. » Isidorus loc. cit. « Quod veluti intro lucido igne intus fulgent aureae guttae. Constat autem inter omnes, quantus numerus stellarum accedit, tanto et pretium accedere. » Hard.

Et hic mares, etc. Vt in carbunculis, cap. 25. Hard.

Austeritas distinguit, quodam vigore, etc. Legend. « Et hic mares austeritas distinguit, siquidem vigor apposita tingens indicat: quidam etiam, etc. » Et cap. 6 eiusdem libri: « nullis maior austeritas, nec minus vitii. » Et paulo post: « ergo Cypri varie glauci: magis ac minus in eodem smaragdo aliis partibus tenorem illum Scythicae austeritatis non semper custodiunt. » Πικρὸν Graeci vocant quod austerum in coloribus Latini. Salm.

quidem etiam hebetare visus dicuntur. Blandior feminis flamma : alliciens magis, quam accendens. Sunt qui praeferant Arabicas Indicis, fumidoque chrysolitho illas similes dicant. Ismenias vero negat poliri sandareson, propter teneritatem : et ob id in magno errore sunt, qui sandaricas vocent. Inter omnes constat, quantum numero stellarum accedat, tantum et pretio accedere. Affert errorem aliquando similitudo nominis, sandasel, quod Nicander sandareseon vocat, alii sandareson. Quidam vero hanc sandastron, illam sandaresum : in India nascentem illam quoque, et loci nomen custodientem : mali colore, aut olei viridis, omnibus improbatam.

XXIX. Ex eodem genere ardentium, lychnis appellata a lucernarum accensu, tamen praecipuae gratiae. Nascitur circa Orthosiam, totaque Caria, ac

Quod Nicander. Sic Mss. omnes, et hoc loco, et in indice. Typi omnes perperam, *Nicanor*. H.

Illum sandaresum. De qua dictum est initio huius cap. H.

In India nascentem illam. De qua plane modo Nicander. H.

XXIX. *Lychnites appellata a lucernarum accensarum praecipua gratia* (sic prius). Lege : » Ex eodem genere ardentium Lychnis, appellata a lucernarum accensu, tum praecipuae gratiae. » Tum praecipuae gratiae esse dicit hanc gemmam quum lucernae accensae sunt, quia vigor eius et ardor excitatur accensarum lucernarum flagrantia. Seq. sic leg. » Et inter has invenio differentiam, una purpura radiat, altera cocco. A sole excalefacta, aut digitorum attritu paleas et chartarum fila ad se rapit. Salm. — *Lychnis*. Isidorus, Orig. l. XVI, cap. 13 : » Lychnis ex eodem genere ardentium est appellata, a lucernarum flagrantia. H. — *Lychnis*. et hanc Broterius ad carbunculos refert, eamdemque ait cum eo quem nostrates appellant, *rubis couleur de cérise*; quam satis apte peritiores judicaverint, quum Plinius ex hac, ut e carchedonio, vasa potoria factitata fuisse tradat infra cap. 30. Ed. P.

Tamen praecipuae gratiae. Sic Reg. 2. Sic paulo antea cap. 24, » smaragdis tamen cedentes. » In Colb. 3, » tum praecipuae gratiae : » quasi quum lucernae accenduntur, tum gemmae illius vigorem excitari significet. Quae mens Isidori certe non fuit, cuius verba proxime retulimus : at fuit Solini, cap. LII, p. 82 : » Lychniten perinde fert India, cuius lucis vigorem ardor excitat lucernarum, qua ex causa lychniten Graeci vocaverunt. » H.

vicinis locis: sed probatissima in Indis, quam quidam remissiorem carbunculum esse dixerunt. Secunda bonitate similis est Ionia, appellata a praelatis floribus. Et inter has invenio differentiam: unam quae purpura radiat: alteram quae cocco: a sole excalfactas, aut digitorum attritu, paleas, et chartarum folia ad se rapere.

XXX. Hoc idem et Carchedonius facere dicitur, quanquam multo vilior praedictis. Nascitur apud Nasamonas in montibus, ut incolae putant, imbre divino. Invenitur ad repercussum lunae, maxime plenae. Carthaginem quondam deportabatur. Archelaus et in Aegypto circa Thebas nasci tradit, fragiles, venosas, morientibus carbonibus similes. Potoria vasa et

In Indis. Isidorus, loc. cit. Plutar. lib. de Fluviis, pa. 1149, iuxta Hydaspen amnem reperiri asseverat: Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος Λύχνις καλούμενος· ἐλαιώδης δέ ἐστι τῇ χρόᾳ, καὶ ζεστὸς πάνυ. Hard.

Quam quidam remissiorem, etc. Isidorus loc. cit. Remissior carbunculus a nostris appellatur, *rubis balais*. Hard.

Ionia appellata, etc. Quoniam violae colorem prae se fert, et repraesentat; durum loquendi genus. Dal. — *A praelatis floribus* A praecipuis floribus, nempe viola, cuius colorem refert, Ιον Graecis viola est. Ιωνιά, locus violis consitus. H. — Ionia, quae purpura radiat, Broterio iudice, *le rubis à teinte de purpure*; altera quae cocco, *le rubis couleur d'écarlate ou laque Indique*. Ed. P.

Vt inter has. Sic Mss. omnes, non *et alias invenio*, ut editi. Habet haec quoque Isidorus, loc. cit. Solinus, cap. LII, pag. 82: « Duplex ei facies: aut enim purpurea emicat claritate, aut meracius suffunditur cocci rubore. At si excanduit radiis solis incita, vel ad calorem digitorum attritu excitata est, aut palearum cassa, aut chartarum fila ad se rapit, etc. H.

Paleas, et chartarum folia ad se rapere. De Chalcedonio id Albertus, Isidorus, Bartholomaeus Anglicus, Pandectarius. Dal. — *Et chartarum folia.* Sic MSS. Reg. 2, Colb. 3, Fux. et alii. Tamen editi hactenus libri, et Isidorus, ac Solinus, *fila*. Hard.

XXX. *Hoc idem et Carchedonius facere dicitur, quanquam multo*, etc. Superius iam obiter indicatus, c. 25: « Garamantici carbunculi, quos et Carchedonios vocant, propter opulentiam Carthaginis magnae, a quo scilicet deportabantur, ut mox ipse Plinius subiicit. Isidorus haec iisdem verbis, Orig. l. XVI, cap. 13: « Carchedonius, hoc quod et lychnites facere dicitur, quanquam multum vilior praedictis. Nascitur apud Nasamonas, etc. » Hard. — *Carchedonius.* Nobis *calcédoine* (*oxide de silicium*),

ex hoc lapide, et ex lychnite factitata invenio. Omnia autem haec genera scalpturae contumaciter resistunt, partemque cerae in signo tenent.

XXXI. E diverso ad hoc sarda utilissima, quae nomen cum sardonyche communicavit. Ipsa gemma vulgaris, et primum Sardibus reperta, sed laudatissima circa Babyloniam, quum lapicidinae quaedam aperirentur, haerens in saxo cordis modo. Hoc metallum apud Persas defecisse traditur. Sed inveniuntur compluribus aliis locis, sicut in Paro, et Asso. In India trium generum: rubrum, et quod dionum vocant a magnitudine: tertium, quod argenteis bracteis sublinitur. Indicae perlucent: crassiores sunt

de qua supra, cap. 25. Ed. P.

Omnia autem haec. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 13. Hard.

XXXI. *E diverso... sarda utilissima.* Ad signum scilicet, quod ceram in signando sarda non retineat. Ita MSS. Editi, *ad haec*, hoc est, ad utrumque, ad scalpturam, et ad signum: quoniam nec sit ἄγλυπτος, nec ceram in signo auferat. Hard. — *Sarda.* Sardam (*calcédoine rouge*) nostrates appellant, *cornaline*, de qua etiam supra cap. 25 Ed. P.

Sardibus. In Lydia. Nunc in Sardinia probae notae reperiri Kircherus noster affirmat, Mundi subterr. lib. VIII, pag. 81. Hard.

Quum lapicidinae. Theophrasti lib. περὶ λίθων, pag. 7: Εὑρίσκεται δὲ καὶ σάρδιον διακοπτομένων τῶν πετρῶν. Hard.

Haerens in saxi corde (sic prius). Lege: «haerens in saxo, cordis modo, hoc metallum apud Persas defecisse traditur,» i. e. hoc genus marmoris vel saxi, intra quod inveniebantur sardae gemmae. Salmas.

In Paro et Asso. Hoc a Gelenio est. MSS. omnes, *In Ephiro.* An *in Epiro?* Mox certe sequitur, «Inveniuntur et circa Leucadis Epiri.» Hard.

In India trium generum. Lege: «in India trium generum: rubrum et quod dionum vocant a magnitudine.» Δίωνον, quod ex magnitudine erat, ut duae σφραγῖδες ex eo fieri possent. Salm. — *Et quod dionum vocant, a magnitudine.* Sequuti fidem eorumdem codicum MSS. negleximus Aypos, qui prae se ferunt, «Et quod densium vocant a pinguedine.» Δίωνον vel barbara Indorum lingua dicium putamus: vel, si graeca, quasi δὶς ὠνεῖν, quod duplicato pretio oli magnitudinem comparari possit. Δίωμον Salmasius dum reponit, in Solin. pag. 483, ut omittam caetera, MSS. codicum consensum nauci facit. H. — *Dionum.* Brot. ex MSS. Regg. 2, 3, 5, 6, et edit. principe, *dionium.* Ed. P.

Argenteis bracteis. Subditis nimi-

Arabicae. Inveniuntur et circa Leucada Epiri, et circa Aegyptum, quae bractea aurea sublinuntur. Et in his autem mares excitatius fulgent: feminae pigriores sunt, et crassius nitent. Nec fuit alia gemma apud antiquos usu frequentior. Hac certe apud Menandrum et Philemonem fabulae superbiunt. Nec ulla est translucentium, quae tardius suffuso humore hebetetur, oleoque magis, quam alio liquore. Damnantur ex iis melleae, et validius testaceae.

XXXII. (VIII). Egregia etiamnunc topazio gloria est, suo virenti genere, et quum reperta est, praelatae omnibus. Id accidit in Arabiae insula, quae Cytis vocatur: in qua Trogodytae praedones, diutius fame et tempestate pressi, quum herbas radicesque effoderent, eruerunt topazion. Haec Archelai sententia est. Iuba Topazon insulam, in Rubro mari a conti-

rum, ut translucere vel sic cogantur. Hard.

Pigriores Ita MSS non *pinguiores*. Sic ipse cap. 45, de carbunculis: « Masculi acrius, feminae languidius refulgentes. » Hard.

Apud Menandrum. Ex Menandri comoedia, quae Πεδίον inscribitur (an Παιδίον potius?), apud Athen. lib. III, pag. 94, recitatur hic versiculus: Μαράγδον εἶναι ταυτ' ἔδει καὶ σάρδια. Dalec.

Damnantur ex iis melleae, etc. Sarda mellea, vel melleo colore, nobis est *la cornaline jaunâtre*; testacea, quae testam colore refert, *la cornaline rougeâtre*. Ed. P.

Testaceae. Quae testam colore referunt. Hard.

XXXII. *Topazio*. Topazum vocat Orpheus lib. περὶ λίθων, scriptis de eo multis et venustis carminibus. Dal. — *Topazio*. Haec totidem verbis Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 7, Chrysolithorum generis esse nunc a peritis existimatur. H. — *Topazoi*. Antiquorum topazius a nostris differt, quod satis patet ex Pliniana descriptione. Sed haec fusius persequi non licet in tanta notarum brevitate et nominum varietate. Brot. — *Topazio*. Topazius Veterum, ut bene vidit Harduinus ad chrysolithum nostratem, *chrysolite*, referri debet; chrysolithus vero Veterum ad nostratem topazium, *topaze*. Ed. P.

Quae Cytis vocatur. De ea lib. VI, cap. 34. In MSS. « quae Trogodytis vocatur, in qua praedantes, etc. » mendose. Hard.

Tempestate pressi. MSS. omnes, *fessi*: et Isidorus similiter, loc. cit. Hard.

Topazon insulam, in Rubro mari. Libro VI, cap. 34. Hard.

nente diei navigatione abesse tradit, nebulosam, et ideo quaesitam saepe navigantibus, ex ea causa nomen accepisse. Topazin enim Trogodytarum lingua significationem habère quaerendi. Ex hac primum importatam Berenicae reginae, quae fuit mater sequentis Ptolemaei, a Philemone praefecto regis, ac mire placuisse: et inde factam statuam Arsinoae Ptolemaei Philadelphi uxori, quatuor cubitorum, sacratam in delubro, quod aureum cognominabatur. Recentissimi auctores et circa Thebaidis Alabastrum oppidum nasci dicunt: et duo eius genera faciunt, prasoidem atque chrysopteron, similem chrysopraso.

Diei navigatione. Sic MSS. omnes fere, Reg. Colb. Fux. At Chiffl *CC stadiis*, horum verborum vice legit. Libri omnes edili, *stadiis CCC*, hoc est, XXXVII M. D. pass. H.

Topazin. Isidorus loc. citat. haec totidem verbis: « Nam τοπάζιον Trogodytarum lingua significationem habet quaerendi. Hard.

Sequentis Ptolemaei. Hoc est, secundi, sive Philadelphi: eademque uxor Ptolemaei Lagi, qui princeps post Alexandri obitum Aegypto potitus est. Sic Africanum sequentem saepe Plinius, hoc est, posteriorem vocat. De eiusdem Berenices adamante Iuvenalis, Sat. VI, vers. 155: « Murrhina: deinde adamas notissimus, et Berenices In digito factus pretiosior: hunc dedit olim Barbarus incestae: dedit hunc Agrippa sorori, Observant ubi festa mero pede sabbata reges, Et vetus indulget senibus clementia porcis. » Haro.

Ptolemaei Philadelphi uxori. Pariter et sorori. Hard.

Quatuor cubitorum. Topazius tantae magnitudinis pertinet potius ad lapides, *les pierres fines*, quam ad gemmas, *les pierres précieuses*, ut iam de amaragdo dictum est supra cap. 19 Ed. P.

Prasoidem. Πρασοειδῆ, colore porraceo: et χρυσόπτερον, vel uti exhibent MSS. omnes, χρυσότερον, a pallore videlicet, qui vergat in colorem aureum. Denique χρυσόπρασος, a colore porri viridi, aureoque mixto. H. — *Prasoides.* Topazius prasoides nonnullis eadem esse videtur cum gemma recentioribus dicta, *chrysolite orientale*, colore aureo ad poraceum inclinante; aut etiam cum nostrate *peridot oriental*, cuius color ex porraceo ad aureum vergit. Ed. P.

Chrysopteron similem chrysopraso. Topazii Sibenburgensis meminit, cuius pallor ad auri colorem vergit Dalec. — *Chrysopteron.* Topazium chrysopteron nonnulli referunt ad nostratem gemmam, *topaze orientale* dictam; cuius color aureus (*corindon, téleste jaune*); alii chrysopraso non absimilem putant, quae carchedonii species (*calcédoine vertpomme*), vulgo *chrysoprase*. Ed. P.

Eius enim tota similitudo ad porri succum dirigitur. Est autem amplissima gemmarum. Eadem sola nobilium limam sentit: caeterae Naxio et cotibus poliuntur. Haec et usu atteritur.

XXXIII. Comitatur eam similitudine propior, quam auctoritate, callais, e viridi pallens. Nascitur post aversa Indiae, apud incolas Caucasi montis Phycaros; apud Sacas et Dahas, amplitudine conspicua, sed fistulosa ac sordium plena. Sincerior multo praestantiorque in Carmania. Vtrobique autem in rupibus inviis et gelidis, oculi figura extuberans, leviterque adhaerens, nec ut agnata petris, sed ut apposita. Quamobrem scandere ad eam pigritia pedum equestres populos taedet, simul et periculum terret. Ergo

Caeterae Naxiis cotibus poliuntur. Non e Naxo, una e Cycladibus, sed ab alia Cretensi. Stephanus, Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. Cretensis cotis mentio fit etiam decimo octavo volumine in ratione praetorum. Grel.

Naxio. Naxo e Creta advectas cotes, Naxium appellabant. Plinius lib. XXXVI, cap. 10: »Signis e marmore poliendis, gemmisque etiam scalpendis, atque limandis, Naxium diu placuit ante alia: ite vocantur cotes in Cypro insula genitae.« Nunc igitur ad gemmas limandas, et cotes Naxias, et elias inferioris notae advocat. H.

XXXIII. *Callais.* Callais, *la turquoise.* Tota Persia eam plurimam nasci tradit Garcias ab Horto, Peruzaaque Arabibus vocari. Dar. — *Callais.* Turchesiam hanc esse falso quidam autumant, *la turquoise*: quum an Veteribus cognita omnino turchesie fuerit, haud sane satis sit exploratum: e Samarcanda Tartariae citerioris provincia ad nos advehitur. Callais vero ab Isidoro Callaica appellatur, Orig. lib. XVI, cap. 7, et e Solino similiter, cap. xx, pag. 41. H. — *Callais.* Callais, ut nonnullis videtur, ex viridi pallente, pertinet ad gemmas quas dicimus *péridot oriental.* Ed. P.

Post aversa Indiae. Post ultimam Indiam. Haad.

Apud Sacas et Dahas. De his egimus lib. VI. Permutato verborum ordine in Reg. et Colbert. 2, *Sacas apud Dahas* legitur. At in libris hactenus editis corrupte ex gemina voce una conflatur, *ac Ardatas.* Iampridem ita emendandum Salmasius quoque viderat. Haad.

In Carmania. Sic libri omnes vulgati, ut opinor, recte. Nihilominus MSS. omnes, *in Germania.* Quin et Solinus, cap. xx, pag. 41, postquam de succino Germaniae egit, »In Germaniae continentibus, inquit, Callaica reperitur, quam gemmam Arabicis anteponunt.« Isidorus item, Orig. lib. XVI, cap. 7: »Nascitur in India, vel Germania, in rupibus ge-

fundis e longinquo incessunt, et cum toto musco excutiunt. Hoc vectigal, hoc est gestamen in cervice ac digitis gratissimum. Hic census, haec gloria a pueritia deiectorum numerum praedicantium, in quo varia fortuna. Quidam ictu primo cepere praeclaras, multi insectando nullas. Et venatus quidem callaidis talis. Sectura formantur, alias fragiles. Optimus color smaragdi: ut tamen apparet, ex alieno est quod placeant. Inclusae decorantur auro, aurumque nullae magis decent. Quae sunt earum pulchriores, oleo, unguento, et mero colorem deperdunt. Viliores constantius repraesentant: neque est imitabilior alia mendacio vitri. Sunt qui in Arabia inveniri eas dicant in nidis avium, quas melancoryphos vocant.

XXXIV. Viridantium et alia plura sunt genera. Vilioris est turbae prasius: cuius alterum genus sanguineis punctis abhorret: tertium est virgulis tribus distinctum candidis. Praefertur his chrysoprasius, porri succum et ipsa referens, sed haec paulum

lidis, oculi modo extuberans.» Verum quum *equestres populos* harum gemmarum scrutatores Plinius paulo mox appellat, Carmanos potius quam Germanos, quivis, credo, cordatus intelligat.

Gestamen in cervice. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 17: «Nihil iucundius aurium decens.» Brot.

Color smaragdi. Qualis in smaragdo cernitur. Hard.

Ex alieno. Ex accersito nitore: nempe ex auro quo inclusae decorantur. Hard.

Constantius repraesentant. Servant colorem. Hard.

Neque est imitabilior. Neque est alia gemma, quam melius vitrum mentita similitudine imitetur. H.

Sunt qui in Arabia. Solinus, c. xx, pag 41. Hard.

XXXIV. *Vilioris est turbae prasius*, etc. A colore nomen habet: est enim πράσιος graece viridis. Aeruginei coloris, ἰώδης τῇ χρόᾳ a Theophrast. dicitur, περὶ λίθων, p. 8. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 7: «Prasius pro viridante colore dictus, sed vilis. Cuius alterum genus sanguineis punctis abhorret.» Sic et Pliniani codices: forte *abhorret*: «Tertium distinctum virgulis tribus candidis.» Sic et Marbodeus, lib. de Lapid. pret. cap. LII. H. — *Prasius* Nostris item *prase* (*quartzagate prase*, *quartz-amphiboleux*) gemmariis dicitur. Ed. Par.

Chrysoprasius. Chrysoprason a chry-

declinans a topazio in aurum. Haic et amplitudo ea est, ut cymbia etiam ex ea fiant: cylindri quidem celerrime.

XXXV. India et has generat, et Nilion, fulgore hebeti ac brevi, et quum intueare, fallaci. Sudines dicit et in Syvero Atticae flumine nasci. Est autem color fumidae topazii, aut aliquando melleae. Juba in Aethiopia gigni tradit, in littoribus amnis, quem Nilum vocamus, et inde nomen trahere.

XXXVI. Non translucet molochites, spissius virens, et crassius quam smaragdus, a colore malvae nomine accepto, reddendis laudata signis, et infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine. Nascitur in Arabia.

XXXVII. Viret, et saepe translucet iaspis, etiam

soprasio distinguunt Albertus, Isidorus, Pandectarius: quod et adnotatum est in vocabulo chrysolampis. Dal. — *Praefertur his chrysoprasus.* Mixto colore auri cum viridi. A nostris appellatur *prime d'émeraude.* Hard. — *Chrysoprasius* Aureo nempe et viridi colore, nonnunquam auri punctis interstinctus; nobis quoque (*calcédoine de couleur vert pomme*) *chrysoprase* appellatur, ut supra dictum. Ed. P.

XXXV. *Et Nilion.* Dictum ab amne Nilo. H. — *Nilion.* Nobis Nilion dicitur *jaspe, caillou d'Égypte.* Ed. P.

XXXVI. *Non translucet molochites.* Haec Isidorus plane ad verbum, Orig. XVI, 7. Μολόχη, vel μαλάχη malvam sonat. Hinc molochinus color apud Nonium, cap. XVI, num. 2. Et molochinarii, apud Plautum, ut diximus lib. XXI, cap. 22, not. 7. Has postremas voces, « et crassius quam smaragdus » adiecimus nunc primum, non solum admonitu codicum Reg. 2, Colbert. 3, Fux. etc. sed et Isidori hunc locum ita reddentis, Orig. lib. XVI, cap. 7: « Molochites spissius virens, et crassior quam smaragdus, a colore malvae nomen accepit: in reddendis laudata signis. Nascitur in Arabia. » Solini parter cap. XXXIII, pag. 63: « Et molochiten Arabs invenit, virentem crassius quam smaragdus, contra infantum pericula ingenita vi resistentem. » Sed et mox quoque ex eorumdem codicum et auctorum fide addidimus, « Nascitur in Arabia » quae voces a libris omnibus editis aberant. H. — *Molochites.* Nostris *malachite* (*hydro carbonate vert de cuivre*), de qua iam supra, et de chrysocolla dictum l. XXXIII, cap. 26. Ed. P.

Et infantium custodia. Solinus, c. XXXIII, pag. 63, et Marbod. lib. de Lapid. pret. cap. XLIV. H.

XXXVII. *Viret et saepe translucet iaspis.* Iaspis illa eadem Broterio vi-

si victa a multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimae ferunt eam gentes: smaragdo similem Indi: Cypros duram glaucoque pingui: Persae aëri similem: ob id vocatur aerizusa. Talis et Caspia est: caerulea, circa Thermodoontem amnem: in Phrygia, purpurea: in Cappadocia, ex purpura caerulea, atque non refulgens. Amisos Indicae similem mittit, Calchedon turbidam. Sed minus refert nationes, quam bonitates, distinguere. Optima ergo, quae purpurae quidquam habet: secunda, quae rosae: tertia, quae smaragdi. Singulis autem Graeci nomina ex argumento dedere. Quarta apud eos vocatur Borea, caelo autumnali matutino similis: et haec erit illa, quae vocatur aerizusa. Similis est et sardae, imitata et violas. Non minus multae species reliquae, sed omnes in vitio caeruleae, aut crystallo similes, aut myxis. Item tere-

detur esse species cum ea quae nobis dicitur *jaspe vert*. En. P.

Smaragdo similem Indi. Ἴασπις σμαραγδίζων, Dioscoridi, lib. V, c. 160. H. — *Smaragdo similem*. Haec iaspis, *le jaspe vert de pré*; aërizusa, *le jaspe bleu céleste*; caerulea, *le jaspe bleu*; purpurea, *le jaspe pourpre*; Sarda, *le jaspe sarde*; imitata violas, *le jaspe violet*; terebinthizusa, *le jaspe jaune*, *le jaspe térébenthiné*. Brot.

Glaucoque pingui. « Glaucam pinguemque » in nonnullis veteribus legitur: in aliis, « glacieique pinguis. » Fortassis id genus, quod esse pituitae simile Dioscorides scribit. Dal. — *Glaucoque pingui*. Saturi coloris. Hard.

Aërizusa. Ἀερίζουσα. Hanc esse quam turchesiam nostri vocent, Salmasius existimat, in Solin. pag. 202, sequutus Agricolam. Dioscoridi, loc. cit. est ἴασπις ἀερίζων. H.

Amisos Indicae similem mittit. Est autem Amisos Ponti urbs, sicut Calchedon Bithyniae. Gelen.

Nomina ex argumento. Nempe πορφυρίζοντος ἰάσπιδος, ῥοδίζοντος, σμαραγδίζοντος. Hard.

Borea Βόρειος septemtrionalem sonat. Hard.

Imitata et violas. Est et quae violas imitatur. Hard.

Aut myxis. Leg. *aut pituitae*, τῇ μύξῃ. Plinius ambigua voce τῆς μύξης hallucinatus est. Dal. — *Aut myxis*. De myxis egimus XV, 12 et 13. Frustra sunt qui *mucis* hic reponunt, cum Salmasio in Solin. pag. 131, quam vocem numero multitudinis, pro pituita nasi, nusquam me legere memini. Nam quae pituitae ei similis esse a Dioscoride perhibetur, ea ipsa est, quae crystallum refert: ὁ δὲ κρυσταλλώδης ἐοικὼς φλέγματι. Quae vero est myxis affinis crystallina discrepare facie nunc affirmatur. H.

Item terebinthizusa. Θερεβινθίζων

binthizusa, improprio, ut arbitror, cognomine, velut e multis eiusdem generis composita gemmis. Quamobrem praestantiores funda clauduntur patentes, nec praeterquam margines auro amplectente. Vitium est et brevis in iis nitor, et longe splendens, et sal, et omnia quae in caeteris. Et vitro adulterantur: quod manifestum fit, quum extra fulgorem spargunt, atque non in se continent. Nec diversae, quas sphragidas vocant, publico gemmarum dominio iis tantum dato, quoniam optime signent. (IX). Totus vero Oriens pro amuletis traditur gestare eam, quae ex iis smaragdo similis est, et per transversum linea alba media praecingitur, et grammatias vocatur: quae pluribus polygrammos. Licet obiter vanitatem magicam hic quo-

Dioscoridi loc. cit. quod terebinthi colorem repraesentet. Quum porro velut e multis composita gemmis videatur, magia proprie ex ea re, inquit auctor, quam ex terebintho appellationem duceret. H.

Funda. Auuli umbilico cinguntur ita, ut omuino emiueant, solos margines amplectente aureo circulo. H.

Funda clauduntur. Funda, ut ex hoc loco intelligitur, circulus est ex auro, aliova matallo, quo gemmae ita nectuntur, ut aurum nonuisi margines amplectatur. Palam auuli alii appellant, quo sensu et σφενδόνην Plato dixit, τὸ περιφερὲς τοῦ δακτυλίου. Idem Plinius infra, c. 43, de chrysolithis: « Funda Includuntur perspicuae. » Hard.

Et omnia quae in caeteris. Vitia superius recensita fere c. 18. H.

Quod. Quod vitium manifestum fit. Hard.

Nec diversae. Nec sunt diversae ab iaspide gemmae eae, quas σφραγῖδας vocant, hoc est, signatorias. H.

Pro amuletis. Priscianus in Periegesi, pag. 384 « Aiqua malos lemures quod pellit mumus, iaspin. » Omnia iaspidis genera pro amuletis gestari promiscue auctor est Dioscorides, lib. V, cap. 160: Λέγονται δὲ πάντες εἶναι φυλακτήρια περίαπτα. Codices e quibus refingere hunc locum alifer Salmasius nititur, in Solin. pag. 134, mutili sunt ac vitiosi. H.

Et grammatias. Γραμματίας Γράμμα Graecis lineam sonat. H. — *Grammatias.* Iaspis grammatias, *le jaspe fleuri rouge, à raies blanches*, polygrammos, *le jaspe fleuri rouge, à taches blanches*; onychipuncta, *le jaspe-onyx*; nives in summitate complexa, *le jaspe calcédoine à petits flocons de neige*; stellata, *le jaspe onyx moucheté*; capnias, *le jaspe onyx enfumé*. Brot.

Quae pluribus. Quae pluribus lineis cingitur. Hard.

Licet obiter. Adde quae habet Albertus Magn. lib. II de Miner. pag. 232: « Aiunt quod gestantem se a

que coarguere, quoniam hanc concionantibus utilem esse prodiderunt. Est et onychipuncta, quae iasponyx vocatur: et nubem complexa, et nives in summitate. Est et stellata rutilis punctis: est et salem imitata: et veluti fumo infecta, quae capnias vocatur. Magnitudinem iaspidis quindecim unciarum vidimus: formatamque inde effigiem Neronis thoracatam.

XXXVIII. Reddetur et per se cyanos, accommodata gratia paulo ante nominato colore caeruleo. Optima Scythica, dein Cypria, postremo Aegyptia. Adulteratur maxime tinctura, idque in gloria regis Aegypti adscribitur, qui primus eam tinxit. Dividitur

luxuria prohibet. In magicis etiam legitur, quod si incantatus est, reddit gratum, et potentem, etc. a H.

Est et onychipuncta. Onychinis distincta punctis: quamobrem et composita voce ἰασπόνυξ a Graecis vocatur. Hard.

Iasponyx. Iasponyx, quae altera parte iaspidem repraesentat, altera onychen. Dal.

Capnias. Καπνίας. Fumum graece καπνὸς sonat. De hac gemma rursum inferius Noster dicit cap. 56. H.

XXXVIII. *Reddetur et per se cyanos.* Appellabitur et seorsim cyanos, cui gratia est a colore caeruleo paulo ante nominato. H.

Cyanos. Κύανος, a colore caeruleo. Haec sapphiro simillima, unde a gemmariis nostris indiscreto nomine sapphirus appellatur: nec lurchina sane, ea est, ut nonnullis visum. H. — *Cyanos.* Nobis dictus *lapis lazuli*, *lazulite*, vulgo *pierre d'acier*. Eo. P.

Accommodata gratia, etc. Sic Reg. 2, Colb. 3, Fux. aliique. In editis interpolata omnia, a Accommodata paulo ante iaspidis nomine, colore caeruleo. a Colorem caeruleum Plinius paulo antea nominavit superiore capite, quum in vitio dixit esse ante dictarum gemmarum. H.

Optima Scythica. In pigmento contra, quod caeruleum appellatum est lib. XXXIII, cap. 57, primas Aegyptium obtinet, Cyprium secundas, postremas Scythicum. H.

Adulteratur maxime. Theophrastus, lib. de Lapid. non tingi solum in Aegypto memorat, sed σκευαστὸν καὶ τεχνητὸν εἶναι, factitium et arte fictum. Dal. — *Adulteratur.* Vitro scilicet in eum colorem tincto: fusa materia, et colore imbuta caeruleo. Theophrastus lib. περὶ λίθων. H.

Tinctura. Vt ex feminis mares fiant. Mares enim valde nigri, feminae candidae. Agricola lib. VI de Fossil. Dal.

Tinxit. Ἐποίησε χυτὰν, μιμησάμενος τὸν αὐτόφυῆ. Theophrast. fusilem fecit ad imitationem nativi. Dal.

Dividitur autem. Theophr. περὶ λίθων, pag. 7. H.

autem et haec in mares feminasque. Inest ei aliquando et aureus pulvis, non qualis in sapphirinis.

XXXIX. In sapphiris enim aurum punctis collucet caeruleis. Sapphirorum, quae cum purpura, optimae

Inest ei aliquando. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 9. H. — *Aureus pulvis.* Gyani (*lazulite*) varietas etiamnunc apud nos expetitur, caeruleo colore ad purpureum declinante; pyritis interstincta, quorum venae aut puncta, dum tractos purpuram lucent, auri fulgorem imitantur. Ed. P.

XXXIX. *Sapphiris enim.* Locus hic sumptus est ex Theophrasti lib. περὶ λίθων, sed depravatissima scriptura. Verba illius sunt: ἐξ ὧν καὶ τὰ σφραγίδια γλύφουσι, αἱ μὲ τῇ ὄψει μόνον (ἀδεῖαι) εἰσὶν σάρδιον καὶ ἴασπις καὶ ἡ σάπφειρος, αὐτὴ δ' ἐστὶ ὥσπερ χρυσόπαστος. Legendum vero, σάπφειρος καὶ κύανος· αὐτὴ δὲ, etc. Satis mirari non possum, Plinium, tantum virum et in perscrutandis rerum naturis curiosum ac diligentem, hic errasse tam pueriliter, quum de sapphiro ea scribit, nimirum quod non pellucet, et aureis punctis conspergitur, quae prorsus de cyano gemma, colore caeruleo simili audiendae sunt. Dal. — *Aurum.* Aureus sapphiri colos caeruleis punctis inspergitur. H.

Aureis punctis collucet. Remigius Belleau, poëta Gallus, lepidissimis versibus pretiosissimum et rarissimum sapphirum e se visum describit, nubecula e rubro purpurascente, subcaeruleo colore in infima gemmae parte conspicua, simile sulphuris glauco nitori: dum accenditur, grauis aureis, exiguis, intus scintillantibus, et flavo fulgore splendentibus. Aureis autem vel guttis, vel lineis distinctas, notatas, variatas, conspersas gemmas in hoc Plinii velut indice reperio. 1. Sandastrum, fulgentem aureis guttis. 2. Cyanon. 3. Sapphiron. 4. Coralloachaten. 5. Acopida. 6. Chelonitida. 7. Hormesion, rapientem auro. 8. Leucopetalon, aureis lineis candore distincto. 9. Lysimachum, Rhodio marmori similem aureis venis picturatum. 10. Leucochryson. 11. Ponticam primam, stellatam aureis guttis. 12. Ponticam secundam, lineis aureis virgatam. Dal. — *Aurum punctis collucet caeruleis.* Aureis punctis sapphiri cutem esse insperam, et pariter caeruleis, purpureisve, quod alterum sapphiri genus est mox appellandum, iodicat. Vnde intelligitur, quantum sapphirus Pliniana a nostra discrepet, quae et tota caerulea est, et perlucida: nec apud Medos solum indosva, sed et apud nos in Europa natales habet. Plinius infra, cap. 54: « Coralloachates guttis aureis sapphiri modo sparsa. » H. — *In sapphiris aurum.* Sapphirus nostras tota caerulea est, et perlucida (*corindon, telesie bleue, saphir oriental*), ita ut videatur gemmam Veterum cognominem a nostrate diversam esse, aut Plinium in transcribendis auctoribus hallucinatum. Ed. P.

Cum purpura. Garcias ab Horto, qui de rebus indicis scripsit, tradit in eadem fodina reperiri nonnumquam sapphirum mixtum cum carbunculo (rubino), eumque vocari ab incolis sapphirorubinum (sapphiranthraces). Gemmarii nostri vocant, *saphir rouge.* Dalecamp. — *Cum purpura.* Cum punctis purpureis. Epiphanius, de xii gemmis, pag. 227:

apud Medos: nusquam tamen perlucidae. Praeterea inutiles scalpturae, intervenientibus crystallinis centris. Quae sunt ex iis cyanei coloris, mares existimantur.

XL. Alius ex hoc ordo purpureis dabitur, et ab illis descendentibus. Principatum amethysti Indicae

Λίθος σάπφειρος πορφυρίζων... Πολλὰ δὲ γένη τούτου ὑπάρχουσιν· ἔστι γὰρ ὁ βασιλικός, χρυσοστιγής· οὐ πάνυ δὲ οὗτος θαυμαζόμενος, ὡς ὁ διόλου πορφυρίζων· καὶ οὗτος δὲ λέγεται εἶναι ἐν τῇ Ινδίᾳ, καὶ Αἰθιοπίᾳ. « Sapphirus gemma purpurascit. ... Multa sunt eius genera. Est enim regius aureis punctis varius. Non est vero hic in tanta admiratione, quanta ille qui prorsus purpurascit. Et hic dicitur esse quum in India, tum etiam in Aethiopia. » Haec totidem syllabis, apicibusque repraesentamus, quot sunt in codicibus Mss. Reg 2, Colb. 3, Fux. et alii: mire in libris editis hactenus interpolata: « Sapphirus enim et aureis punctis collucet. Caeruleae et sapphiri, raroque cum purpura Optimae apud Medos. etc. » Quae in eius interpretatione loci Salmasius in Solin. pag. 132, σφάλματα committit; nec enumerare vacat, nec refellere. Sed neque Isidoro crede, Orig. XVI, 9, hunc Plinii de sapphiro locum ex depravatis exemplaribus describenti. H.

Optimae apud Medos. Marbodeus, lib. de Lapid. pret. cap. LIII, de sapphiro: « Hic quoque syrtites lapis a plerisque vocatur, Quod circa Syrtes Libycis permixtus arenis, Fluctibus expulsus.... Ille sed optimus est, quem tellus Medica gignit: Qui tamen asseritur numquam transmittere visum. » H.

Crystallinis centris. Duritie crystallina. H.

XL. *Et ab illis.* Et iis, qui sunt affines purpurae, coloribus. H.

Principatum amethysti. Ἀμέθυστος, vel quod ebrietati resistit, vel quod vini colorem trahit. Elegantia duo epigrammata de amethysto vide in Antholog. Gronov. lib. IV, tit. 18. Alterum Platonis iunioris, de Baccho sculpto in amethysto: Πλάτωνος νεωτέρου, εἰς Διόνυσον γεγλυμμένον ἐν ἀμεθύστῳ· Α λίθος ἔστ ἀμέθυστος· ἐγὼ δ' ὁ πότας Διόνυσος Η πιθέτω νήφειν, ἢ μαθέτω μεθύειν. « Haec gemma est amethystus: amans ego vina Lyaeus: Pota sit, aut ut sim sobrius, efficiat. » Asclepiadae alterum: Εἰμὶ μέθη τὸ γλύμμα σοφῆς χερός, ἐν δ' ἀμεθύστῳ Γέγλυμμαι, τέχνης δ' ἡ λίθος ἀλλοτρίη. Ἀλλὰ Κλειοπάτρης ἱερὸν κτέαρ· ἐν γὰρ ἀνάσσης Χειρὶ θεὸν νήφειν καὶ μεθύουσαν ἔδει. « Ebrietas ego sum: qui fert lapis est amethystus: Ingenio gemmae dissidet artis opus. Sed quis me Cleopatra tenet, Dea concita vino, Est in reginae sobria facta manu. » Generis est ea vox apud Plinium feminini: masculini, Ovidio. H. — *Amethysti.* Amethystus apud nos servat nomen (*Corindon, telesie violette, améthyste orientale*); sunt et gemmae cognomines, cum amethysto orientali non confundendae; nempe ex lapide quem nostrates appellant, *quarz violet, améthyste.* Ed. P.

tenent. Sed in Arabiae quoque parte, quae finitima Syriae Petraea vocatur, et in Armenia minore, et in Aegypto, et in Galatia reperiuntur: sordidissimae autem vilissimaeque, in Thaso et Cypro. Causam nominis afferunt, quod usque ad vini colorem non accedunt: prius quam enim degustent, in violam desinit fulgor. Aliqua siquidem in illis purpura, non ex toto in igneum, sed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore, scalpturis faciles: Indicae absolutum felicis purpurae colorem habent: ad hancque tingentium officinae dirigunt vota. Fundunt autem eum aspectu leniter blandum: neque in oculos, ut carbunculi, vibrant. Alterum earum genus descendit ad hyacinthos. Hunc colorem Indi sacon

In Galatia. Sic Mss. omnes. Editi hactenus, *in Gallia.* H.

In Thaso. Reg. 2, Colb. 3, et alii, *In Tarso.* H.

Causam nominis. Haec totidem fere verbis Isidorus, Orig. l. XVI, c. 9. Locum hunc integra fide ex Mss. Reg. 2, Colb. 3, Fux. et aliis repraesentamus. Prius legebatur: « Quod usque ad vini colorem accedens, prinsquam eum degustet, in violam desinat: fulgorque quidam in illa purpurae, non ex toto igneus, etc. » Nostris exemplaribus favet Isidor. Orig. lib. XVI, cap. 9: « Causam nominis eius asserunt, quia sit quiddam in purpura illius, non ex toto igneum, sed vini colorem habens. » Harn.

Perlucent, etc. Isidor. loc. cit. H. — *Scalpturis faciles.* Amethystus indica, ut omnes eiusdem generis (*corindon*, *telesie*) gemmae, nulli fere duritie cedit, praeterquam adamanti. Quum autem Noster « absolutum felicis purpurae colorem indicae » dicat, orientalem nostram amethystum, *amethiste orientale*, certe designare voluit, quam et gemmarii recentiores variis modis imitari vel adulterare noverunt. Eo. P.

Ad hancque. Vt in lana quae tingitur purpurae succo, amethysti color eluceat. Vid. l. IX, c. 62. H.

Alterum earum. Isidorus, l. c. Epiphan. p. 229, de XII gemmis: Ὁ μὲν αὐτῶν ἐστιν ὑακίνθῳ καθαρῷ παραπλήσιος. H.

Descendit. Accedit. H.

Hunc colorem Indi sacon vocant. Legend. « Hunc colorem Indi sacon vocant, talemque gemmam sacondion dilutiorem, eadem et Pharanitis in ora contermina gentis Arabiae. » Salm. *Dilutior eadem.* Hoc tertium amethysti genus, dilutioris paulo coloris. Ex quo intelliges perperam hunc locum a Salmasio in Solin. p. 566, sic emendari. « Talemque gemmam sacondion dilutiorem. Eadem et Sapenos vocatur, etc. » Nam haec ad genus amethysti pertinere necesse est, si ita le-

vocant, talemque gemmam sacondion. Dilutior eadem et sapenos vocatur. Eadem et Pharanitis in contermino Arabiae, gentis nomine. Quartum genus colorem vini habet. Quintum ad viciniam crystalli descendit, albicante purpurae defectu. Hoc et minime probatur, quando praecellens debet esse in suspectu, velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leviter roseus nitor. Tales aliqui malunt paederotas vocari, alii anterotas, multi Veneris gemmam, quod maxime videtur decere et species, et colos. Eas gemmas magorum vanitas resistere ebrietati promittit, et

gatur. Vbi igitur tertii generis mentio, quum quartum quintumque proxime sequatur? H.

Eadem et Pharanitis. Sic Reg. 2, Colb. 3, eliiqua, non *paranites*, ut editi. Pharan urbs est Arabiae iuxta Saracenos, de que Eusebius et Hieronymus consulendi, in locis Hebraicis. Hard.

Purpurae. Purpuree colore in albicantem deficiente. H. — *Purpurae defectu.* Sic Mss. supra laudati: non *deiectu*, ut in libris vulgatis. Sententia est, ubi purpura deficit, in extremis videlicet oris albicare gemmem. Epiphanius, de XII gemmis, p. 229: Αἴθος ἀμέθυστος. Οὗτος κατὰ τὴν αὐτοῦ περιφέρειαν φλογίζων ἐστὶ βαθέως· ἡ δὲ αὐτὴ ἐστι λευκοτέρα, ἐκ τοῦ μέσου οἰνωπὸν ἀποπέμπουσα εἶδος. « Circumferentiam habet profunda ceu colore flammae erdentem. Est autem cuius circumferentia albicet, e medio sui fundens vini colorem » Etsi hunc locum eliter vertit doctus interpres. Hard.

In suspectu. Quum sublimis aspicitur: veluti si hunc ex carbunculo refulgeret nitor cum purpura roseus. Occurrit voc ea jam superius, lib. XXI, cap. 22. H.

Paederotas. Quod a pueris amentur, vel quod qui gestant pueris amabiles sunt: anterotas quod mutuum amorem concilient. Dal. — *Paederotas* Παιδέρωτας et ἀντέρωτας, quod aeque venusti sint atque puelluli, immo atque ipse Amor. Hinc apud Vopiscum *Oxypaederotinus color*, qualis nimirum in paederote gemma, et intensus quidem, id enim ὀξὺς sonat, sive, ut Plinius ipse ait plane modo, praecellens in suspectu, et veluti ex carbunculo praefulgens color roseus, purpura leviter mixtus. H.

Quod maxime videtur decere. Lege: Quod maxime videtur decere et species et colos: eas gemmas magorum vanitas resistere ebrietati promittit. » Salm. — *Et species, et colos. Eas gemmas.* Sic Mss. proxime appellati. Prius inepte: « Et specie et colore extremo gemmae Magorum ... ebrietati eas, etc. » H.

Magorum. Marbodeus, l. de Lapid. pret. cap. 4. Albertus Magnus, de Miner l. II, p. 228, de amethysto: « Operatur autem contra ebrietatem, ut dicit Aaron, et facit vigilem, etc. Hard.

inde appellatas. Praeterea si lunae nomen aut solis inseratur in iis, atque ita suspendantur collo e capillis cynocephali, vel plumis hirundinis, resistere veneficiis. Iam quoque adesse reges adituris. Grandinem avertere, et locustas, precatione addita, quam demonstrant. Nam smaragdis quoque similia promisere, si aquilae scalperentur, aut scarabaei: quae quidem scripsisse eos non sine contemptu et irrisu generis humani arbitror.

XLI. Multum ab ea distat hyacinthos, tamen e vicino descendens. Differentia haec, quod ille emicans in amethysto fulgor violaceus, dilutus est in hyacintho. Primo quoque aspectu gratus, evanescit antequam satiet, adeoque non implet oculos, ut paene non attingat, marcescens celerius nominis sui flore.

XLII. Hyacinthos Aethiopia mittit, et chrysolithos, aureo fulgore translucentes. Praeferuntur iis Indicae, et si variae non sint, Tibaranae. Deterrimae autem

Inde appellatas. Alia paulo ante nominis interpretatio reddita, quod ad vini colorem accedentes, eo prorsus inebriatae, atque temulentae non sint, sed leviter tantum degustarint. Dal.

XLI. *Hyacinthos.* Υάκινθος, colore subpurpureo, ὑποπορφυρίζων, inquit Epiphanius, p 228. Hyacinthum ex rubinorum esse genere quidam volunt, ut animadvertit Garcias ab Horto, in hist. Arom. pag. 222. H. — *Hyacinthos.* Colore est auri et viridi herbaceo ad caeruleum declinante. Differt ergo ab recentiorum hyacintho, cui proprius color, *le rouge orangé.* Ed. P.

Nominis sui flore. Hyacintho, « qui maxime durat » ut dictum est lib. XXI, c. 38. H.

XLII. *Chrysolithos.* Κρυσολίθους, ab aureo colore: χρυσίζων μὲν ἐστιν, inquit Epiphanius, pag. 229. Gemmarii hodierni topazium vocant. Marbopeus, cap. XI: « Aethiopes legimus nobis hanc mittere gemmam, etc » Hard.

Indicae. Chrysolithi scilicet. H. — Chrysolithus Veterum, ut iam supra monuimus, est topazius nostras (*corindon, telesie jaune*) gemmarii, *topaze orientale.* Multae sunt aliae eiusdem nominis gemmae, variis coloribus distinctae, sed multo minoris aestimatae. Ed. P.

Praeferuntur iis Indicae, et si variae non sint. Lege: « Praeferuntur iis Indicae, et si variae non sint, Tibaranae. » Populi ad Pontum *Tiberani* vel *Tibareni*: hae sunt quas *Ponticas* paulo post vocat. Salm.

Tibaranae. In Mss. Reg. et Colb.

Arabicae, quoniam turbidae sunt et variae, et fulgentes interpellatae nubilo macularum, etiam quae limpidae contigere, veluti scobe sua refertae. Optimae vero sunt, quae in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Funda includuntur perspicuae. Caeteris subiicitur aurichalcum.

XLIII. Iam etiam expertes gemmarum usu, appellantur aliqui et chryselectri, in colorem electri declinantes, matutino tantum aspectu iucundi. Ponticas deprehendit levitas. Quaedam in iis durae sunt rufaeque, quaedam molles et sordidae. Bocchus auctor est, et in Hispania repertas, quo in loco crystallum

Zibaranae. Nos *Tibaranae* scripsimus, et quod Ponticas paulo post gemmas eiusdem fere generis Plinius commendat: et quod Tibareni, seu Tibarani populi, ad Pontum siti sunt, ut disimus lib. VI, cap. 4. Libri hactenus editi, *Bactrianae*, male. Hardn.

Et fulgentes interpellatae. Sic Mss. omnes. Editi: » et fulgoris interpellati. » H.

In collatione. Quando cum auro confertur et componitur. H.

Funda includuntur. Vide quae de hac voce ac forma loquendi disimus, cap. 37. H.

Caeteris subiicitur aurichalchum. Caeteris chrysolithis, » quae non sunt optimae notae » subiicitur aurichalci bractea, » quae transluoere cogat. » Hardn.

XLIII. *Iam etiam expertes gemmarum usu.* Quoniam nec funda includuntur, nec sunt ad signandum utiles, ut gemmae reliquae. Haec in Mss. sic leguntur: » tam etiam ea parte de gemmarum usu. » In editis: tametsi iam expertes gemmarum usu. » » Expertem fama et fortunis » Sallustius; » expertem metu, expertem domo » Plautus dixit. Coniiciebat Salmasius, in Solin. p. 407: » quondam etiam et per se gemmarum in usu. Appellantur, etc. » ut esset sententia, aurichalcum olim et per se in usu gemmarum diu apud Veteres in admiratione fuisse. Quis vero usus ille fuerit, nec ipse expedit, neque me fateor intelligere. H.

Chryselectri. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 14: » Chryselectrus similis auro, sed in colorem electri vergens, matutino tantum aspectu iucundus; rapacissimus ignium, et si iuxta fuerit, celerrime ardescens. » H. — *Chryselectri.* Chryselectrus, de quo iam in succinis dictum, nonnulliis idem esse videtur cum quadam hyacinthi specie, vulgo dicta, *hyacinthe d'un blanc jaunâtre.* Eo.P.

Ponticas. Chrysolithos. H.

In Hispania repertas, etc. Lege: » Bocchus auctor est, et in Hispania repertas, quo in loco crystallum dicit ad libramentum aquae puteis depressis erutam Chrysoliton XII pondo a se visam. » Salm. — *Ad libramentum aquae.* Hanc ipsam sententiam

dicit ad libramentum aquae puteis depressis erutam, chrysolithon XII pondo a se visam.

XLIV. Fiunt et leucochrysi, interveniente candida vena. Sunt in hoc genere capniae. Sunt et vitreis similes, veluti croco refulgentes. Vitrei vero ut visu discerni non possint, tactus deprehendit, tepidior in vitreis.

XLV. In eodem genere sunt melichrysi, qui veluti per aurum sincero melle translucent. Has India mittit, quanquam in duritia fragiles. In eadem et xanthi, plebeia ibi gemma.

XLVI. Candidarum dux est paederos: quanquam

explicuimus cap. 9. Porro Mss. omnes *depressis*, ut edidimus, atque ut ipse Plinius loco nunc citato, non *defossis*, ut hactenus vulgati exhibent. HARD.

Depressis. Defossis ad ducendam ex libramento aquam puteis. H.

XLIV. *Fiunt et leucochrysi.* Isid. loc. cit. λευκόχρυσοι. H.

Capniae. Καπνιαι, veluti fumo infecti. H.

Veluti croco. Mallem, « Et veluti croco. » H

Vitrei vero. Fortassis ὑαλοειδεῖς Theophr. lib. de lapidibus. DAL.

XLV. *In eodem genere sunt melichrysi.* Leg. « in eodem genere sunt melichrysi, qui veluti per aurum sincero melle translucent: has India fert, quanquam in duritia fragiles: in eadem et Xanthi, plebeia ibi gemma. » SALM. — *In eodem genere.* Isidorus loc. cit. μελίχρυσοι. H. — *Melichrysi.* Melichrysus nonnullis hyacinthi species videtur, quam gemmarii dicunt *hyacinthe miellée*; at haec revera ad topazios pertinet, *topase jaune de miel.* ED. P.

Has India. Subintellige, gemmas. HARD.

In duritia fragiles. Sic Mss. omnes, Reg. 2, Colb. 3, Fux. vat. Dalec. et caeteri. Editi corrupte, « ad iniuriam fragiles. » H.

In eadem et xanthi. Reg. 2, Colb. 3, hoc loco, *xinthi.* At in Indice *xanthi.* Libri hactenus vulgati, « Eadem et xystion pari « interpolantium scilicet manu. Eadem gemma haec est, de qua inferius cap. 60: « Est et alia quae vocatur menui ab Indis, xanthos appellata Graecis, e fulvo candicans. »

XLVI. *Candidarum dux est paederos*, etc. Loquitur hic de opalo, quem paederota plerique vocabant, non de illo privato genere. Sequentia sic legenda: « quamquam quaeri possit, in quo colore numerari debeat. » Et paulo post lege: « adeo ut decoris praerogativa vocabulo facta sit. » Sequitur de altero paederote, qui sui generis est, et ab opalo diversi: quae sic legenda: « Est et suum genus spectatione tanta dignum, » praeter opalum, quem *pae-*

potest quaeri, an in colore numerari debeat, toties iactati per alienas pulchritudines nominis: adeo decoris praerogativa in vocabulo facta est. Est et suum genus exspectatione tanta dignum. Coëunt intus translucida crystallus, viridis suo modo aër, simulque purpura, et quidam vini ac croci nitor, semper extremus in visu: sed purpura coronatus, et his pariter omnibus. Nec gemmarum ulla est liquidior, captis iucunda vanitate oculis. Laudatissima est in Indis,

derota multi cognominant, est et suum genus, huius nominis spectatione et merito dignum: *spectatio*, ἀξίωσις, δοκίμασις. Sequentia sic lege: » coëunt in uno translucida crystallus, viridis suo modo eër simulque purpura. « Salm.

An in colore. An inter gemmae peculiarie cuiusdam colorie censeri paederos debeat, quum id nomen totius usurpetur in aliis generibus, in quibus ese, quae habent decoris praerogativam, id sibi pariter nomen adsciscunt. At ast praeterea sui generis gemmae nunc explicandae, tanto digna nomine. H.

Toties iactati. Nam de opalo, cap. 22: » hanc gemmem propter eximiam gratiam plerique appellavere paederota. » Et de amethystis, cap. 40: » Tales aliqui malunt paederotas vocari, alii aoterotas, etc. » Ed. Pas.

Est et suum genus. Est et peculiare paederotis genus, tam nobili appellatione dignum. H.

Exspectatione. Mss. Reg. et Colb. *spectatione.* H.

Vini ac croci nitor. Prius legebatur: » Et quidam vini aureus nitor.... sed purpura coronatus, niadere singulis videtur his, et paritar omnibus. » Ex interpolentium scilicet officina. In Mss. Reg. 2, Colb. 3, Fux. » vini aurei nitor: » caetera, illi edidimus. At vini eurei nitorem, vinumque aureum, qui viderit, requiro. Nos interim » vini ac croci » rescripsimus, indubitata emendatione, cuius auctor Solinus, cap. xxxiii, p. 64, dum ex hoc Plinii loco epitomen facit: » In paederote, inquit, congruit quidquid eximium est, quadam decoris praerogativa: crystellinum lucet, rubet purpura, in orarum extimis corona crocea, velut e liquido renidente: hac suavitate oculos allicit, visum illicit, detinet intuentes. » H.

Extremus in visu. Solini paraphrasis, cap. xxxiii, pag. 64: » In orarum extimis corona crocea velut e liquido renidente. » H.

Liquidior. Liquidae gemmae dicuntur, quae sunt diluti admodum coloris, non per quas facile pertransit adspectus, ut visum ait Salmasio in Solinum, p. 567. H.

Captis iucunda. Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Fux. etc. non ut libri editi hactenus, » capiti iucunda, suavis et oculis. » Solinus certe loc. cit. de capite nihil: » Hae suavitate, inquit, oculos allicit, visum allicit, detinet intuentes. » Legi potest et *suavitate* Hard.

apud quos sagenon vocatur. Proxima apud Aegyptios, ubi Tenites. Tertia in Arabia, verum scabra. Mollius radiat Pontica et Asiatica. Ipsae vero molliores sunt Galatica, et Thracia, et Cypria. Vitia earum languor, aut alienis turbari coloribus, et quae caeterarum.

XLVII. Proxima candicantium est Asteria, principatum habens proprietate naturae, quod inclusam lucem pupillae modo quamdam continet, ac transfundit cum inclinatione, velut intus ambulantem ex alio atque alio loco reddens, eademque contraria soli regerens candicantes radios, unde nomen invenit, difficilis ad caelandum. Indicae praefertur in Carmania nata.

XLVIII. Similiter candida est, quae vocatur astrios, crystallo propinqua, in India nascens, et in Pallenes littoribus: intus a centro ceu stella lucet fulgore lunae plenae. Quidam causam nominis reddunt, quod

Sagenon. Ita Mss. omnes, tum hoc loco, tum in Indice; et mox *Tenites*, non *argenon* et *senites*, ut editi. Forte *Tenites*, pro *Tanites*, e praefectura eius nominis in Aegypto. H.

Galatica. Hoc est, mollior Indica, Aegyptia, Arabica, quam Galatica, etc. H.

Et quae caeterarum. Vitia gemmarum superius enumerata, cap. 18. Hard.

XLVII. *Asteria.* Veriis in locis Italiae reperitur. Isidor. haec totidem verbis de asteria, quae Plinius: sed esterilen vocat, Orig. l. XVI, cap. 10. H. — *Asteria.* Asteria, solis gemme Boëtio. Nobis vulgo *girasol* (*opale chatoyante*) appelletur. Cf. Cl. Lehmann, *Mém. de l'Acad. de Berlin*, ann. 1754, p. 67. Ed. P.

Cum inclinatione. Quando leviter inclinatur. Hard.

Unde nomen. Αστερία, ab ἀστήρ, quae vox stellent, scintillentesque radios sonat. Hard.

XLVIII. *Similiter candida est, quae vocatur astrios.* Legend. « Similiter candida est quae vocatur astrion, crystallo propinqua, in India nascens, etc. » Dicta ἄστριον quasi parvum ἄστρον, vel parvus ἀστήρ. Salm — *Quae vocatur astrios.* Isidorus ad verbum haec transcribit, Orig. lib. XVI, cap. 13: « Astrion ex India est, crystallo propinque: in cuius centro stella lucet fulgore lunae plenae. Sumpsit autem nomen, quod astris opposita fulgorem rapit ac regerit. » Forte ἄστριον dicta, quasi parvum astrum, seu μικρὸς ἀστήρ. Hard.

astris opposita fulgorem rapiat, ac regerat. Optimam in Carmania gigni, nullique obnoxiam vitio. Ceraunium enim vocari, quae sit deterior. Pessimam lucernarum lumini similem.

XLIX. Celebrant et astroitem, mirasque laudes eius in magicis artibus Zoroastrem cecinisse, qui circa eas diligentes sunt, produnt.

L. Astrobolon Sudines dicit oculis piscium similem esse, et radiare candido, in sole.

LI. Est inter candidas et quae ceraunia vocatur, fulgorem siderum rapiens. Ipsa crystallina, splendoris caerulei, in Carmania nascens. Albam esse Zenothemis fatetur, sed habere intus stellam concursantem. Fieri et ceraunias, quas nitro et aceto per aliquot dies maceratas concipere stellam eam, quae post totidem menses relanguescat. Sotacus et alia duo genera

Ceraunium. Quasi inctam fulmine. Κεραυνὸς fulmen est. Hard.

XLIX. *Et astroiten.* Astroites Cardano gemma minime perspicua, cinerea, stellatis maculis distincta, quae in acelo, aut vino sponte movetur, animalium incessu progrediens, nunc antrorsum, nunc retrorsum, hinc in latus. Dal. —*Celebrant et astroiten.* Sic libri huius Index. In quibus MSS. *astrionem.* In Reg. 1, *astyroten.* Vt sit ἀστροῖτης, vel ἀστροειδής. Hard.

L. *Astrobolon Sudines dicit.* Legend. a Astolon (an *astrulon?*) Sudines dicit: oculis piscium similem esse, et radiare candido in sole. a Vtrum a forma oculis piscium similem esse dicit, an a candore? Hoc potius. Salm.—*Astrobolon.* MSS. quidam *astolon*, mendose. H.

LI. *Est inter candidas.* Haec Isidorus ad verbum, Orig. lib. XVI, cap. 13. Hard.

In Carmania nascens. Sic libri omnes editi. At MSS. ut cap. 33, sic et ista, a in Germania nascens. a Sic Plinii simius et transcriptor Solinus, cap. xx, p. 41, ubi postquam de succino Germaniae disputavit, subficit statim: a Ceraunionum porro genera diversa sunt: Germanicum candidum est: splendet tamen caerulo: et si sub dio habeas, fulgorem rapit siderum. a Marbodeus similiter, cap. XXII, de ceraunia: a Crystallo similem Germania mittere fertur, Caeruleo tamen infectum, rutiloque colore. a Certior his omnibus auctor Albertus Magnus lib. de Mineral. p. 232: a Iris, inquit, lapis est crystallo similis, et est ut frequentius hexagonus. Dicit autem Evax, quod ex Arabia venit, et in

fecit cerauniae, nigrae rubentisque, ac similes eas esse securibus: iis, quae nigrae sunt et rotundae, urbes expugnari et classes, easque betulos vocari: quae vero longae sunt, ceraunias. Faciunt et aliam raram admodum, et Parthorum magis quaesitam, quoniam non aliubi inveniatur, quam in loco fulmine icto.

LII. Proximum cerauniae nomen apud eos habet, quae appellatur iris. Effoditur in quadam insula Rubri maris, quae distat a Berenice urbe sexaginta millia pass. caetera sui parte crystallus. Itaque quidam radicem crystalli esse dixerunt. Vocatur ex argu-

mari Rubro nascitur. Nos autem invenimus maximam copiam horum lapidum in montibus Germaniae, qui sunt inter Rhenum fluvium, et Trevereosem civitatem: et diversae quantitatis omnes sunt hexagoni.» Hsao.

Eosque betulos. Betuli illae rotundae, *les betyles, coquillages pétrifiés*; quas magi miras esse effectibus praedicabant et mentiebantur. Baot.

Quae vero longae sunt. Ceraunlae illae longae nobis dicuntur, *les belemnites.* Baot.

Quoniam non aliubi inveniatur. Isidorus, loc. cit. Marbodeus, lib. de Lapid. pret. cap. 22: «Ventorum rabie quum turbidus aestuat aer, Quum tonat horrendum, quum fulminat igneus aether, Nubibus illisis caelo cadit iste lapillus, Cuius apud Graecos exstat de fulmine nomen: Illis quippe locis quos constat fulmine tactos, Iste lapis tantum reperiri posse putatur.» De lapidibus ceraunis, qui de caelo decidere creduntur, vide plura apud scriptores Miscellaneorum Curiosorum, sive Ephemeridum Germanicarum, anno 8, p. 256, ubi describuntur ii, quos delapsos aiunt mense maio, anno 1660. Ceraunam unam in museo nostro Parisiensi servamus. H.

—*Quam in loco fulmine icto.* Lapides illi qui da caelo decidunt, aut decidere creduntur, nobis videntur esse quos vulgo dicimus, *pierres météoriques, aérolithes*: quorum de origine peritiores adhuc viri non consentiunt. En. P.

LII. *Proximum cerauniae.* Quoniam, ut a fulmina ceraunia, sic ab arcu caelesti iris nomen habet: utraque ex similitudine rei alicuius in aëre genitae. Hsao.

Quae appellatur iris. Nonnullis idem esse videtur ac lapis, quem nunc vocant, *quarz hyalin irisé (intérieurement)*, seu irio Veterum, *iris.* Et eodem tamen numine designant crystallos quasdam (*quarz limpide*), teste Cl. Haoy quae certa inclinatione ad solem, sideris imaginem, singulis distinctam coloribus, radiis refractis, in parieto vicino pingunt. En. P.

Vocatur ex argumento. Hoc est, ex re ipsa. Haec totidem verbis Solinus,

mento iris. Nam sub tecto percussa sole, species et colores arcus caelestis in proximos parietes eiaculatur, subinde mutans, magnaque varietate admirationem sui augens. Sexangulam esse, ut crystallum, constat. Sed esse aliquas scabris lateribus, et angulis inaequalibus dicunt, in sole aperto proiectas, radios in se cadentes discutere: aliquas vero ante se proiecto nitore adiacentia illustrare. Colores vero non nisi ex opaco reddunt, nec ut ipsae habeant, sed ut repercussu parietum elidant: optimaque, quae maximos arcus faciti simillimosque caelestibus. Est et alia iris, caetero similis, at praedura: quam Horus crematam tusamque ad ichneumonum morsus remedio esse, nasci autem in Perside tradit.

LIII. Similis est aspectu, sed non eiusdem effectus, quae vocatur zeros, alba nigraque macula in transversum distinguente crystallum.

LIV. Expositis per genera colorum principalium gemmis, reliquas litterarum ordine explicabimus.

(x). Achates in magna fuit auctoritate, nunc in nulla. Reperta primum in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis, postea plurimis locis, excedens amplitudine, varietatibus numerosa. Multa et cognomina eius.

cap. XXXIII, p. 63 et 64; Isidorus lib. XVI, cap. 13, Marbod. cap. XLVIII: » Clara luce micans, fert causam nominis huius, etc. HARD.

LIII. *Quae vocatur zeros.* In Mas. hoc loco *erros*. In Indice, *lepor*. HARD.

LIV. *Achates in magna fuit auctoritate.* De Achate multa Orpheus, lib. περὶ λίθων, laudes eius quater repetens, quasi gemmae maximae dignitatis. DAL. — *Achates.* Haec totidem verbis Solinus cap. V, pag. 21; Isidorus lib. XVI, cap. 14, et Marbod. lib. de Lapid. pret. cap. 14. Nostris, *agate*. HARD.

Nunc in nulla. Fecit vilitatem copia. HARD.

Reperta primum. Nempe gemma, ea quae achates dicitur. Alias enim masculini generis ὁ ἀχάτης. H.

In Sicilia. Theophr. lib. περὶ λίθων. Καλὸς δὲ λίθος καὶ ὁ ἀχάτης ὁ ἀπὸ τοῦ Ακατου ποταμοῦ τοῦ ἐν Σικελίᾳ. HARD.

Vocatur enim iaspachates, cerachates, sardachates, haemachates, leucachates, dendrachates, velut arbuscula insignis: autachates, quum uritur, myrrham redolens: coralloachates guttis aureis sapphiri modo sparsa, qualis copiosissima in Creta, sacra appellata.

Vocatur enim iaspachates. Ab affinitate cum iaspide, ut supra iasponix, cap. 37. Aetius lib. II, de Re med. cap. 37, pag. 54: « Iaspachates inter inaspidem, qui smaragdo assimilatur, et achaten, medius. » Ἰασπαχάτης, ἐκ τῆς σμαραγδιζούσης ἐστὶν ἰασπίδος, καὶ τοῦ ἀκάτου. Prius legebatur in Plinianis libris vulgatis, *passachates*, insulse. In Mss. Reg. 2, Colb. 3, aliisque, *psapsachates*. Nos certissima coniectura, *iaspachates* rescripsimus, non Aetii modo auctoritate nisi, sed et poëtae Orphei, iaspachaten describentis, at sardachaten, tit. Ἀχάτης, vers. 3: Πολλὰ μὲν οὖν ῥέα γ' ἐστιν Ἀχάτου χρωματ' ἰδέσθαι· Ἐν γὰρ οἱ δήεις ὀρόων ὑάλωπιο ἴασπιν, Σάρδια δ' αἱμοτόεντα καὶ αἰγλήεντα μάραγδον. H. *Iaspachates.* Nobis dicta *jaspe agaté*; cerachates, *agate orangée*; sardachates; *sarde-agate*; haemachates, *agate à veines rouges*; leucachates, *ag. blanche*; dendrachates, *ag. arborisée*; corralloachates, *ag. coralline*; specie fluminum, *ag. ondulée*; iumentorum, *ag. zoomorphite*; leoninae pellis, *ag. léontine, fauve*; hyenae pellis, *agate pointillée*, etc. Brot.

Cerachates. De hoc genere Solinus cap. v, pag. 21: « Qui sunt facie cerea, abundantes trivialiter, negliguntur. » Marbodeus cap. ii, de achate: « Cerea cui facies, quis ereber, vilis habetur. Hard.

Sardachates. Ob aliquam cum sarda similitudinem. Meminit huius Orpheus tit. Ἀχάτης. H.

Haemachates. Solinus loc. cit. « Haemachates sanguineis maculis rubescit. Αἱμαχάτης. » Meminit et Marbodeus loc. cit. Hard.

Leucachates. Λευκαχάτης. A colore albicante nomen. Hard.

Dendrachates. Nemorosae, silvosae. Camillus Pisaurensis achaten se testatur vidisse, in cuius planitia septem arborea delineatae conspiciebantur. Dal. — *Dendrachates* Δενδραχάτης. Non una modo arbuscula, sed viridarii integri, seu nemoris specie insignem esse Orpheus cecinit: Εἰ καὶ δενδροφύτοιο φέροις τρύφος ἐν χεριπέτρης Μᾶλλον καὶ τέρποιτο θεῶν νόος αἰὲν ἐόντων. Δένδρεα γὰρ μάλα πολλὰ κατόψεαι ὡς ἐνὶ κήτῳ Ἀνθεμόεντε, κλάδοισιν ἐπασσυτέροις κομόωντα. Τοὔνεκά οἱ καὶ φῶτες Ἀχάτη δενδρήεντι Θῆκαν ἐπωνυμίην, etc. H.

Autachates. Legend. « Stactachates quum uritur, myrrham redolens. » *Stactachates* sic dictus, quod stactae odorem, id est, myrrhae haberet ustus. Salm. — *Autachates.* Sic Mss. omnes. Editi, *antachates*. Salmasius in Solin. pag. 133, coniiciebat *stactachates*; cui vellem codex aliquis probae notae faveret. Stacten scio myrrham appellari. De hoc genere tacito illius nomine Marbodeus loc. cit. « Est et qui myrrhae suacensus spirat odorem. Hard.

Coralloachates. Marbodeus loc. cit. « Hunc quoque corallo similem gerit insula Creta: Cuius planities croceis est illita venis. Iste nepae virus fugat, et quod vipera fundit. » Solinus

Putant eam contra araneorum et scorpionum ictus prodesse. Quod in Siculis utique crediderim, quoniam primum eius provinciae afflatu scorpionum pestis exstinguitur. Et in India inventae contra eadem pollent, et aliis magnis miraculis. Reddunt enim species fluminum, nemorum, et iumentorum, etiam esseda, et staticula, et equorum ornamenta. Medici coticulas inde faciunt. Spectasse etiam prodest oculis. Sitim quoque sedant in os additae. Phrygiae viridia non habent. Thebis Aegyptiis repertae carent rubentibus venis et albis. Et hae quoque contra scorpiones validae. Eadem auctoritas et Cypriis est. Sunt qui ma-
3 xime probent vitream perspicuitatem in his. Reperiuntur et in Thracia, et circa Oetam, et in Parnasso, et in Lesbo, ac Messene, similes limitum floribus, et in Rhodo. Aliae apud magos differentiae. Leoninae pelli similes, potentiam habere contra scorpiones dicuntur. In Persis vero suffitu earum tempestates averti, et praeterea fulmina. Argumentum esse, si in

cap. v, pag. 21 : « Dat Creta, quem curialachalen vocant, curalio similem; sed illitum guttis auro micantibus, et scorpionum ictibus resistentem. » Hard.

Scorpionum pestis exstinguitur. Qui a scorpione icti sunt, ea peste levantur, ubi attigere auram Siculi caeli. Hard.

Species fluminum. Marbodeus et Solinus locis cit. H.

Et staticula. Quid sint staticula, iam diximus lib. XXXIV, c. 48. H.

Medici coticulas. Mortaria parva, ut quidem interpretati sumus l. XXXVI, cap. 38; quod frequenter ex cote fiunt. Hard.

Spectasse etiam prodest. Solinus et Marbod. locis cit. Iam Albertus Magnus, de Miner. lib. II, pag. 228. Hard.

Sitim quoque sedant. Auctores proxime appellati. Hard.

Sunt qui maxime probent vitream perspicuitatem in his. Legend. « Sunt qui maxime probent vitream perspicuitatem. Reperiuntur et hae in Thracia. » Salm. — *Sunt qui maxime.* Solinus loc. cit. « Qui maxime probantur, vitream habent perspicuitatem, ut Cyprius. » H.

Limitum floribus. Floribus qui in limitibus agrorum nascuntur. H.

Et praeterea fulmina. Isidorus Orig. lib. XVI, cap. 11, de achate : « Magi, inquit, suffitu earum si creditur, tempestates avertunt, flumina sistunt. » Ex Plinianis codicibus, *ful-*

ferventes cortinas additae refrigerent: sed ut prosint, leoninis iubis alligandas: nam hyaenae pelli similem abominantur, discordialem domibus. Eam vero, quae 4
unius coloris sit, invictam athletis esse. Argumentum eius, quod in olla plena olei cocta cum pigmentis, et intra duas horas subfervefacta, unum colorem ex omnibus faciat minii. Acopos nitro similis est, pumicosa, aureis guttis stellata. Cum hac oleum subfervefactum perunctis lassitudinem (si credamus) solvit. Alabastrites nascitur in alabastro Aegypti, et in Syriae Damasco, candore interstincto variis coloribus. Haec 5
cremata cum fossili sale ac trita, gravitates oris et dentium extenuare dicitur. Alectorias vocant in ven-

mina legi multo malim. H.

Leoninis iubis. Pilo e iubis leonum. Sic paulo infra, aspilaten ail cameli pilis splenicis alligari oportere. H.

Quae unius coloris sit. Sic Mss. omnes, editique libri, rectissime: non *minii coloris*, ut visum est nonnemini. Hard.

Invictam athletis esse. Invictos reddere athletas. Vires conferre corporibus dixit Albertus Magnus, de Mineral. lib. II, pag. 228. Scilicet quod omnis pigments quibuscum incoquebatur, intra duas horas colorem suum miniaceum sorbere adigebat, eo argomento athletae invictam eam esse pronuntiabant. H.

Minii. Miniacei coloris achaten laudat et Orpheus, tit. Αχάτης. Εν δ' ὄγε μιλτοπάρηος, etc. H. — *Acopos.* Ακοπος, quod laborem, τὸν κόπον, et lassitudinem levare creditur. H.

Alabastrites. Apollonius apud Galenum lib. V κατὰ τόπους, alabastritem usium cum sale et pumice lostis, valde probat ad dentes denigratos. Dal. — *Alabastrites.* Αλαβαστρίτης. Gemma haec diversa a marmore eiusdem nominis. H. — De alabastrite marmore, *albâtre calcaire* (*chaux carbonatée concrétionnée*), de alabastro, *albâtre gypseux* (*chaux sulfatée compacte*), iam supra diximus XXXV, 12. Ed. P.

Candore interstincto variis coloribus. Interstincto, id est, distincto, διαστίκτῳ, nempe de alabastrite. Gesen.

Haec Cremata. Apollonius apud Galenum, lib. V, κατὰ τόπους: pag. 518, alabastriten ustum cum sale et pumice tostis valde commendat ad emendandam dentium nigritiem. H.

Alectorias vocant in ventriculis. Alectoria quum dicitur, subintelligitur gemma: quum *alectorius*, lapis. Salm. — *Alectorias vocant*, etc. *Alectoriae* in Indice, ut gemmas subintelligas. Haec iisdem verbis Solinus, cap. 4, pag. 8, et Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 13. Ab ἀλέκτωρ, quae vox gallum sonat, nomen huic gemmae datum. Marbodeus, lib. de Lap. pret. cap. 3: a Ventriculo galli qui testibus est viduatus. Quum tribus ad minimum factus spado vixerit annis, Nascitur ille lapis, cuius non ultima

triculis gallinaceorum inventas, crystallina specie, magnitudine fabae: quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus, invictum fuisse videri volunt. Androdamas argenti nitorem habet, ut adamas, quadrata, semperque tessellis similis. Magi putant nomen impositum ab eo, quod impetus hominum, et iracundias domet. Eadem sit, an alia, argyrodamas, auctores non explicant. Antipathes nigra non translucet. Experimentum eius si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhae simile immissa. Eam contra effascinationes auxiliari magi volunt. Arabica ebori simillima est: et

laus est, Et per bis binos capit incrementa sequentes: Hinc alectorio nomen posuere priores; Mensuramque fabae crescens cacedere nescit: Chrystallo similis, vel aquae, quum limpida paret. Invictum reddit lapis hic quemcumque gerentem. Nam Milo Crotonias pugiles hoc praeside vicit: Hoc etiam multi superarunt praelia reges; Acquiritque novos, veteresque instaurat honores, etc. VI bona tot praestet, clausus portetur in ore. v Hard.

Quibus Milonem. De eo in Anthologia lib. III, cap. 2: Μίλωνος τόδ' ἄγαλμα καλοῦ καλόν, ὃς ποτε Πίσῃ Ἑπτάκις νικήσας, ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν. s Pulcra haec Milonis statua est, cui praemia septem Pisa dedit lapsu nec semel in genua. y H.

Invictum fuisse videri volunt. Vicit eum Tritormas bubulcus Rhodig. Dalec.

Androdamas argenti nitorem habet. Vim et duritiem adamantis habere androdamantem innuit. Salmas. — *Androdamas.* Ἀνδροδάμας, παρὰ τὸ τοὺς ἄνδρας δαμάζειν. Solinus haec pariter totidem verbis, cap. XXXIII, pag. 64, et Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 14. Marbodeus cap. v, addit in mari Rubro hunc lapidem inveniri. Hard. — *Magi putant.* Sic auctores proxime appellati. H.

Argyrodamas. Vel argyradamas, quasi argenteus adamas: quod, ut androdamas, argenti nitorem habet. Hard.

Antipathes. Ctesias apud Stobaeum, ὅρος ἐστὶ τῆς μυσίας εὕθρας καλούμενον, γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος ἀντιπαθὴς προσονομαζόμενος, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφοὺς, καὶ λέπρας διὰ οἴνου τριβόμενος, καὶ τοῖς πάσχουσιν ἐπιτιθέμενος. Dalec. — *Antipathes.* Ἀντιπαθής. Gemmae ei nomen ex eo quod veneficiis resistere existimantur. Ctesias apud Stobaeum, sermone de morbis, λίθων ἀντιπαθῶν, e Mysiae monte effossum, tritum impositumque ait lepram sanare et vitiligines. Dioscoridi lib. V, cap. 140, ἀντιπαθὴς corallium est coloris nigri. H.

Arabica ebori simillima est. Marmoris genus. Hanc ab Orpheo, lib. περὶ λίθων, *Barbarum lapidem* vocari putant. Dalec. — *Arabica.* Isidorus haec quoque, Orig. lib. XVI, cap. 14.

hoc videretur, nisi abnueret duritia. Putant contra dolores nervorum prodesse habentibus. Aromatites et ipsa in Arabia traditur gigni, sed et in Aegypto circa Pyras, ubique lapidosa, et myrrhae coloris, et odoris, ob hoc reginis frequentata. Asbestos in Arcadiae montibus nascitur, coloris ferrei. Aspilaten Democritus in Arabia gigni tradit, ignei coloris. Eam oportere cameli pilo splenicis alligari: invenirique in nido Arabicarum alitum. Et aliam eodem nomine ibi in Leucopetra nasci argentei coloris, radiantem, contra lymphatum habendam. Atizoën in India et in Perside ac Ida monte nasci tradit, argenteo nitore fulgentem, magnitudine trium digitorum, ad lenticulae figuram, odoris iucundi, necessariam magis regem constituentibus. Augites multis alia videtur esse, quam quae callais. Amphitane alio nomine appellatur chrysocolla, in Indiae parte, ubi formicae eruunt aurum, in qua

Forte idem qui *Arabus lapis* superius appellatus est, *obori similis*, LXXXVI, cap. 41. H.

Aromatites. Succini species. Dal. — *Aromatites.* Αρωματίτης, cui ob odoramentis nomen. Caesalpinus existimat ambram esse, *l'ambre gris.* H. — *Circa Pyras.* Brot. emendat *circa Philas.* Ed. P.

Asbestos. In optimo libro *Aspictos* scribitur. Salmas. — *Asbestos*, etc. Ασβεστος, cui nomen est, inquit Solinus, cap. VII, pag. 22, quod accensus semel exstingui nequit. s Isidorus lib. XVI, cap. 4, Albertus tract. 2, p. 227; Marbodeus cap. VII. Linum asbestinum, de quo lib. IX, cap. 4, fieri ex en lapide in fila tenuia deducto, quod vulgo creditum est, falsum est. H. — *Asbestos.* Asbesti nomine variae intelliguntur substantiae, quas nostri vocant, *diallage soyeux ou asbestiforme, pyroxène asbestoide, stéatite fibreuse, épidote fibreuse et fibro-soyeuse*, etc. Ed. P.

Aspilaten. In Iudica *Aspitatis* Incognita. Haan.

Arabicarum alitum. Quas melancoryphos vocant, cap. 33. H.

Contra lymphatum. Rectius forte, *contra lymphationes.* Sed nihil simile Mss. cod. habent: in quibus clare, a radiantem cum luna habitum habentium, ut apparet corrupte. H.

Atizoën. Index, *Atizone.* H.

Regem constituentibus. Mss. omnes, *regum constitutionibus.* H.

Augites. Αὐγίτης, cui a splendore, αὐγή, sive perspicuitate, nomen. De callaide cap. 33 H. — Hic restituendum videtur *augitis* ut et sup. *alabastritis*, etc. Ed. P.

Amphitane. Mss. *Ampitanes.* Sed Index e probatissimis exemplaribus,

invenitur auro similis quadrata figura: affirmaturque natura eius, quae magnetis: nisi quod trahere quoque aurum traditur. Aphrodisiace ex candido rufa est. Apsyctos septenis diebus calorem tenet excalfacta igni, nigra ac ponderosa, distinguentibus eam venis rubentibus. Putant prodesse contra frigora. Aegyptillam Iacchus intelligit, per alvum sarda, nigraque venis transeuntibus: vulgus autem in nigra radice caeruleam facit.

LV. Balanitae duo genera habent, subvirides, et Corinthii aeris similitudine. Illa Copto, haec ex Troglodytica veniens, medias secante flammea vena. Coptos et Batrachitas mittit: unam ranae similem co-

Aphidane, nomine, ut videtur, barbarico. Habet haec eadem, quae Plinius de crysocolla, Isidorus Orig. lib. XVI, cap. 14. Hard.

Aphrodisiace. Quasi dicatur Veneris gemma, quod nomen vidimus eum aliis pariter communicatum, c. 44: achatae speciem esse Dalecampius coniicit; nec male. H.

Apsyctos. Sic etiam in Indice. Libri hactenus editi, *Asyctos*. Albertus Magnus, lib. II de Mineral. pag. 227, et Marbodeus cap. vi, qui haec totidem verbis referunt, *absinthos* mendose, pro *apsyctos* habent. Isidorus lib. XVI, cap. 14, item vitiose, *absectos*. Ἄψυκτος graece intelligitur, qui refrigerari nequit, qui non inalgescit. Hard.

Aegyptillam. Onychis genus. Dal. — *Aegyptillam*. Sic ab Aegypto Isidorus quoque appellat. Vgutio quoque in Glossario Ms. « Aegyptilla gemma, ab Aegypto, ubi invenitur. » Tamen in Indice *Aegypulla*. Reg. 2, Colb. 3, et Fux. alii *agistilla*. H.

Per alvum. Per medium discurrentibus venis rubris nigrisque. H.

Sarda nigraque. Sardae gemmae colorem rubrum esse superius vidimus cap. 34. Locum hunc codicum ope sanavimus, Reg. 2, Colb. 3, Fux. etc. Prius legebatur, per albom sarda nigraque vena transeunte. » H.

Vulgus autem. Et Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 14: « Aegyptilla, inquit, nigra est radice, caerulea facie: ex Aegypto ubi invenitur, vocata. Hard.

LV. *Balanitae*. Haec Isidorus ad verbum, Orig. lib. XVI, cap. 14 A glandium forma, τῶν βαλάνων, et magnitudine, accepisse nomen videntur. Lapidem Iudaicum nunc appellant, ovali figura ad similitudinem olivae. Hard.

Batrachitas. Βατραχίτης nomen habet a rana, βάτραχος, cuius colorem refert. Ex Aegypto afferri ait pariter auctor libri de Simpl. med. ad Patern. tom. XIII operum Galeni, pag. 995. Cum hoc nomine tantum, non natura convenit lapis qui in bufonis capite reperitur, vulgo *crapaudine*,

lore: alteram ebeni: tertiam rubentis e nigro. Baptes, mollis alioqui, odore excellens. Beli oculus albicans pupillam cingit nigram, e medio aureo fulgore lucentem. Haec propter speciem sacratissimo Assyriorum Deo dicatur. Aliam autem quam Belum vocant, in Arbelis nasci, Democritus tradit, nucis iuglandis magnitudine, vitrea specie. Baroptenus, sive barippe, nigra, sanguineis et albis nodis: aliis sacra dicitur, velut portentosa. Botryites alia nigra est, alia pinea, incipienti uvae similis. Zoroastres crinibus mulierum similiorem bostrychiten vocat. Bucardia bubulo cordi similis, Babylone tantum nascitur. Bronte e capitibus

Graecis similiter, βατράχιος λίθος. Hard.

Alteram ebeni. Sic Mss. omnes. In editis, *ebori*, male. H.

Tertiam rubentis. Subintellige coloris. Hard.

Baptes. Succinum anchusa tinctum. Dalec. — *Baptes.* Sic libri omnes. Βάπτης graece fucatus, sive tinctus intelligitur. H. — Succini berbarum colore infecti genus ille videtur Dalec. iure an iniuria, nobis non satis liquet. H.

Beli oculus. Iisdem verbis haec Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 10: « Beli oculus albicans pupillam cingit, etc. » Sic etiam Mss. omnes, non ut editi, *pingit*, » Cingere autem dictum ibi pro delineare in orbem. Hard. — *Beli oculus.* Nostris, *œil de chat* (*quarz chatoyant*) vulgo appellatur. Ed. P.

Assyriorum deo. Isidorus, *Assyriorum regi Belo*, qui primus Assyriam tenuit, Nini pater. At Iovem ipsum Assyrii Belum vocant. Diod. Sic Bibl. lib. II, Διός ὃν καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον. Hard.

Nucis iuglandis magnitudine. Tecolithi species. Dal.

Baroptenus, sive barippe. In Indice, *barice.* Hard.

Aliis sacra. Sic MSS. omnes. Prius *alligata* legebatur. Sed et pro *nodis*, sitne *notis* legi aliquanto satius, viderint alii. Legit certe Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 11: « Bariplos, inquit, nigra est, cum sanguineis et albis notis. » Hard.

Botryites Βοτρυΐτης, ab uvae sive racemi, τοῦ βότρυος, similitudine. » Hard.

Alia pinea. Sic Reg. Colb. 3, caeterique omnes. Edili, *pampinea.*

Bostrychiten vocat. Amianti genus. Dal. — *Bostrychiten.* Βοστρυχίτην, a cincinno molierum, ἀπὸ τοῦ βοστρύχου. Gestari hunc lapidem ad aciem oculorum tuendam suadet Marcellus Emp. cap. VIII, p. 61. Hard. — *Crinibus*, etc. Broter. *a crinibus mulierum*, etc. Ed. P.

Bucardia. Callaidis, sive Turcicae genus, quale ego vidi. Dal. — *Bucardia.* Βουκαρδία. Turchesiae genus quoddam esse arbitrantur, figurae cordis. Hard.

Bronte e capitibus. Hunc locum ex

testudinum tonitribus cadit: putantque ea restingui fulmine ictum, si credimus. Boloe nimbo inveniuntur, glebae similitudine.

LVI. Cadmitis eadem esset, quam ostracitin vocant; nisi quod hanc caeruleae interdum cingunt bullae. Callais sapphirum imitatur, candidior, et littoroso mari similis. Capnitis quibusdam videtur suum genus habere, plurimis spiris fumida, ut suo loco diximus. Cappadocia in Phrygia nascitur, ebori similis. Callainas vocant e turbido callaino. Ferunt plures simul inveniri coniunctas. Catochitis Corsicae lapis est, caeteris maior: mirabilis, si vera traduntur, impositam manum veluti gummi retinens. Catopyritis e Cappa-

MSS. codicum fide restituimus. Totidem ferme verbis exscripsit Isidorus, Orig lib. XVI, cap. 14.

Boloe. Βῶλοι, vulgo *crapoudines*, Dalec. — *Boloe nimbo.* Subintellige cadere, ex antecedentibus. Βῶλοι graece glebas sonat. H. — *Nimbo.* Hoc verbum Brot. delet. Ed. P.

LVI. *Cadmitis.* MSS. *calamitis.* Ostraciti ostrea nomen ob similitudinem dedere. Dicemus de ea inferius, cap. 65. Hard.

Littoroso mari. Aquae quae littora alluuntur. Callaidis e *viridi pallens* superius dicta est, cap. 33. H.

Capnites. Marmoris genus, Arabicus lapis, chrysolithus fumida Dal. — *Capnitis.* Eadem paulo ante, cap. 37, capnias appellata, in iaspidum generibus, » Est et veluti fumo infecta, quae Capnias vocatur. » H.

Cappadocia in Phrygia nascitur, ebori similis. Sic totidem syllabis MSS. omnes. Qui Plinio edendo hactenus navarunt operam, quum gemmae nomen esse Cappadociam non intelligerent, id quod ex Indice discere eos oportebat, ita scripsere: » In Cappadocis et in Phrygia nascitur, ebori similis. » Nomen habet haec gemma a Cappadocum officinis, in quibus ea poliri, unde Romam advehi solita olim esset. H.

Callainas vocant e turbido callaino. Hoc est, callaini coloris, qualis in gemma callaide, sed turbidi. Has voces porro, » vocant e turbido callaino » adiecimus e MSS. exemplaribus, quum a typis eae abessent. In Indice, *Callaica.* Οστρακον καλλαϊνον tritum, dentibus denigratis, gingivisque stabiliendis, afficiat Galenus, lib. V, κατὰ τόπους, p. 548. H.

Catochitis. Κατοχίτης λίθος, a retinendo, παρὰ τὸ κατέχειν, nomen accepit. Succini species, seu bituminis videtur. Solinus, cap. LI, p. 47: » Κατοχίτην vocant lapidem fatu dignissimum. Maior est caeteris, qui ad ornatum destinantur: nec tam gemma, quam caules, etc. » H.

Corsicae lapis est. Bituminis, aut succini species esse Dalec. ait; ut videtur nobis, recte. Ed. P.

Catopyritis. Subintellige, gemma. Hard.

docia provenit. Cepitis, sive cepolatitis, candida est, venarum nodis coëuntibus, candore imaginem regerens. Ceramites, testae colorem habet. Cinaediae inveniuntur in cerebro piscis eiusdem nominis, candidae et oblongae, eventuque mirandae, si modo est fides, praesagire eas habitum maris, nubilo colore aut tranquillitate. Ceritis cerae similis est: circos accipitri: corsoides canitiei hominis: coralloachates corallo aureis guttis distinctae. Corallis minio similis gignitur in India et Syene. Craterites inter chrysolithum et electrum colorem habet, praedurae naturae. Crocallis cerasum repraesentat. Cytis circa Copton nascitur

Cepitis. A cepa, vel ab horto dicta, achatis genus. Dal. — *Cepitis*, etc. Sic in Indice huius libri. MSS. hoc loco, *cepitis*, sive *cepolames*. Ab horto, ἀπὸ τοῦ κήπου, appellationem trahere ea videtur, ob odorum varietatem. Hard.

Ceramites. Κέραμος testam sonat. Hard.

Cinaediae inveniuntur. Iisdem verbis Isidorus, Orig. lib. XVI, c. 10. Cinaedi pisces superius appellati, lib. XXXII, cap. 53. De lapillis eiusmodi, vide quae diximus lib. XXIX, c. 38. Hard.

Ceritis. Απὸ τοῦ κηροῦ, a cera.

Circos. Tecolithi genus. Turneb. Advers. lib. XXVIII, cap. 36, legit, *circos spiris*, id est, circulis. Dalec. — *Circos accipitri.* Subintellige, similis est, ex antecedente sententia. Libri omnes hactenus editi: *circos pyris.* Turneb. Advers. lib. XXVIII, cap. 36, pag. 1021, coniiciebat *spiris*, hoc est, circulis, quod *circum* appellari gemmam intelligeret. At vocibus graecis fere gemmae omnes redduntur a Plinio, non latinis. MSS. Reg. 2, Colb. 3, et alii, *circos acapiri.* Vnde indubitatam lectionem eruimus, *circos accipitri.* Nam κίρκον ex accipitrum genere esse, qui cum vulpibus inimicitias gerat naturae repugnantia, quis ignorat, qui graecas litteras, vel labris ultimis degusterit? Hard.

Corsoides. Amianti species: κόρσαι, maxillae, tempora, barba; inde κορσεύς, tonsor, κορσετήριον tonstrina. Rhod. lib. IV, cap. 4. Dal. — *Corsoides.* Καρσοειδής, a κόρση, quae vox capillum graece sonat, ἀπὸ τοῦ κείρεσθαι. Hard.

Coralloachates. De ea iam supra, cap. 54. Hard.

Craterites. A praedura natura ei nomen, διὰ τὸ κρατερόν, seu καρτερόν εἶναι. Hard.

Cissites. Cyssites, ἀπὸ τοῦ κύειν, a conceptu, quasi gravida: quanquam et κισσᾶν Graeci etiam κύειν dixerunt. Turn. ibid. Dal. — *Cytis.* Sic libri huius Index, non ut h. l. typi, *cissites.* H. — Aetitae quoddam, ut videtur, genus. Ed. P.

candida, et videtur intus habere petram, quae sentiatur etiam strepitu. Chalcophonos nigra est, sed illisa aeris tinnitum reddit, tragoedis, ut suadent, gestanda. Chelidoniae duorum sunt generum: hirundinum colore: et altera parte purpureae nigris interpellantibus maculis. Chelonia oculus est Indicae testudinis, vel portentosissima magorum mendaciis. Melle enim collutam, et linguae impositam futurorum scientiam praestare promittunt: quintadecima luna, et silente, tota die: decrescente vero, ante solis ortum: caeteris diebus, a prima in sextam horam. Sunt et

Petram, quae. Sic MSS. omnes. Libri editi, *partum qui.* H.

Chalcophonos nigra est. Vide Solinum, c. L. Chalcophoni prope Anicium Vellauniorum plurimae sunt ubivis in structuris murorum, et parietibus temere congestis, nigrae, leves, fistulosae, topbaceae, quum ferro percutiuntur tinnientes. Parietea delubri divae Virginis alternis ordinibus huius lapidis et candidi illic exstructi sunt. Dal. — *Chalcophonos.* Ad verbum haec Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 14. Χαλκόφωνος, ab aeris sonitu. Solinus, cap xxxvii, p. 67: » Chalcophthongos resonat ut pulsa aeris: pudice habitus, servat vocis claritatem. » Habet eadem Marbodeus, cap. xvi, adiicitque esse nigri coloris. Harn.

Chelidoniae. Χελιδονίαι. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 9: » Chelidonia ex hirundinum vocata colore: et duorum est generum: quarum una ex altera parte purpurea: et altera purpurea nigris intervenientibus maculis. » Chr. Encelius, de Re metal. et gemmis, lib. III, cap. 44, visos a se lapides ait in ventriculis pullorum hirundinum, primo partu excluso-rum, magnitudine seminis lini: quorum alter niger, rufus alter esset, etc. Haan.

Hirundinum. Priores hirundinum colore: posteriores altera parte purpureae, cum nigris maculis. H.

Chelonia. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 14. Marbodeus, cap. xix: » Indica testudo mittit lapidem cheloniten, Gratum purpureo, varioque colore nitentem. Quem si sub lingua loto quis gesserit ore, Posse magi credunt hunc divinare futura. Orto mane die sextam dumtaxat ad horam, Tempore quo lunae succrescens cernitur orbis. Sed luna prima lapidis praedicta potestas Totius fertur spatio durare diei. Quintae post decimam concordant tempora primae. At decrementi lunaris tempore toto Ante diem lapidi tantum manet illa potestas. » Hard.

Melle enim. Mallem ego, *mane enim.* Nam Marbodeus, » orto mane die: » de melle, nihil. H.

Et silente. Et interlunii die tota. Haan.

In sextam horam. Quae nobis duodecima est, sive meridies. H.

Sunt et chelonitides. Testudinibus

chelonitides testudinum similes, ex quibus ad tempestates sedandas multa vaticinantur. Ea vero, quae sit aureis guttis, cum scarabaeo decocta, et deiecta in aquam ferventem tempestates moveri. Chloritis herbacei coloris est, quam dicunt magi inveniri in motacillae avis ventre, congenitam ei: ferroque includi iubent, ad quaedam prodigiosa moris sui. Choaspitis a flumine dicta est viridis, fulgoris aurei. Chrysolampis in Aethiopia nascitur, pallida die, et in nocte ignea. Chrysopis aurum videtur esse. Ceponides in Aeolidis Atarne, nunc pago, quodam oppido, nascuntur, multiscoloribus translucentes, alias vitreae, alias crystallinae, alias iaspideae. Sed et sordidis tantus est nitor, ut imagines reddant, ceu specula.

LVII. Daphniam Zoroastres morbis comitialibus

videlicet, ταῖς χλώναις, colore similes. Haan.

Chloritis. A colore viridi, quem Graeci χλορὸν dicunt. H.

Motacillae avis. Quae a crebra agitatione clunium et caudae σεισσοπυγὶς graece et σείσουρα dicitur: Gallis, *lavandière, bergeronette*, Bellon. lib. VII, cap. 10. Haro.

Choaspites. Chrysoberylli genus. Dalec. — *Choaspitis.* A Choaspe fluvio, de quo lib. VI, cap. 31. Haec Isidorus iisdem verbis, Orig. l. XVI, cap. 7. Haan.

Chrysolampis in Aethiopia nascitur. Chrysolithi genus. *Chrysoprasion* vocant Isidorus et Marbodeus: *chrysopagion* Albertus: *chrysopsin* quidam. Alius est chrysoprasus descriptus supra cap. 8. Dalec. — *Chrysolampis.* Sic libri omnes. Χρυσόλαμπις. Chrysopasium Solinus vocat cap. xxx, pag. 57. Isidorus item, Orig. lib. XVI, c. 16: « Chrysoprasius Aethiopicus est, quem lapidem lux calat, prodit obscuritas. » Item cap. 14, chrysolampin appellat, atque iisdem verbis describit. H. — Quibusdam videtur esse *la pierre de Bologne.* Ed. P.

Chrysopis. Hyacinthi species. Dal. — *Chrysopis.* Χρυσωπὶς, ab auri aspectu et specie. Sic MSS. omnes, et Index, non ut editi, *chrysophis.* Isidor. Orig. lib. XVI, cap. 14. H.

Ceponides. Sic MSS. omnes hoc loco: in Indice varianl: ab horto, quem Graeci κῆπον vocant, nomen traxit, ob colorum varietatem. H.

LVII. *Daphniam Zoroastres.* Praeter gemmas, quarum nomen incipit a littera C, memoratas Plinio, Orpheus lib. περὶ λίθων, coryphoden recenset, et chabazium. Coryphoden alii esse volunt sex lateribus angulosum, cuius meminit auctor capite altero huius libri: alii vero Indicum adamantem, lateribus sexangulum, descriptum capite quarto huiusdem libri: alii beryllum, e quo cylindros Indi faciunt, supra capite 5 ultimo

demonstrat. Diadochos beryllo similis est. Diphyes duplex, candida ac nigra, mas ac femina, genitale utriusque sexus distinguente linea. Dionysias nigra ac dura mixtis rubentibus maculis: ex aqua trita saporem vini facit, et ebrietati resistere putatur. Draconites, sive dracontia, e cerebro fit draconum: sed nisi viventibus abscisso numquam gemmescit, invidia animalis mori se sentientis. Igitur dormientibus amputant. Sotacus qui visam eam gemmam sibi apud regem scripsit, bigis vehi quaerentes traditi et viso dracone spargere som-

proximo. De chabasio nondum liquet. Dan. — *Daphniam.* Δαφνίαν, quasi lauream. Hard.

Diadochos. Διάδοχος, quasi beryllii vicaria, eidemque substituta. Apud Albertum M. de Mineral. pag. 230: *diacodos*, mendose. Marbodeus, c. xxiv: «Diadochos, perquam responsa petentibus aptus Daemonis effigies varias ostendere fertur, etc. Hunc autem perhibent similem fulgore beryllo, etc.» Hard.

Diphyes. Sic etiam Index: non *diphris.* Graecis δίφυής, quasi biformis, aut ancipitis naturae: quod utriusque sexus in se delineatum genitale exhibet. Hard.

Dionysias nigra ... ex aqua trita saporem vini facit. Nota haec locutio latine scientibus, «lapidem ex aqua terere» nihil aliud est, quam in aqua terere, vel cum aqua. Salm. — *Dionysias.* Διονυσιάς. Solinus, cap. xxxvii, pag. 67: «Dionysias fuscus est, etc.» Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 11. Marbodeus, cap. xxv: «Nigra micat rubeis Dionysia consita guttis. Hanc in aqua tritam vinum fragrare loquuntur, Et tamen ebrietas ipsius odore fugatur, etc.» H.

Draconites, sive dracontia. Philostratus scribit in India dracones esse, alios palustres, tardos, pigros, sine cristis: alios montanos, grandiores, acriores, cristatos. In horum capite reperiri gemmam specie aspectuque floridam, et iucundam, potentia mirabilem, quod testatur Gygis anulus. Rhodig. lib. XVI, cap. 11. Dalec. — *Draconites*, etc. In vetusto codice legitur, *dracontis*: legendum *draconitis*, ἡ δρακοντῖτις, et *dracontia*, ἡ δρακόντειος, subaudiendum, gemma. Salm. — *Draconites.* Sic Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 13; Albertus M. de Mineral. lib. II, tract. 2, pag. 230. Solinus, cap. xxx, pag. 56: «Exciditur e cerebris draconum draconitas lapis: sed lapis non est, nisi detrahatur viventibus: nam si obeat prius serpens, cum anima simul evanescit, duritie soluta.» H. — *Nisi viventibus abscisso*, etc. Broter. *absciso.* Ed. P.

Sotacus, Sollini paraphrasis, loc. cit. «Auctor Sotacus gemmam hanc etiam visam sibi scribit, et quibus intercipiatur modis, edocet. Praestantissimi audacia viri explorant anguium foveas, et receptus: inde praestolati ad pastum excuntes, praetervectique percitis curribus, obiciunt gramina medicata, quantum potest, ad incitandum soporem; ita somno

nifica medicamenta, atque ita praecidere. Esse autem candore translucido, nec postea poliri, aut artem admittere.

LVIII. Encardia cognominatur et ariste: una, in qua nigra effigies cordis eminet: altera eodem nomine, viridi colore, cordis speciem repraesentat: tertia cor nigrum ostendit, reliqua sui parte candida. Enorchis candida est, divisaque fragmentis testium effigiem repraesentat. Exebenum Zoroastres speciosam et candidam tradit, qua aurifices aurum poliunt. Eristalis quum sit candida, ad inclinationes rubescere videtur. Erotylos eadem amphicome, et hieromnemon, a Democrito laudatur in argumentis divinationum. Eumeces in Bactris nascitur, silici similis: sed capiti supposita visa nocturna oraculi modo reddit. Eumithren Beli gemmam, sanctissimi deorum sibi, Assyrii appellant, porracei coloris, superstitionibus gratam. Eupetalos quatuor colores habet, caeruleum, igneum, minii, mali. Euneos nucleo olivae similis est, striata concha-

obsopitis, e capitibus essecant lapides, etc. » Tradit haec pariter Isidorus, loc. cit. Hard.

Est autem candore. Isidorus, loc. cit. Hard.

LVIII. *Encardia ... et ariste.* Sic Reg. 2, Colb. 3, aliique, et Index: non, ut editi libri, *et cardisce.* Εγκαρδία nomen habet a similitudine cordis. Turchesiae genus videtur esse. Hard.

Enorchis. Ενορχις, a testium, τῶν ὄρχεων, figura. Hard.

Exebenum. Isidorus haec totidem verbis, Orig. lib. XVI, c. 10 Εξέβενος. Hard.

Eristalis. In MSS. hoc loco, *eristila.* Forte, *erythria*, a rubro colore quem exhibet, quum inclinatur. H.

Erotylos. In Indice, »Erotillos, sive amphicome, etc.« In MSS. Reg. et Colb. hoc loco, *erichilos.* Forte ἐρίχειλος, a labiis, ἀπὸ τῶν χειλῶν, in divinatione futurorum aperiendis. Eadem ἀμφίκομος, quasi pulcre comata: et ἱερομνήμων, rerum sacrarum abditarumque designatrix gemma. H.

Eumeces. Εὐμήκης, gemma procera, praelonga. Hard.

Eumithren. Videtur ex hoc loco Mithres, aut apud Persas Solis, sic. Beli apud Assirios nomen fuisse. H.

Erpetalos. Opali genus, vel nostri heliotropii. Dal. — *Eupetalos.* Εὐπέταλος graece virescens intelligitur. Hard.

Euneos epicoros. Vet. quidam *epicho-*

rum modo, non adeo candida. Eurotias situ videtur operire nigritiam. Eusebes ex eo lapide est, ex quo traditur Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua dii facile surgebant. Epimelas fit, quum candida gemma superne nigricat colos.

LIX. Galaxiam aliqui galactiten vocant, similem proxime dictis, sed intercurrentibus sanguineis, aut candidis venis. Galactitis ex Nilo, colore lactis est. Eamdem dicunt leucogaeam et leucographiam appellant, et synophiten, tritam lactis succo ac sapore notabilem. In educatione nutricibus lactis fecunditatem:

rios: aliis, *epichoros aliis, epichloros*. In dictione ἐπίχορος, ut et in νεώχορος, latet significatio religionis, ornamenti, custodiae Turneb. lib. XXVIII, cap. 36. Dalec. — Eunens. Εὔνεος. Sic et in Indice, et hoc loco MSS. omnes. Hard.

Eurotias. Nomen habet ex argumento: nam εὐρῶτα Graeci situm vocant, cariem, putredinem: εὐρωτιάω putresco. H.

Eusebes. Εὐσεβής, religiosa, et sacris dicata gemma. H.

Surgebant. Eminebant, eastabant. Hard.

Epimelas. Επιμελας, nigricans. Vtitur hac voce Theophrastus. H.

LIX. *Galaxiam*. A recto *galaxias*, ut in Indice. Γαλαξίας idem qui μόροχθος inferius, cap. 63, lacte sudare dicitur. Diosc. lib. V, c. 152: Λίθος μόροχθος, ὃν ἔνιοι γαλαξίαν, etc. H.

Galactites ex vino colore lactis est (sic prius). Lege: » Galactites e Nilo colore lactis est. » Salm. — *Galactitis ex Nilo colore lactis est*. Hoc est, succum emittit, quum subigitur, colore lactis. Dioscorid. lib. V, cap. 150. Prius legebatur, »Galactites ea vino colore lactis est. » Libri manu exarati, *ex imo*. Nos (post Salmasium) certissima coniectura, *ex Nilo*. Auctor sic emendandi, Solinus primum, cap. VII, pag. 22, ubi de galactite: »Quem post Nilum, inquit, Achelous dat, nec alter alius. » Albertus Magnus de Mineral. p. 232: »Galactites lapis est similis cineri, et secundum plurimum invenitur in Nilo et Acheloo fluviis. Hic tritus dat saporem lactis: et succus eius in ore clausus turbat mentem, etc. » Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 10: »mittunt eam Nilus et Achelous amnis, etc. » Marbodeus denique, cap. XXXI: » Hunc mittit Nilus, producit et hunc Achelous. Hunc lapidem cineri similem, galactida dicunt. Lactis dat succum tritus, lactisque saporem; Sed turbat mentes, et clausus in ore liquescit. » H.

Leucogaeam, etc. Λευκόγαιαν λευκογραφίαν, συνοφίτην. H.

In educatione nutricibus lactis. Apud Orpheum poëmate de lapidibus, galactitis hoc homine magna commendatio est. Dal. — *In educatione*. Orpheus de Lapid. tit. γαλαχτίτης. Solinus, cap VII, pag. 22; Isidorus,

infantium quoque alligata collo salivam facere dicitur, in ore autem liquescere. Eamdem memoriam adimere dicunt. Mittit eam et Achelous amnis. Sunt qui smaragdum albis venis circumligatum galactiten vocent. Gallacia argyrodamanti similis est, paulo sordidior: inveniuntur autem binae vel ternae. Gasidanem Medi mittunt, coloris orobini, veluti floribus sparsam. Nascitur et in Arbelis. Haec quoque gemma concipere dicitur, et intra se partum fateri concussa, concipere autem trimestri spatio. Glossopetra linguae similis humanae non in terra nasci dicitur, sed deficiente luna caelo decidere, memoriae quoque necessaria. Quod ne credamus, promissi quoque vanitas facit: ventos enim ea comprimi narrant. Gorgonia nihil aliud

Orig. lib. XVI, cap. 10; Albertus Magnus de Miner. p. 232. H.

Adimere dicunt. Legit *adimere* Marbodeus: quod ex hoc versu manifestum est: « Sed turbat mentes, et clausus in ore liquescit. » Quanquam in vulgatis exemplaribus legatur: « Sed turbat mentem, si clausus ore liquescat. » Dal. — *Eamdem memoriam.* Auctores proxime appellati, et Marbodeus, cap. xxxi. H.

Sunt qui smaragdum. Isidorus, l. c. H.

Gallaica. Sic libri omnes, etiam MSS. H.

Gasidanem. Index, *gassidiana.* MSS. h. l. *gessinaden*, voce magorum propria, non graeci latinive oris. H.

Coloris orobini. Hoc est, ervi: nam ὄροβος ervum est. H.

Haec quoque gemma concipere dicitur. Geodis genus. Fortassis nostrum bezoar. Dal. — *Haec quoque gemma.* Perinde atque aëtites, de quo lib. XXXVI, cap. 39, cuius forte quoddam fuit genus. Ed. P.

Glossopetra. Solin. cap. xxxvii, p. 67: « Glossopetra deficientibus lunis caelo cadit, linguae similis humanae: non modicae, ut magi ferunt, potestatis, qui ex ea lunares motus excitari putant, » hoc est, ventos. Sic etiam Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 14. Hard.

Memoriae quoque. Sic Reg. 2, Colb. 3, et alii. In editis insulse, « et lenocinanti necessaria creditur. » H.

Gorgonia nihil aliud est... emollit maria. Scripti omnes leg. *emollit maria.* Corrige ergo: « nominis causa quod in duritiem lapidis mutatur e molli marina. » Gorgonia, inquit, ideo sic vocatur, quod e molli marina, dura fit et lapidea extra mare posita. Salm. — *Gorgonia.* Γοργονία. Inde factum nomen, quod in duritiam lapidis verteretur, uti iis fabulae ferunt contigisse, qui Gorgonis caput inspicerent. Nomen id corallio datum a Metrodoro, si Solino credas. Hard.

est, quam corallium: nominis causa, quod in duritiam lapidis mutatur. Emollit maria. Fulminibus et typhoni resistere affirmant. Goniaeam eadem vanitate inimicorum poenas efficere promittunt.

LX. Heliotropium nascitur in Aethiopia, Africa, Cypro, porracei coloris, sanguineis venis distincta. Causa nominis, quoniam deiecta in vas aquae, fulgorem solis accendit sanguineo repercussu, maxime Aethiopica. Eadem extra aquam speculi modo solem accipit, deprehenditque defectus, subeuntem lunam ostendens. Magorum impudentiae vel manifestissimum hoc quoque exemplum est, quoniam admixta herba heliotropio, quibusdam quoque additis praecantationibus, gerentem conspici negent. Hephaestitis quoque speculi naturam habet in reddendis imaginibus, quan-

Emollit maria. Sic libri omnes, sive publici, sive conditivi. Vt inania Salmasii emendatio videatur, ita legentis in Solinum, p. 90: » in duritiam lapidis mutatur e molli marina, « quod nec Plinianam quoque orationem resipit, et aberrat a mente scriptoris. Expressit eam satis accurate Marbodeus, lib. de Lapid. pret. cap. de Corallio, quod esse idem cum Gorgonia Plinius ipse admonuit: »Fulmina, typhonas, tempestatesque repellit, A rate, vel tecto. « H.

Fulminibus et typhoni. De corallio hoc ex Metrodoro scribit Marbodeus. Dalec.

Goniaeam. Sic Index. MSS. hoc loco discrepant. Reg. 2, *goniem.* Colb. 3, *gonim.* Editi libri vulgo, *genianen.* Hard.

LX. *Heliotropium.* E genere est illius gemmae, quam nostri nunc vocant, *prime d'émeraude.* Solinus haec totidem verbis, cap. XXVII, pag. 52; Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 7. Marbodeus, de Heliotropio, cap. XXXIV: » Hanc nunc Aethiopes, nunc Cyprus et Africa mittit: Sanguinis aspersam guttis, similemque smaragdo.« H.— Aliis iaspidis genus, aliis achatae, sanguineis punctis distinctae. Eo. P.

Causa nominis. Marbodeus, loc. cit. » Ex re nomen habens est heliotropia gemma. Quae solis radiis in aqua subiecta batillo, Sanguineum reddit mutato lumine solem, Eclipsimque novam terris effundere cogit.« Habet haec pariter Solinus, et Isidorus, locis citatis. Albertus item de Miner. p. 230. H. — *Fulgorem solis accendentem*, etc. Leg. » Fulgorem solis accendit sanguineo repercussu. « Sal.

Eadem extra aquam. Isidorus, loc. cit. Hard.

Magorum, etc. Solinus, Isidorus, Albertus, Marbodeus, locis citatis. Hard.

Hephaestitis. Totidem verbis Isido-

quam rutilans. Experimentum est, si ferventem aquam addita statim refrigeret: aut si in sole addita aridam materiam accendat. Nascitur in Coryco. Horminodes, ex argumento viriditatis in candida gemma vel nigra, et aliquando pallida, ambiente circulo aurei coloris, appellatur. Hexecontalithos in parva magnitudine multicolor, hoc sibi nomen adoptavit. Reperitur in Troglodytica regione. Hieracitis alternat milvinis nigrisque veluti plumis. Hammitis ovis piscium similis est, et alia velut nitro composita, praedura alioqui. Hammonis cornu inter sacratissimas Aethiopiae gem-

rus, Orig. lib. XVI, cap. 14, Ηφαιστῖτις, quasi gemma Vulcania.

Aut si in sole. « Aut si soli opposita » Isidorus. Hard.

Nascitur in Coryco. Quum haec raptim cursimque Marbodeus legeret, vidisse se *in Corintho* credidit, itaque cecinit, cap. xxxvi « Nascitur in bimari, pretiosior aere, Corintho Dictus hephaestites rutilans lapis, et rubicundus: Qui si ferventi fuerit coniectus aheno, Ignibus exsultans prius, illico sistitur unda, Frigida post modicum lapidis virtute futura. » Isidorus *in Coryco* legit. H.

Horminodes. A similitudine nimirum cum hormino: ὅρμινον Graeci vocant herbae genus, de quo diximus lib. XVIII, cap. 22. MSS. tamen omnes hoc loco *hermeodes* exhibent. Hard.

Hexecontalithos in parva, etc. Quod multicolores in ea gemmae deprehenderentur, *hexecontalithos* dicta est. Salmas. — *Hexecontalithos.* Solinus, cap. xxxi, pag. 58, de Troglodytis: « Tantum lapide uno gloriantur, quem ἑξηκοντάλιθον nominamus, tam diversis notis sparsum, ut sexaginta gemmarum colores in parvo eius orbiculo deprehendantur. » Haec totidem verbis Marbodeus, cap. xxxvii; Albertus, pag. 231; Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 12. H.

Hieracites, alternat tota. Legend. « Hieracitis, alternata milvinis nigrisque velut plumis: » quae alternatim milvinis veluti plumis ac nigris distincta est. Salm. — *Hieracitis.* Ab ἱέραξ, quae vox accipitrem et milvum sonat. ἱερακίτης λίθος, Aëtio lib. II, cap. 30, ex MSS. cod. ὑπόχλωρος μὲν ἔστι, καὶ πρὸς τὸ μέλαν ἐντετραμμένος, ἐπιρεραμμένος χροαῖς ἑτέραις, ὡς ποικίλος εἶναι, ὡς φησὶ Διογένης ἐν τῷ περὶ λίθων. « Lapis subviridis, ad nigredinem vergens, illisque subinde alternatis coloribus toto corpore interstinctus, ut varii coloris dici possit. » Hard.

Hammitis. Quod ἄμμον, hoc est, sabulum vix mole superet, aut quod eodem recidit, piscium ova. H.

Et alia velut nitro « Hammites similis nitro, sed durior (inquit Isidor. Orig. lib. XVI, c. 14). Gignitur in Aethiopia et Arabia, etc. » H.

Hammonis cornu. Vel ex hoc loco intelligitur Iovis Hammonis effigiem cornu arietinum in fronte gestasse,

mas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur praedivina somnia repraesentare. Hormesion inter gratissimas aspicitur, ex igneo colore radians auro, portante secum in extremitatibus candidam lucem. Hyaeniae ex oculis hyaenae, et ob id invasae, inveniri dicuntur: et, si credimus, linguae hominis subditae futura praecinere. Haematites in Aethiopia quidem principalis, sed et in Arabia et Africa invenitur, sanguineo colore, non omittenda promissis ad coarguendas barbarorum insidias. Zachalias Babylonius in his libris quos scripsit ad regem Mithridatem, humana gemmis attribuit fata: hanc non contentus oculorum et iocinerum medicina decorasse, a rege etiam aliquid petituris dedit, et litibus iudiciisque interposuit: in praeliis etiam ex ea ungi salutare pronuntiavit. Est et alia eiusdem generis, quae

quale in nummo Cyrenaeorum argenteo conspicitur, qui ubique est obvius. Harb.

Hormesion. In Indice *hormision.* Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 13, *Ermision*, mendose: alioqui caetera de gemma ea totidem verbis referi. Harb.

Hyaeniae ex oculis hyaenae. Leg. » Hyaeniae ex oculis hyaenae, et ob id invasae, inveniri dicuntur. « Sal. — *Hyaeniae ex oculis.* Solin. cap. xxvii, p. 81; Isidorus Orig. lib. XVI, c. 14; Albertus Magnus, de Miner. p. 232. Harb.

Et ob id invasae. Et ob id quaesitae venatu, ut dictum est de draconite lapide, cap. 57. H.

Et, si credimus. Solinus, et Isidorus, locis citatis. Item Marbodeus c. xxxiii. Harb.

Haematites. Ille nimirum, de quo iam superius dictum est lib. XXXVI, cap. 28. Haec iisdem fere verbis, Isid. Orig. lib. XVI, cap. 8, et Marbod. cap. xxxvi. H. — Nobis, *peroxide de fer.* Ed. P.

Promissis. Ob promissa magorum, utilem fore hunc lapidem ad delegendum insidias. H.

Insidias. Plinii interpres Isidorus, loc. cit. de haematite: » De qua promittunt magi quiddam ad coarguendas barbarorum insidias. «

Zachalias Babylonius in his libris. Legend. » Zachalias Babylonius, etc. humana gemmis attribuens facta, hanc non contentus, etc. « legend. *hanc*, de haematite enim sola loquitur, quam medicina oculorum et iecoris decoravit: nec hic contentus quasi et gemmae humanis factis censeantur, et idem praestare possint quod homines, hanc eamdem et in

vocatur menui ab Indis, xanthos appellata Graecis, e fulvo candicans.

LXI. Idaei dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt. Icterias aliti lurido similis, ideo existimatur, salubris contra regios morbos. Est et alia eodem nomine liquidior. Tertia folio viridi similis, latior prioribus, paene sine pondere, venis luridis. Quartum genus in eodem colore nigris venis discurrentibus. Iovis gemma candida est, non ponderosa, tenera. Indica gentium suarum habet nomen, subrufo colore, in attritu sudorem purpureum manat. Alia eodem nomine candida, pulvereo aspectu. Ion apud Indos violacea est, sed raro saturo colore lucet.

LXII. Lepidotis squamas piscium variis coloribus imitatur. Lesbias Lesbi patriae nomen habens: invenitur et in India. Leucophthalmos rutila alias, oculi speciem candidam, nigramque continet. Leucopoecilos candorem lineis ex auro distinguit. Libanochrus thuris

iudiciis multum posse, et petituros aliquid a rege commendare. Salm.

Xanthos. De ea diximus cap. 45. Vide et Theophr. περὶ λίθων, p. 8.

LXI. *Idaei dactyli* Ἰδαῖοι δάκτυλοι. Totidem verbia haec Solinus, c. xi, p. 30, et Isidorus, Orig. lib. XVI, c. 4. Ab Ida monte Cretensi, ex quo eruuntur, cognomen habent: nomen a forma digiti pollicisve. H. — *Bélemnites longues.*

Icterias aliti lurido. Galgulo, quem Ἴκτερον Graeci vocant, communi cum morbo regio, aive arquato, appellatione. In MSS. aliter haec leguntur, sed corrupte, credo: »Icterias mali cute, aureis mamillis: ideo, etc.» Hard.

Ion apud Indos, Ion viola nigra Graecis, Hard.

Sed raro. In MSS. Reg. 2, Colb. 3, Fux. etc. »Rarum ut alio colore luceat.» H. — Brot. *sed raro, ut saturo colore luceat.* Ed. P.

LXII. *Lepidotis.* Λεπιδωτός, vel λεπιδωτίς, squamosa. H.

Leucophthalmos. Λευκόφθαλμος.

Leucopoecilos. Λευκοποικίλος, candore alternato. Prius legebatur, »Leucopetalos candorem nivis ex aureo distinguit.» Reg. 2, et Colb. 3, *leucopetilos*, caeteraque uti edidimus: in Indice, *leucopoecilos*, quod nomen aineerum est, ex argumento candoris cum lineis ex auro alternati, ut variegata ποικίλος, seu multicolor gemma videatur. H.

Libanochrus. Λιβανόχρους, a thuris colore. Hard.

similitudinem ostendit, sed succum mellis. Limoniatis eadem videtur, quae smaragdus. De lipare hoc tantum traditur, suffita ea omnes bestias evocari. Lysimachus Rhodio marmori similis est aureis venis: politur ex marmore, amplitudine in angustias coëunte, ut inutilia exterantur. Leucochrysos sicut crystallus albicat.

LXIII. Memnonia qualis sit, non traditur. Medea nigra est, a Medea illa fabulose inventa: habet venas aurei coloris: sudorem reddit croci, saporem autem vini. Meconites papaver exprimit. Mithrax a Persis accepta est, et Rubri maris montibus: multicolor, contra solem varie refulgens. Morochites porracea,

Limoniatis. Λειμωνιάτης λίθος, a virore prateosi. H.

De lipare. Marbodeus, cap. XLII: « Partibus in Libycis lapis est lipares vocitatus, Ad quem sponte sua properat genus omn· ferarum, Quas venatorum saevit labor exagitare: Non eget ergo eanum morsu, curave sagaci, Saltus perlustrans, lapidem qui gesserit istum, Sternendae satis est venabula tollere praedae. » Vide et Isidorum, Orig. l. XVI, cap. 14, et Albertum, de Mineral. 233. Λιπαρή graece opimam et pinguem sonat. H.

Leucochrysos. Nomen indicat crystallum candidam, aureis vel guttis, vel lineis distingui, vel variari. Dal. — *Leucochrysos.* Nomen indicat gemmam aurei coloris, quae in crystalli modum albicet. In libris hactenus vulgatis sic legebatur: « Leucochrysos fit chrysolitho interalbicante, » contra omnium MSS. fidem. H.

LXIII. *Medea*, etc. Haec verbis tolidem Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 11. Haan.

Meconites. Μήκωνα Graeci papaver nuncupant. Haec pariter Solinus cap. XXXVII, pag. 67, et Isidor. Orig. lib. XVI, cap. 14. H.

Mithrax a Persis. Qui Solem ipsum Mithran vocant, ut Strabo prodidit, lib. XV. Hinc vetustae inscriptiones passim: SOLI INVICTO MITHRAE. Tamen Herodotus lib. I, Clio, Mitram dicit a Persis Venerem fuisse appellatam. Haec gemma dicitur a Solino, loc. cit. et Isidoro, Orig. lib. XVI, cap. 12, *Mithridax*, mendose. Plinianí omnes libri, *Mitrax* habent. Haan.

Morochitis. Sic libri omnes. Morochitis gemma, inquit, quanquam per se porracea, viridisque, trita tamen candicat. Ita rescripsimus ope codicum Reg. 2, Colb. 3, et Indicis, in quo *Morochites*, non ut in libris vulgatis; *Meroctes.* Moroxus idem et leucographis appellatur ab Aëtio, de Re Med. lib. II, cap. 16, pag. 51, et a Galeno quoque: subviridis ipse quidem, sed ubi cute vel asperiore indumento teritur, aperte candicans. Codex MS. Τῶν δὲ εἰς χυλὸν ἀνα-

lacte sudat. Morio in India, quae nigerrimo colore translucet, vocatur Pramnion: in qua miscetur et carbunculi colos, Alexandrinum; ubi sardae, Cyprium. Nascitur et in Tyro, et in Galatia. Xenocrates et sub Alpibus nasci tradit. Hae sunt gemmae, quae ad ectypas scalpturas aptantur. Myrrhites myrrhae colorem habet, facie minima gemma: odorem attrita, etiam nardi. Myrmecias nigra habet eminentias similes verrucis. Myrsinites melleum colorem habet, myrti odorem. Mesoleucos est, mediam gemmam candida distinguente linea. Mesomelas, nigra vena quemlibet colorem secante per medium.

LXIV. Nasamonitis est sanguinea, nigris venis. Nebritis Libero Patri sacra, nomen traxit a nebridum

λυομένων, ἐστὶ καὶ ὁ καθ' Αἴγυπτον γινόμενος λίθος, ᾧ χρῶνται στιλπνοῦντες τὰς ὀθόνας· ὃν τινες μόροξον, οἱ δὲ λευκογραφίδα καλοῦσιν· ὑπόχλωρος γὰρ γενόμενος οὗτος, εἰ πυρατριβεῖη ἀκόνῃ καὶ ἱματίῳ τραχυτέρῳ, λευκαίνει τὸν τόπον. Sic etiam Galenus, de Facult. simpl. med. lib. IX, pag. 255. Dioscoridi, lib. V, c. 152: Λίθος μόροχθος, ἐν ἔνιοι γαλαξίαν, etc. H.

Morion Indica. Fortassis morochrus, quem et galaxian, et leucographida vocari Diosc. scribit, mollis, liquescens, dealbandis vestibus utilis, in Aegypto nascens. Dal. — *Morio in India.* Indicum id barbaricumque vocabulum esse significat: graeca, quae subsequuntur: πράμνιον, etc. Hard.

Ad ectypas scalpturas. Ad scalpturas imaginum, quae cerae apprimuntur. Diximus de ea voce *ectypon* lib. XXXV, cap. 43. H.

Myrrhites myrrhae colorem habet. Legend. »Myrrhites myrrhae colorem habet, facie minima gemma: odorem attrita, etiam nardi.« Salmas. — *Myrrhites*, etc. Solinus, cap. XXXVII, pag. 67. Priscianus, in Pariegesi, p. 393: »Myrrhitenque, bonum nardi quum reddat odorem.« Hard.

Myrmecias. Μυρμηκίας, a similitudine verrucae, quam Graeci μυρμηκίαν nuncupant. Hard.

Myrsinites. Ab odore myrti, quae Graecis μυρσίνη, Hard.

Mesoleucos. Μεσόλευκος et μεσόμελας, contrariis ex causis habent nomina, ut apparet. Ista apud Isidorum, Orig. lib. XVI, cap. 11, mandose *meramelas* appellatur. Hard.

LXIV. *Nasamonitis.* Solinus, cap. XXVII, pag. 52: »Nasamoniten lapidem Nasamones dant, sanguineum universum, nigris venulis adumbratum.« Hard.

Nebritis. Vida num ea sit, quam νευρίτην Orpheus vocat. *Gagatromeum* ex Alberto Marbodeus vocat, *Gagattonica* Pandectarius. Dal. — *Nebritis.* A pellium cervinarum si-

eius similitudine. Sunt et aliae nigrae generis eiusdem. Nympharena urbis et gentis Persicae nomen habet, similis hippopotami dentibus.

LXV. Olca barbari nominis, e nigro fulvoque, et candido placet. Ombria, quam aliqui notiam vocant, sicut ceraunia et brontia, cadere cum imbribus et fulminibus dicitur: eumdemque effectum habere, quem brontia, narratur. Praeterea in aras addita ea, libamenta non amburi. Oritis globosa specie, a quibusdam et sideritis vocatur, ignem non sentiens. Ostracias, sive Ostracitis, est testacea durior: altera achatae similis, nisi quod achates politura pinguescit: duriori tanta inest vis, ut aliae gemmae scalpantur fragmentis eius. Ostracitidi ostrea nomen et similitudinem dedere. Ophicardelon barbari vocant, nigrum colorem binis lineis albis includentibus. De Obsidiano lapide di-

militudine, quas νεβρίδας appellabant, quibus usus olim Bacchus, ac deinde qui sacris eius initiati. Vid. Suid. et Mitholog. Harp. — *Nebritin* aliqui ad achatas iaspidesve referunt. Eo P.

LXV. *Olca barbari nominis.* In his, quae ad N incipiunt, Neuriten Plinius non recenset, memoratam ab Orpheo libro περὶ λίθων, sicut nec in iis, quae a P, τὴν πετράχην ab eodem Orpheo celebratam: et in in iis, quae ab O, Omphacem, cuius meminit Theophr. lib. περὶ λίθων, nisi Botrytes, ab auctore descripta. Dal. — *Olca.* Sic MSS. Sic Isidorus ipse haec transcribens, Orig. lib. XVI, cap. 12. In editis, male, *orca.* Hard.

Ombria, quam aliqui notiam. Ομβρία ad imbribus: ab humido Noto, Austrove, Νοτία appellata.

Orites. Alberius tria describit genera, primum rotundum ac nigrum: secundum viride, alba macula notatum: tertium colore ferri, asperum altera parte, altera planum, prodigiososque tribuit effectus. D.—*Oritis.* Quod globosa specie montis effigiem referat, τοῦ ὄρους. Plura de ea vide apud Marbodeum cap. 47. Hard.

Ostracias, etc. Haec verbis totidem Isidorus, Orig. Lib. XVI, cap. 14. Hard.

Ostracitidi ostrea nomen. Nam ὄστρακον, ostreorum testam dixerunt Graeci; nobis, *ostracite.* Eo. P.

Ophicardelon. Barbara, ut Plinius prodit ipse, vox: non originationis graecae. Hard.

De Obsidiano lapide. Lib. XXXVI, cap. 67. H. — Vulcanicis lapidibus adscribitur *obsidienne.* Ed. P.

ximus superiore libro. Inveniuntur et gemmae eodem nomine ac colore, non solum in Aethiopia Indiaque, sed etiam in Samnio, ut aliqui putant, et in litoribus Hispaniensis Oceani.

LXVI. Panchrus fere ex omnibus coloribus constat. Pangonius non longior digito, ne crystallus videatur, numero plurium angulorum cavet. Paneros qualis sit, a Metrodoro non dicitur: sed carmen Timaridis reginae in eadem dicatum Veneri non inelegans ponit, ex quo intelligitur additam ei fecunditatem. Quidam hanc pansebaston vocant. Ponticarum plura sunt genera. Est stellata nunc sanguineis, nunc auratis guttis, quae inter sacras habetur. Alia pro stellis eiusdem coloris lineas habet, alia montium conval-

In Samnio, ut aliqui putant. Xenocratem intelligit, quem clare testem eius rei appellavit, loco proxime citato. Hard.

LXVI. *Panchrus.* Πάγχρους, quasi *omnicolor*. Mendose *Panheros* legitur apud Albertum, de Mineral. pag. 235, et apud Marbod. c. XLIX. H. — Ad opalum pertinet. Ed. P.

Pangonius. Παγγώνιος, omniangulus, ab omni parte angulos habens: quum sint tantum seni crystallo. H. *Paneros* Πανέρος, omni amore digna. Hard.

In eadem. In eadem gemma insculptum, dicatumque Veneri, nec inelegans: unde intelligitur dotem ei gemmae aliquam ad fecunditatem inesse. Hard.

Pansebaston. Πανσέβαστον, omnino augustum MSS. Reg. et Colb. *panebaston.* In indice, *paederastos*, quod sincerius videtur. Hard.

Ponticarum. Nomen habent a Ponto, unde advehuntur. Haec quoque Solinus, cap. XIII, p. 33. Harum icones Aldrovandus exhibet, lib. IV, de Metall. 875, 878. Prius legebatur. *atris guttis.* At MSS. Reg. Colb. 2, 3, Fux. et alii, *auratis.* In quibusdam etiam *aureis.* Solinus hunc locum exscribens, cap. XIII, p. 33: » Mittit Pontus et gemmas, inquit, quas a patria Ponticas diximus, genere diverso: quippe aliae aureas, aliae sanguineas habent stellas: et eae quidem inter sacras habentur, etc. « Isidorus item, Orig. lib. XVI, cap. 12: » Ponticae a Ponto dicuntur: genere diverso: nunc sanguineis, nunc auratis guttis micantes: aliae habentes stellas: aliae longis colorum ductibus lineatae. « H. — Ponticae ad astriae vel achalae genus quidam referunt. Ed. P.

Quae inter sacras. Quoniam, ut Isidorus ait, Orig. lib. XVI, c. 14: » dicunt per eam interrogari daemones, et fugari. « Hard.

Alia pro stellis. Solinus, l. c. et Isidor. Orig. lib. XVI, c. 12. H.

liumque effigies. Phloginos, quem et chrysiten vocant, ochrae Atticae assimilata, invenitur in Aegypto. Phoenicitis ex balani similitudine appellatur. Phycitis algae. Perileucos, fit ab ora gemmae ad radicem usque candido descendente. Paeantides, quas quidam gemonidas vocant, praegnantes fieri et parere dicuntur, mederique parturientibus. Nam tales in Macedonia iuxta monumentum Tiresiae inveniuntur, specie aquae glaciatae.

LXVII. Solis gemma candida est, et ad speciem

Phloginos: Φλογινος flammeum sonat, χρυσίτης auri colorem igneum.

Chrysiten. Ab auri colore igneo e flammeo. Dal.

Ochrae Atticae assimilata. Hoc est, sili Attico, de quo dictum est lib. XXXIII, cap. 56. Prius legebatur, *ostreae Atticae*, ridicule. MSS. omnes, *ostraciae* Isidorus, Orig. lib. XVI, c. 4, mendose, *ovreae*. H. — Brot. *alleviadata*. Ed. P.

Phoenicitis. Φοινιξ palmulam quoque significat, hoc est, palmae fructum, quem et balanum, seu glandem vocant. H. — Nostris vulgo *lapis indaicus* appellatur. Ed. P.

Phycitis. Φυκος, alga. H.

Perileucos. Περιλευκος, circumductum in orbem candorem indicat. Hard.

Paeantides quas quidam, etc. Paeaniten lapidem appellat Solinus, c. xi, p. 27, Marbodeus, *Peaniten*, c. 8ti: a Gignitur in Macedoniae regione lapis Peanites, Feminei sexus referens imitando labores: Sed quibus ex causis dubium? hum tempore certo Concipit, et parit et parientibus auxiliatur, Ultima quae vexat dubii discriminis hora. MSS. omnes, *Peantides*. Forte a Macedoniae regione Paeonia, *Paeonides* appellandae. Quod ad alterum nomen spectat, non *gemonidas* MSS. codices, tum hoc loco, tum in *Indice*, sed *gaeanidas*, repraesentant. H. — Aetitae genus, *pierre d'aigle*. Ed. P.

Nam tales. Solinus, l. c. H.

Specie aquae glaciatae. *Aquam glaciatam* intelligo, non exteriorem gemmae speciem, sed foetum qui intus alvo continetur. Dal.

LXVII. *Solis gemma.* Solinus, iisdem verbis, c. xxxvii, p. 67; et Isidorus, Orig. lib. XVI, c. 10; Photius, in Bibl. ex Damascio, cod. 242, pag. 1065: Αἰτίτης δὲ λίθος, ἔστιν ἱστορεῖται, οὐχ οἷον οἱ πολλοὶ ἱστοροῦσιν, ἀκτῖνας διαπαίοντα ἀπὸ τοῦ βάθους χρυσοειδεῖς· ἀλλὰ δίσκον ἀλεκτροειδῆ κεκρυμμένον μέσον τοῦ λίθου, κεραίραν αὐτόθεν πυρὸς ὡς ἰδεῖν καὶ αὐτὰς δὲ τὰς ἀκτῖνας ἐκθρώσκειν, ὡς ἐπὶ τὴν ἔξω· εἶναι γὰρ σφαιροειδῆ καὶ ὅλον τὸν λίθον. Solarem etiam lapidem, ait, se vidisse, non qualem multi vidimus, radios ex sese aureos emittentem; sed solis effigie discum in medio lapide esse, et inde globum igneum videri, ab eoque radios exsilire usque ad circumferentiam: esse enim globosum integrumque lapidem. H. — Nobis vulgo, *girasol*, *opale chatoyante*. Ed. P.

sideris in orbem fulgentes spargit radios. Sagdam Chaldaei adhaerescentem navibus inveniunt, prasini coloris. Samothracia insula eiusdem nominis gemmam dat nigram, ac sine pondere, ligno similem. Sauritin in ventre viridis lacerti arundine dissecti tradunt inveniri. Sarcitis bubulas carnes repraesentat. Selenitis ex candido translucet melleo fulgore, imaginem lunae continens, redditque eam in dies singulos, crescentis minuentisque numeris: nascitur in Arabia. Sideritis ferro similis, litigio illata discor-

Sagdam Chaldaei. De sagda vide Albertum Magn. de Miner. et Vincentium. Dal. — *Sagdam.* De sagda multo plura Solinus, c. xxxvii, p. 65; et Isidorus, Orig. l. XVI, c. 7; Marbodeus, c. lviii: « Difficilis gemmas super omnes sagda repertu. Est autem morsu navi sic fixa tenaci, Quod nequit abrasa ligni sine parte revelli. Huic prasinus color est: regio, Chaldaica tellus. » Prasinus color idem, qui porraceus, viridisque: πράσινος. Hard.

Ligno similem. Gemma illa nigra, sine pondere, ligno similis, videtur esse *le jayet.* Ed. P.

Sauritin. Habet a lacerto nomen, quem σαῦρον vocant. Hard.

Sarcitis. Ἀπὸ τῆς σαρκὸς, a carne nomen. Hard.

Selenitis. Σεληνίτην dictum vult Dioscorid. non quod imaginem lunae contineat, sed quod adlucente Luna, ἐν τῇ τῆς σελήνης παραυγάσει, media nocte ac intempesta reperitur. Dal. — *Selenitis.* Σεληνίτις, a Luna, quae Graece σελήνη. Refert haec iisdem verbis Augustinus, de Civit. Dei, lib. XXI, c. 5; Solinus, c. xxxii, p. 67; Isidorus, Orig. lib. XVI, c. 10; Marbodeus, c. lii; Priscianus in Periegesi, pag. 393: « Atque Selenites, lunaris imagine lucis, Qui decus et minuit proprii splendoris, et auget. » De lapide selenite, Diosc. lib. V, cap. 149, sed oratione perobscura, atque, ut quidem suspicamur, mutila. Photius, in Bibl. ex Damascio cod. 242, pag. 1065: Καὶ δὴ Σεβῆρος, ἀνὴρ τῆς Ῥώμης πατρίκιος, ἄλλα τε διηγεῖτο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνδιαιτούμενος, καὶ ὅτι λίθον ἐθεάσατο, ἐν ᾧ Σελήνης ἐγένετο σχήματα μεταμορφουμένης παντοῖα μὲν, ἄλλοτε δ' ἄλλα πρὸς ἥλιον αὐξομένης καὶ μειουμένης, καὶ ἐνόντα τῷ λίθῳ αὐτὸν τὸν ἥλιον· ὅθεν ἡ φήμη τοὺς τοιούτους λίθους καλεῖ συνοδίτας. « Severus patricius romanus tum alia multa narrabat, dum Alexandriae degeret, tum se vidisse lapidem, in quo Lunae effigies essent, varia formam mutantis, ad Solem crescentis, minuentisve: et in eodem lapide sol inerat: quare ii lapides synoditae vocati, quasi comites viae. » Συνοδικὴ σελήνη, Luna coiens est, H. — Nobis, *chaux sulfatée cristallisée*; selenitis dicta, seu lunaris, quod laevibus laminis lunae imaginem facillime reddat. Ed. P.

Nascitur in Arabia. Isidorus et Marbodeus, locis citatis, *in Perside.* Hard.

Sideritis. Σιδηρῖτις a colore ferri.

dias facit: quaeque nascitur in Aethiopia Sideropoecilos, ex ea fit, variantibus guttis. Spongitis spongiae nomen repraesentat. Synodontitis e cerebro piscium est, qui synodontes vocantur. Syrtides in littore Syrtium, iam quidem et in Lucania inveniuntur, e melleo colore croco refulgentes: intus autem stellas continent languidas. Syringitis stipulae internodio similis, perpetua fistula cavatur.

LXVIII. Trichrus ex Africa nigra est, sed tres succos reddit, a radice nitrum, medio sanguinem, summo ochram. Telirrhizos cinerei coloris aut rufi, candidis radicibus spectatur. Telicardios colore cordis. Persas, apud quos gignitur, magnopere delectat:

Solinus, cap. XXXVII, p. 67: a Siderites a contemplatione ferri nihil dissonat: verum maleficus quoquo inferatur, discordiam excitat. a Sic et Isidorus, Orig. l. XVI, cap. 14. Hard.

Sideropoecilos, ex ea fit. Hoc est, sideritis alias quidem persimilis est, sed praeterea variis est aspersa guttis, unde nomen σιδηροποικίλος.

Synodontitis. Tales sunt qui et in coracinorum et umbrarum piscium capitibus reperiuntur, quos ad regium morbum, colicos ac nephriticos dolores prodesse vulgus credit. Dal.

Qui synodontes. Συνόδοντες Graecis poëtis apud Athenaeum, lib. I, pag. 6; et lib. VII, pag. 322. Denticem Latine Gaza reddidit. Et denticem certe piscem cum aurata at mugila laudat Apicius, lib. IV, cap. 2, pag. 17. Conf. Rondeletius, lib V, c. 19, apud quem iconem piscis huius vidimus. Hard.

Syrtides. Solinus, cap. II, pag. 16; et Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 13, totidem verbis. In Indice *Syrtitis*. H.

Syringitis. Quidquid fistulosum est at cavernosum, σύριγγα Graeci nuncupant. Hard.

Stipulae internodio similis. Dentalem vocant pharmacopolae. Dal.

LXVIII. *Trichrus.* Τρίχρους a triplici succo, seu colore. Prius legebatur, a a radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum. a Nos sincera fide totidem syllabis apicibusque locum repraesentamus, quot sunt in MSS. Reg. 2, Colbert. 3, vet. Dalec. aliisque. Adiuvat ex parte Isidorus, Orig. lib. XVI, c. 14: a Tricrus, inquit (lege *Trichrus*), ex Africa nigra est: sed tres succos reddit: a radice nigrum (scribe *nitrum*): medio sanguinem: a summo ocrete (lege *ochrae*). a Hard.

Telirrhizos. Τελίρριζος, quasi perfecta radix. Τελικάρδιος a similitudine cordis absoluta. Persae barbarico nomine muchulam (sic enim ex Indice rescribendum, pro *maculam*) appellabant. Hard.

muchulam appellant. Thracia trium generum est, viridis, aut pallidior, tertia sanguineis guttis. Tephritis, novae lunae speciem habet curvatae in cornua, quamvis cinerei coloris. Tecolithos oleae nucleus videtur; neque est ei gemmae honos, sed ungentium calculos frangit pellitque.

LXIX. Veneris crinis nigerrimi nitoris continet speciem rufi crinis. Veientana Italica gemma est,

Thracia. Sic libri editi hactenus, et Iodex ipse. At MSS. hoc loco *Tragia*, a τράγος, quae vox hircum sonat. Hard.

Tephritis. A colore cinereo: τέφρα graece cinis. H. — Nonnullis dicitur, *Agate Urania.* Ed. P.

Tecolithos oleae nucleo similis videtur. Lege: «Tecolithos oleae nucleus videtur, neque est ei gemmae honos; sed, etc.» Salmas. — *Tecolithos.* Τηκόλιθος, ab attenuandis in vesica calculis, παρὰ τὸ τήκειν τοὺς λίθους. Lapidem Iodaicum appellant, Dioscor. lib. V, cap. 155. Aetius, lib. II, cap. 19 aliique. Sic MSS. omnes, Reg. Colb. vet. Dal. aliique: a quibus discedunt libri hactenus vulgati, in quibus «oleae nucleo similis», et mox, *sed lingentium* legebatur. Equidem non eo inficias, tritum hunc lapidem, potumque, prodesse calculosis, quum id diserte proditum a Dioscoride intelligam, lib. V, c. 155; a Solino, cap. xxxvii, pag. 67; Alberto magno de Mineral. pag. 229; Marbodeo, lib. de Lapid. pret. cap. 60; Prisciano in Periegesi, p. 393, aliisque: et lincto, sive in ecligmate sumpta medicamenta complura auxiliari aegris scio. Verum hoc loco, aut lingi commode dictum a Plinio, quod tritum hauriri potu oporteat, aut non *ungentium*, quod MSS. omnes prae se ferunt, defendi oportere, id vero nego. Sequutus enim Necepson Plin. videtur, quam in Ind. saepius appellat; qui, ut refert Aet. de Re Med. II, 19, pag. 51, tecolithum lapidem, quem et Iudaicum, et Syriacum appellat, tritum potumque ex aqua calida renum quidem calculos pellere: sed ad vesicae calculos inutile esse: subactum tamen ea aqua ad glutini consistentiam, atque abrasis pilis pubi applicatum, frangere ac comminuere ipsos vesicae calculos. Sic ille ex MSS. Graeco: Εστι δὲ τῶν ἐν νεφροῖς συνισταμένων λίθων δραστήριος, ἀνιέμενος ἐπ' ἀκόνης, καὶ ποτιζόμενος δι' ὕδατος θερμοῦ· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν κύστει λίθων οὐδὲν ἰσχυρὸν ἀνύει· ὁ δὲ Νεκεψώ φασι, περὶ τὴν κύστιν καὶ τὸ αἰδοῖον κατάχρια, καὶ τήκει τὸν λίθον τὸν ἐν τῇ κύστει. H.

LXIX. *Veneris crines, nigerrimi nitoris.* Lege: «Veneris crinis nigerrimi nitoris continet in se speciem rufi crinis.» Salm. — *Veneris crinis.* Solinus, cap. xxxvii, pag. 67: «Veneris crinis nitet nigro, internis ductibus ostentans ruforum crinium similitudinem.» Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 11, totidem litteris atque apicibus Plinium transcripsit. In Indice, *Veneris crines.* Hard.

Veientana. Iisdem verbis Solinus, cap. 11, pag. 16. Pro limite albo Isi-

Veiis reperta, nigram materiam distinguente limite albo.

LXX. Zanthenem in Media nasci Democritus tradit, electri colore, et si quis terat in vino palmeo, et croco, cerae modo lentescere, odore magnae suavitatis. Zmilampis in Euphrate nascitur, Proconnesio marmori similis, medio colore glauco. Zoranisceos in Indo flumine nascitur: Magorum gemma esse narratur: neque aliud amplius de ea.

LXXI. (XI.) Est etiamnum alia distinctio, quam equidem fecerim, subinde variata expositione. Siquidem a membris corporum habent nomina: hepatitis a iocinere: steatitis singulorum animalium adipe numerosa. Adadunephros, eiusdem oculus, ac digitus Dei: et hic colitur a Syris. Triophthalmos cum onyche nascitur, tres hominis oculos simul exprimens.

dorus, loc. cit. dixit « albas intermicantes notas » minus recte.

LXX. *Zmilampis*. Sic MSS. omnes, Reg. 2, Colb. 3, Fux. vet. Dalec. etc. Solino lamen, cap. XXXVII, pag. 66. *Zmilanthis*. Isidoro, Orig. lib. XVI, cap. 14. *Zmilianicius*. Libri hactenus vulgati, *Zmilaces* Hard.

Zoranisceos. Sic MSS. modo citati. Index, *Zoramoa*, et *Zoromisceos*. H.

LXXI. *Hepatitis, etc.* Ἧπαρ iecur, στέαρ adipem sonat. Hard.

Adadunephros. Tergeminam hoc loco gemmam intelligimus: Ἀδάδου νεφρόν, Ἀδάδου ὀφθαλμόν, Ἀδάδου δάκτυλον, « Adadi renes, Adadi oculum, Adadi denique digitum. » Fuit autem Adadus unus e priscis illis Syrorum regibus, cuius sacra Hebraeorum historie meminit. Hunc Syri ob merita consecratum in caelitum numerum retulerunt. Immo Iovem ipsum, Solemve ab Assyriis eo signari nomine, auctor est Macrobius, lib. I, Saturnalium, cap. 18. Etiam et Phryges, si fides Hesychio, divinis eum honoribus coluere: Ἀδάδους θεός τις παρὰ Φρυξὶ καλεῖται, Ἑρμαφρόδιτος. Prius legebatur corruptissime: « Adadunephros eiusdem oculus dicitur; Deus et hic colitur Syris. » Sic triplex gemma in unicam conflabatur. In Reg. 2: « eiusdem oculus, digitus Dei, et hic colitur a Syris. » Nos adiecta vocula *ac*, suum Plinianae orationi nitorem sensumque reddidimus. Sic et Indicem huiusce loci refinximus, « Adadunephros. Adadiophthalmos. Adadudactylos » quum in MSS. legeretur admodum vitiose, « Adaduenepros, Adadiophthalmos, Adaduosoculus. » Hard.

Triophthalmos. Marbodeus in suo poëmate *ophthalmium* nominare videtur. Dal.

LXXII. Ab animalibus cognominantur, carcinias marini cancri colore, echitis viperae, scorpitis scorpionis aut colore, aut effigie: scaritis scari piscis, triglitis mulli, aegophthalmos caprino oculo: item alia suillo: et a gruis collo geranitis, hieracitis accipitris. Aëtitis a colore aquilae candicante cauda. Myrmecitis innatam repentis formicae effigiem habet, scarabaeorum cantharias. Lycophthalmos quatuor est colorum, ex rutilo sanguinea: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia similis. Taos pavoni est similis, item aspidi, quam vocari chelidoniam invenio.

LXXIII. Arenarum similitudo est in hammochryso,

LXXII. *Ab animalibus.* Quorum haec videlicet nomina: Καρκῖνος, cancer. Ἔχις, vipera. Σκόρπιος, scorpius. Σκάρος, scarus. Τρίγλα, mullus, Αἴξ, capra. Γέρανος, grus. Ἱέραξ, accipiter, etc. Carciniae lapidis meminit Isidorus, Orig. l. XVI, c. 14; Echitae Solinus, cap. XXXVII, p. 67: «Echites viperaas habet maculas;» et Isidorus, loc. cit. ubi et scorpitae mentio. Hard.

Echites. Ophites. Diosc. Dal.

Scorpites. Scorpion vocat Orpheus lib. περὶ λίθων. Dal.

Aut colore, aut effigie. Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 14, «et colore, et effigie.» Hard.

Aegophthalmos. Isidor. l. c. II.

Item alia suillo. Hyophthalmos, ὑόφθαλμος. Hard.

Collo geranites. Leg. *colore.* Sic legendum esse verba sequentia ostendunt. In accipitris enim colore hieracitis similitudinem intelligimus, ut antea dixit, non in collo. Dalec. — *A grus collo.* Sic libri omnes. Rectius tamen forte *colore*, nisi colli ipsius colorem intelligas, quod sane verum videtur. Hard.

Aquilae candicante cauda. E secundo aquilarum genere, de quo Plinius, lib. X, cap. 3, ubi de aquilis: «Secundi generis est pygargus, albicante cauda.» Hard.

Myrmecitis. Μύρμηξ formica est, κάνθαρος scarabeus. De myrmecite lapide totidem verba facit Solinus, cap. XXXVII, pag. 67, et Isidor. Orig. lib. XVI, cap. 14. Hard.

Lycophthalmos. Isidor. l. c. Λυκόφθαλμος, oculus lupi intelligitur. Hard.

Taos. Isidor. loc. cit. Graece ταὼς pavonem sonat. Hard.

Quam vocari chelidoniam invenio. Non habent has voces MSS. codices, quos inspeximus. Hard.

LXXIII. *Arenarum.* Iisdem ferme verbis Solinus, cap. XXXVII, pag. 67; et Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 14. Hard.

velut auro arenis mixto. Cenchritis milii granis velut sparsis. Dryitis e truncis arborum: haec et ligni modo ardet. Cissitis in candido perlucet ederae foliis, quae totam tenent. Narcissitis venis et odore distincta. Cyamea nigra est, sed fracta ex se fabae similitudinem parit. Pyren ab olivae nucleo dicta est: huic aliquando inesse piscium spinae videntur. Chalazias grandinum et candorem, et figuram habet, adamantinae duritiae. Narrant etiam in ignem additae manere suum frigus: pyritis nigra quidem, sed attritu digitos adurit. Polyzonos nigra multis zonis candicat. Astrapiae in nigro aut cyaneo, discurrunt e medio fulminis radii. In phlogitide intus ardere quaedam videtur flamma, quae non exeat. In anthracitide

Cenchritis, etc. Κέγχρος milium est. Δρῦς, quercus, unde gemma δρυίτις. Sed libri quidam *dendritis* a δένδρον, hoc loco habent. Κισσὸς edera. Κύαμος, faba. Πυρήν, seu πυρήνη, olivae nucleus, etc. In quibusdam MSS. *pyrene*. H.

Narcissitis, Αφεγγέα ναρκισσίτην dixit Dionysius de situ orbis. Dal. — *Narcissitis venis et odore*. Narcissi videlicet. Dionysius in Perieg. vers. 1031, ἀφεγγέα ναρκισσίτην vocat. Prius legebatur, » Venis etiam ederae » contra omnium codicum fidem. Hard.

Chalazias grandinum. Leg. » Chalaziae figuram grandinum, etc. » et mox: » etiam igni addito » recte, id est, Chalazia in ignem addito. Salm. — *Chalazias grandinum et candorem*. Sic MSS. omnes, non *colorem*. Sic et Solinus, cap. xxxvii, p. 67; et Isidorus, Orig. lib. l. XVI, c. 40; et Marbodeus, cap. xviii; Albertus denique, de Mineral. p. 232. H.

Pyritis. Ab igne, ἀπὸ τοῦ πυρός, quod ignis instar urit. Priscianus in Periegesi, pag. 393: » Necnon pyrites, digitos qui strictus adurit. » Meminere Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 11; Marbodeus, cap. x; Solinus, c. xxxvii, pag. 67: » Pyrites fulvus est (lege *furvus*) tenetque se vehementius non permittit: ac si quando arctiori manu premitur, digitos adurit. » Hard.

Astrapiae. Ἀστραπίαι ab ἀστραπῇ, coruscatione, sive fulgetro. H.

In Phlegontide intus ardere. Leg. » In phlogitide intus, etc. » ἡ φλογῖτις gemma. Et ante pro *Astrapiae* leg. *Astrapeae*. Salm. — *In phlogitide*. Solinus, cap. xxxvii, p. 67: » Phlogites ostentat intra se quasi flammas aestuantes. » Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 13: » Phlogites ex Perside est, ostentans intra se quasi flammas aestuantes, quae non exeant. » Φλὸξ Graecis flammam sonat. H.

In anthracitide. Ἄνθραξ est Graece carbo. Solinus, cap. xxxvii, p. 67;

scintillae discurrere aliquando videntur. Enhydros semper rotunditatis absolutae, in candore est laevis, sed ad motum fluctuat intus in ea veluti in ovis liquor. Polytrichos in viridi capillatur, sed defluvia comarum facere dicitur. Sunt et a leonis pelle et pantherae nominatae, leontios, pardalios: colos appellavit chrysolithum aureus, chrysoprasum herbaceus, melleus melichrota: quamvis plura eius genera sint. Melichloros est geminus, parte flavus, parte melleus: crocia, croci: polia, canitiem quamdam sparti indicat: eamdem duriorem, nigra spartopolios. Rhoditis a rosa est. Melitis, mali coloris: chalcitis, aeris: sycitis, fici. Ratio nominum non est in borsycite, in nigro

« Anthracias coruscat velut scintillantibus stellis. » Hard.

Enhydros. Enhydron dici vult Albertus, et eius auctoritate nimium fisus Marbodeus, quod aqua stillet ex eo perpetuo. Dalec. — *Enhydros.* Ἔνυδρος, aquosus, madidus. Nomen ex argumento. Sic libri omnes editi. At in MSS. Reg. 2, Coib. 3, vet. Dalec. caeterisque, *novus liquor.* Et sane nihil de ovo Solinus, c. XXXVII, pag. 67: « Enhydros exsudat, inquit, ut clausam in eo putes fontaneam scaturiginem. » Nihil Isidorus, qui Solinum exscripsit, Orig. lib. XVI, cap. 13. Nihil denique Marbodeus, lib. de Lapid. pret. cap. 28. H. — Nobis quoque dicitur, *géode enhydre.* Ed. P.

Polytrix in viridi capillatur. In viridi coloris solo lineis subtilibus capillos imitatur. Ridicule et inepte coactur dictionarii Roberti Stephani explicat, « in virentis aetatis homine capillos renasci facit. » Dal. — *Polytrichos.* Πολύτριχος, quasi capillosa gemma. Hard.

Pardalios. Pantherus, ex Marbodeo in suo poëmate. Dal.

Melichloros. Μελίχλωρος geminos in se colores colligit, μελιχρόν videlicet, melleum, et χλωρόν flavum seu luteum. Isidorus, Orig. l. XVI, c. 7: « Melichloros est bicolor, etc. » Hard.

Crocia. Κρόκος, crocum, πολιός, canum, πολιότης, canitiem sonat. De sparto diximus lib. XIX, sub initium. Glossae: Σπαρτοπολίος, *incanus.* Vsus ea voce et Pollux, lib. IV. Hard.

Polia. Leg. « Polia can. quamd. inducit sardio, eamdem rariorem nigro, sparto polios. » Polia gemma est, quae radicem vel fundum habet colore sardii vel sardae gemmae, id est, rubrum, cui inducta est canities quaedam, unde et *polia* dicta, nam πολιὰ est canities. Salm.

Rhoditis. Rhoditis a ῥόδον, melitis a μῆλον, a χαλκός, chalcitis, a σύκον, hoc est a fico, sycitis. H.

In borsycite. Et borsyciten, et gemiten, barbara esse vocabula indicat,

ramosa, candidis aut sanguineis frondibus: nec gemite, velut in petra candidis manibus inter se complexis. Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum: synochitide umbras inferorum evocatas teneri: dendritide alba defossa sub arbore, quae caedatur, securis aciem non hebetari. Et sunt multo plures, magisque monstrificae, quibus barbari dedere nomina, confessi lapides esse. Nobis satis erit in his coarguisse dira mendacia.

LXXIV. (XII.) Gemmae nascuntur et repente novae, ac sine nominibus: ut Lampsaci in metallis aurariis una inventa, quae propter pulcritudinem Alexandro regi missa fuit, ut auctor est Theophrastus. Cochlides quoque nunc vulgatissimae, fiunt verius,

Borsycitis, quasi *boroeycitis* dici vult Turnebus, Advers. lib. I, cap. 17. pag. 18. Hard.

Nec gemite. Turnebus emendat *gamite*, vel *gamitide*, quod Constantin. non probat. Esset enim ratio nominis ἀπὸ τοῦ γάμου, a nuptiis ducta, quod auctor negat. Dal.

Ananchitide. Ananeitis Turnebo ἀπὸ τῆς ἀνάγκης, id est a necessitate dicitur: ut *synochitis*, a continendo. Dal. — *Ananchitide in hydromantia*, etc. Puto verius scribi *Anagogitide*, Ἀναγωγῖτις ἀπὸ τοῦ ἀνάγειν ab evocandis deorum manium imaginibus: ut συνοχῖτις, a retinendis quae evocatae sunt. Leg. etiam, *in Necromantia*, pro *hydromantia*. Salm. — *Ananchitide.* Sic Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 14, inter superstitiosas gemmas: « Ananchitide in Necromantia daemonum imagines evocare dicuntur. » Turnebus, Advers. lib. I, cap. 17, pag. 18, mavult *Ananeitide*, ab ἀνάγκη legi, hoc est, a necessitate: ut συνοχῖτις a continendo. Salmasius in Solinum, p. 1091. Ἀναγωγῖτις ἀπὸ τοῦ ἀνάγειν. Hard.

In hydromantia. Sic MSS. omnes; Isidorus, *necromantia*. Hard.

Imagines deorum. Manium videlicet, sive inferorum. Hard.

Dendritide. Δένδρον arbor est: inde gemma δενδρῖτις. Hard.

LXXIV. *Gemmae nascuntur et repente novae.* Lege: « gemmae nascuntur et repente novae, ac sine nominibus, ut ecce Lampsaci unam invenio in metallis aurariis repertam. » Salmas.

Theophrastus. Nunc legitur in lib. περὶ λίθων: Ἐν Λαμψάκῳ δέ κατ' ἐν τοῖς χρυσίοις, εὑρέθη θαυμαστὴ λίθος, ἐξ ἧς ἀνενεχθείσης πρὸς σφῦραν, σφρά γίδων γλαφυρὸν ἀνεπέμφθη βασιλεῖ διὰ τὸ περιττόν. « Ac Lampsaci, inquit, in aurifodinis inventa est aliquando gemma admiranda, ex qua, quum ad malleum relata esset, sigillum sculptile missum est regi, propter praestantiam. » Hard.

Cochlides. Cochlidibus dissimile,

quam nascuntur: in Arabia repertis ingentibus glebis, melle excoqui tradunt septenis diebus noctibusque sine intermissione: ita omni terreno, vitiosoque decusso, purgatam puramque glebam, artificum ingenio varie distribui in venas, ductusque macularum, quam maxime vendibili ratione sectantium: quondamque tantae magnitudinis fecere, ut equis regum in Oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent. Et alias omnes gemmae mellis decoctu nitescunt, praecipue Corsici: in omni alio usu acrimoniam abhorrentes. Quae variae sunt, et ad novitatem accedere calliditate ingeniorum contigit, ut nomen usitatum non habeant, physes appellant, velut ipsius naturae admirationem in iis venditantes, quum finis nominum non sit, quae persequi non equidem cogito, innumera ex Graeca vanitate conficta. Indicatis nobilibus gemmis, etiam plebeiis rariorum generum,

non sunt conchides, Megaris ubivis in lapicidinis obvii, aliis molliores, insigniter candidi, conchulis marinis pleni, auctore Pausania, lib. I. Cochlides in lapicidinis Lugduno propinquis frequenter inveniuntur compressae cochleae similes, multis spiris flexuosae, saxo inclusae, amplae, ponderosae, visenda et admiranda in iis formandis naturae solertia: in iisdem lapicidinis ad pagum divi Cyriaci et Romani conchides reperiuntur, quales Pausanias describit. Alexander Neapolitanus, lib. V, cap. 9 Genial. dierum, scribit in montibus Calabris procul a mari versicoloris ac marmoris frustum vidisse, in quo multiplices conchae congestae et concretae coaluerant; osseae potius quam lapideae, etiam quum marmor dissecatur, intus dalitescentes. Cochlidia id genus est. Dal. — *Cochlides.* Κοχλίδες, a similitudine cochlearum. H. — Cochlides illae ad conchas lapideas pertinere videntur; nostris, *coquillages pétrifiés* Eo. P.

Terreno. Terreno *pulvere adhaerescente.* Hard.

Sectantium. Forte *secantium*, hoc est, polientium. Hard.

Frontalia. Ornamenta equorum fronti, sive elephantorum, imponi solita. Occurrit vox ea et apud Livium. In MSS Reg, Colb. et Fux. haec brevius, aut equis regum in Oriente phaleras facerent. Sunt autem phaleras, quaevis equorum ornamenta. Hard.

Acrimoniam abhorrentes. Sic MSS. omnes. Editi, *acriora acrimeniam.* Hard.

Physes. Φύσεις, naturas, seu naturae opera. Hard.

dictu dignas distinxisse satis erat. Illud modo meminisse conveniet, increscentibus varie maculis ac verrucis, linearumque interveniente multiplici ductu et colore, mutata saepius nomina in eadem plerumque materia.

LXXV. Nunc communiter ad omnium gemmarum observationem pertinentia dicemus, opiniones sequuti auctorum. Cavae aut extuberantes viliores videntur aequalibus. Figura oblonga maxime probatur: deinde quae vocatur lenticula: postea cycloides et rotunda: angulosis autem minima gratia. Veras a falsis discernendi magna difficultas: quippe quum inventum sit, ex veris gemmis in alterius generis falsas traducere. Sardonyches e ternis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi ars non possit: aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio: sumptis omnibus in suo genere

LXXV. *Lenticula.* An a similitudine lentis aliqua, an ab affinitate cum vasis genere quodam, quod et lenticula appellatur, a figura lentis? Hard.

Postea clypeidos et rotunda. Turn. emendat, *epipedos.* Constantinus vero legit κυκλόπιος. Vide lib. I, c. 21, Adversar. Lego, *clypei modo rotunda.* Alii, *clipeoeides.* Dal. — *Cycloides.* Prius legebatur *clypeidos*, tamquam a similitudine clypei. At displicet hybrida vox. Κυκλοειδής magis arrisit. In MSS. omnibus, *clitedos.* H.

Veras a falsis. Haec totidem verbis Isidorus, Orig. lib. XVI, cap. 14. Hard.

Ex veris gemmis in alterius. Vt electrum in amethystum, crystallum in smaragdum. Dal. — Sic apud nos ex quadam sapphiri specie, ignis ope, adamas fingitur. Ed. P.

Sard. e ternis glut. etc. Prius legebatur, « Sardonyches e ceraunii. » MSS. Regius 2, Colb. 3, *e granatis.* Alterum interpolantium coniectura, vitio amanuensium alterum temere oblatum. Nos *e ternis*, tum ex coniectura, quod sequantur proxime tergemini ii colores, qui simul glutinati sardonychem repraesentare dicuntur: tum auctore Isidoro, locum h. Plinii exscribente, ex sinceriioribus, ut apparet, exemplaribus, Orig. l. XVI, c. 14: « Quippe quum inventum sit, inquit, ex vero genere alterius in alia falsa transducere: ut sardonyches quae trinis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi non possint: fingunt enim eas ex diverso genere, nigro, candido, minioque colore. » Et sane tres eos colores sardonychum proprios esse Plinius ipse admonuit, cap. 23. H.

Aliunde minio sumptis omnibus. Sic fiunt hodie perdicophthalmi, et

probatissimis. Quin immo etiam exstant commentarii auctorum, quos non equidem demonstrarim, quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi, aliaeque translucentes, sardonyx e sarda, item caeterae ex aliis. Neque est ulla fraus vitae lucrosior.

LXXVI. (XIII.) Nos contra rationem deprehendendi falsas demonstrabimus (quando etiam luxuriam adversus fraudes muniri decet): praeter illa, quae in principalibus quibusque generibus privatim diximus. Translucentes matutino probari censent: aut si necesse est, in quartam horam, postea vetant. Experimenta pluribus modis constant. Primum pondere, si graviores sentiuntur: post haec corpore. Fictitiis pusulae in profundo apparent, scabritia in cute, in capillamento fulgoris inconstantia, et prius quam ad oculos perveniat, desinens nitor. Decussi fragmenti paulum, quod in lamina ferrea teratur efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum. Recusant similiter et limae probationem. Obsidianae fragmenta veras gemmas non scarificant. Fictitiae, scari-

aelurophthalmi, passim venales in tabernis gemmariorum. Dal.

Quibus modis ex crystallo. Hoc est, ut Isidorus ait, loc. cit. « quibus modis pro lapide pretiosissimo smaragdo, vitrum aut crystallus arte inficiatur, ut fallat oculos sub dolo quaedam falsa viriditas, etc. » Hard.

LXXVI. *In quartam horam.* Post solis exortum scilicet: duabus ante meridiem horis. Hard.

Quod in lamina. Sub lamina teratur, Nam quae sunt sincerae, in exiguum pulverem atteruntur. H.

Obsidianae fragmenta veras gemmas non scarificant. Legend. « Obsidianae fragmenta veras gemmas non scarifant factitiae scarifationes candicantium fugiunt. » Salm. — Obsidiano de lapide, sive gemma, dictum vel XXXVI, 65.

Non scarificant. MSS. omnes, ut saepe monuimus, *scarificant*. Sic paullo antea Plinius, cap. 65, ostracitidi « duriori tanta inest vis, ut aliae gemmae scalpantur fragmentis eius. » Unde scarificare hoc etiam loco pro *scalpere* accipi non incommode forsan possit. Hard.

Fictitiae. Gemmae scilicet fictitiae falsaeque, quia duritie carent, caelaturam refugiunt candicantium gemmarum, quae verae sunt ac praedurae, ut « Asteria difficilia ad caelandum, supra, cap. 47. Hard.

ficationes candicantium fugiunt: tantaque differentia est, ut aliae ferro scalpi non possint, aliae non nisi retuso, verum omnes adamante. Plurimum vero in his terebrarum proficit fervor. Gemmiferi amnes sunt Acesines et Ganges: terrarum autem omnium maxime India.

LXXVII. Et iam peractis omnibus naturae operibus, discrimen quoddam rerum ipsarum atque terrarum facere conveniat. Ergo in toto orbe et quacumque caeli convexitas vergit, pulcherrima est omnium, rebusque merito principatum naturae obtinens, Italia, rectrix parensque mundi altera, viris, feminis, ducibus, militibus, servitiis, artium praestantia, ingeniorum claritatibus, iam situ ac salubritate caeli atque temperie, accessu cunctarum gentium facili, littoribus portuosis, benigno ventorum afflatu (etenim contingit procurrentis positio in partem utilissimam, et inter ortus occasusque mediam): aquarum copia, nemorum salubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli ubertate. Quidquid est, quo carere vita non debeat, nus-

Omnes adamante. Hodieque adamante in minutissimum pulverem contrito caeteras gemmas poliunt gemmarii. Smiride quoque de quo Dioscorid. Σμίρις λίθος ἐστὶν, ᾗ τὰς ψήφους οἱ δακτυλιογλύφοι σμήχουσι, a quo gemmas alterunt gemmarum scalptores. Hesychius: Σμίρις, ἄμμου εἶδος, ᾗ σμήχονται σκληροὶ τῶν λίθων. Nostris, *l'émeri.* H. — Adamantis pulvis, nobis *égrisée*; ad aliud genus (*emindon*) pertinet, quod nostri vocant, *émeri.* Ed. P.

Plurimum vero in his. In scalpendis gemmis prius calefieri terebras decet. Hard.

LXXVII. *Mont. articulis ferorum.* In veteribus legitur, *montium articulis*: quae ab externarum scilicet gentium iniuria moenium vice Italiam defendunt. Id nimirum est, quod scribit lib. XII, cap. 1, Gallias inexsuperabili munimento Alpium coërceri, ne Italiae se superfundant. Vide lib. XXXVI, cap. 1. Dal. — *Montium articulis.* Dicit Salmasius ad Solinum, nosse se montium pedes, suras et scapulas, articulos vero se non nosse: itaque legendum esse, *montium obstaculis.* Verum fallitur. *Articuli montium* sunt nexus et iuncturae quibus sibi invicem adhaerent. Vide Isat.

quam est praestantius: fruges, vinum, olea, vellera, lina, vestes, iuvenci. Ne equos quidem in trigariis praeferri ullos vernaculis animadverto. Metallis auri, argenti, aeris, ferri, quamdiu libuit exercere, nullis cessit: et iis nunc in se gravida pro omni dote varios succos, et frugum pomorumque sapores fundit. Ab ea, exceptis Indiae fabulosis, proxime quidem duxerim Hispaniam, quacumque ambitur mari.

Vossium in Melam. p. 161. Dal. — *Montium articulis.* Saltibus, colliculis. Hard.

Fruges, vinum, olea, vellera, ne equos quidem in trigariis. Trigarium locus est in quo equi exercentur. Glossae: *trigarium*, τόπος ὅπου ἵπποι γυμνάζονται. Vulgo *mancipium* vocamus. Et paulo ante dixit: *montium articulis*, sed quid *articuli montium* faciunt ad laudem Italiae? In codd. antiquis legitur, *montium obstaculis*: recte; *obstacula* ibi sunt munimenta et propugnacula. Salm.

In trigariis. De ea voce disimus lib. XXVIII, c. 52. Hard.

Vernaculis. Italicis. Hard.

NATVRALIS HISTORIAE FINIS.

ESSAI

SUR LE CLASSEMENT CHRONOLOGIQUE DES SCULPTEURS GRECS LES PLUS CÉLÈBRES (1).

PAR M. T.-B. EMÉRIC-DAVID, MEMBRE DE L'INSTITUT (ACADÉMIE DES INSCRIPTIONS ET BELLES-LETTRES).

Je me propose de rappeler dans ce mémoire quels furent les grands maîtres grecs qui portèrent la sculpture à la plus haute perfection, et surent l'y maintenir. Je ferai en sorte de fixer les différentes époques où vécurent ces habiles artistes, et de rappeler les principes qu'ils se transmirent *comme de main en main* (2). Comment prononcer les noms de Phidias, de Myron, de Scopas, de Lysippe, de Praxitèle, sans demander s'il existe encore quelqu'un des chefs-d'œuvre de ces hommes célèbres, ou s'il est du moins parvenu jusqu'à nous quelques belles copies de leurs ouvrages? Je rapporterai ce que les antiquaires ont écrit à ce sujet de plus probable. Persuadé que les Anciens nous ont transmis dans des fables un grand nombre de faits relatifs à l'histoire et à la théorie des sciences et des arts, je voudrais remonter d'abord à Prométhée, à Vulcain, de qui les mythes, évidemment mêlés d'allégories, me paraissent renfermer les principes les plus importants de l'art statuaire; mais je me bornerai quant à présent à ce qui est purement historique.

Je n'ai pas suivi l'ordre chronologique de Pline: mon objet, au contraire, a été de relever les nombreuses méprises, où des renseignements apparemment équivoques ont entraîné ce savant écrivain. Il suivrait de sa chronologie, que l'art aurait éprouvé chez les Anciens des révolutions semblables à celles qui l'ont conduit plusieurs fois chez les Modernes du médiocre au bien, du sublime au médiocre, et cette opinion serait inexacte. En assignant à cha-

(1) Cet ouvrage a été publié en 1806, et réimprimé en 1817. J'ai cru par cette raison, en le publiant aujourd'hui pour la troisième fois, devoir le maintenir dans sa première forme, sauf quelques corrections et de nombreuses additions. J'ai fait seulement remarquer par des notes additionnelles que plusieurs statues dont je parle, et qui se voyaient dans notre Musée royal, en 1806, ne s'y trouvent plus.

(2) Pausan. lib. VI, cap. 3.

que artiste son époque, nous verrons avec satisfaction l'art grec s'élever jusqu'à une beauté achevée par une marche toujours progressive, se soutenir pendant plusieurs siècles dans une étonnante perfection, décliner ensuite lentement, et enfin se corrompre par la puissance des circonstances politiques qui dominaient la Grèce sans perdre totalement sa grandeur. Le développement successif de l'art grec est semblable à la vie d'un homme sage, dont la conduite à tous les âges est un produit de sa force physique et de sa raison. La différence entre les Anciens et les Modernes est venue, à ce qu'il me semble, de ce que chez les premiers les artistes s'étaient formé des règles qu'ils se transmettaient dans les écoles, et dont le goût général de la nation protégeait le maintien; tandis que chez les Modernes chaque artiste n'a eu de lois que ses propres inclinations, ou bien a cédé inconsidérément à l'influence usurpée de quelques géoies dominateurs. C'est cette vérité importante que j'ai voulu mettre en évidence (1).

Dibutade de Sicyone et Dédale l'Athénien commencent la longue série des artistes connus, qui se transmirent ces règles précieuses de l'art qu'on disait avoir été enseignées par les dieux.

Personne n'ignore l'histoire de la fille de Dibutade. On sait que le père de cette fille ingénieuse appliquant de l'argile dans un profil qu'elle avait tracé, modela un médaillon. Telle fut chez les Grecs, suivant une heureuse tradition, l'origine de la *plastique*, ou de l'art de modeler (2). Pline donne ce récit comme un fait certain (3). Si on le regardait comme une fable, cette fable serait encore plus instructive que la réalité. La plastique, invention d'une amante, n'ayant dû chercher dans son premier essai que la représentation fidèle d'un objet aimé, une semblable fiction signifierait évidemment que le premier mérite de l'art de modeler, et par conséquent de l'art statuaire, consiste dans une imitation vive et parlante de la nature.

Les prodiges mêlés à l'histoire de Dédale ont porté quelques écrivains modernes à regarder cet artiste comme un personnage fabuleux. Les Anciens ne paraissent pas avoir douté de son existence. Dédale était fils d'Eupalamus, petit-fils de Métion, et arrière-petit-fils d'Érechthée, roi d'Athènes (4). Il

(1) Le présent *Essai* n'est que l'esquisse d'un travail plus étendu.

(2) Athénagoras suppose que Dibutade était plus ancien que Dédale (Legat. pro Christ. pag. 60, ed. 1706). Je me conforme à cette tradition, par la raison que si le médaillon de Dibutade eût été fait après les ouvrages de Dédale, il n'aurait plus rien offert de remarquable.

(3) Plin. lib. XXXV, cap. 43, ed. de Hard. Le médaillon que l'on regardait comme l'ouvrage de Dibutade fut conservé à Corinthe jusqu'à la prise de cette ville par Mummius.

(4) Platon, Diodore de Sicile et Plutarque le disant fils de Métion, et petit-fils d'Érechthée. Je me conforme à l'opinion d'Apollodore, de Servius, de Lactance, etc. adoptée par M. Larcher. Histoire d'Hérod. Chronol. tom. VII, pag. 342 et 544.

naquit, suivant les calculs d'un savant chronologiste, vers l'an 1400 avant notre ère (1). Une ancienne épigramme grecque lui donne le titre de Héros (2). Il était regardé comme le premier qui eût osé séparer les jambes des statues en ronde bosse. Pausanias dit que ses ouvrages, quoique grossiers, avaient quelque chose de divin (3). Homère fait le plus bel éloge d'un bas-relief de sa composition, qui représentait un chœur de danses, en disant que Vulcain l'avait imité sur le bouclier d'Achille (4). Suivant Diodore de Sicile, ce fut l'admiration qu'inspirèrent ses ouvrages qui lui fit attribuer des aventures fabuleuses (5). On dit de lui, comme de Prométhée, que Minerve avait daigné l'instruire (6). Ses statues respiraient, elles marchaient; il fallait les enchaîner; sans cette précaution, elles quittaient leur base et prenaient la fuite (7). Il éleva par reconnaissance une statue à Hercule, qui avait honoré d'une sépulture son fils Icare: cette statue, dit Apollodore, ressemblait parfaitement au héros; Hercule qui l'aperçut durant la nuit, lui lança une pierre, la prenant pour un être vivant (8). Ces fables, ou plutôt ces exagérations, sont une nouvelle preuve de l'esprit qui dirigeait les artistes dans les premiers temps. Cet esprit ne changea point: les Grecs s'exprimaient encore à peu près dans les mêmes termes en parlant des ouvrages de Scopas, de Lysippe et de Praxitèle; ils en admiraient la grace, la noblesse, la grandeur; mais ils accordaient encore de plus grands éloges à la vérité de l'imitation; ils croyaient rendre à un statuaire l'hommage le plus accompli, l'élever en quelque sorte au rang des dieux, en disant qu'il avait réellement animé l'airain ou le marbre.

Plusieurs artistes contemporains de Dédale, moins célèbres que lui, ne furent peut-être pas moins habiles. Les habitants de l'île de Délos consacrèrent, à cette époque reculée, une statue à Apollon, qui était l'ouvrage d'un de leurs concitoyens. Le dieu tenait son arc dans la main droite; de l'autre il portait les trois Graces, représentées, la première avec une lyre, la seconde avec des flûtes, et celle du milieu avec un chalumeau qu'elle approchait de sa bouche (9).

Smilis d'Égine, de qui la Junon était révérée dans le temple d'Argos, vivait à la même époque (10).

(1) M. Larcher. ibid.
(2) Antholog. graec. lib. IV, tit. vi.
(3) Pausan. lib. II, cap. 4.
(4) Iliad. lib. XVIII, vs. 590 seqq. Lucian. de Salt. cap. 13; Pausan. lib. X, cap. 40; Callistr. in Stat. Cupid. Praxit. Philostr. Icon. in Pyr.
(5) Diodor. Sicul. lib. IV, cap. 76.
(6) Hygin. Fab. XXXIX.
(7) Diodor. Sicul. loc. cit. Plat. in Men. Lucian. in Philops. cap. 19; Hesych. voc. Δαιδάλεια.
(8) Apollod. lib. II, cap. 6, sect. 3, § 4.
(9) Plutarch. de Music. tom. II Opp. pag. 1136.
(10) Pausan. lib. VII, cap. 4.

Dédale eut pour élève Endœus d'Athènes (1). On attribuait à cet artiste trois statues de Minerve. L'une de ces figures existait encore dans le temple d'Érythres, au temps de Pausanias. Elle était en bois et très-grande; elle représentait Minerve *Poliade* (ou *protectrice de la ville*). La déesse était assise sur un trône; elle tenait une quenouille des deux mains, et portait sur la tête un emblème du pôle céleste (2). Endœus avait placé aux avenues du temple des statues en pierre représentant les Saisons et les Graces (3). Une autre de ces figures de Minerve était conservée dans la citadelle d'Athènes (4). La troisième était celle de Minerve *Aléa*; elle était toute d'ivoire. Auguste l'enleva de la ville de Tégée, et la plaça dans le *forum* qu'il fit construire à Rome (5).

Vers le temps du siège de Troie vivaient Icmalius, qu'Homère a voulu sans doute honorer, en disant qu'il avait façonné le fauteuil arrondi, entièrement en ivoire et en argent, sur lequel s'asséyait Pénélope (6); Epéus, dont Platon et Pausanias avaient vu des ouvrages (7); Alesanor, fils de Machaon, à qui les habitants de Titane dédièrent une statue (8), et d'autres artistes que les héros grecs, après la destruction de Troye, employèrent à élever des monuments qui devaient perpétuer le souvenir de leur victoire.

On peut croire que Rhœcus, natif de Samos, florissait vers la première olympiade (9), car Téléclès son fils, et Théodore, que Pausanias et Hérodote disent fils de Téléclès (10), vivaient l'un et l'autre long temps avant que les Bacchiades fussent chassés de Corinthe (11), et l'expulsion de cette famille se rapporte à la seconde année de la vingt-neuvième olympiade (ou à l'an 663 avant notre ère). Ce fut dans le même temps, c'est-à-dire vers la première olympiade, qu'un artiste dont les Anciens ne nous ont pas transmis le nom, sculpta le coffre qui fut ensuite consacré par les Cypsélides dans le temple de Junon à Olympie (12). Ce coffre précieux était de bois de cèdre; il était orné sur toutes les faces de bas-reliefs représentant l'histoire

(1) Pausan. lib. I, cap. 26; Athenag. Legat. pro Christ. pag. 64.
(2) Pausan. lib. VII, cap. 5.
(3) Id. ibid.
(4) Id. lib. I, cap. 26.
(5) Id. lib. VIII, cap. 46.
(6) Odyss. lib. XIX, va. 56, 57.
(7) Plat. Ion. Pausan. lib. II, cap. 19.
(8) Id. lib. II, cap. 2.
(9) L'an. 776 avant J.-C.
(10) Herodot: lib. III, cap. 41; Pausan. lib. VIII, cap. 14.
(11) Plin. lib. XXXV, cap. 43.
(12) Pausan. lib. V, c. 17, 18, 19, Fréret, Acad. des Belles-Lettres, tom. VII, pag. 295.

des dieux et des héros grecs; plusieurs de ces bas-reliefs étaient en or et en ivoire, et appliqués sur le bois; les autres étaient sculptés sur le bois même. Gitiadas de Lacédémone exécuta dans sa patrie des statues, des bas-reliefs et des trépieds de bronze. Cet artiste n'était pas seulement statuaire, il était architecte, il était poète: il avait composé des cantiques sur des airs doriens, et entre autres un hymne en l'honneur de Minerve. Il florissait pendant la première guerre de Messénie; plusieurs de ses ouvrages furent exécutés immédiatement après la prise d'Ithome, qui eut lieu la deuxième année de la quatorzième olympiade (1).

Théodore de Samos, qu'on dit le second de ce nom, fils de Téléclès, était regardé comme l'inventeur d'un art qui a été mis rarement en pratique, celui de faire des ouvrages de sculpture en fer fondu (2). Cet artiste était orfèvre, architecte et graveur en pierre fines. C'est lui qui avait gravé l'émeraude que Polycrate, tyran de Samos, jeta dans la mer, et qu'il eut, dit-on, le chagrin de retrouver dans le corps d'un poisson (3). Il doit être placé entre la quinzième et la vingt-deuxième olympiade (4).

Vers la trente-huitième vivait Malas de Chio (5). Il eut pour fils Micciade, qui fut père d'Antharmus; celui-ci eut deux fils, Bupalus et Anthermus que Suidas nomme *Athénis*. On compte ainsi dans cette famille quatre générations de sculpteurs illustres (6).

Dipœnus et Scyllis (7), qui florissaient vers la cinquantième olympiade (l'an 580 avant notre ère), acquirent autant de renommée par le mérite de leurs élèves que par leurs propres ouvrages. Ils formèrent Léarque de

(1) Pausan. lib. III, cap. 17, 18, et lib. IV, cap. 14.

(2) Pausan. lib. III, cap. 12.

(3) Herodot. lib. III, cap. 41, 42; Pausan. lib. VIII, cap. 14; Plin. lib. XXXVII, c. 2 et 4.

(4) Je fonde mon opinion, 1. sur le témoignage de Pline, qui dit que Théodore de Samos florissant long-temps avant que les Bacchiades eussent été chassé de Corinthe (lib. XXXV, cap. 43); 2. sur le sentiment d'Eusèbe, qui place ce dernier événement à la première année de la trentième olympiade (Cronic. lib. poster. pag. 121), et sur celui de Larcher, qui le porte à la deuxième année de la vingt-neuvième. (Hist. d'Herodot. Chronol. tom. VII, p. 527.) Ce savant place Théodore de Samos à la vingt-deuxième. Ibid. pag. 601.

(5) M. Heyne, des Époques de l'Art. Rec. de pièces intéressantes, publiées par M. Jansen, tom. III, pag. 88.

(6) Plin. lib. XXXVI, cap. 4; Suid voc. Ἱππωνάξ. Quelques éditions de Pline, et notamment celle de Brotier, portent d'après l'*editio princeps Archermus* au lieu d'*Anthermus*.

(7) Plin. lib. XXXVI, cap. 4.

Rhège, Émilus d'Égine, Téoclès fils d'Hégylus, Dontas, Doryclidas et son frère Médon, tous de Lacédémone, et entre autres, Tectéus et Angélion, qui furent les maîtres de Callon d'Égine (1).

Émilus, Théoclès, Médon, Doryclidas s'illustrèrent par des statues en ivoire et en or, représentant Jupiter, Junon, Thémis, les Saisons, Minerve, que l'on conservait toutes à Élis dans le temple de Junon (2). Ces figures d'un style *simple et roide* (3), mais remarquables par leur richesse, doivent être classées vers la cinquante-quatrième olympiade.

Bathyclès de Magnésie se rendit célèbre par le trône d'Apollon qu'il éleva dans le temple d'Amycles. Ce monument, sur lequel il plaça une ancienne statue colossale du fils de Latone, était soutenu par des figures représentant les Saisons et les Graces, et orné de bas-reliefs où l'on voyait l'histoire des dieux presque entière; il était accompagné de différentes statues, toutes faites par Bathyclès (4). Crésus fournit aux Lacédémoniens l'or nécessaire pour le décorer. Il fut élevé vers la cinquantesixième olympiade (5).

Bupalus et Anthermus, natifs de Chio, arrière-petitsfils de Malas, vivaient dans la soixantième. Ces deux frères ayant exécuté divers ouvrages à Délos, osèrent y graver cette inscription : *Les fils d'Anthermus te rendront célèbre, ô Chio, autant et plus que tes vignes.* Ils se permirent aussi de modeler un portrait du poète Hipponax qui était d'une extrême laideur, et de l'exposer à la risée du public. Le poète indigné se vengea par des vers satiriques qui portèrent la douleur dans le cœur de ces artistes orgueilleux (6). On voyait à Rome plusieurs de leurs ouvrages dans des temples élevés par Auguste (7); on y a découvert de nos jours un piédestal portant cette inscription : *Bupalus la faisait* (8).

(1) Pausan. lib. II, cap, 32; lib. III, cap. 17; lib. V, cap. 17; lib. VI, cap. 19.

(2) Pausan. lib. V, cap. 17.

(3) Pausan. lib. V, cap. 17.

(4) Pausan. lib. III, cap. 18.

(5) Herodot. lib. I, cap. 69; Pausan. lib. III, cap. 10; Diog. Laërt. vit. Thales, cap. 1, segm. 28, 29; Fréret, Académies des Belles-lettres, tome VII, pag. 596, 598. Les Lacédémoniens, voulant témoigner à Crésus leur reconnaissance pour les dons qu'ils en avaient reçus lui firent présent d'un cratère de bronze, qui était un objet d'un grand prix. Ce cratère contenait trois cents amphores; il était orné extérieurement, et jusqu'au bord, d'un grand nombre de figures d'animaux en relief. Il fut déposé peu de temps après à Samos, dans le temple de Junon. Herodot. lib. I, cap. 70.

(6) Horat. Epod. od. VI; Plin. lib. XXXVI, cap. 4; Anthol. gaerc. lib. III, cap. 25, n. 25.

(7) Plin. lib. XXXVI, cap. 4.

(8) Ce piédestal a été trouvé dans la même fouille que la Vénus accroupie

Élève de Tectéus et d'Angélion, Callon d'Égine doit être placé vers la soixante-cinquième olympiade, ainsi qu'Hégésias, son contemporain. Ils n'étaient exempts ni l'un ni l'autre de la sécheresse des anciens maîtres. Ces deux statuaires sont les premiers dont Quintilien ait fait mention (1) : cela vient apparemment de ce que malgré la dureté et le style étrusque qu'il leur reproche, il les jugeait supérieurs à leurs prédécesseurs. Callon était auteur d'une Minerve Sthéniade en bois, que l'on conservait dans la citadelle de Trézène (2).

Hégésias exécuta des statues de bronze de Castor et de Pollux, qui furent transportées à Rome, et placées devant le temple de Jupiter Tonnant (3).

Damées de Crotone mérite une attention particulière. Il y a lieu de croire que la statue de Milon, son compatriote, qu'il exécuta au plus tard vers la soixante-septième olympiade, était une de ces statues *iconiques* ou *statues-portraits*, qui devaient offrir dans chacune de leurs parties *une image parfaitement ressemblante du corps des athlètes* (4). Milon avait remporté six fois, à cette époque, le prix de la lutte (5). L'usage d'élever des statues iconiques

sortant du bain. On en voit une copie au Musée Napoléon, servant de support à cette même statue de Vénus. Mais le style de cette figure ne permet pas de croire qu'elle soit d'un temps aussi reculé. M. Visconti, Mus. Pio-Clem. tom. I, tav. 10; Id. Notice des statues antiques du Musée Napoléon, n. 54.

(1) Quintil. lib. X, cap. 12.

(2) Pausan. lib. II, c. 32. Pline, en plaçant ce maître à la 87.e olympiade (lib. XXXIV, cap. 19), a brouillé les époques et obscurci l'histoire des progrès de l'art.

(3) Plin. lib. XXXIV, c. 19, § 16, ed. Hard. D'Hancarville avait apparemment oublié que cet artiste était *dur et presque Toscan*, et en outre que ces statues de Castor et Pollux étaient en bronze, lorsqu'il a cru les retrouver dans les groupes de Montecavallo. Poinsinet, dans ses notes sur Pline, a confondu Hégésias avec Agathias, auteur de la statue appelée *le gladiateur combattant*; et, d'un autre côté, renversant le texte de Pline, il a attribué les statues de Castor et Pollux à Hégias, qui exécuta une statue de Pyrrhus deux cents ans plus tard. Hardouin a rétabli le texte de Pline, et il s'est par là trouvé d'accord avec Quintilien.

(4) Plin. lib. XXXIV, cap. 9.

(5) Diod. Sic. lib. XII, cap. 9. Corsini, induit en erreur, avait pensé que Milon commandait l'armée des Crotoniates contre les habitants de Sybaris dans la quatre-vingt-troisième olympiade. (Dissert. Agonist. pag. 134). M. Larcher a rétabli le fait. (Hist. d'Hérodote, liv. V, § 44, not. 88 et 90, tom. IV, pag. 221, 222.) Milon commandait cette armée vers la troisième année de la soixante-septième olympiade. Objet de l'admiration de ses concitoyens, à cause de ses nombreuses victoires olympiques, il marchait à la tête des troupes armé d'une massue, et couvert d'une peau de lion. Diod. Sic. loc. cit.

aux athlètes couronnés trois fois, que Pline donne comme très-ancien, dut nécessairement précéder les chefs-d'œuvre de Phidias et les règles de proportions perfectionnées par Pythagore de Rhèga et par Polyclète; mais d'un autre côté on ne saurait la faire remonter au-delà du temps où vivaient les élèves de Dipœnus et de Scyllis. La statue de Milon était de bronze; cet athlète la porta sur ses épaules, pour la placer au lieu qu'elle devait occuper dans le bois appelé l'*Altis*, consacré à Jupiter, auprès d'Olympie (1).

Aristoclès de Cydon exécuta un groupe, qui représentait Hercule combattant contre une amazone à laquelle il voulait enlever un baudrier; le héros était à pied, l'amazone à cheval. Ce groupe fut sculpté avant que la ville Zancle eût pris le nom de Messina, c'est-à-dire avant la soixante-onzième olympiade (2).

Cet exposé rapide suffira pour rappeler combien la sculpture avait déja produit de grands ouvrages avant l'invasion des Perses, dans les siècles de Pythagore, de Sapho, de Solon, d'Alcée, d'Archiloque, et même dans les temps héroïques.

A l'époque mémorable marquée par les victoires de Marathon et de Salamine, et par les conquêtes de Cimon, les arts firent des progrès éclatants et rapides. Un grand nombre d'habiles maîtres se succédèrent de très-près dans l'espace de quarante ou cinquante années, et la plupart furent contemporains. Cette période s'étend de la soixante-douzième olympiade à la quatre-vingt-quatrième, c'est-à dire de l'an 492 à l'an 444 environ avant notre ère.

Il paraît que c'est au talent de Canachus, natif de Sicyone, qu'il faut attribuer en grande partie les progrès de ces cinquante années, époque intéressante qui sépara la première école d'Égine d'avec l'école de Phidias. L'âge moyen de Canachus doit être fixé vers la soixante-septième olympiade. Ce maître ne fut pas entièrement exempt de la sécheresse de ses prédécesseurs; *il ne s'approcha pas assez de la vérité*, dit Cicéron (3); mais si nous en ju-

(1) Pausan. lib. VI, cap. 14.

(2) Pausanias a placé le changement de nom de la ville de Zancle à la trentième olympiade; Scaliger et Corsini (Fast. Attic. tom. III, pag. 46) à la vingt-neuvième. D'Hancarville les a suivis, afin de reculer l'époque d'Aristoclès. M. Larcher a démontré, avec son exactitude et sa clarté ordinaires, que la nouvelle dénomination de la ville de Zancle doit être placée dans la soixante-onzième. Histoire d'Hérodote, liv. VII, § 164, not. 262, tom. V, pag. 382 et suiv.

(3) « Duriora et Tuscanicis proxima Callon atque Hegesias; iam minus rigida Calamis; molliora adhuc supra dictis Myron fecit. » Quintil. lib. XII, cap. 10. « Quia non intelligit Canachi signa rigidiora esse quam ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem; sed tamen molliora quam Canachi. » Cic. de clar. orat. cap. 18, § 70.

geons par le parallèle que cet habile connaisseur établit entre Caton l'Ancien et lui, on admirait dans ses sculptures un caractère grave, mâle, original, et quelque chose de grand et de divin qui le distinguait d'avec tous les statuaires des anciennes écoles (1). Il suffirait de ce rapprochement entre Canachus et Caton l'Ancien, pour montrer à quelle époque florissait Canachus (2). Ses principaux ouvrages furent une statue colossale d'Apollon Isménien, en bois de cèdre, qu'on voyait près de la ville de Thèbes; un colosse représentant Apollon Didyméen, adoré à Milet, et la statue de Vénus Uranie, colosse en ivoire et en or, placé dans le temple de cette déesse à Sicyone, figures célèbres, qui subsistaient encore au temps de Pausanias (3).

(1) « Nec ossa solum, sed etiam sanguinem ... antiquior est huius sermo, et quaedam horridiora verba ... et adde numeros ut aptior sit oratio. » Cic. de clar. orat. cap. 17.

(2) Le temps où vivait Canachus semble pouvoir être fixé par différentes preuves. Premièrement, Cicéron dit d'une manière très-claire (paulo supra, not. 1) que Myron était moins ancien que Calamis moins ancien que Canachus: or, Calamis vivait dans la quatre-vingt-unième et dans la soixante-dix-huitième olympiade: il faut par conséquent faire remonter Canachus au-dessus de cette époque. Secondement, il résulte du témoignage de Cicéron, en le rapprochant de celui de Quintilien déja cité, que Canachus était contemporain de Callon d'Égine; ce dernier était élève de Tectéus et d'Angélion, élèves eux-mêmes de Dipœnus et de Scyllis, et ces artistes vivaient dans la cinquantième olympiade. Troisièmement, Aristoclès, frère de Canachus, eut pour élève Synnoon; Synnoon eut pour élève son fils Ptolichus ou Polyclès: ce dernier fit la statue de Théognète d'Egine, qui remporta le prix de la lutte des enfants. (Pausan. lib. VI, cap. 9.) Nous ne savons point en quelle année Théognète fut couronné; mais nous voyons dans Pindare (Pyth. VIII, vers. 48, 49, 50, et Scol. ibid. ad vs. 48), que ce Théognète était oncle d'Aristomène, qui remporta le prix de la lutte des hommes aux jeux pythiens, dans la quatre-vingt-troisième olympiade. Aristomène fut célébré par Pindare, qui mourut la quatrième année de cette même olympiade. (M. Larcher, Hist. d'Hérodote, tome VII, Chronol. pag. 657, 658.) Canachus était par conséquent antérieur à la quatre-vingt-troisième olympiade au moins de deux générations. Quatrièmement enfin, Canachus, de qui le style était *sec et carré*, ne pouvait pas être postérieur à l'époque brillante de Phidias, de Polyclète le Sicyonien, de Naucydès et d'Alcamènes, et il faudrait le croire postérieur à cette époque, si on le supposait élève d'un élève de Naucydès. Il paraît, d'après cela, que Pline a fait une erreur en le plaçant à la quatre-vingt-quinzième olympiade; Winckelmann, Heyne et d'autres savants ont suivi Pline. Conf. Plin. lib. XXXIV, cap. 19.

(3) Pausan. lib. II, cap. 10. Cette statue, qui était en bronze, avait apparemment échappé au ravage de la ville de Milet, qui eut lieu la 3.e année de la 71.e olympiade.

Aristoclès, frère de Canachus, statuaire ainsi que lui, et presque aussi habile, dit Pausanias, fonda une école où des maîtres se succédèrent sans interruption au nombre de sept. Ce furent Synnoon et son fils Ptolichus, trois autres dont les noms ne nous ont pas été conservés, et ensuite Sostrate, qui transmit son art à son fils Pantias (1).

Ptolichus sculpta la statue de Théognète, qui remporta le prix de la lutte des enfants, vraisemblablement vers la soixante-seizième olympiade.

Glaucias d'Égine exécuta le char et la statue de bronze que Gélon, tyran de Géla, et ensuite de Syracuse, vainqueur à la course des chars dans la soixante-treizième olympiade, fit placer dans l'Altis comme un monument de sa victoire (2). Il sculpta ensuite la statue de Théagène de Thase, vainqueur au pugilat dans la soixante-quinzième olympiade (3), et celle de Philon de Corcyre, deux fois vainqueur au combat du ceste, de laquelle l'inscription fut composée par Simonides, mort la première année de la soixante-dix-huitième (4).

Anaxagoras d'Égine fut auteur de la statue de Jupiter, que les peuples grecs, vainqueurs à Platée, élevèrent à Olympie après cette journée mémorable (5); ce qui appartient à la première année de la soixante-quinzième olympiade.

Simon d'Égine, Dionysius et Glaucus d'Argos, vivaient dans la soixante-seizième olympiade. Le premier avait sculpté des chevaux de bronze, un chien, un archer; Glaucus, une Vesta, un Neptune, une Amphitrite, Dionysius, un Bacchus, un Orphée, un Jupiter, une statue d'Homère, une statue d'Hésiode. Néron fit enlever d'Olympie plusieurs de ces statues, et les fit transporter à Rome (6).

Ménechme et Soïdas ne furent guère moins anciens, dit Pausanias, que Canachus et que Callon d'Égine. Ils exécutèrent ensemble une statue de

(1) Pausan. lib. VI, cap. 9.

(2) Herodot. lib. VII, cap. 154, 155, 156; Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. lib. VII, cap. 1; Pausan. lib. VI, cap. 9; Corsini, Fast. Attic. tom. III, pag. 153. J'ai ici l'avantage de me trouver d'accord avec M. Ottfried Müller, Aeginet. p. 103. (1830.)

(3) Pausan. lib. VI, cap. 6 et 11.

(4) Id. lib. VI, cap. 9.

(5) Id. lib. V, cap. 23.

(6) Pausan. lib. V, cap. 26 et 27. Ces trois artistes étaient contemporains de Gélon et d'Hiéron. Dionysius et Glaucus firent la plupart des ouvrages dont nous parlons pour Smicythus, tuteur des enfants d'Anaxilas, tyran de Rhége; Anaxilas mourut la première année de la soixante-seizième olympiade. Herodot. lib. VII, c. 170; M. Larcher, ibid. n. 262, tom. V, pag. 382 et suiv. Diodor. Sic. lib. XI, cap. 48; Macrob. Saturn. lib. I, cap. 11.

Diane *Laphria*, en ivoire et en or, pour la ville de Patrae (1). Ménechme composa un traité sur son art (2).

A l'époque où nous sommes parvenus, se présentent en foule des hommes célèbres, qui nous montrent dans toute sa gloire l'école qui précéda Phidias ; tous plus âgés que ce grand maître, tous ses contemporains dans une partie de sa vie, ils semblent tous rendre hommage par les défauts plus ou moins sensibles de l'école précédente, dont ils n'étaient pas entièrement exempts, à l'excellence des perfectionnements qu'opéra son génie.

Hippias déjà connu à la soixante-septième ou à la soixante-huitième olympiade, par la statue de Duris de Samos, qui remporta le prix du pugilat des enfants, l'année où les Samiens furent chassés de leur île (3), pouvait vivre encore vers la soixante-seizième.

Agéladas, natif d'Argos (4), éleva le monument consacré à Olympie à l'occasion de la victoire remportée par Cléosthène d'Épidamne en la soixante-seizième olympiade. C'était un char de bronze attelé de quatre chevaux ; Cléosthène et son écuyer étaient sur le char (5). Vers la fin de sa carrière, ce maître exécuta la statue de Jupiter Ithomate, placée dans la forteresse d'Ithoma, pendant la troisième guerre de Messénie. Cette statue fut consacrée, lorsque déjà les Messéniens possédaient la ville de Naupacte (6). Or, les Athéniens ne leur ayant cédé cette ville qu'après l'expédition de Cimon dans la Messénia (7), fait qui eut lieu la quatrième année de la soixante-dix-neuvième olympiade (8), tandis que d'un autre côté les Messé-

(1) Pausan. lib. VII, cap. 18. Il suit de ce passage de Pausanias, que Canachus et Callon d'Égine étaient contemporains.

(2) Pausan. ibid.

(3) Pausan. lib. VI, c. 13; Herodot. lib. III, c. 139, 149; Larcher, ibid. not. 256, 264. Cette statue fut élevée l'année où les Samiens rentrèrent dans leur île sous la conduite d'Anaxagoras de Milet, et celui-ci fut tué dans la Thrace la troisième année de la soixante-dixième olympiade. Larcher, Canon chron. Elle appartient par conséquent à la soixante-neuvième ou à la soixante-dixième olympiade.

(4) Pausan. lib. VIII, cap. 42.

(5) Pausan. lib. VI, cap. 10. Agéladas avait exécuté auparavant la statue de Timasithéa de Delphes, qui avait remporté trois fois le prix du pancrace aux jeux olympiques. Cet athlète fut mis à mort à Athènes, avec d'autres partisans de l'archonte Isagoras, la première année de la soixante-huitième olympiade. Pausan. lib. VI, cap. 8; Harodot. lib. V, cap. 72; Corsin. Fast. Attic. tom. III, pag. 130. Pline a été évidemment induit en erreur, lorsqu'il a placé Agéladas à la quatre-vingt-septième olympiade. Plin. lib. XXXIV, cap. 19.

(6) Pausan. lib. IV, cap. 33.

(7) Id. lib. I, cap. 29; IV, 24.

(8) Larcher, Can. Chron.

niens abandonnèrent Ithome la première année de la quatre-vingt-unième (1), il suit de là que cette statue de Jupiter fut executée dans le quatre-vingtième olympiade. Winckelmann croyait pouvoir attribuer à Agéladas une statue colossale représentant une Muse, que l'on voit à Rome au palais Barberin (2).

Téléphane, Phocéen de naissance, qu'on assimilait à Pythagore de Rhège et à Myron (3), florissait dans la soixante-treizième et la soixante-dix-huitième olympiade.

Pline distingue trois statuaires nommés Pythagore, qui furent à peu près contemporains (4). Le premier, natif de Léontium, fit la statue d'Astylus, vainqueur au stade pour la troisième fois en la soixante-quinzième olympiade (5). Le second était natif de Samos; on voyait plusieurs de ses ouvrages à Rome, dans le temple de la Fortune (6). Le troisième était le célèbre Pythagore de Rhège; celui-ci exécuta la statue d'Euthyme de Locres, qui, dans la soixante-dix-septième olympiade, remporta pour la troisième fois le prix du pugilat (7). Cette statue, vraisemblablement *iconique*, était, suivant le témoignage de Pausanias, un ouvrage admirable. Pythagore, *aussi habile*, dit le voyageur grec, *qu'aucun de ceux qui ont existé* (8), fit faire de grands progrès à l'art. Il était regardé comme un des inventeurs de ce beau système de proportions qui fut ensuite perfectionné par Polyclète (9). C'est lui qui exécute la statue mentionnée par Pline, représentant un homme blessé à la jambe et boiteux dont les spectateurs émus croyaient ressentir la douleur (10). y il a lieu de croire que cette figure était un Philoctète. L'image

(1) Diodor. Sic. lib. XI, cap. 64.

(2) Hist. de l'Art. liv. VI, ch. 1; Anthol. gr. lib. IV, cap. 12.

(3) Plin. lib. XXXIV, cap. 19.

(4) Plin. lib. XXXIV, cap. 19, § 4 et 5, edit. Hard.

(5) Diodor. Sic. lib. XI, cap. 1. Pausan. lib. VI, cap. 13; Plin. loc. cit. Corsin. Fast. Attic. tom. III, pag. 163.

(6) Diogène fait mention de ce Pythagore de Samos, et le fait distinguer d'avec Pythagore de Rhége, lib. VIII, cap. 1, segm. 47, in Pythag.

(7) Plin. lib. XXXIV, cap. 19; Pausan. lib. VI, cap. 6. Pythagore de Rhége pouvait vivre encore, ainsi que le dit Pline, dans la quatre-vingt-septième olympiade; mais cette statue prouve qu'il exerçait déjà son art dans la soixante-dix-septième.

(8) Pausan. lib. VI, cap. 14.

(9) Οἱ δὲ καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Ρηγῖνον γεγονέναι φασὶ Πυθαγόραν, πρῶτον δοκοῦντα ῥυθμοῦ καὶ συμμετρίας ἐστοχάσθαι. Diogen. Laërt. lib. VIII, cap. 1, segm. 47, in Pythag.

(10) Pline attribue cette statue à Pythagore de Léontium; mais il dit en même temps qu'elle fut faite par le même artiste qui avait exécuté celle de

de ce héros, que l'on voit sur une pierre gravée dans les *Monuments inédits* de Winckelmann (1), peut en être une imitation (2).

Mycon, Athénien, peintre et sculpteur, exécuta la statue du pancratiaste Callias, couronné à la soixante-dix-septième olympiade (3).

Simon d'Égine, Dionysius et Glaucus d'Argos, se partagèrent l'exécution de plus de vingt statues de bronze, consacrées dans l'Altis d'Olympie par Smicythus, tuteur des enfants d'Anaxilas, tyran de Rhège, et par Phormis de Ménale, officier dans les armées de Gélon et d'Hiéron I.er. Dans ce nombre de figures se voyaient, outre plusieurs divinités, un Orphée, un Homère, un Hésiode, deux chevaux, grands comme nature, tenus chacun par un palefrenier (4). Phormis ayant dû ne consacrer son offrande qu'après la mort de Hiéron, qui avait fait sa fortune, et ce prince étant mort la deuxième année de la soixante-dix-huitième olympiade (5); c'est de cette époque et de l'olympiade suivante que doit dater le riche monument dont nous parlons.

Calamis fut à la fois, comme beaucoup de sculpteurs de l'antiquité, orfèvre et statuaire. Les vases d'argent qu'il avait enrichis de bas-reliefs étaient encore à Rome et dans les Gaules, au temps de Néron, un objet de luxe pour les grands, un sujet d'émulation pour les artistes (6). Il se rendit célèbre dans l'art de modeler des chevaux (7), et il ne le fut pas moins dans l'imitation de la nature humaine. Ce maître paraît avoir connu la plupart des grands principes de la sculpture. Son style, suivant le jugement d'un des critiques anciens les plus éclairés, avait, comme celui de Callimaque, de la grace et de la légèreté (8). Lucien admirait sur le visage de sa Sosandre un sourire

l'athlète Mnaséas de Cyrène, surnommé *le Lybien*: or, suivant Pausanias (lib. VI, cap. 13), celle-ci était un ouvrage de Pythagore de Rhége. Il est vraisemblable, d'après cela, que Pline a été induit en erreur. Heyne (Opusc. Acad., tom. V, pag. 371) nie même l'existence de Pythagore de Léontium, et donne à Pythagore de Rhége les ouvrages que Pline attribue à cet artiste. Le même Pythagore de Rhége sculpta, à l'occasion de la victoire remportée par Cratisthene de Cyrène dans la course des chars, un char de bronze sur lequel était placée la figure de la Victoire à côté de celle du vainqueur. Pausan. lib. VI, cap. 18.

(1) Monum. Ined. tom. I, fig. 119, et tom. II, pag. 160.

(2) C'est l'opinion de M. Visconti.

(3) Pausan. lib. VI, cap. 6.

(4) Id. lib. V, cap. 26, 27.

(5) Larcher, Canon chronol.

(6) Plin. lib. XXXIII, cap. 55; lib. XXXIV, cap. 18.

(7) « Exactis Calamis se mihi jactat equis. » Propert. lib. III, eleg. 7. « Vindicat ut Calamis laudem, quos fecit, equorum. » Ovid. de Ponto, lib. IV, epist. 1. « Equis semper sine aemulo expressis. » Plin. lib. XXXIV, cap. 19, § 11 ed. Hard.

(8) Dion. Halic. de antiq. Oral. in Isocrat. cap. 3,

fin et gracieux, joint à l'expression d'une pudeur virginale (1). Cicéron et Quintilien lui reprochaient seulement d'avoir conservé, dans les détails, un reste de la sécheresse qu'avait eue avant lui Canachus (2). Il exécuta, vers la soixante-dix-huitième olympiade, conjointement avec Onatas, le char de bronze placé à Olympie en mémoire de la victoire remportée dans la course des chevaux par Hiéron, tyran de Syracuse (3). Dans la quatre-vingt-unième, sous l'archonte Callias, il fit pour les Athéniens une figure de Vénus (4). Pindare consacra une statue de Jupiter Ammon dans le temple que ce dieu avait à Thèbes; cette statue était un ouvrage de Calamis (5). Pindare mourut la quatrième année de la quatre-vingt-troisième olympiade.

Amant insatiable du beau, Callimaque recherchait la perfection sans cesse, et jamais il n'était satisfait de ses efforts (6). Peintre, statuaire, architecte, cet ingénieux artiste nous a légué un monument qui atteste l'élévation de ses idées et la délicatesse de son goût, c'est le chapiteau à feuilles d'acanthes, appelé le *chapiteau corinthien* (7). Oh, qui ne lui pardonnerait, en admirant un chef-d'œuvre aussi accompli, d'avoir brisé vingt fois, et vingt fois recommencé son ouvrage! Il y a lieu de croire que ce maître célèbre était contemporain de Calamis (8).

Onatas, né à Égine, fils de Mycon, sculpteur et peintre, aussi que son père

(1) Lucian. Imag. cap. 6.

(2) Cicer. de clar. Orat. (supra, pag. 696, not. 1); Quintil. lib. XII, cap. 10.

(3) Pausan. lib. VI, cap. 12. La victoire d'Hiéron eut lieu dans la soixante-quinzième olympiade, et ce prince mourut la deuxième année de la soixante-dix-huitième. Le monument fut, il est vrai, placé à Olympie, après sa mort, par son fils Dinomène (Pausan. lib. VIII, cap. 42); mais on doit croire qu'il avait été commencé du vivant d'Hiéron. Dans tous les cas, il aura été placé du moins dans la soixante-dix-neuvième olympiade. Ce fait sert en même temps à prouver l'époque où vivait Calamis et celle où florissait. Onatas.

(4) Pausan. lib. I, cap. 23; Corsin. Fast. Attic. t. III, pag. 202, 259, 260.

(5) Pausan. lib. IX, cap. 16.

(6) Plin. lib. XXXIV, cap. 19, § 34, ed. Hard. Pausan. lib. I, cap. 29.

(7) Vitruv. lib. IV, cap. 1.

(8) Plusieurs faits semblent venir à l'appui de cette conjecture. Scopas employa l'ordre corinthien dans la construction du temple de Minerve Aléa, qu'il éleva à Tégée, ville d'Arcadie. (Pausan. lib. VIII, cap. 45.) Il dut commencer à bâtir cet édifice dans la quatre-vingt-seizième olympiade, époque où l'ancien fut incendié, ou au plus tard dans la cent-deuxième, après la bataille de Leuctres et lors de la fondation de Mégalopolis. Avant Scopas, suivant le témoignage de Vitruve (lib. VII, in prooem.), l'architecte Argélius avait déjà composé un traité sur les proportions de cet ordre. L'écrit d'Argélius dut être postérieur à des monuments qui servissent d'objets de comparaison, et de fondement à la théorie que cet artiste voulut établir. Cela nous prouve que l'inventeur du chapiteau corinthien était beaucoup plus ancien que Scopas.

termine cette série d'hommes célèbres qui appartenaient soit à l'école d'Egine, soit à l'ancienne école athénienne. Cet habile maître, un peu plus âgé que Phidias, mais son contemporain, dut venir au monde vers la soixante-sixième olympiade. Un Hercule de bronze, haut de dix coudées placé à Olympie par les habitants de Thasos (1), dix statues consacrées à Olympie par les Achéens aux neufs héros qui tirèrent au sort pour combattre Hector, et à Nestor représenté tenant les neuf bulletins dans son casque (2), augmentèrent successivement sa réputation. Il est vraisemblable qu'il exécuta la statue de Cérès de Phigalie, dite *la Noire* (3), dans la quatre-vingt-sixième olympiade, âgé de soixante à soixante-dix ans. Le poète Antipater disait de son jeune Apollon *Adulte*, qu'il attestait par la noblesse de ses traits la beauté de Latone et la majesté de Jupiter (4). On pourrait le supposer auteur de la belle Pallas de Vellétri: car cette noble figure nous offre l'art éginétique dans sa plus haute perfection, et agrandi par la manière large et vraie de Phidias.

Il existe d'autres fragments qui peuvent nous faire connaître, sinon la beauté des ouvrages en ronde bosse exécutés à l'époque dont nous parlons, du moins les principes que les grands artistes mettaient dès lors en pratique; ce sont les bas-reliefs de marbre qui enrichissent les métopes et les frises extérieures du temple de Thésée existant encore aujourd'hui au milieu d'Athènes, et consacré à saint Georges. Ces restes précieux de l'art des anciens

Pausanias dit d'ailleurs (lib. I, cap. 27) que Callimaque fut le premier qui trouva l'art de percer le marbre. On ne peut croire que cette invention fût postérieure à Myrmécide, à Phidias, Alcamène, qui travaillèrent le marbre avec une grande habileté. Nous venons enfin de voir que Denys d'Halicarnasse associe cet artiste à Calamis: « Le style de Phidias et de Polyclète, dit-il, se fait admirer par sa noblesse, par sa grandeur, celui de Calamis et de Calimaque, par son élégance et sa légèreté. » N'est-il pas vraisemblable, d'après tout cela, que Callimaque était contemporain de Calamis, auquel il ressemblait pour le style, de même que Polyclète était à peu près contemporain de Phidias, auquel le critique grec l'associe? Il existe à Rome, dans le Musée du Capitole, un bas-relief représentant une danse de Bacchantes, qui porte cette inscription, ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ ΕΠΟΙΕΙ, *Callimaque le faisait*. Le style de ce bas-relief que plusieurs antiquaires, et notamment M. Visconti, regardent comme une copie d'une ouvrage de Callimaque, semble confirmer l'opinion que je hasarde. On le voit gravé dans les Monum. inéd. de Winckelmann, tom. I, au frontispice du Discours préliminaire.

(1) Pausan. lib. V, cap. 25.

(2) Pausan. ibid.

(3) Pausan. lib. VIII, cap. 42; Pausanias croit qu'il l'exécuta plusieurs générations après l'invasion des Perses.

(4) Anthol. Gr. lib. IV, cap. 14.

maîtres représentent les exploits de Thésée, le combat des Centaures et des Lapithes, et celui des Athéniens contre les Amazones. Toutes les parties de ces bas-reliefs n'offrent pas une correction parfaite; mais le mouvement de toutes les figures a de la vérité, de l'aplomb, de la grace; le nu présente de grandes divisions, des masses fermes, des articulations justes et légères; les os et les principaux muscles sont rendus avec énergie; les têtes sont mâles et expressives (1): on voit enfin dans ces beaux bas-reliefs les premiers traits de cette grandeur *homérique* qui distingua Phidias (2). Ces ouvrages durent être exécutés durant la vie de Cimon, dans les seize années qui s'écoulèrent depuis que ce général eut apporté de l'Ile de Scyros les ossements de Thésée: jusqu'à sa mort, arrivée la quatrième année de la quatre-vingt-deuxième olympiade (quatre cent quarante-huit ans avant l'ère chrétienne).

Tel était l'art agrandi, ennobli, et successivement rapproché de la vérité dans l'école d'Égine et dans l'ancienne école attique, lorsque Phidias annonça par ses premiers succès, une ère nouvelle.

Les artistes dont nous venons de parler, en commençant à Canachus, furent contemporains d'Eschyle, de Pindare, de Sophocle; quelques-uns virent les derniers jours d'Anacréon; les autres furent témoins des premiers succès d'Hérodote et d'Euripide.

Né dans la soixante-dixième ou la soixante-onzième olympiade, Phidias fut élève d'Hippias, suivant Dion Chrysostôme (3), d'Éladas (4) ou de Géladas (5), suivant d'autres témoignages. Mais les noms d'*Eladas* et de *Géladas* paraissent des corruptions de celui d'*Agéladas*; et, si l'on admet cette opi-

(1) Le style offre un reste des formes *carrées* qui caractérisaient les ouvrages des premières écoles; mais il faut remarquer que dans les bas-reliefs placés au grand air et à une hauteur considérable, de fortes saillies contribuent à la fermeté des masses et à l'harmonie de l'effet général.

(2) Ces bas-reliefs pourraient être un ouvrage de Mycon, père d'Onatas. Cet artiste était peintre et sculpteur; il avait peint les mêmes sujets dans l'intérieur du temple. (Pausan. lib. I, cap. 17.) Il ne faut pas les confondre avec ceux du Parthénon. Ceux-ci ont trois pieds un pouce environ de hauteur dans la frise, et trois pieds dix pouces dans les métopes. Ceux du temple de Thésée n'ont que deux pieds six pouces et demi de hauteur environ. Ils ont été moulés par M. Fauvel, par les soins de M. Choiseul-Gouffier. Le gouvernement en possède des plâtres. Il en paraîtra incessamment des gravures dans le second volume du *Voyage de la Grèce* de cet illustre amateur. Stuart les a donnés dans le troisième volume de ses *Antiquities of Athens*. On peut les voir aussi dans les *Ruines des Monuments de la Grèce*, de M. Le Roy, pag. 17, 18 et 42, pl. XIX.

(3) Dion. Chrysost. orat. LV.

(4) Schol. Aristoph. Ran. vs. 504.

(5) Tzetzes, Chiliad. VII, hist. 154, et Chiliad. VIII, hist. 192; Suidas, voc. Γελάδας.

nion, il s'ensuit qu'Agéladas eut la gloire de contribuer aux progrès des trois plus grands maîtres de l'âge qui lui succéda, Phidias, Mycon et Polyclète de Sicyone.

La Minerve de Platée, exécutée par Phidias, et consacrée en mémoire de la victoire des Grecs sur Mardonius, doit appartenir à la soixante-seizième olympiade (1). La Minerve *Lemnienne*, élevée dans la citadelle d'Athènes par les habitants de Lemnos, dut être postérieure aux victoires par lesquelles Cimon soumit les insulaires à la puissance d'Athènes; elle se classe par conséquent à la soixante-dix-neuvième olympiade. Pausanias regardait cette statue comme le chef-d'œuvre de Phidias (2); il dut l'exécuter à l'âge de trente-quatre ou de trente-six ans. Il est vraisemblable que le Jupiter d'Olympie fut exécuté dans la quatre-vingt-sixième olympiade (3). Les années où ces monuments furent terminés ont été regardées comme une époque remarquable dans l'histoire de la Grèce, je pourrais dire même dans l'histoire des progrès de l'esprit humain. Ajoutons que ce grand maître mourut à Elis, comblé d'honneurs, la première année de la quatre-vingt-septième olympiade, première année de la guerre du Péloponnèse, âgé de soixante-cinq à soixante-sept ans, l'an 431 avant notre ère (4).

Presque tous les ouvrages de Phidias paraissent avoir été détruits (5): les sculptures du Parthénon, dont une partie subsiste encore, sont à peu près les seuls chefs-d'œuvre où nous puissions reconnaître avec assurance les pensées et le style de ce prince des statuaires (6). Les bas-reliefs de ce

(1) Pausan. lib. IX, cap. 4.

(2) Id. lib. I, cap. 28.

(3) Corsini, qui a soutenu cette opinion (Fast. Attic. tom. III, pag. 218, 220), se fonde principalement sur ce que Phidias représenta, dans un des bas-reliefs le jeune Pantarcès, la tête ornée d'une bandelette, qui paraissait être le signe de la victoire qu'il avait remportée à Olympie. (Pausan. lib V, cap. 11.) Pantarcès remporta le prix de la lutte des enfants dans la quatre-vingt-sixième olympiade. (Pausan. ibid.) M. Heyne pense, malgré cela, que cette statue dut être faite dans la quatre-vingt-onzième olympiade. (Des époques de l'Art; Recueil de pièces intéressantes publ. par M. Jansen, tom. III, pag. 53, 56.) Je me fais un devoir de rapporter son opinion, quoique je ne la partage pas.

(4) Je suis obligé de supprimer ici les détails autant qu'il est possible. On peut voir mon article *Phidias* dans la Biographie universelle publiée par M. Michaud. (1830.)

(5) Théodose I.er avait fait transporter le Jupiter Olympien à Constantinople (Georg. Cedren. Hist. Compend. tom. I, pag. 322.) Un incendie qui eut lieu, vers l'an 475, sous le règne de Zénon l'Isaurien, durant la révolte de Basiliscus, détruisit cette belle statue, ainsi que la Vénus de Cnide, de Praxitèle; la Junon de Samos, attribuée à Bupalus; l'Occasion, de Lysippe; un grand nombre d'autres statues, et une bibliothèque renfermant vingt mille volumes. Georg. Cedrenus, ibid. pag. 351.

(6) M. de Choiseul-Gouffier a fait mouler les bas-reliefs du Parthénon,

temple furent exécutées sous sa direction, et durent être l'ouvrage de ses élèves. Nous pourrions supposer, sans trop d'invraisemblance, qu'ils furent, du moins en partie, l'ouvrage d'Alcamène, attendu que cet artiste sculpta, sous les yeux de son maître, un des frontons qui décoraient le temple de Jupiter, auprès d'Olympie (1).

Quel artiste grec a reçu plus de louanges que Myron? Ce ne sont pas seulement quelques poètes du moyen âge, ce sont les écrivains anciens, doués du goût le plus pur, qui ont célébré la beauté de ses ouvrages, et qui en ont principalement admiré la vérité. Ce laborieux artiste était pleinement contemporain de Phidias. Il était déjà connu au commencement de la soixante-quatrième olympiade, lorsque le coureur Astylus remporta le prix du stade; (2) et il mourut vraisemblablement peu après la quatre-vingt-septième où Pline l'a placé. (3) Il serait inutile de répéter les éloges qui lui ont été donnés mille fois. Son Discobole lançant le disque était un de ses ouvrages les plus célèbres; le temps en a respecté plusieurs belles copies en marbre; nous en possédons une au Musée Napoléon. (4)

ainsi que ceux du temple de Thésée. Le gouvernement en possède des plâtres. On en voit un fragment original, en marbre, dans la seconde salle du Musée Napoléon (n. 42, aujourd'hui n. 82, 1830). Ceux qui étaient placés dans les métopes du Parthénon ont environ quatre pieds un pouce neuf lignes de hauteur: ils représentent le combat des Centaures et des Lapithes: Ceux qui ornaient la frise extérieure de la *cella*, ou du corps du temple, n'ont que trois pieds un pouce six lignes; ils représentent les cérémonies des Panathénées, de jeunes filles, les unes portant des corbeilles, les autres des vases, etc. etc. Ces bas-reliefs ont été publiés successivement par le Roy (Ruines des plus beaux monuments de la Grèce, deuxième édit. pag. XXI et XXII); par Stuard (the Antiquities of Athens, t. II, chap. 1, pl. 3 à 30): par M. Le Grand (Gall. antiq. chez MM. Treuttel et Wurtz, 1.re et 2.e livraisons). Lord Elgin, ambassadeur d'Angleterre à Constantinople, a arraché en dernier lieu plusieurs fragments de ces bas-reliefs, de la frise où ils étaient encore, ainsi que les sculptures qui restaient dans le fronton du temple. Le vaisseau sur lequel il faisait transporter ces monuments à Londre a fait naufrage sur les côtes de l'ancienne île de Cythère. On assure qu'il est parvenu à faire retirer du fond de la mer une partie des caisses où ils étaient renfermés. — *Nota.* J'écrivais ceci en 1806. Depuis cette époque ces chefs-d'œuvre déposés dans le Musée britannique, et dont nous possédons des plâtres à Paris, ont excité une admiration universelle.

(1) Pausan. lib. V, cap. 10.

(2) Diodor. Sic. lib. XI, cap. 1; Pausan. lib. VI, cap. 13.

(3) Plin. lib. XXXIV, cap. 19. Il exécuta des statues de Jupiter, de Minerve et d'Hercule, placées à Samos (Strab. lib. XIV, p. 437, B); un Apollon conservé dans le temple d'Esculape à Agrigente (Cic. in Verr. IV, 3), et beaucoup d'autres ouvrages.

(4) Ceci était exact en 1806. Il y a lieu de croire que l'original du Discobole était en bronze. Une des copies dont nous parlons avait appartenu au chevalier Hamilton, et se trouve aujourd'hui en Angleterre; elle était fort mutilée. La tête de celle du Musée Napoléon a été restaurée. Celle de ces statues

Émule de Phidias, de Myron et d'Alcamène, statuaire, architecte, et de plus, judicieux écrivain, Polyclète de Sicyone s'éleva presque dans la sculpture, suivant le jugement de Cicéron, à la plus haute perfection possible. (1) Antérieur de cent ans à Lysippe, (2) qui avait vingt ou vingt-quatre ans au commencement de la cent deuxième olympiade; père de deux fils qui étaient du même âge que les enfants de Périclès, (3) il dut naître vers la première année de la soixante-quinzième olympiade.

La beauté du Jupiter Olympien et de la Minerve de Phidias, dit Columelle, quoiqu'elle ait étonné les statuaires de l'âge suivant, tels que les Bryaxis, les Lysippe, les Praxitèle, les Polyclète, ne les a pas empêchés d'aspirer à toute la perfection où ils pourraient atteindre. (4) Polyclète exécuta dans la quatre-vingt-troisième ou la quatre-vingt-quatrième olympiade la statue Callias, qui avait signé la paix avec Artaxercès, la quatrième année de la quatre-vingt-deuxième, et la célèbre Junon d'Argos au commencement de la quatre-vingt-onzième. (5) Sa statue appelée *le Canon* ou *la Règle*, c'est-à-dire *le modèle des proportions*, est un des monuments les plus célèbres de l'antiquité. (6) Voulant hâter les progrès de l'art, Polyclète ne se borna point à ce premier ouvrage: Il composa un traité dans lequel il démontra quelles devaient être les proportions de toutes les parties du corps humain, *comparées les unes aux autres, et dans chacune de leur subdivisions.* Cet écrit fut appelé *le Canon*, ainsi que la statue dont il expliquait, et dont il complétait le système harmonique; (7) ces deux ouvrages furent désormais pour les ar-

que l'on voit à Rome, au palais Massimi, est regardée comme la plus belle; elle est gravée dans le tom. II de la traduction italienne de Winckelmann, donnée par Fea (pl. 2). M. Visconti a parlé de ces différentes figures dans le *Museo Pio-Clem.* tom. I, tav. A, pag. 95, num. 6, et tom. III, tav. xxvi. On peut voir aussi les notes de Fea sur Winckelm. tom. II, pag. 244 et suiv. — La vache d'airain de Myron, célébrée par tant de poètes, se voyait encore à Rome dans le *Forum* de la Paix, au temps de Procope, vers le milieu du sixième siècle (Procop. Gothic. lib. IV, cap. 21). Elle a péri vraisemblablement durant les désordres du moyen âge; ainsi que *le peuple nombreux de statues*, et *l'immense troupeau de chevaux de bronze* qui embellissaient Rome dans le temps de Théodoric, et qui avaient excité l'admiration et la sollicitude de ce prince. Procop. ibid. Cassiodor. Var. lib. VII, *formul.* 13. (Le Diacobole lançant le disque ne se trouve plus au Musée royal. 1830).

(1) « Pulchriora etiam Polyeleti (signa), et jam plane perfecta, ut mihi quidem videri solet. » Cic. de clar. Orat. cap. 18, §. 70.

(2) Plin. lib. XXXIV, cap. 19.

(3) Platon, Protagoras, tom. I opp. pag. 328.

(4) « Nec pulchritudine Iovis Olympii, Minervaeque Phidiacae, sequentis aetatis attonitos pignit experiri Bryaxim, Lysippum, Praxitelem, Polyeletum, quid efficere aut quousque progredi possent. » Colum. de Re rust. praef.

(5) L'ancien temple fut incendié la deuxième année de la quatre-vingt-neuvième.

(6) Plin. lib. XXXIV, cap. 19, §. 2, edit. Hard.

(7) Galen. de Hippocr. et Plat. Placit. lib. V, cap. 3.

tistes *la règle* du goût. (1) Une copie antique du *Diadumène* de Polyclète paraît être le seul ouvrage en ronde bosse sur lequel nous puissions retrouver aujourd'hui l'empreinte de son génie. (2)

Praxias, disciple de Calamis, qui exécuta en grande partie le fronton du nouveau temple de Delphes, terminé après sa mort par Androsthène, Athénien, élève d'Encadmus; (3) Gellitèle, fils et disciple d'Onatas; (4) Lycius, fils et disciple de Myron, et *digne de son maître*, (5) florissaient de la quatre-vingt-cinquième à la quatre-vingt-quinzième olympiade.

Alcamène et Agoracrite furent les élèves les plus illustres de Phidias. Alcamène conçut le premier l'idée de représenter Hécate sous l'emblème de trois femmes réunies par le dos. Ce groupe se voyait à Athènes auprès du temple de la *Victoire sans ailes*. (6) Un de nos savants croit en reconnaître une imitation dans l'Hécate à trois corps, que l'on conserve à Rome au Musée du Capitole. (7)

L'école de Polyclète devint célèbre non seulement par les élèves du chef qui la fonda, mais encore par les élèves de ces artistes, dont on peut suivre la filiation d'un maître à l'auteur, jusqu'à la quatrième génération.

(1) Galen. ibid. — Les *canons* ou *règles de proportions* que s'étaient faits les artistes grecs, et le canon de Polyclète en particulier, m'ont fourni la matière d'un chapitre dans mon ouvrage intitulé: *Recherches sur l'art statuaire, considéré chez les anciens et chez les modernes*. Paris, veuve Nyon, 1805, in 8, pag. 177 à 200.

(2) Cette statue se voyait autrefois à Rome, dans le jardin Farnèse, sur le mont Palatin; elle a été transportée à Naples depuis quelques années. Elle représente un jeune athlète, attachant sur son front la bandelette qui était le symbole de la victoire. (Διαδούμενος, *quasi toenia revinciens sese*). L'authenticité de cette copie est prouvée par sa conformité avec divers bas-reliefs antiques, où le Diadumène de Polyclète est représenté et accompagné d'inscriptions. Un de ces bas-reliefs se voit à Rome dans le Musée du Vatican. (Vestibule en Rotonde, troisième niche, num. 6). Il est mentionné dans le Catalogue du *Museo Pio-Clem.* pag. 18. On peut consulter Carlo Fea dans ses notes sur Winckelmann, tom. II, pag. 195. Winckelmann croyait voir une copie des *Canéphores* de Polyclète sur un bas-relief qu'il a donné dans ses *Monum. ined.* (num. 182, pag. 35). M. Visconti pense que son *Apoxyomène* (figure d'un homme qui se frottait le corps avec un strigile) représentait Tydée se purifiant du meurtre de son frère, et que cette figure a été copiée sur un grand nombre de pierres gravées. Mus. Pio-Clement. tom. I, pag. 23, not. *a*.

(3) Pausan. lib. X, cap. 19.

(4) Id. lib. V, cap. 27.

(5) « Dignum praeceptore. » Plin. lib. XXXIV, cap. 19, §. 17, edit. Hard.

(6) Pausanias dit que Myron avait représenté Hécate avec un seul visage et un seul corps, avant qu'Alcamène eût conçu l'idée de lui donner trois corps et trois visages. (Pausan. lib. II, cap. 30): cela peut donner lieu de croire que Myron était connu avant Alcamène.

(7) M. Visconti, Dissert. ined. Cette figure est en bronze; elle a un palme romain de hauteur (Winckelmann, lib. VI, chap. 7, tom. II, pag. 302), on la

Pline nomme huit élèves de Polyclète. (1) Damias et Athénodore qui étaient de ce nombre exécutèrent une partie des trente-quatre statues consacrées dans le temple de Delphes par les Lacédémoniens, après le combat d'Aegos-Potamos, la quatrième année de le quatre-vingt-treizième olympiade.

A ces maîtres formés par Polyclète, il faut joindre Périclète, fils de Mothou, quoique Pline ne le nomme point parmi les artistes sortis de cette école; car Pausanias qui le dit élève de Polyclète, (2) ne peut avoir voulu parler que de Polyclète l'ancien, et non du second qui fut disciple de Naucydes. (3) Ainsi Périclète a dû fleurir dans les quatre-vingt-huitième, quatre-vingt-dixième, quatre-vingt-douzième olympiades. Il eut pour disciples Naucydès son frère, et Antiphane, (4) de qui les ouvrages appartiennent à le quatre-vingt-quatorzième, à la cent- deuxieme et à la cent troisieme olympiade.

Naucydès, frère de Périclète, exécuta vers la quatre-vingt-huitième olympiade la statue d'Euclès, vainqueur au pugilat, petit-fils du célèbre Diagoras de Rhodes, que ses deux fils Acusilas et Damagète, victorieux l'un et l'autre en la quatre-vingt-sixième, portèrent en triomphe dans Olympie. (5) La parfaite égalité de trois belles statues antiques, représentant un Discobole qui paraît méditer sur la manière dont il lancera le disque, (6) les a fait regarder comme des copies d'un de ses ouvrages les plus renommés. (7) Celle du Musée Napoléon, qui ne laisse presque rien à désirer quant à la conservation, (8) doit donner une haute idée des talents de cet artiste: il y a cependant lieu de croire, si l'on considère le choix des formes, que cette statue est une *figure iconique*, c'est-à dire un portrait.

Un second Canachus fut aussi élève du premier Polyclète. Il exécuta dans la quatre-vingt-quatorzième olympiade, conjointement avec Patrocle, son frère, huit des statues consacrées à Delphes après le combat d'Aegos-Potamos. (9)

trouve gravée dans le *Museum Romanum* de Michel-Ange de le Chausse, tom. I, sect. 2, pl. 20, 21 et 22.

(1) Plin. lib. XXXIV, cap. 19.

(2) Pausan. lib. II, cap. 22; lib. V, cap. 17.

(3) Pausan. lib. VI, c. 6. Heyne e brouillé toute la chronologie de cette époque, en faisant du premier Polyclète un élève de Naucydès, et en donnant pour élève à ce même Polyclète Aristoclès et Canachus. Antiq. Artium inter Graec. Hist. inter Opusc. Acad. t. V. p. 377, 378.

(4) Pausan. lib. V, cap. 17.

(5) Pausan. lib. VI, cap. 6 et 7. Doriéus, troisième fils de Diagoras, remporta le prix du pancrace dans la quatre-vingt-septième et dans la quatre-vingt-huitième olympiade. C'est ce fait qui m'a déterminé à placer la victoire d'Euclès, petit-fils de Diagoras par sa mère Callipatire, vers la quatre-vingt-huitième.

(6) « Spatium iam immane parabat. » Stat. Thebaid. lib. VI, vs. 693.

(7) Plin. lib. XXXIV, cap. 19, §. 19. — M. Visconti, *Museo Pio-Clem.* tom. III, tav. 26. — Une de ces statues a été décrite par Cavaceppi, *Raccolta di Statue*, etc, tom. I, fig. 42, et par Mercurialis, *de Arte Gymnast.* lib. II, cap. 12, elle est aujourd'hui en Angleterre. Il y en a une à *la villa* Borghèse, Stenz. VII, num. 9.

(8) Mus. Nap. num. 109. Aujourd'hui (1830) en Musée royal, num. 349.

(9) Pausan lib. X, cap. 9, Ces figures furent exécutées à l'occasion d'un com-

Alype de Sicyone, élève de Naucydès, exécuta la statue de Symmaque, qui remporta pour la seconde fois le prix de la course dans la quatre-vingt-neuvième olympiade. (1)

Dédale de Sicyone, fils et disciple de Patrocle, florissait dans la quatre-vingt-onzième, dans la quatre-vingt-seizième et dans la quatre-vingt-dix-huitième olympiade. (2)

Euphranor, Pantias, natif de Chio, et Chéon de Sicyone furent contemporains. Pantias, fils et disciple de Sostrate, était le septième maître sorti de l'école d'Aristoclès; (3) il exécuta la statue de l'athlète Aristée, fils de Chimon. (4) Cléon, disciple d'Antiphane, sculpta deux statues de Jupiter dans la quatre-vingt-dix-huitième olympiade, et celle de l'athlète Dinolochus dans la cent deuxième. (5)

Le second Polyclète, natif d'Argos, élève de Naucydès, exécuta dans la quatre-vingt-dix-huitième olympiade la statue d'Antipater de Milet, qui remporta à la même époque le prix du pugilat; (6) celle de Jupiter *Philius* à Mégalopolis, dans la cent deuxième; (7) et dans la cent neuvième, celle de Jupiter *Milichius* à Argos. (8).

bat d'Aegos-Potamos et d'une victoire remportée sur les Tégéates par les Lacédémoniens. Pausan. lib. X, ap. 9, C'est ce second Canachus qui a induit en erreur Pline et Winckelmann.

(1) Pausan. lib. VI, cap. 1.

(2) Il sculpta dans la quatre-vingt-onzième olympiade le trophée que les Éléens élevèrent dans l'Altis, après avoir vaincu les Lacédémoniens commandés par Agis premier (Pausan. lib. III, cap. 8; lib. V, cap. 4: lib. VI, cap. 2. Plutarch. in Agis). Cette victoire eut lieu trois ou quatre ans avant qu'Agis prit le fort de Décélie, dans l'Attique; et ce fort fut pris la troisième année de la quatre-vingt-onzième olympiade. (Thucyd. l. VIII, cap. 19). Le même Dédale de Sycione sculpta dans la quatre-vingt seizième la statue de l'Athlète Eupolème, qui lui-même la lui fit exécuter (Diodor. Sic. lib. XIV, cap. 54; Pausan. lib. VI, cap. 3, et lib. VII, cap. 45); et dans la quatre-vingt-dix-huitième, celle de l'Athlète Aristodème. Pausan. lib. VI, cap. 3.

(3) Pausan. lib. VI, cap. 3.

(4) Pausan. lib. VI, cap. 9, Naucydès avait fait deux statues de Chimon, que Pausanias appelle deux *chefs-d'œuvre*, lib. VI, cap. 9.

(5) Pausan. lib. V, cap. 17; lib. VI, cap. 21, et lib. II, cap. 1.

(6) Pausan. lib. VI, cap. 6.

(7) Pausan. lib. VIII, cap. 31.

(8) Pausan. lib. II, cap. 20. La guerre, à la suite de laquelle cette statue fut élevée, commença la quatrième année de la cent sixième olympiade (Diod. Sic. lib. XVI, cap. 34), et se termina dans la cent neuvième (Demost. Orat. II in Philipp. ed: Francof. p. 65; Wolf. in Demost. ibid.). Cicéron, Vitruve, Strabon, Quintilien, Plutarque, Lucien, n'ont fait mention que d'un seul Polyclète. Pline n'en cite qu'un, et il lui attribue des ouvrages distans l'un de l'autre de cent seize années. Pausanias en distingue formellement deux, mais il n'assigne pas nettement à chacun ses ouvrages. Junius, Boullanger, Winckelmann se sont conformés au texte de Pline. Heyne est tombé dans d'autres erreurs. J'ai tâché de distinguer ces deux

Scopas, (1) Léocharès, Bryaxis et Timothée travaillèrent ensemble dans la cent septième, au tombeau de Mausole; chacun de ces artistes orna de bas-reliefs un des côtés de ce célèbre monument; (2) Pythis exécuta le quadrige de marbre qui fut placé en sommet de la pyramide. (3) Scopas, architecte et sculpteur, natif de Paros, avait dû commencer à bâtir vingt ans auparavant, dans le ville de Tégée, le temple de Minerve Alée. (4) Léocharès avait fait, dans la cent cinquième olympiade au plus tard, la statue d'Isocrate. (5) Il exécuta vers la cent onzième les statues d'or et d'ivoire d'Amyntas, père de Philippe, roi de Macédoine, et d'Alexandre son fils, celles d'Olympias et d'Eurydice, et celle de Philippe lui même, que ce prince consacra dans un temple qu'il fit élever à Olympie après la bataille de Chéronée. (6) Les belles statues parvenues jusqu'à nous, qui représentent la famille de Niobé, sont généralement regardées comme un ouvrage de Scopas, ou du moins comme d'excellentes copies faites d'après ce maître. (7) Deux groupes antiques de marbre, entièrement semblables l'un à l'autre, représentant l'enlèvement de Ganymède, paraissent être des copies du célèbre Ganimède de Léocharès. (8)

maîtres par deux articles insérés dans la Biographie de M. Michaud, l'un sous le nom de Polyclète, dit de Sicyone, et l'autre sous celui de Polyclète d'Argos.

(1) L'illustre M. Heyne a fixé avec précision l'époque où vivait Scopas. (Des Époques de l'Art; Rec. de pièces intéressantes, publ. par M. Jansen, tom. III, p. 93 et suiv.). J'ai suivi l'opinion de ce savant professeur.

(2) Plin. lib. xxxvi, cap 4, §. 9. Vitruve rapporte le doute de quelques écrivains sur la question de savoir si le quatrième de ces sculpteurs était Praxitèle ou Timothée; a Praxiteles; nonnulli etiam putant Timotheum. e (Lib. VIII in proem.). Nous verrons, en recherchant le temps où vivait Praxitèle, qu'il ne pouvait pas avoir travaillé à ce monument.

(3) Plin. loc. cit.

(4) Nous avons rappelé l'époque où ce temple fut bâti, supra pag. 704, not. 8.

(5) Ce fut Timothée, fils de Conon, qui consacre cette statue d'Isocrate, son ami, dans le temple d'Éleusis. Ce général fut banni d'Athènes, et mourut la quatrième année de la cent cinquième olympiade. Plutarch. Vit. X Rhet. in Isocrat. Corsini, Fast. Attic. t. IV, p. 21.

(6) Cette bataille eut lieu la troisième année de le cent dixième olympiade.

(7) Pline dit que l'on doutait de son temps si les statues représentant le famille de Niobé, qui se voyaient à Rome dans un temple d'Apollon bâti par Quintus Sosius, étaient de Scopas ou de Praxitèle. (Plin. lib. xxxvi, cap. 4, §. 8). Winckelmann, en considérant le style des figures de la famille de Niobé, qu'on voit aujourd'hui à Florence, et que l'on regarde comme des copies de celles-là (Maffei, Racc. di stat. det. da Rossi, tav. 32), a pensé que les originaux devaient être de Scopas, attendu que cet artiste était plus ancien que Praxitèle. (Winck. liv. VI, chap. 2, tom. III, p. 37). L'auteur du Musée Pio-Clémentin regarde la Muse *Érato* du Vatican, qui tient une lyre de la main gauche, et la main droite pendante, comme une copie de l'Apollon Citharède de Scopas. Mus. Pio-Clément. tom. I, tav. xxiii, p. 45.

(8) M. Visconti, Mus. Pio-Clém. tom. III, tav. 49, p. 65, 66.

Quelque gloire qu'eussent acquise les artistes auxquels nous venons de rendre hommage, Lysippe et Praxitèle les surpassèrent tous. A la beauté des proportions déterminées par Polyclète et par Pythagore de Rhège, *à la fermeté, à l'ampleur, à la majesté* du style de Phidias, (1) ces deux maîtres joignirent dans les contours une élégance, dans les chairs une chaleur, un moelleux, qui manquaient encore aux ouvrages les plus admirés. (2) En imitant la nature avec autant de choix et plus de vérité que n'avaient fait leurs prédécesseurs, (3) ils portèrent l'art à un degré de perfection que les Anciens eux-mêmes regardaient comme un prodige. Toutefois ils ne se ressemblaient pas entièrement: Lysippe était plus héroïque, Praxitèle plus délicat, plus achevé, plus suave.

Lysippe, orfèvre dans sa jeunesse, se forma sans maître, mais ce fut en étudiant principalement le *Doryphore* (ou *porte-lance*) de Polyclète. (4) Il exécuta dans la cent deuxième olympiade la statue de Pyrrus d'Eléa vainqueur à la course des chevaux, (5) et il vivait encore dans la cent quatorzième, après la mort d'Alexandre, lors de la bataille de Lamia. (6) Une statue d'Hercule, peu remarquable quant à l'exécution, que l'on voit à Florence au palais Pitti, porte son nom. (7) Cette statue, si l'on accepte la position des jambes, est parfaitement semblable à l'Hercule Farnèse. Cette ressemblance donne lieu de croire que la statue du palais Pitti est une copie d'un des Hercules de Lysippe, (8) et que l'Hercule Farnèse en est une imitation, sur laquelle Glycon a cru pouvoir graver son nom à cause des changements qu'il y avait faits. (9)

(1) Demetr. Phaler. de eloc. cap. XIV et XL; Dionys. Halicarn. de antiq. Orat. in Isocrat.

(2) « Non habet latinum nomen Symetria, quam diligentissime custodivit (Lysippus). Proprias huius videntur esse argutiae operum, custuditae in minimis quoque rebus. » Plinius, lib. XXXIV, cap. 19, §. 6, edit. Hard.

(3) « Ad veritatem Lysippum et Praxitelem optime accessisse affirmant. » (Quint. de Orat. lib. XII, cap. 10). « Gloria Lysippo est, animosa effingere signa. » Propert. lib. III, eleg. 7.

(4) Cicer. de Clar. Orat. cap. 86.

(5) Pausan. lib. VI, cap. 1.

(6) Pausan. lib. VI, cap. 4.

(7) Maffei, Raccolt. di stat. dat. da Rossi, tav. XLIX et L.

(8) Cette opinion est de M. Visconti. (Mus. Pio-Clem. tom. III, p. 66). On voyait à Rome, il y a quelques années, au palais Farnèse, une autre statue d'Hercule semblable à celle du palais Pitti. Il y en a une troisième à la *villa Borghèse*. (Stanz. 3, num. 9). Elles ressemblent toutes à l'Hercule gravé sur une des médailles de la famille romaine *Eppia*. (Car. Patin. Fam. rom. num. p. 206; Eckel. Doctr. num. vet. part. 2, tom. V, p. 206). Il en existe une autre, semblable à l'Hercule Farnèse, et qui porte le nom de Glycon; elle est gravée dans Ficoroni. Le Vestig. di Rom. ant. p. 195.

(9) Il existe un grand nombre de statues de Cupidon tenant un arc, entièrement semblables à celle qui se voit au Musée Napoléon (num. 60). Cette conformité a fait présumer que toutes ces figures pourraient être des copies du Cupidon de bronze que Lysippe avait fait pour les Thespiens. (Not. du Mus. num. 60). Si les portraits d'Alexandre étaient bien connus, nous pour-

Lysistrate, Sthénis, Euphronide ; Silanion paraissent avoir été contemporains de Lysippe. (1) Silanion fut auteur d'une statue de Sapho, d'une statue de Corinne; (2) il exécuta aussi une statue de Platon qu'un Persan, nommé Mithridate, éleva dans l'Académie et consacra aux Muses. (3).

Praxitèle parvint à l'achèvement de tout ce qui constitue le charme le plus accompli d'une statue: ce doit être par conséquent une erreur que de l'avoir placé avant Lysippe; dans l'ordre naturel des progrès de l'esprit humain, il ne devait fleurir qu'après lui. Suivant Pausanias, en effet, Praxitèle était postérieur à Alcamène de trois générations. (4) Si, d'après cette donnée, on fixe l'âge moyen d'Alcamène à la fin de la quatre-vingt-huitième olympiade, ou à l'an 424 avant notre ère, on arrive pour l'âge moyen de Praxitèle à la fin de la cent douzième. La passion de Praxitèle pour Phryné, (5) qui ne saurait être passée sous silence dans l'histoire de l'art, nous donne un renseignement encore plus positif. De tous les pays du monde, les Anciens allaient à Cnide adorer la statue de Vénus, ou plutôt admirer, dans l'image de cette déesse, les charmes de Phryné représentés sur le marbre par le ciseau de son amant. (6) Or, Praxitèle était jeune sans doute lorsqu'il brûlait pour cette courtisane; et elle jouissait de tout son éclat et de toute sa renommée dans la cent onzième olympiade. On voit enfin que Praxitèle vivait encore durant la vieillesse du philosophe Théophraste; car celui-ci le chargea d'exécuter après sa mort un buste de Nicomaque, et il mourut la troisième année de la cent vingt-troisième olympiade, deux cent quatre-vingt-six ans avant l'ère chrétienne. Ces divers faits nous autorisent à placer la jeunesse de Praxitèle vers la cent onzième olympiade, et ses derniers jours vers la cent vingt-troisième. (7) Entre l'époque de sa mort et la date de celle de Phidias, il y a par conséquent un intervalle d'environ cent quarante-cinq ans

Il nous reste quelques imitations des ouvrages de ce maître. Le Faune en repos, du Musée Napoléon, (8) dont il existe un grand nombre de répétitions,

rions peut-être retrouver la main de Lysippe dans plusieurs bustes de la plus belle sculpture, qui semblent nous offrir les traits de ce héros.

(1) Pline lib xxxiv, cap. 19.

(2) Tatian. Orat. ad Graec. p. 132.

(3) Diog. Laert. lib. III, segm. 25, In Plat.

(4) Pausan. lib VIII, cap. 9.

(5) Athen. Deipn. lib. XIII, cap. 6, p. 561.

(6) Athen. ibid. Plin. XXXVI, cap. 4, §. 5, edit. Hard.

(7) Phryné devait jouir de sa plus grande célébrité lorsqu'elle offrit de rebâtir à ses frais la villa de Thèbes. (Athen. loc. cit.) Cette villa fut détruite par Alexandre la deuxième année de la cent onzième olympiade. Théophraste écrivit dans son testament, qui nous a été conservé par Diogène Laërce, qu'il voulait que ses héritiers plaçassent dans son Musée, après sa mort, un portrait de Nicomaque, et qu'il avait chargé *le sculpteur Praxitèle* de ce travail. (Diog. Laërt. in Theophr. lib. V, cap. 2, segm. 52). Ce philosophe pouvait avoir fait son testament quelques années avant sa mort; mais au surplus, en supposant que Praxitèle eût vingt-cinq ans lors de la destruction de Thèbes, il n'en avait que soixante-quatorze à la mort de Théophraste.

(8) Num. 50 du Catalogue. (Cette statue ne se trouve plus au Musée royal. — 1830).

Digitized by Google

est regardé comme une copie de son Faune ou de son *Satyre*, (1) surnommée *Périboëtos*, ou *le célèbre*. (2) Il est vraisemblable que le Cupidon du Vatican, aujourd'hui dans le Musée Napoléon, est une copie antique de celui de Thespies. (3) On voit à Rome, dans le Musée du Vatican, et dans divers palais, un grand nombre de statues de Vénus, qui sont évidemment des copies de la Vénus de Cnide. (4) L'Apollon *Sauroctone*, en bronze, de la *villa* Albani, ne saurait être, comme le supposait Winckelmann, l'original sorti des mains de Praxitèle; (5) mais il paraît certain que ce bronze, et plusieurs marbres fait d'après le même modèle, sont des copies antiques de cette célèbre figure. (6)

La plupart des chefs-d'œuvre originaux qui nous restent, paraissent avoir

(1) Les Grecs ne distinguaient pas comme nous les Satyres d'avec les Faunes; ils donnaient le nom de Satyres à ces deux espèces de divinités.

(2) M. Visconti, Mus. Pio-Clem. tom. II, tav. 30. Winckelmann avait la même opinion, il avait vu plus de trente répétitions de cette figure (lib. IV, ch. 2, tom. II, pag. 52). On peut voir aussi ce que dit à ce sujet M. Heyne dans sa dissertation sur les *Faunes* et les *Satyres*. Rec. de pièces publ. par M. Jansen, tom. I, p. 75.

(3) M. Visconti, Mus. Pio-Clem. tom. I, tav. 9; id. Notice du Musée Nap. num. 63. La multiplicité des répétitions de cette même figure, qui existent dans différents cabinets, paraît autoriser cette conjecture. D'Hancarville cite une de ces copies antiques qu'il dit la plus belle de toutes celles qu'il avait vues. Elle était de son temps en Angleterre, dans la collection de M. C. Townlay. Recherches sur l'origine des arts de la Grèce, tom. I, p. 345.

(4) On en voit une dans le Musée Pio-Clémentin (tom. I, tav. xi, p. 48). Elle a été gravée avec une draperie qui n'est qu'une pièce de rapport. Nous possédons à Paris dans le jardin des Tuileries, sur la terrasse du midi, une copie en bronze de cette statue du Vatican: elle n'a point de draperie; mais l'artiste qui l'a moulée a supprimé le vase au-dessus duquel la Vénus de Cnide soutenait son vêtement. L'authenticité de toutes ces copies est prouvée par leur ressemblance avec la figure de Vénus, représentée sur plusieurs médailles de la villa de Cnida. Spanheim, de Praest. et Usu numism. t. II, p. 296; Mus. Pio-Clement. tom. I, tav. A, num. 2; Barthélemy, Anach. pl. XXVI; Haym, Tesor. Brit. t. II, part. 1, p. 245. Pierres grav. du Cab. d'Orléans, par La Chau et Le Blond, tom. I, pl. xxxi, p. 135 et suiv. M. Heyne, des différentes manières de représenter Vénus; Recueil de pièces inter. publ. par M. Jansen, tom. I, p. 14 et 15. — On peut voir ce que M. de Montabert dit au sujet de la copie en bronze de la Vénus de Cnida, du jardin des Tuileries, dans son ouvrage intitulé: Traité complet de la Peinture; tom. II, p. 420 à 424. (1830).

(5) Winckelmann, lib. VI, c. 2, tom. III, p. 58 et 60

(6) On conserve une copie en marbre de l'Apollon *Sauroctone* (*tuant ou paraissant tuer un lézard*) à la *villa Borghèse*. St. II, num. 5; Winckelm. Monum. ined. num. 40. — (Cette statue est celle qu'on voit aujourd'hui à notre Musée royal, num. 49. 1830). Il y en a une au Vatican. (Mus. Pio-Clém. tom. I, tav. 13). Il en existe plusieurs autres.

été exécutés dans les quatre siècles qui suivirent la mort de Praxitèle, ou du moins celle d'Alexandre. Malgré notre respect pour les opinions de l'illustre antiquaire, qui ne voyait, après la mort de ce prince, que *le règne des imitateurs*, (1) nous osons croire qu'en marchant sur les traces des grands maîtres, l'art, non seulement se soutint dans son état de perfection, mais qu'il fit encore en de certaines parties quelques nouveaux progrès. On ne voit pas qu'il eût exprimé jusqu'alors des passions violentes, et il y parvint.

Ces temps peuvent être divisés en deux périodes. La première renferme les cent vingt années des règnes successifs de Ptolémée Philadelphe, roi d'Egypte, et de Ptolémée Évergeta, son fils, d'Attale premier, roi de Pergame, et son fils Eumènes II, depuis la cent vingt-quatrième olympiade jusqu'à la cinquante-cinquième. La seconde commence à la destruction de Corinthe par Mummius, c'est-à-dire à la cent cinquante-huitième olympiade (cent quarante-six ans avant notre ère); elle s'étend jusqu'au règne d'Antonin, et même jusqu'à celui de Marc-Aurèle.

Dans la première de ces deux périodes vécurent Daméas, Phoenix, Eutychide, Charès, auteur du Colosse de Rhodes, (2) tous élèves de Lysippe; (3) Euthycrate, Dahippe et Béda, ses fils; Xénocrate son petit-fils, qui composa un traité sur la sculpture; (4) Céphisodota (5) et Eubulus, fils de Praxitèle; (6) Pamphile, son élève; Cantharus, élève d'Eutychide, Tisicrate, élève d'Eutycrate, et de qui les ouvrages étaient quelquefois confondus avec ceux de Lysippe lui-même; (7) Agasias d'Ephèse, fils de Dosithée; Polyeucte, Harmatius, Héraclide, fils d'Agasias; Hermoclès de Rhodes, qui travaillait à la cour des premiers Séleucides; Isigone, Pyromaque, Straton, qui représentèrent dans leurs ouvrages les victoires d'Attale et d'Eumènes; (8) Timocles, Archésitas, Timarchide; Antigone, qui écrivit un traité sur son art; (9) et l'illustre Cléomènes, à qui nous devons un des chefs-d'œuvre les plus accomplis de tous ceux que le temps a respectés.

Ces artistes furent contemporains d'Euclide, du poète Aratus, de Bion, de Moschus, de Théocrite, de Callimaque, d'Apollonius le Rhodien, du sage Polybe. Tandis que quelques écrivains grecs commençaient à perdre de vue

(1) Winck. lib. IV, c. 6, tom. II, p. 255 et suiv.

(2) Plin. lib. XXXIV, cap. 18, §. 4, edit. Hard.

(3) Plin. lib. XXXIV, cap. 19, § 7 et 20.

(4) Plin. ibidem § 23.

(5) Pline fait distinguer deux sculpteurs de ce nom. (Lib. XXXIV, cap. 19, § 27). Le premier vivait dans la cent deuxième olympiade; Phocion avait épousé sa sœur (Plutarch. in Phocion. tom. I, pag. 750). Le second était fils de Praxitèle; il paraît avoir travaillé à la cour des rois de Pergame. Ce Céphisodote est celui que Pline place avec raison à la cent vingtième olympiade, Plin. lib. XXXVI, cap. 19, § 6.

(6) Le nom d'Eubulus, fils de Praxitèle, se voit sur un hermès placé autrefois à la *villa* Negroni. Mus Pio-Clem. tom. VI, tav. 21, p. 36; Caylus, Acad. des B. L. tom XXV, p. 333.

(7) « Lysippi sectae propior, ut vix discernantur complura signa. » Plin. XXXIV, cap. 19, § 8.

(8) Plin. lib. XXXIV, cap. 19, § 24.

(9) Plin. ibid. Diog. Laert. lib. VI, cap. 7, segm. 188, in Chrysipp.

Digitized by Google

les grands modèles, le goût des statuaires se conservait dans toute sa pureté. Il semble même que l'amour des arts acquit de jour en jour une nouvelle énergie. Ce fut dans ce temps que les Cnidiens, accablés par les malheurs des guerres et par le fardeau des contributions, refusèrent de vendre la Vénus de Praxitèle pour une somme égale à toutes leurs dettes, (1) et que le peintre Nicias, après avoir refusé soixante talents attiques (ou environ trois cent vingt-quatre mille fr.) d'un de ses tableaux, en fit présent à la ville d'Athènes sa patrie. (2)

Polyeucte exécuta la statue que les Athéniens élevèrent à Démosthène après sa mort; le première année de la cent vingt-cinquième olympiade: cette statue était en bronze; il en existe plusieurs belles copies antiques. (3)

La vérité, l'énergie, la légèreté, la souplesse qu'on admirait dans les ouvrages de Lysippe, se retrouvèrent dans la statue d'Agasias, faussement appelée le *Gladiateur combattant*; le style de cette belle statue et la forme des lettres employées dans l'inscription semblent nous autoriser également à placer Agasias parmi les élèves de Lysippe, ou du moins parmi les artistes qui lui succédèrent immédiatement, et qui adoptèrent ses principes. (4)

Céphisodote, fils de Praxitèle, hérita des talens (5) et même des inclinations de son père. Il exécuta des statues des courtisanes Anyte et Myro; (6) il modela aussi une Vénus que l'on voyait à Rome, dans le Musée d'Asinius Pullion, (7) et un groupe de lutteurs dont Pline loue principalement la vérité. (8)

Minerve, les Graces et Vénus elle-même semblaient avoir comblé de leurs faveurs l'heureux Cléomènes, sculpteur athénien. Les statues des Muses appelées *les Thespiades*, que ce digne successeur de Praxitèle avait sculptées pour la ville de Thespies (9), et qui furent apportées à Rome par Mummius (10),

(1) « Omnia perpeti maluere, nec immerito; illu enim signo Praxiteles nobilitavit Cnidum. » Plin. lib. XXXVI, cap. 4, § 5, edit. Hard.

(2) Plin. lib. XXXV, cap. 40, § 28.

(3) Plutarch. vit. decem orat. pag. 847. On en voit une très belle en Angleterre; elle est en marbre; elle appartenait, il y a quelques années, au duc de Dorset; elle est gravée dans le Winckelmann de Fea (Tom. II, tav. VI). Le Musée Napoléon possède une belle statue, dont la tête est évidemment une copie antique d'une tête de Démosthène. L'authenticité des portraits de cet orateur est complètement prouvée. On peut consulter à ce sujet le Musée Pio-Clémentin, tom. III, tav. XIV, et les antiquités d'Herculanum, Bronzi, tom. I, tav. XI, XII, XIII et XIV (Aujourd'hui au Musée royal, num. 92 — 1830.

(4) Les caractères de l'inscription gravée sur le tronc de l'arbre placé auprès de cette statue indiquent, par leur forme, qu'elle est une des plus anciennes parmi celles qui portent des inscriptions.

(5) « Praxitelis filius... artis haeres fuit. » Plin, lib. XXXVI, cap. 4, § 6.

(6) Tatian. Orat. ad Graec. pag. 144 (Oxon. 1700).

(7) Plin. lib. XXXVI, cap. IV, § 6.

(8) « Huius laudatum est Pergami Symplegma, signum notabile, digitis corporis verius, quam marmori impressis. » Plin. loc. cit.

(9) Plin. lib. XXXVI, cap. 4, § 10, edit. Hard.

(10) Cic. in Verrem, IV, cap. 2.

Digitized by Google

offraient des formes si élégantes, tant de vérité, tant de charmes, que l'une d'elles inspira une passion insensée au chevalier romain Junius Pisciculus. (1) Est-ce à Cléomènes que nous devons l'admirable statue qui est pour nous le modèle accompli de la beauté? Cet artiste est-il le même que Cléomènes l'Athénien, fils d'Apollodore, auteur de la Vénus de Médicis? c'est ce que M. Visconti, à l'aide des rapprochemens les plus heureux, semble avoir prouvé jusqu'à l'évidence. (2)

La période suivante ne nous présente ni des noms moins célèbres, ni des ouvrages moins dignes d'admiration.

Les plus habiles artistes grecs, appelés à Rome, enrichirent cette ville, devenue la capitale du monde, d'une quantité de statues qui nous paraît aujourd'hui prodigieuse.

Polyclès, fils de Timarchide, sculpta un hermaphrodite en bronze, qui obtint une grande célébrité. (3) Quatre belles statues antiques de marbre, entièrement semblables l'une à l'autre, dont une se voit au Musée Napoléon, peuvent en être des copies ou des répétitions. (4)

Antée, Callistrate, Cléon, Calliclès, Céphis, Daïphron, Démocrite le Sicyonien, Apollodore, et une foule d'autres artistes exécutèrent pour les grands de Rome, dans les derniers temps de la république, des bustes en bronze, représentant des philosophes; (5) la plupart des marbres antiques qui nous restent en sont vraisemblablement des répétitions ou des copies. Ces marbres nous offrent dans de simples portraits tous les grands principes de la sculpture grecque.

Studieux imitateur de la nature, (6) Pasitèle répétait souvent ce principe conforme aux opinions de Lysippe, que *la plastique est la mère de l'art statuaire*; que *le sculpteur et même le ciseleur ne doivent exécuter aucun ouvrage sans avoir fait auparavant un modèle en cire ou en argile*. (7) Cet artiste né dans la grande Grèce, vivait à Rome vers l'an 665 de la fondation de cette ville, dans la cent soixante-douzième olympiade. (8)

(1) « Quarum unam adamavit eques romanus, Iunius Pisciculus, ut tradit Varro. » Plin. lib. XXXVI, cap. 4, § 12.

(2) M. Visconti a développé cette opinion dans un mémoire intitulé : *Note critique sur les sculpteurs grecs qui ont porté le nom de Cléomènes*, imprimé à Paris dans le journal de la *Décade littéraire*, an X (1802). Ce savant nous fait espérer une nouvelle dissertation sur le même sujet. (Il ne l'a jamais publiée. 1830).

(3) « Hermaphroditum nobilem fecit. » Plin. lib. XXXIV, cap. 19, § 20.

(4) Deux de ces figures sont à Rome au palais Borghèse, la quatrième est dans le Musée de Florence.

(5) Plin. lib. XXXIV, cap. 19, § 26, 27, 28 et al. loc.

(6) Un jour qu'il modelait un lion d'après nature, une panthère renfermée dans le voisinage rompit sa loge, et il se trouva dans le plus grand péril. « Non levi periculo diligentissimi artificis. » Plin. l. XXXVI, c. 4, § 12.

(7) Plin. lib. XXXV, cap. 45.

(8) Pasitèle devint citoyen romain lorsque le droit de cité fut accordé à toutes les villes de la grande Grèce (Plin. lib. XXXVI, cap. 4, § 12). Ce droit leur fut donné par la loi *Plotia*, en l'an 665 ou 666 de Rome (Heinecc. Antiq. Rom. iur. illustr. append. ad l. I, cap. I, § 9). Le même artiste composa

Apollonius d'Athènes, fils de Nestor, dut travailler à Rome dans le temps de Pompée. Il est vraisemblable que son Hercule en repos, dont il nous reste un fragment admirable, appelé *le Torse*, décorait le portique élevé par cet illustre Romain; (1) et la forme des lettres gravées sur ce précieux fragment ne permet pas de croire qu'il ait été fait avant le septième siècle de Rome. (2)

Glycon d'Athènes paraît avoir vécu dans le même temps. L'Hercule Farnèse qui porte son nom est regardé comme un ouvrage original. La forme des lettres gravées sur cette figure prouve que Glycon n'était pas plus ancien qu'Apollonius. (3).

Cléomènes d'Athènes, fils de Cléomènes, auteur de la statue connue sous le nom de *Germanicus*, ne saurait avoir vécu avant ces deux grands maîtres. (4) Quel que soit le personnage romain dont cette statue nous offre l'image, l'artiste l'ayant représenté nu, elle ne peut avoir été faite avant le temps où les Grecs, forcés de flatter leurs maîtres, apprirent aux grands de Rome qu'ils pouvaient, dès leur vivant, être mis au rang des dieux, et ce temps ne remonte point au-delà du siècle de Cicéron et de Pompée.

Diogènes orne de diverses sculptures le Panthéon de Rome bâti par Agrippa. (5)

Philiscus de Rhodes sculpta des statues de Latone, de Diane, de Vénus,

un ouvrage en cinq volumes, renfermant la description des monuments les plus célèbres de tout l'univers. Plin. ibid.

(1) Il a été découvert dans les ruines de ce portique, auprès du théâtre de Pompée. Nous voyons dans Ovide, dans Properce et dans Martial, que ce portique, journellement fréquenté par la jeune noblesse de Rome, était décoré avec la plus grande magnificence. Il entourait un terrain orné de platanes, qui est aujourd'hui appelé *Campo di fiore*.

(2) L'omega y est écrit ainsi ω, au lieu de Ω. Suivant le témoignage de Eckel. (Doctrin. num. vet. proleg. gen. cap. 17, tom. I, p. 104), la lettre ω est peu ancienne. Un des exemples les plus anciens est un Cistophore de Pergame, dont ce savant fait mention, et dont il fixe l'époque aux années 699 ou 700 de Rome (Tom. IV, part. 1, pag. 354, num. 12, et pag. 360). Cette médaille est gravée dans le *Tesoro Britannico* de Haym. tom. I, pag. 159 (édit. 1749). Winckelmann cite un exemple du temps de Mithridate. Liv. VI, c. 4, tom. III, pag. 122.

(3) Le silence de Pausanias sur ces deux grands artistes prouve qu'ils avaient élevé peu de monuments dans le Grèce. Il est vraisemblable, d'après cela, qu'ils furent emmenés à Rome par Pompée, après la guerre des pirates. Ce général ayant visité la ville d'Athènes après sa victoire, les Athéniens gravèrent en son honneur des inscriptions dans lesquelles ils le plaçaient au rang des dieux. Ce fut alors qu'il dut concevoir le projet d'élever à Rome des monuments dignes d'être comparés aux chefs-d'œuvres de la Grèce.

(4) Cette statue se voit au Musée Napoléon. La tête paraît être un portrait. M. Visconti pense qu'elle représente un orateur romain, auquel l'artiste a donné les attributs de Mercure, dieu de l'éloquence. Not. du Musée Napol. num. 80 (Aujourd'hui au Musée Royal, num. 712 — 1830).

(5) Plin. lib. XXXVI, cap. 4, § 11, edit. Hard.

des neufs Muses, qui furent placées dans le portique d'Octavie, auprès des ouvrages de Scopas, de Praxitèle et de Timarchide, qu'on y avait rassemblés. Il fit deux statues d'Apollon; l'une, où le dieu était représenté nu, se voyait dans ce même portique; l'autre fut élevée dans un temple bâti vraisemblablement pour honorer ce chef-d'œuvre. (1) Il est possible que les Muses Clio, Euterpe, Melpomène et Terpsichore, que l'on voit au Musée Napoléon, et dont il existe plusieurs répétitions, soient des imitations des Muses de cet artiste. (2)

Lysias, Criton, Nicolaus exécutèrent de grands ouvrages à Rome dans le même temps. Une Caryatide découverte auprès du tombeau de Cécilia Métella porte le nom de Criton et de Nicolaus. (3)

Stéphanus, élève de Pasitèle, et Ménélas, élève de Stéphanus, contemporains de ces mêmes artistes, conservèrent fidèlement les principes que Pasitèle leur avait transmis. Une statue que l'on voit à la *villa* Albani représentant, suivant toute apparence, un athlète victorieux, est un ouvrage de *Stéphanus*; (4) le beau groupe de la *villa* Ludovisi, où Winckelmann a cru voir Electre et Oreste, porte le nom de Ménélas. (5)

Ce fut, suivant toute apparence, sous le règne d'Auguste, que Ménophante fit une copie en marbre d'une statue célèbre de Vénus que l'on conservait à *Alexandrie Troas*. Ce marbre sur lequel il grave son nom subsiste encore. (6) Nous possédons au Musée Napoléon une copie antique ou de la Vénus de Troas, ou de l'ouvrage de Ménophante.

Sous le règne de Néron, Zénodore exécuta dans l'Auvergne un colosse en bronze, représentant Mercure. (7) Appelé ensuite à Rome, il fit une statue colossale de l'Empereur. Cette statue était en bronze; elle avait cent dix

(1) « Ad Octaviae vero porticum, Apollo Phillisci Rhodii in delubro suo. » Plin. lib. XXXVI, cap. 4, § 10.

(2) M. Visconti, Musée Pio-Clémentin, tom. I, tav. XVII, XVIII, XX et XXI, pag. 35, 36, 37, 42, 48.

(3) Plin. lib. XXXVI, cap. 4, § 10; Winckelmann, lib. VI, cap. 5, tom. III, pag. 152.

(4) Gaet. Marini, Inscrizioni antiche della ville Albani, class. V, num. 157, pag. 173, 174.

(5) On voit une copie de ce groupe aux Tuileries, dans l'allée des orangers. (Elle ne s'y trouve plus: elle a été remplacée par un Hercule en bronze de M. Bosio. 1830).

(6) Il appartient au prince Chigi. On en voit une gravure dans le quatrième volume du *Museum Capitolinum*, pag. 352. L'inscription porte ces mots: ΑΠΟ ΤΗϹ ΕΝ ΤΡΩΑΔΙ ΑΦΡΟΔΙΤΗϹ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟϹ ΕΠΟΙΕΙ. *Ménophante la faisait d'après la Vénus de Troas.* La ville d'Alexandrie Troas, appelée d'abord *Antigonie*, devint colonie romaine sous Auguste, et commença, sous ce prince, à jouir des mêmes droits que les villes d'Italie (Cellarius, Not. orb. antiq. lib. III, cap. 3, sect. 2, § 5). Par un effet de ces droits, la statue originale ne dut pas lui être enlevée. Ce fut vraisemblablement cette difficulté qui détermina Auguste, ou quelque grand de Rome, à en faire faire une copie.

(7) Cette statue coûta quarante millions de sesterces, qui, suivant les calculs de l'abbé Barthélemy, représenteraient aujourd'hui environ neuf millions de francs. Zénodore y travailla pendant dix ans. Plin. l. XXXIV, c. 18, § 1.

pieds de haut. (1) Zénodore était-il né dans l'Auvergne? Pline ne le dit point, mais il donne lieu de le présumer. (2)

L'admirable ouvrage d'Agésander, de Polydore et d'Athénodore, le Laocoon existait-il déje dans le temps de Virgile, comme l'ont présumé quelques écrivains modernes? Le silence de tous les auteurs antérieurs à Pline nous empêche d'adopter cette opinion. (3) On pourrait supposer que ce groupe, ouvrage de trois artistes Rhodiens, fut fait à Rhodes, entre le règne d'Auguste et celui de Vespasien, et que ce dernier empereur le fit transporter à Rome, lorsqu'il réduisit l'île de Rhode à l'état de province romaine. (4) Il est cependant plus vraisemblable qu'il fut exécuté à Rome même, et terminé sous le règne heureux de Titus qui le plaça dans son palais. (5)

Aucun auteur, aucune inscription ne nous a transmis les noms des sculpteurs qui exécutèrent les bas-reliefs de la colonne trajane. Si l'on considère le style de ce monument, on se persuadera peut-être que ces habiles artistes avaient hérité des principes de Lysippe, d'Euthycrate et d'Agasias.

Une foule d'ouvrages de sculpture, que l'on peut croire appartenir au règne d'Adrien, enrichissent les plus belles collections de l'Europe. Nous rappellerons de préférence les deux centaures de marbre noir trouvé à la *villa* Adriani, par la raison qu'ils portent l'un et l'autre le nom d'Aristéas et de Papias, sculpteurs natifs d'Aphrodisias, ville de Carie. (6) La beauté des images d'Antinoüs suffirait pour prouver d'une manière évidente que les Grecs, rappelés au bonheur par Adrien, possédaient, à cette époque, des artistes aussi habiles que les plus grands maîtres des siècles précédents.

(1) Suétone dit qu'elle en avait cent vingt (in Neron. cap. 31). Après la mort de Néron, ce colosse fut consacré au Soleil. Plin. loco citato, et lib. V, cap. 5.

(2) Il dit positivement que c'était dans l'Auvergne que Zénodore avait acquis sa réputation. « Postquam satis ibi artem approbaverat, Romam accitus est a Nerone. » Plin. lib. XXXIV, cap. 18, § 1.

(3) Lessing paraît avoir très-bien prouvé que Virgile n'a point eu l'intention d'imiter ce groupe dans la description qu'il a faite de la mort de Laocoon, et même qu'il ne le connaissait pas. Du Laoc. ch. VI, p. 64 à 70 de la traduction française.

(4) L'an 74 de notre ère. Suet. in Vesp. cap. 10.

(5) Plin. lib. XXXVI, c. 4, § 11. Je supprime les preuves qui pourraient consolider cette opinion. Quelques unes ont déja été données sommairement par M. Visconti, dans le Musée Pio-Clémentin, tom. II, pl. XXXIX. Je ne dois point chercher à prévenir ce que cet illustre antiquaire doit dire à ce sujet, dans la Notice relative au Laocoon, qui sera publiée dans le *Musée français*. Le groupe de Zéthus, Amphion et Dircé, ou le *Taureau Farnèse*, ouvrage d'Apollonius et de Tauriscus de Tralles, se voyait à Rome, dans le Musée d'Asinius Pollion, au temps d'Auguste (Plin. lib. XXXVI, c. 4). Winckelmann ne l'a cru postérieur au Laocoon que parce qu'il a pensé que le Laocoon avait été fait dans le temps d'Alexandre.

(6) Mus. Capit. tom. IV, pl. XXXII et XXXIII, p. 165. On voit une répétition antique d'un de ces centaures dans le palais Borghèse; il porte un amour enfant qui lui a lié les mains derrière le dos (Scult. delle villa Pinciana, stanz.

Les monuments de Septime Sévère sont les premiers où se manifestent des signes de décadence; quelques bustes de Caracalla rappellent même encore les jours brillants d'Auguste et de Périclès.

Cette décadence devint sensible de plus en plus sous les règnes suivants; le goût se corrompit chaque jour davantage après la division de l'empire romain; cependant l'art ne s'anéantit point. Dioclétien, Constantin, Théodose construisirent des édifices dignes, du moins par leur immensité, de la grandeur romaine, et de nombreuses sculptures ne cessèrent point d'enrichir ces vastes monuments.

Dans les premières années du cinquième siècle de l'ère chrétienne, le sénat de Rome vota une statue au poète Claudien, et la fit élever dans le *Forum* de Trajan. (1) En l'an 453, le pape saint Léon, après avoir délivré l'Italie des fureurs d'Attila, fit exécuter la statue de bronze de saint Pierre, que l'on voit encore dans l'église du Vatican. (2) Vers l'an 483, Zénon l'Isaurien honora Théodoric d'une statue equestre qu'il fit placer à Constantinople devant son palais. (3) Les ouvrages de sculpture en marbre et en bronze, faits dans le sixième siècle, sous le règne de Justinien, sont innombrables. Ce prince éleva dans le *Forum* appelé *Augusteum*, une colonne revêtue de bas-reliefs de bronze, sur laquelle il plaça sa propre statue équestre, colossale, de même métal. (4) Presque tous les empereurs, leurs femmes et leurs ministres avaient des statues. Léon l'Isaurien, célèbre pour son attachement fanatique pour les opinions des Iconoclastes, s'en fit élever à lui-même un grand nombre. (5)

IX, num. 1). Il y a une copie de cette figure à Paris, dans le jardin des Tuileries (Celui du palais Borghèse se trouve aujourd'hui à notre Musée royal, num. 134. 1830).

(1) Claud. in Praef. Bell. Get. L'inscription de cette statue se voit dans Gruter, tom. I, p. 394, num. 5. Cinquante ans plus tard, le sénat fit élever une statue de bronze à Sidonius Apollinaris, et la fit placer pareillement dans le Forum de Trajan. Sidon. Apoll. lib IX, epist. XVI, p. 284; et carm. VIII, v. 8, pag. 350.

(2) Marangoni, delle Cose gentilesche trasportate all'uso delle chiese, cap. 20, pag. 68; Fr. Cancellarius, de Secr. nov. Basilic. Vat. tom. III, pag. 1504, ad 1510.

(3) Jornand. de Reb. Goth. cap. LII; Tillemont, Histoire des empereurs, tom. VI, p. 506.

(4) Procop. de Aedif. lib. I, c. 8. Les Turcs ont fondu cette statue pour en faire des canons. Gyllius, qui écrivait au commencement du seizième siècle, dit l'avoir vue. Il assure que la jambe était plus haute qu'un homme. Gyllius, Constantinop. Topogr. lib. II, cap. 17 apud Gron. tom. VI.

(5) Il en avait plusieurs à Rome, vers l'an 721. Elles furent détruites à cette époque par le peuple, lors des différents du pape Grégoire II avec cet empereur. M. Heyne à donné une énumération très-detaillée des statues et des édifices élevés par les empereurs grecs, depuis Constantin jusqu'à Manuel Comnène, dans plusieurs dissertations intitulées: *Serioris artis opera quae sub imperatoribus Byzantinis facta memorantur* (Comment. Societat. Reg. Scient. Gotting. tom. IX, pag. 36 et sequent.); *De interitu operum quum*

Parvenue au douzième siècle de notre ère, la sculpture grecque n'offrait plus qu'une pure routine, mais étonnante dans ses vieux jours, cette routine n'avait point entièrement oublié la savante théorie dont elle avait reçu l'héritage. Le portail de l'église de Saint-Trophime d'Arles, terminé en 1152, (1) dernier soupir du ciseau grec, reporte l'imagination vers les plus belles époques de l'art: on y retrouve encore dans les attitudes du naturel, dans les draperies de la simplicité, dans les têtes de la vérité, de la dignité, de l'énergie, et quelque fois sur les bas reliefs d'heureuses réminiscences des compositions antiques.

Des chefs-d'œuvre d'un haute antiquité, un Hercule de Lysippe, une Junon plus ancienne, honorée autrefois à Samos, des statues d'athlètes, des chars et des chevaux de bronze, apportés d'Olympie, conservés avec respect, embellissaient encore Constantinople dans le commencement du treizième siècle; et les Grecs gémirent sur la barbarie des Latins qui, dans le pillage de cette capitale, détruisirent sans pitié tant de vénérables monuments (2).

Enfin, vers ce même temps et pendant les deux cents années qui avaient précédé, les derniers artistes qu'ait produits la Grèce opprimée, appellés en Italie par de sages magistrats, y apportèrent la dernière étincelle du feu qu'ils n'avaient pas laissé périr (3). Pise, Sienne, Florence, recueillirent ce dépôt précieux; bientôt la flamme se ralluma, la Grèce, qui avait perfectionné les arts, eut, avant de tomber dans une entière servitude, le mérite de nous transmettre les restes de l'antique héritage. L'art n'avait pas péri dans l'Occident, mais ranimé par les productions des Grecs, il y puisa une sorte de grandeur, une âme, une expression, que depuis long temps il ne connaissait plus.

Revenons maintenant sur nos pas, et considérons l'ensemble de notre travail. Quelle route immense nous venons de parcourir! quel nombre prodigieux d'hommes illustres et de beaux ouvrages nous a présenté l'histoire d'un seul peuple! Pendant les dix siècles écoulés depuis Dédale jusqu'à Phidias, nous avons vu s'élever, de toutes parts, de grands, de riches monuments, qui attestaient à chaque génération des efforts soutenus et des conquêtes successives. Chez la plus léger, chez le plus inconstant de tous les

antiquae, tum serioris artis quae Constantinopoli fuisse memorantur, eiusque causis ac temporibus, comment. prior (Ib. tom. XII, p. 273 et seq.); *Comment. altera* (ib. p. 292 et seq.) *Artes e Constantinopoli nunquam prorsus exulantes*, etc. (ibid. tom. XIII, p. 3 et seq.) Le lecteur pourra consulter ces savantes dissertations.

(1) Gallia Christ. tom. I, col. 561, C. D. On trouve une gravure de ce monument dans le voyage au midi de la France de M. Millin. Pl. LXX.

(2) Nicetas, de Statuis aen. ign. trad. apud Fabric. Bibl. graec. tom. VI, p. 405 et seq. Edit. 1708.

(3) Buschetto, architecte et statuaire, un des artistes grecs les plus renommés des derniers temps, fut appelé à Pise en l'an 1046, et bâtit la célèbre cathédrale qui fait encore l'ornement de cette ville. On peut regarder cet artiste et les sculpteurs qu'il amena de la Grèce comme les fondateurs de l'école moderne de sculpture. Les magistrats de Pise lui firent élever un tombeau. Vasari. Proem. delle vite, p. 76, 77. Ed. 1759.

peuples, au milieu de révolutions et des guerres les plus sanglantes, nous avons vu l'art, dirigé dès son enfance par de sages principes, repousser toutes les erreurs, marcher avec constance vers le but auquel il devait atteindre, jamais ne rétrograder, ne s'arrêter jamais. Nous l'avons vu, parvenu au plus haut degré de perfection, se soutenir dans cet état glorieux pendant six cents années. Dix siècles avaient instruit sa jeunesse; après la longue durée de sa vigueur et de sa gloire, dix siècles se sont écoulés durant son déclin! Quelle différence entre cette marche ferme, soutenue, toujours progressive, et les nombreuses révolutions que l'art naissant à peine a déjà éprouvées parmi nous.

Antique patrie d'Homère, de Démosthène, de Lysippe, de Phidias, mère infortunée des lettres, des sciences et des arts, jamais nous ne t'aurons assez accordé de louanges et d'actions de graces! Chaque jour nos veins efforts attestent la divinité de ton génie. Tous les hommes éclairés s'inclinent devant les dieux que formèrent tes enfants. Toi seule as montré l'art, rival de la nature, luttant avec elle dans la formation de la beauté. Tes exemples et tes préceptes doivent être nos guides; si nous parvenons à égaler tes chefs-d'œuvre, ce ne sera qu'à force de les étudier: mais nous aurions en vain reconnu tes sages principes, en vain nous posséderions tes ouvrages les plus admirables, nous n'obtiendrons jamais une gloire égale à la tienne, si nous n'apprenons encore, en imitant ta conduite, à vaincre l'inconstance de nos goûts.

P. S. Cet écrit avait été publié en 1826, époque où il n'avait paru que très-peu de traités méthodiques sur le même matière, j'ai cru devoir le réimprimer tel à peu près qu'il était d'abord, sauf de nombreuses additions. Depuis sa publication, plusieurs illustres archéologues ont composé des ouvrages où les mêmes questions ont été discutées, avec plus ou moins d'étendue. Je dois citer MM. Frédéric Thiersch, *Uber die Epochen der bildenden Kunst unter den Griechen*, Munich 1825; Jacobs, *Uber den Reichthum der Griechen an plastischen Kunstwerken*, Munich 1810; Ottfried Müller, dans ses deux ouvrages intitulés Orchomène, et les Doriens; Böttiger, Archéologie de la peinture; Sillig, *Catalogus artificum graecorum et romanorum*, Dresde 1827; les savants auteurs des Mémoires qui forment le Recueil publié par M. Böttiger sous le titre d'*Amalthea* ou Musée de l'antiquité figurée, Dresde 1824; Quartremère de Quincy, *le Jupiter Olympien*, 1814. Mais les époques où j'avais placé les principaux chefs d'école n'ont point été changées. Ces maîtres sont Dipœnus et Scyllis, Callon d'Égine, Canachus l'ancien, natif de Sicyone, Glaucias d'Égine, Calamis, Onatas, Phidias, Polyclète de Sicyone, Naucydès, Lysippe, Praxitèle, Agasias, Pasitèle, Apollonius, mais principalement Callon, Canachus, Lysippe et Praxitèle, qui élevèrent l'art graduellement, depuis l'ancien style éginétique, jusqu'à sa plus haute perfection.

MM. Böttiger, Thiersch et Ottfried Müller pensent qu'il faut distinguer deux Théodore de Samos, l'un fils de Rhœcus, qui florissait vers le commencement des olympiades; ce serait celui dont parlent Diogène Laërce, liv. II, segm. 103, et Diodore de Sicile, liv. I, ch. 98; l'autre, fils de Téleclès, et petit-fils du même Rhœcus, serait celui dont Hérodote fait

mention, liv. I, ch. 51; liv. III, ch. 41. Je suis d'autant plus disposé à me ranger à cette opinion, qu'elle est partagée par mon honorable confrère, M. Hase. Elle ne change rien à la marche que j'ai tracée des progrès de l'art.

On pourrait objecter contre mon sentiment au sujet de Canachus, que Xerxès enleva de Milet sa statue colossale d'Apollon Didyméen, la deuxième année de la soixante-quinzième olympiade (Pausanias, I, 16; VIII, 46), pour la placer à Ecbatane; et que la ville de Milet ayant été saccagée par Darius la troisième année de la soixante-onzième olympiade (Hérodote, VI, 18), il est à croire que cette statue n'y avait été consacrée qu'après ce dernier événement. Je répondrais que le pillage et la destruction même d'une ville ne supposent pas l'anéantissement des statues des dieux, témoin la ville de Corinthe, où furent conservées tant de statues anciennes. Mais il y avait lef un motif particulier pour faire respecter l'Apollon de Canachus, c'est le culte que les Perses rendaient au soleil. Nous voyons, dans Hérodote, qu'après la bataille de Marathon, Datis, général de Darius, ayant appris qu'un de ses soldats avait enlevé une statue d'Apollon de la ville de Délium, la transporta lui-même à Délos, comme un objet que sa propre religion lui enseignait à révérer (Hérodote, VI, 118). C'est ce sentiment qui porta Xerxès à placer la statue de Canachus à Ecbatane.

Heyne et d'autres critiques voudraient supprimer le nom de *Périclète* du texte de Pausanias, tant dans le chapitre 22 du livre II, que dans le chapitre 17 du livre V, et le remplacer par celui de *Polyclète d'Argos*, ou Polyclète le jeune, d'où il suivrait que celui-ci aurait été élève de Polyclète l'ancien. J'avoue que je ne saurais adopter cette correction, quand même elle semblerait autorisée par le texte de quelque manuscrit. Deux motifs me déterminent: le premier, c'est que Pausanias se trouve d'accord avec lui même dans les deux passages, et qu'il dit formellement que Périclète était fils de Mothon, et frère de Naucydès; le second est l'âge comparé des deux Polyclète, car Polyclète l'ancien, dit *Polyclète de Sicyone*, dut naître dans la soixante-quatorzième ou la soixante-quinzième olympiade, vers l'année 480 avant notre ère; et Polyclète le jeune exécuta son dernier ouvrage connu, qui est la statue de Jupiter *Milichius* d'Argos, au plutôt la deuxième année de la cent neuvième olympiade, l'an 343 avant J.-C. (Voyez la Biographie univers. articles *Polyclète de Sicyone*, *Polyclète d'Argos*.) Il y a par conséquent entre la naissance du premier de ces maîtres, et le dernier ouvrage connu du second, un intervalle de cent quarante ans. Une si grande distance suppose au moins une génération entre les deux Polyclète. En admettant avec Pausanias que Polyclète l'ancien a été le maître de Périclète, celui-ci le maître de son frère Naucydès, et Naucydès le maître de Polyclète le jeune, tout est d'accord. Mon opinion est conforme à celle de Facius, éditeur de Pausanias. Pausan. Graec. descript. lib. II, cap. 17, not. 12, tom. I, pag. 264.

TABVLA RERVM

QVAE IN HOC NONO VOLVMINE CONTINENTVR.

C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXXIII. 7
C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXXIV. 138
Excursus I. De annis Alexandri Magni . . . 253
Excursus II. De Aere et eius recrementis . . 260
Excursus III. De Ferro 270
Excursus IV. De Plumbo et Stanno 271
Excursus V. De Arsenico 273
C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXXV. 276
Excursus 429
C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXXVI. 431
C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXXVII. 564
Essai sur le classement chronologique des sculpteurs grecs les plus célèbres 688

NONI VOLVMINIS FINIS.

Facultate obtenta

57C054

NICOLA
100
Digitized by Google